6-20-6-56

Digitized by Google

Digitized by Google

DELITIÆ C. POETARVM BELGICORVM, HVIVS SVPERIORISQVE ÆVI illuſtrium,

ALTERA PARS.

Collectore

RANVTIO GHERO.

FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, Sumptibus Iacobi Fiſcheri.

ANNO M. DC. XIV.

BIBL. COLL. ROM. SOC. IESV
BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

CLARISSIMO
FLORENTISSIMOQVE

Viro Dn. Gabrieli Rollehagio vero Muſarum Charitumque pullo.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Ranutius Gherus S. P. D.

NON DVBITO quin plures futuri ſint, quibus mirum videbitur, quod è magnis alioquin aliquot Poëtarum voluminibus, vix vnum alterumque excerpſerim Epi-

gramma. quin imò, multi adhuc in viuis, qui ſe forte non vltimos arbitrantur Senatus Muſici, illud ipſum ſcilicet indignabantur; & non vno, ſi non palam, at clam tamen proſequentur conuitio, ſe non ibidem etiam conſpici, aut conſpici vno tantum alteroque verſu. Verumenimuerò ſi reſpondero, his obſtare Philautiam, illis Inſcitiam rerum, aut potius temporum, omnia reſpondero. Nec enim profectò ſtatim aliquis Poëta eſt, qui audit Poëta, aut qui vult videri. Antè centum annos ea erat bonarum literarum liberalis in-

Digitized by Google

ſis infelicitas, vt qui tres voces in ſaciem carminis cogeret, omnium ſtatim exciperetur plauſu. at talibus hodie ne hiſcere quidem permiſerint pueri de ſchola recentes, nedum adoleſcentia grandior. Inde ſanè accidit vt *Remaclus* quis *Florenas*, vt *Hermannus Buſchius*, vt *Nicolaus Mameranus*, vt alij alijque, circa ea tempora nati, tantum non à ſuis adorarentur, tanquam Poëtarum Principes; qui ipſi hodie vix locum aliquem obtineant inter capite cenſos ac proletarios. Qui legit *Eobanum Heſſum*, quiduis ſibi præſumat de

Digitized by Google

Caspare Scheto Coruino. Et is quidem bene prolixâ Elegiâ litare voluit honoribus Helij illius; sed tali tamen successu, vt ei nullum maius dare possim beneficium, quàm si ipsam tenebris porrò commendarim, neque produxerim in publicum. Sed & Paulus Iouius eo adficit præconio poësin *Rudolphi Agricolæ*, tamquam diuini foret ingenij, prorsusque vti loquitur, *vel illustribus poëtis numeros excusserit.* Equidem si censet de Poëtis coætaneis, vtcumque concesserim: sin respicit, vt videtur, antiquos; nihil illâ comparatione puerilius.

erilius. Imò ex grandi illâ farragine verſuum eius, vix vnum alterumque inueni, quem auſus fuerim immiſcere Serto iſti Muſæo. Idem dictum volo de *Alardo Amſterodamo*, de *Apherdiano*, de *Bartholomæo Latomo*, de *Stephano Comite*, de *Salomone Fabro*, & neſcio quibus alijs. Interim non damno tamen tales; non: tuetur eos ſatis ſæculi ſui ſcæuitas: ſic tamen, vt etiam interim auctoritatem ſuam adſtruat mimographi illius Iambo:

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.

Floruerunt igitur; ſed non

 diu,

diu, more animalium quæ ephemera dicuntur: luxerunt igitur, ſed inſtar Cometæ, ad dierum aliquot tantum Hebdomadas. Quin contrà, cùm ad lenitatem meam reſpicio, & venit in mentem, quàm non facilè auſus fuerim damnare monetam qualicunque ſplendore conſpicuam; magis mihi præmetuo ne ſugiller à multis, quod plures obtruſerim, non aureos, non argenteos, ſed merè æreos. Quod ipſum tamen facinus tantum abeſt vt ſim præfractè negaturus: vt vltro id iam nunc profitear: arbitrerque

bonum

bonum factum. Planè forum rerum venalium, non magis carere poſſe vltimo metallo quâm primo nemini ignotum eſt. Sed nec cœlorum Stellæ omnes eiuſdem ſunt magnitudinis aut luminis: at tantum abeſt, inæqualis illa varietas mundum depretiet; vt potius egregium addat decus. Verùm cur plura adijciam? Vides ipſe, vides, vir eximie quid ſecutus ſim. quid autem adſecutus tu tuique ſimiles iudicabunt, ex æquo & bono. tanto quidem libentius, quod paratus ſim ſtare & cadere talium Apollinarium alitum calculo.

Digitized by Google

DELITIÆ
C. POETARVM BELGICORVM, HVIVS SVPERIORISQVE ÆVI illuſtrium,

ALTERA PARS.

Collectore

RANVTIO GHERO.

FRANCOFVRTI,

Typis Nicolai Hoffmanni, Sumptibus Iacobi Fiſcheri.

ANNO M. DC. XIV.

Digitized by Google

CLARISSIMO

FLORENTISSIMOQVE

Viro Dn. Gabrieli Rollehagio
vero Muſarum Chari-
tumque pullo.

BIBLIOTECA NAZ. VITTOR. ROMA

Ranutius Gherus S. P. D.

NON DVBITO quin plures futuri ſint, quibus mirum videbitur, quod è magnis alioquin aliquot Poëtarum voluminibus, vix vnum alterumque excerpſerim Epigram-

gramma. quin imò, multi adhuc in viuis, qui ſe forte non vltiros arbitrantur Senatus Muſici, illud ipſum ſcilicet indignabantur; & non vno, ſi non palam, at clam tamen proſequentur conuitio, ſe non ibidem etiam conſpici, aut conſpici vno tantum alteroque verſu. Verumenimuerò ſi reſpondero, his obſtare Philautiam, illis Inſcitiam rerum, aut potius temporum, omnia reſpondero. Nec enim profectò ſtatim aliquis Poëta eſt, qui audit Poëta, aut qui vult videri. Antè centum annos ea erat bonarum literarum liberalis in-

ſis infelicitas, vt qui tres voces in faciem carminis cogeret, omnium ſtatim exciperetur plauſu. at talibus hodie ne hiſcere quidem permiſerint pueri de ſchola recentes, nedum adoleſcentia grandior. Inde ſanè accidit vt *Remaclus* quis *Florenas*, vt *Hermannus Buſchius*, vt *Nicolaus Mameranus*, vt alij alijque, circa ea tempora nati, tantum non à ſuis adorarentur, tanquam Poëtarum Principes; qui ipſi hodie vix locum aliquem obtineant inter capite cenſos ac proletarios. Qui legit *Eobanum Heſſum*, quiduis ſibi præſumat de

Caſpare Scheto Coruino. Et is quidem bene prolixâ Elegiâ litare voluit honoribus Helij illius; ſed tali tamen ſucceſſu, vt ei nullum maius dare poſſim beneficium, quàm ſi ipſam tenebris porrò commendarim, neque produxerim in publicum. Sed & Paulus Iouius eo adficit præconio poëſin *Rudolphi Agricolæ*, tamquam diuini foret ingenij, prorſuſque vti loquitur, *vel illuſtribus poëtis numeros excuſſerit.* Equidem ſi cenſet de Poëtis coætaneis, vtcumque conceſſerim: ſin reſpicit, vt videtur, antiquos; nihil illâ comparatione puerilius.

ſerilius. Imò ex grandi illâ farragine verſuum eius, vix vnum alterumque inueni, quem auſus fuerim immiſcere Serto iſti Muſæo. Idem dictum volo de *Alardo Amſterodamo*, de *Apherdiano*, de *Bartholomæo Latomo*, de *Stephano Comite*, de *Salomone Fabro*, & neſcio quibus alijs. Interim non damno tamen tales; non: tuetur eos ſatis ſæculi ſui ſcæuitas: ſic tamen, vt etiam interim auctoritatem ſuam adſtruat mimographi illius Iambo:

Non poſſunt primi eſſe omnes omni in tempore.

Floruerunt igitur; ſed non

 diu,

diu, more animalium quæ
ephemera dicuntur : luxe-
runt igitur, ſed inſtar Co-
metæ, ad dierum aliquot
tantum Hebdomadas.
Quin contrà, cùm ad leni-
tatem meam reſpicio, &
venit in mentem, quàm
non facilè auſus fuerim
damnare monetam quali-
cunque ſplendore conſpi-
cuam; magis mihi præme-
tuo ne ſugiller à multis,
quod plures obtruſerim,
non aureos, non argenteos,
ſed merè æreos. Quod
ipſum tamen facinus tan-
tum abeſt vt ſim præfractè
negaturus : vt vltro id iam
nunc profitear : arbitrerque
bonum

bonum factum. Planè forum rerum venalium, non magis carere poſſe vltimo metallo quâm primo nemini ignotum eſt. Sed nec cœlorum Stellæ omnes eiuſdem ſunt magnitudinis aut luminis: at tantum abeſt, inæqualis illa varietas mundum depretiet; vt potius egregium addat decus. Verùm cur plura adijciam? Vides ipſe, vides, vir eximie quid ſecutus ſim. quid autem adſecutus tu tuique ſimiles iudicabunt, ex æquo & bono. tanto quidem libentius, quod paratus ſim ſtare & cadere talium Apollinarium alitum calculo.

quos inter, iure meritoque cenſeo illud aureæ omninò ætatis reliquũ germen Ioannem Caſeliũ, generumq; eius Tobiam Adamum: vt & Ioannẽ Seuſſiũ, Chriſtianũ Acidaliũ, Georgiũ Mauritiũ Caſparũ Barthium, Ioannẽ Cunradũ Humeliũ, Theodorum Sitzmanum, Iuſtum Zinzerlingũ, Ioannẽ Huſvvedelium, Ioannẽ Gebhardum, Henricũ Delmenhorſtium, Nicolaum Crugeliũ, omnes Camœnarũ Charitumq; alumnos omnes Parnaſi atq; Heliconis montis fontiſque cultores aſſiduos: qui cùm hodie Phœbeum tripoda ab extremâ iniuriâ,

atque

atq; indignitate vindicent, ſtudium iſtud noſtrũ minimè ſpero improbabũt Certè vt id facilius ab ijſdẽ obtineam; tu tua adlaborabis ſuadâ, Rollenhagi diſertiſſime; meq; etiã inter eos numerabis qui iucunda florentiſſimi tui ingenij monumẽta amat exoſculeturque: nihilque magis habet in votis, quàm vt vbere talium prouentu, te magis ac magis oſtentes iactesq; Germaniæ tuæ, illi ab omni æuo ſagi togæq; arbitræ præſtantiſſimæ, &c.

CATALOGVS

IN POETARVM BELGICORVM TOMUM SECUNDUM.

ADriani Florentini	419 m
Alberti Euphranij Amstelrodamensis	285 m
Andreæ Hoij Brugensis	1139 f
Arnoldi Helij Midelburgensis	1132 p
Cornelij Graphei, alias Scribonij Alostani	477 f
Cornelij Gemmæ Louaniensis	438 f
Danielis Heremitæ Antuerpiani	1134
Danielis Heinsij	895 f
Desiderij Erasmi Roterodami	220 f
Francisci Hami Insulensis	881 p
Gerardi Falckenburgij Nouiomagensis	400 p
Hadriani Dammanis Gandauensis	1 p
Hannardi Gamerij Mosæi	440 f
Huberti Goltzij Venloniani Geldri	471 m
Hugonis Grotij Bataui	523 m

Iacobi

Iacobi Herlomii 1138 *m*
Iacobi Didymi Friſii 41 *m*
Iacobi Eyndii ab Hamſtede Zelandi 286 *f*
Iani Douzæ Filii 160 *m*
Iani Douzæ à NoortWick Batavi 44 *f*
Iani Gruteri 631 *m*
Ioannis Flemingii Antuerpiani 401 *f*
Ioannis Fungerii Leouardienſis 428 *m*
Ioannis Goropii Becani 474 *m*
Liberti Huthemii Leodii 1145 *p*
Lucæ Fruterii Brugenſis 421 *m*
Nicaſii Ellebodii Casletani 220 *m*
Nicolai Grudii, Iani Secundi fratris Bruxellenſis 535 *m*
Saxonis Finiæ Friſii 401 *p*
Victoris Giſtelini Sanfordiani Flandri 493 *m*

Digitized by Google

HADRIANI DAMMANIS GANDAVENSIS.

De Nuptiis Scotorum Regis, Iacobi VI. & Annæ Danor. Reg., Friderici II. Filiæ.

REgales thalamos, clariſq; iugalia tædis
Pacta cano: vos ô Tyrij q̃ Principis olim
Veſpere ſolēni ſpōſos ceciniſtis amores
Cingite odoratis criſpātia tēpora ſertis
Ter trioliciq; hilarem quatientes lampade flammam,
Et de Pegaſeis luſtrales fontibus vndas,
Ferte pedem, Lydiſq; modis date corpore motus,
Inque modum canite ac fidibus colludite tactis:
Veſtibulum myrto, lauriſque perennibus aula
Rideat: artificis velaria regia Flandri
Picta manu, totas paries ſuſpenſa per ædes
Exhibeat varijs hominum ſpirantia formis:
Aureaq; innumeris rutilent laquearia lychnis,
Hæc vbi maiorum fulgent conclauia [illegible]ictis
Intima imaginibus. pluteoſque tapetibus aptos
Attalicis, viridans ſemper-florentibus arbos
Exhilarat baccis, roſeo ſuffuſa rubore:
Multiplici quam docta manus diſcriminat auro,
Veſte colorata Genialem [illegible] lectum.
Indica cui nitidis [illegible] rerum
Teſtudo ſimula[illegible]

Byſſus eat, quam virgato bombycina textu:
Fimbria mixturis inter rutilantibus aureis,
Vnd'q; diradiet: caſiam & fragrantia amomo
Cinnama congerite, ac calamo bene-olente cyperum
Macer anhelantem ambroſijs tot odoribus auram:
Aſpalathuſq; alat, & dij vis maſcula turis.
Vettonicis, violiſque, immortaliq; amaranto,
Et galijs ornate thorum, roriſq; marini
Atq; thymi aſparagis atq; aſteris atq; hyacinthi,
Aurea victrices vmbrent periſtromata laurus.
Collis enim veſtri, veſtri inſtaurator honoris,
Fortia Scotigenas patrijs qui pectora ſceptris
Et virtute regit: clangentibus incita pennis
Oceani trans vaſti aditus, auroq; comantes
Heſperidum ſiluas, trans quæ rigat æquora Ganges,
Tranſq; Arabes quem fama vehis, Iacobus auito
Sanguine qui Regum Sextus id nominis audit,
Friderici natarum Annam, tot laude per annos
Regales Danicæ flexit qui gentis habenas,
Gentis, in armorum, terraq; marique, triumphis,
Qua ſit nulla magis toto excellentior Orbe,
Coniugij capit auſpicijs, queriturque morantem
Sideris Heſperij cupidis in amoribus ignem.
Surge age, quid ceſſas? nitidiſſime veſper, Olympo
Expectata diu quid tollere lumina ceſſas?
Anne tibi furtim ardenti puer improbus arcu
Surripuit flammas? ipſe an colludis Amori?
Crudeléſne iuuas Venerem procudere luſus?
Vt pariter caſto viuacem in pectore flammam:
Funditùs, atq; imis funalia fixa medullis
Exagites? iuueni vt moræ alant incendia triſtes?
Heu quoties toto mœrens expalluit ore,
Cùm ſua iam dubijs præbentem carbaſa ventis
Ire mari dominam, ac tenuis teneraſcere fili
Virgineam ſciret, ratis in vexamine, mentem!

Quantas

Quantas corde preces, tacito quot vota labello
Concipit, & cœli pacem pro nauibus orat!
O qui fluctiſonum ſpumis candentibus, inquit,
Æquor agis qui feruentes compeſcis arenas
Turbinibus captis ſtratáq; æqualiter vndâ,
Ventorum pelagiq; potens: qui Principis olim
Thariadæ famulum Genio duce direxiſti;
Cùm fuit ad tædas Bathuelis nata iugales
Accerſita domum: da flaminis aura ſecundi;
Obſtrictis alijs, procliues incitet vndas,
Dimidiúmque mei pater ô pater optime ſerua;
Vt paribus te noſtra vocent præconia votis,
Muneribuſq; tuis ſobolis ventura propago
Te colat exiſtatq; diu laudemque ſequatur:
Sic ait. & longo ducit ſuſpiria tractu.
Ecce coronatæ pelagi ſuper æquora puppes
Littoribus longè patrijs Daniáq; relictis
Ibant Oceano in magno: ſonitúſq; tubarum
Iam cano excierant è gurgite Neptuninas
Mirantes quid celſa ſibi tot carbaſa vellent;
Armorumq; ingens ſtrepitus: quam flamine diuam
Tam placido comitans frænato æquitaret in Euro
Ipſemet Hippotides, ac cunctum insterneret æquor.
Pro ſe quæq; adeunt propius ſponſæq; carinam
Aduantes, mollem caſiæ quem efflabat odorem,
Naribus accipiunt auidis: noua gaudia mentes
Exhilarant, ſtactæq; bonus capit halitus omnes.
At Regina loco, nitidi per tempori cœli,
Compoſita in ſublimi, ancillarum agmine circum
Virgineo illuſtri, promtiſq; ad iuſſa miniſtris:
Auro picta ſinus, auroq; & fulgida gemmis
Cæſariem, rutilanſq; ambas conchylibus aures:
Molle cui alternis adamas flammanſq; pyropus
Memnonias ſpargunt inter multitia luces:
Alveoli tres præcipuè plumaria ſubter

Texta micant gemmæ, varijſq; coloribus ardent:
Quam rara ipſam hilaris commendat gratia formæ,
Sed pietas magis ac ſpecie mens pulcrior omni,
In ſe animis, in ſe toto Nereïdas ore
Verterat: illæ alacres pompam clamore ſecundo
Concelebrant, plauſuque fremunt, lætamque canentes
Alta Caledoniæ ducunt ad littora claſſem:
Horribiles donec furibundo fulmine bombos
Aëra crepant, fractaſque ſoni ſtridoribus auras
Fulgura, & incenſo percurrunt fomite glandes
Cum tonitru, quo ripa omnis, monteſque propinqui,
Arduaque Arcturi impulſis ſtrepuêre cauernis,
Et percuſſa imâ tremuerunt æquora arenâ;
Cæruleus fugit ille Chorus conterritus omnis
In latebras, penitiſque cadens ſe mergit in vndis.
Parte alia celſis Edinæ ex molibus arcis
Flammarum per inane globis fumoque volutis
Exululat cœlum, & crebris tonat ictibus æther,
Aëra per medium nitri ſtridente procella,
Miſſilibuſque pilis: tantus furor vndique flammæ eſt,
Vndique terribile illiſa inter nubila murmur:
Ductilibuſque tubis iuuenes taratantara picti
Puppibus ex altis grauè vociferantur ad auras
In numerum, exanguiſque iterant ſimulacra duelli.
Ecce aliæ excipiunt venientem, & læta precantes
Ore, oculis animo, cunctiſque ex ordine nymphæ
Officijs cumulant Reginam, è ſanguine claro
Inter honoratas quotquot decus innuptarum,
Omnes purpureis, omnes albiſque roſarum
Et violis, & amaracinis bene olentibus aptæ
Aurum inter, gemmaſq; inter capita illuſtrantes
Pectoraque, & ſaturas Melibæo murice veſtes.
It portis rumore orto, miſcellaque turbans
Scotia ſpectantum campis vomit omnibus vndam:
En tibi per montes, de culminibuſque ruunt ſe

Agricolæ

ſolæ ad portus : alij lætantia curſim
ina conglomerant triuijs, & murmure circùm
a miſcentur vario : ſed lecta iuuentus
gerit, lento incedens ad tympana paſſu,
maque igniuomum tormenta imitantia fulmen
ibus ruptis, raptaque in ſulphure flammâ,
te diſplodens habili, ferit ætheráque altis
teſque, Oceanique omnem ſtridoribus oram.
beos vexilla ſinus, albáſque cruces pars
decuſſatim criſpantibus explicat Euris :
nimos tollit iuuenum, exultantiaque haurit
ra Mauortis ſpecies, ſonituſque remiſſi.
ricati equites, longoque haſtilia ferro
a obliquantes, nigriſque comantia [illegible]
dibus capita, ac genuum tenus abdita fulti
a ocreis, latè campos diſcurſibus implent.
bilitas aliâ de parte volantibus auras
it equis, celerique legens veſtigia raptu,
tur, ardeſcunt ſoleæ, flammiſque tuentum
ant oculi: generoſo in pectore, laudis
um pollet honos, vincendique arduus ardor.
e alius campo in viridi, calcaribus acrem
t equum, iam præceleri dans corpore [illegible]
tanſve ſolo, aut ſinuans glomeramine greſſus:
leuia excuſſis iaculans veſtigia plantis;
na corripuit ſpatia, & plaudentibus ecce
enſiſque eadem pedibus legere æquora cogit :
us inardeſcit monitis, inſigniaque altæ
lis argumenta, feris è naribus ignem
quet agens, denſiſque humectat pectora ſpumis.
ſtinum interea, liquidoque cupidine [illegible]
inis ardentem, phaleris ornatus & auro
ſonipes, dominique ferox teſtatur amorem:
lis vbi Eoos fluctus, Gangiſque fluenta
rit, ac rutulis noſtrum fulgoribus Orbem

Irradians, nitidæ egregijs reſplendet Appollo
Luminibus formæ, & fuluo crimen implicat auro,
Addens lilia prima, & odoris balſama thyrſis:
Cui chlamys ex humero gemmantibus aura limbis
Fulgurat, illicitóq; tenens præſtringit ocellos:
Vel cùm præcipitans prono quatit impete currum,
Curriculiq; vices & tempora diuidit orbis:
Talem ſeſe illo Rex tempore præbuit, omnes
Ante alios longè pulcerrimus, agmina iungunt
Purpurei quotquot Comites, longo ordine primi
Scotorum: veluti, illuſtris per compita cœli,
Tres Phœbum antecunt, totidémq; ſequuntur ouantē
Magnifici primiq; duces: pars nobilitatis
Cætera ſtellantis, pro munere, pro libitoq;
Solis, habet lucem, iuſſoſq; capeſcit honores.
Iam Danicis ierant pleriq; à nauibus omnes
Magnáq; quos miſit Germania Legatorum
Inſignis numerus. Niueæ iam fræna quadrigæ
Ore fremunt, duris crepitat ſub dentibus aurum,
En iuba iactatis ventos ceruicibus implens
Sanguineis ebuli ſe ventilat ebria baccis:
Subiectantq;, cauantq; ſolum: impulſuſq; remugit
Stagna per & montes crebris hinnitibus æther:
Verſicolor frontes ſuperà dat plumea motus
Congeries, ruſſamq; ſuper ſimul edita caudam:
Pectora luxuriant phaleris & pinguia terga:
Admirandi operis carpento iunxerat aureo
Quadrijuges auriga feros, vbi maxima fabrûm
Vincitur ars pretijs rerum maioribus, & ſe
Plurima per currus pulcerrima fundit imago.
Prouehitur tandem magnâ ſtipante cateruâ
Nobilium: flos virgineus, matreſq; ſequuntur
Penſilibus pars pilentis: pars ducere frænos,
Impoſitæ dorſo atq; equitem compeſcere virgâ:
Lætitia antè viam præſpargens floribus omnem

Iuncta

cupidinibus, claros cit in æthere cantus:
ibusq; alis currum ſuper impendentes
enus, hinc Iuno, tacitis genia tædis
a diffundunt, liquidaq; incendia flammâ
iſa alij, tremulo ſub pectore vertunt
eo, ſtimuliſque agitant ſubtilibus ignem.
n alti circùm montes, illam intima longè
na ſaxoſas inter ſtrepitantia valles,
omnes Nymphæque Creæ, Arcturique puellæ,
runt, nemorumque deæ, virideſque Napeæ:
áque, Læuinuſque lacus quique agmine lato
nit, plenis auidum lapſurus in æquor
bus, ante Taini ſeſe infunderet alueo:
eſſam Nardúmque bibunt: Lindornáque puro
auit amne deas: magni quas herbida Cludæ
: & arboreis horrens Strauernia luſtris:
media inter ſaxa ſonans iuuat Eſca ſuſurris:
ndique ingens gremium, quem plurimus halox
bitâ colit Oceani intractabilis vndâ:
irides Tuidæ ripas, fœcundáque magni
Deæ, & campos hilares Donaide lymphâ,
m molliculo ſaliunt pede: dulcibus omnes
em modulis decantauére Hymenæum.
enæque Speæ Genij, quique amnibus altis
ia amant alijs ſalmonum paſcere ſecla,
es mulcére nouâ dulcedine riuos,
áque auditi medijs dare cantica lucis,
a arundiferis nemora inter glauca ſalicti,
ulè hos antris geniales ludere verſus,
n ô Hymenæe, Hymen faue ô Hymenæe.
uius interea toto iam flammeos ore
as enituit iuuenis. cupidóque labellis
neis ore infuſus. ſolatia mentis
a capit, ſolidumque ardens inſanit amorem.
Charites, blandiſque puer promptiſſime telis,

Quàm cito, quam cœcis placidi decor aureus oris,
Gratiaq; è roſeis, Regem blandita labellis,
Icit agens iaculis, conceptumq; eruit ignem!
Gratia: quæ in gremij complexibus heroinam
Dulcibus eduxit, formæq; inſignis honorem
Vultibus aſpirans, mores quoq; finxit ad vnguem.
Flexaminos blandâ Charitum dulcedine nutus
Virginis eminulos oculis! quæq; acta virili
Tela ſupercilio occulti iaculantur Amores!
Non ita ſuffuſos iniecta exaſperat ignes
Pallas: & in viuâ, tactis expergita venis,
Calce inferueſcit ſtridénſq; ebullit aquæ vis:
Quanta ſub amborum medio ſe pectore mouit
Æſtus flamma auidi, præ quam prius vſſerat ambos:
Ambo igni micuêre nouo: attonitiſq; bibêre
Mutuum amorem oculis: veluti Iunonia quondam
Solis ad aſpectum aduerſis percuſſa colores
Mille trahit radijs, largaſq; aſperginis haurit
Iris aquas, ſubeunt acti feruoribus imbres:
Sic deſiderij tragulâ perfixus, & horæ
Impatiens mollíq; animum Rex volnere victus
Vertit iter, quum Pierijs à montibus omnes
Tempora diſtinctis euinctæ floribus aſſunt
Ecce Heliconiades: quarum quæ conſcia cœlo
Sentit Apollineas laurus, mentéſq; deorum
Vranie, parat ore preces, ac talia fatur.
O qui magnanimos Deus inuictiſſime Reges
Æternis regis imperijs, da ſideris almi
Luminibus fauſtis tædas fulgêre iugales
Heſperus aſpiciat veniens, ſanctoq; Hymenæus
Fœdere concordes animos & amoribus aptos
Conciliet: metuenſq; mori ſe gloria tollat
Perpetis auſpicio famæ: da dicere iura,
Iuris ad exemplum ſuperi, ciuilia Regem,
Vt decus ad patriæ, certam ad patriæq; ſalutem
Legibus

bus inuictis regni moderetur habenas.
eribuſq; tuis facilem bonus arrigat aurem,
ſuos quoties rumpet patientia queſtus,
ſcoq; nouas incidat iudice lites.
anit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
r iuga, per ſaltus, per amna ſilentia ruris
daq; & vicos, facili pax mellea voto
pidos beet indigenas, & alumna quietis
cia intonſos nemorum viridaria colles
colat: vim pauperibus fraudemq; potentum
la defendat, rabiemq; infringat & iras.
anit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
us egregias laudes præſentibus æui
ariſq; canant ſpatijs, quoſcunq; renaſcens
e nouo. quos denaſcens lux veſpere ſero
uitur: dum clara diem vehet orbita Solis,
hiáque ambroſiæ præpandet lumina nocti.
nit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
têa quas liquit terras Aſtræa reuiſat,
itiáque graues releuet: velut ignibus ater
æſtiferis agros cum findit hiantes,
bus augeſcunt ſegetes, morientiáque herbæ
nia inſtaurant folijs. ſi coniugis æther
nit in lætæ gremium, fœcundaque cœli
rorantis ſubſedit ad- vſque mamillas.
nit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
c rerum potiente & ius, & floreat æquum,
at innocuæ diuina libentia pacis,
que, & tremulæ ſcatebris huberrimus vndæ
pede natus equi, liquido qui flumine noſtros
er alat recreetque ſacris in montibus hortos.
nit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
es opum geminis nec tota Britannia ſceptris
imperium: Oceani ſed ternia in vndis.
cunque ferox, Zephyri ſpiracula verſus

 Porrigit:

Porrigit: indomitáſque obiens quas gurgite Nereus
Implicat Eubenias: Druydumque ſedilia, Monam:
Quæque Lycaonium ſuſpectant Orcades ignem,
Inſulæ Oceano in magno, quem flatibus ingens
Vexat Hyperboreis Aquilo proruptus ab antris:
Illius hæc, minimum dominas parentia leges
Extimeant, nomenque pio venerentur amore.
Sic canit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
Auxilij ille inopes, curiſque ingentibus ægros
Leni animo, patrijque omnes dulcedine vultus,
Et dij alloquijs recreabit mollibus oris:
At fortunarum diſcrimine circumuentos,
Fœnoris abſoluet: dextraque leuabit egenum:
Tanquàm autem vili imbecillæ ſanguine plebis
Nullus abutetur: longam ergo viuere vitam
Fata ſinant, pulcræque genus ſuboleſcere prolis.
Sic canit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
Terra per aërios ventoſa cacumina montes
Tam denſis ſegetum crepitet percuſſa flagellis,
Quàm grauis aſſiduo Grampi iuga murmure ventus
Summa ferit, quantáque horrens canit arbore Lennox:
Plurima ſuppeditet veterinæ ſemina gentis
Fœta Caledonijs paſſim pecuaria villis:
Ditia ſe referent nitidos terræ inter hiatus
Aurique, argentique, æriſque cubilia flaui,
Plumbeáque, & viuo fumantia tecta metallo,
Sic canit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
Frugiferos colles, & amœni compita ruris,
Vrbanáſque vias, impuberis agmina turbæ
Concelebrent, cumulerque patres pax prole beatos:
Læta velut riguis imbri ſe gramina campis
Subijciunt, gratóque auras flos ſuſſit odore
Quà violæ & galij quaque iridis & ſaliuncæ.
Sic canit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores.
Hos tales Rex ille dies, hæc talia genti

Spondet

ſdet fata ſuæ: Aonio nam mater ab antro
moſyne dedit augurium: læuaque coruſcant
Dionei liquidis è nubibus ignes.
ergo omnis virtutes audiet ætas,
giamque animi laudum in certamine, mentem
feret: magna ingenij dabit orgia nobis.
a quo bellax animos, quo ſancta verendum
gio caput attollit. Princepsque Senatus
ia iniectis adſtringet compedibus vim
m animis nimioque manus (heu) ſanguine tincta.
eges Scotis patrias, rectumque piumque
uens qui mœrentes ad priſtina Muſas
ia longinquis volet è contemptibus ire:
nit: aſſenſæ pariter cecinêre ſorores,
ix cythara firmauit Cynthius omen.
libus atque alijs connubia pangere verbis,
aque diuinis hilares genialia Muſæ
gere ceſtabant digitis: ſe namque ſolentes
nonis agunt, Venerique Hymeneia ſanctæ
ferunt ſuauique adolent puluinar odore,
a vbi pietas, & honoribus ara vireſcit
batis, florumque perennibus auris.
n quis Iacobo Scotorum Rege Camœnas,
lamque colit meliùs? quis temporis iſtud,
tate patrum, poterit meminiſſe Monarcham
j illâ inſignem & amabilis indole linguæ,
gilemque animi? plauſit cui ſæpe canenti
pe, viridique auſcultans Phœbus ab antro.
ſce per Rheni populos, quique algida Moſchæ
habitant: ſpecta tantis comitatus in æquor
nibus quà flauentes rapit Iſter arenas:
e viam immenſis dirimunt anfractibus Alpes
ue inter medius ſe porrigit Apenninus:
ue à Bethigenis diſterminat alta Pyrene,
enáſque ipſus (tingat licet inuidiæ dens,)

Non

Non facile oſtendes aliquem, qui ſceptra potitus,
Tot ſtudijs, tot linguarum præcelluit vſu,
Præſtantiſq; adeo ingenij virtutibus altis.
Mitto animi, mitto excultæ miracula linguæ,
Pubentiſq; æui florentem vere iuuentam,
Conſimilemq; Dijs procero in corpore formam:
Quis pernicis equi melior compeſcere curſum,
Aut galeam induere, atq; armis ſplendeſcere in aureis?
Altipetam quis ab aërijs deiecerit hœdum
Verticibus ſaxi, aut rapidæ veſtigia ceruæ
Flexerit in valles citius? cupidiſq; ferinæ
Per iuga, per ſiluas, canibus quis alacrior inſtet,
Illatebretq; feras? certo quis cominùs ictu
Fregerit horribilemq; minis ac dentibus aprum
Intrepidus magis aut immanè furentibus acrem
Vrſam animis, ſæuos contrà ſi verterit vngues?
Quis manibus rigidos lunare potentior arcus,
Seu cœlo ſpeculatur auem, ſeu figere damam
Eminus obijcitur ſubitò? quis tela ſonanti
In volucrem potior torquêre volantia neruo,
Pinguiáve adiecto perfringere tergora nixu,
Tergora monticolæ capreæ? quis vellere ab ipſis
Dexterior cœli alituum genus omne, cauernis,
Aſturis aucupio famuli? quis deniq; corpus
Nobiliore agier patientior omne palæſtrâ?
Illà autem Daniæ ſata Regibus Anna vetuſtis,
Anna ſoror Regis, Regis quoq; filia, Regi
Sponſa, Lycaonium ſubter qui cardinis axem
Sceptra Caledonij, innumeros accepta per æui
Præcedentis auos, iure & virtute tuetur,
Vnâ omnem, diui quam dant mortalibus, æquat
Laude facultatem: formam Cytheræa puellis,
Plutus opes: Charis ingenuos placidiſſima mores:
Caſta mares animos Tritonia: Suada leporem:
Dicunturq; Horæ labijs dare purpureum ver:

Vnus

us ei hanc omnem dedit vno in munere dotem
re Deus, patrij dederit quum pignus amoris,
itiamq; ſui, Fideique opobalſama ſanctæ,
rpis Ieſſææ dulci quæ ſanguine ſudant.
Scilicet hoc illud proprium & ſolenne Tonantis
re voluntatem in melius certumq; benigni
toris indicium facere, ac placabilis iræ,
um Reges dat habere pios, vereq; timentes
minis æterni, & venerantes nomen honore
ſtri, caſto, qualis pietate Ioſias
cidûm Regale genus præcelluit omne,
ſperus vt ſtellas creperâ ſub luce minores.
elligionis enim pariter iuriſque ſeueri
ecus, & priſcæ viueſceret aura ſalutis,
ra fuit terraſque ſacris detergere labes
minis illatas adytis: denſiſq; comarum
ibus horrentes penitus reſcindere lucos:
boxa ſolo Bethelidis orgia terræ
tere: ſacrilegos iuſto ſacrare fauillis
e Sacerdotes, veraſque emergere leges,
us amor, cupidique animus conaminis vnus.
it quia nam maius cœli vertentia ſubter
era quicquam aliud quam veræ conſpicuus Rex
minibus Fidei, iuſtæq; examine lancis?
obis Deus illa dedit, dedit omnia vobis,
e mens cunque queat conceptis poſcere votis.
nia comprendit numero, ſeu munera ſpectes
animi, ſeu diuinias in corpore dotes:
uas vulgus opes ſtudiis immanibus excors
erit: eximioſq; hominũ quos ardet honores
bitione furens animus: ſemel illa ſoluto
remium dedit ampla ſinu, & cœleſtibus auris,
oluitq; Fide: quæ perpetis altera vitæ
npora, temporibus præſentis ſupputat æui.
Coniugij ô par egregium! veſtri inter amores

Am-

Ambroſium florem niſi mella liquentia ſemper,
Semper inalbeſcens Syrij fragrantia roris
Eſſe velint: bonus Idalij vos nectaris imber
Compluat, ætatem: neque cum rota verterit æui
In ſenium, putet alteruter ſenuiſſe priorem
Alterius formam: æterni ſit nexus amoris
Sancta fides, patrij ſoboleſque ſimillima vultus.
Salue magna hominum, fulgentis ab ignibus æthræ.
Spes illapſa ſinus: noſtri vos carminis ales
Vndantem trans oceanum genteſque remotas,
Emerito nunquam, ſi qua potis, impete tollet.
Virtutis prima egregiæ ſunt altera famæ
Præmia: conſequitur qui diis ducentibus ambas,
Illum ego promeritis, & felicibus auguror auris,
Semper florentem capiti impoſuiſſe coronam.

Ad Iohann Metellanum Cancellarium Scotiæ

Quam celeri hanc Pallas percurrit pectine telam,
Quid memorem, quum ſeres ſatis ipſa probet?
Nil etenim eſt aliud, videas, ſeu tangere mallis,
Grandibus horridior quam leuidenſa plagis.
Et mihi cum docto, Mecœnas, dicis Apelle,
Miror non plures texere te citius?
Certe quidem, ſi perſuadet Sulmonius auctor,
Tela illa ingenij, filia Lætitiæ eſt.
Quid mirum eſt igitur, mentis ſi nulla ſerenæ
Gaudia in his etiam verſibus eſſe nihil.
Cur igitur mittam? quia me prior illa fauoris
Aura tui, oblitum me facit eſſe mei.
Iamque meas aliquid, tali te indice, nugas
Eſſe puto, Genij gratia tanta tui eſt.
Quidquid enim hac triſti placeat de mente profectum,
Acceptum auſpiciis ſe feret omne tuis.

De tempeſtate, cum ſponſa in Scotiam tenderet.

Ergo agite ô Muſæ, venti memorate furentes

Irrita-

ſati animos. iræq; exponite cauſas:
i nigro occidui iamdudum ab limite Solis
artuor horrendum exululans noctesque dieſq;
petuos, magnum feruentibus æquor areñis
gitat ſpumaſq; ferens illidit in aſtris,
ſtraque nimbiferis ſtridigens vota procellis,
e vndas ruit Oceani, Claſſemq; moratur,
dita quæ iuuenis debet ſuſpiria Scoti
iam Frederici genus alto à ſanguine Regis,
Daniam tantà nuper cum laude regebat.
uis præſtantem animi, pulcro quis corpore notum
tigenam iuuenem, qui fertilis inclyta terræ
ptra tenet, rigidiq; viros patientia Martis
tora morigeris prudens compeſcit habenis,
meminit nouiſſe aliqua: quem fortibus alis
tra ſuper, Meroenq; ſuper, Lybiamque calentem,
ac adeo à noſtris diuerſum partibus Orbem,
ticis adſpectu Stygij, & decliuibus aſtris,
a tulit: qui materiem pondusq; poëtis
a promeritis, dat habere encomia, rerum.
lum omnes Rhodanique deæ, nymphæq; Pyrenes,
arunt, Bæthiſq; deæ, nymphæq; Chalides:
nes optatos ſuſpirauére Hymenæos.
alias tamen ante omnes, vt vulneris ictu
tia maiori, celſæ ſit ardua mentis,
ius arcanum ſine teſte inclusit Amorem,
cito ſperans ardentis ſemina flammæ
i poſſe ſinu: (qui Geniuſue, ſuiue
dus amor, patriis gentem calcaribus vrit)
ntis opibus, tantis, tot diuite Regnis
ſatam poſſe omnigenis auertere Regem,
c feſta thori tabulis ſponſalia factis,
volat, primaſque faces fulſiſſe iugales.
nc tunc ille furor, tunc pectoris intima feſſi
a prorumpunt, ſtudiumq; immane tegendi

Exſupe-

Exſuperant flammæ: at ſæuæ pater ignibus iræ
Aſtuat occultis, ſecumq; hæc talia muſſat:
Siccine vicini fugiunt connubia Reges,
Affiniſq; fidem thalami contingere noſtram?
Siccine ſpem pretio fruſtra mihi ſemper ab illo
Expectaui aliud: fruſtra tam molliter eius
Ciues vſq; meis habui ditionibus ante?
Ille ergo in noſtros quæ luſit carmina ritus
Diluimus fruſtra, & iuuenem excuſauimus æuum?
Eſto: dies aderit: nec pluribus ora reſoluens
Pollicis vnguiculum dextri bis terue momordit.
Aſt illa inſanæ paſcens ludibria mentis
Vertitur ad Zephyrum precibus, manibuſq; ſupinis,
Pectineq; articulis digitos plectentibus inter,
Talia profundit lachrimans ſi munera Veris
Prima noui: ſi purpureis, ſi floribus albis
Serta tuas Zephyre impoſui diſtincta per aras:
Ipſa ego ſi manibus tulerim tibi lilia plenis:
Primitiiſq; roſis, te primitiiſq; hyacinthis
Deuenerata fui violis ſi altaria primis
Coniugis ipſa tuæ colui, conqueſtibus aurem
Tende meis miſerique vices vlciſcere luctûs.
Fama (fatebor enim) iuuenis celeberrima Scoti
Qui nunc ſceptra gerit, quam rarâ præditus altæ
Indole virtutis, quam pulcri florens oris,
Egregiiſq; animi, quam matribus heroïnis
Votiuæ menſura precis, mihi primitus ignem
Intulit, & mollis fixit veſtigia flammæ.
Nacta ſed exiguâ viuos in imagine vultus,
(Quam furtim clã omnes habui mediamq; mamillis,
Interiore ſinu ne quis reſciſcere poſſet,
O quot eam impreſſis docui ſuſpiria labris!)
Ignibus eximis vror magis, inque medullas
Se penitus blanda illatebrant incendia mentis
Spemq; metumque inter dubiæ, quando ecce niualis
Proge-

enies Daniæ placitum mihi ſurpit Amorem,
me ſurpuerat mihi: quem vix flentis ocelli
tibus occultis vaneſcere iuſſit honoris
ta Salus noſtri, totumq; effudit in iras.
go autumnales, quantum pote, concipe flatus,
Caurus tibi, vel creber t bi flabra procellis
us, his illis vicini à partibus inſtent:
pe, & Oceani ſola claſſem ſalſa prementem
ce grandiſoni violentis fluctibus oris:
neat ſaltem, tumidiſq; elangueat vndis,
miſeræ has fecit furias mihi, quæ mihi vitam
animus, vitam mollis quam optare Iuuentas,
n me iuſſit Amor, melioris amicula cœli
ipuit, miſeræq; nihil niſi velle reliquit.
uid Zephyre? imbellis ſemper patiêre vocari,
Palæpaphiis niſi ſuſpirare puellis?
iſi clementes Tarteſſia ventilet auras
ulei Calpe monimentum & meta laboris?
ine mitte aliis nitidos recreantia flores,
la te rigidum. teq; Oceanitides vndæ,
Danus occaſi proſpectat limina Solis.
riatur: age, horribili quate nubila flictu.
dîit orantem Zephyrus, teneræq; querelas
nis in tenues rapiens commotior auras
na diſploſit tenſis præcordia buccis,
n teſq; ruit fractis è nubibus imbres
ficos, tetulitq; vlulans ad ſidera fluctus.
mihi! quam attonito exiliunt tibi pectora Regis
gnata metu! precibus ſuſpiria fuſis
ata trahit! quam ſupplicibus pia numina votis
citat! quoties ſæuis ſe fluctibus ipſum
optauit potius, quam talia terri
nura terroris teneram quatientia mentem,
nis ſugguerent oculis, miſeroq; tumultu
is atrox tumidis trepidantem pelleret vndis.

En etiam, ceu priua animos ſaturare furentis
Flabra, nec horribiles vibrato turbine nimbi,
Aut ſpumis furibunda ſalis candentibus ira,
Fœmineiue queant planctus: en dura tot inter,
Aduocat auxilio labeonem à Syrtibus Afrum,
Noctemq; atque hiemem: fœdiſq; tot ora procellis
Fœta ruunt, pelagiq; vias. ſaxa aſpera, naues
Eripiunt oculis: en lamentantibus errans
Multis cumque viris, cum fœmineoq; vlulatu
Fluctibus (horrendum!) decimis iactata faſelus,
Iamq; humilis, iamq; elata in ſublime repenti
Præcipitat lapſu, medios interdata fluctus:
Nec mora, nec modus, occurrenti impacta carinæ
Frangitur, (ô diuûm pietatem! ô triſtia ſexus
Exitia vtriuſq; !) illiſaq; prora fragorem
Cum crepitu dedit, & ſubito lateralibus æſtum
Haurit hians rimis. ſiditq; onerantibus vndis
Feſſa ſui, cumuloq; operit præruptus aquæ mons.
Nantibus, heu, raris mittit de puppe rudentes
Auxiliumq; parat miſeri qua promere vires
Quaque animos rerum facies, vndæq; ſequaces,
Et venti nimbiq; ſinunt, cui ferrea cœli
Sæuitia ad culpam cauſſas dedit imprudenti
Pectoraq; impediit crudeli innoxia noxâ.
Quis ſpeciem illius cladis, quis acerba virorum
Funera? quis iuuenum? quis virginibuſque puellis
Nobilibus, claris immitti ſtamina fato
Inciſa ante diem? quis lumina matronarum
Cæruleis extincta vadis, quis diuitis arcas
Commemoret gazæ, & muliebris ſcrinia mundi
Merſa ſalo? caput abde tuos conuerſa ſub amnes
Forthea, ne diræ temerent te funera cladis.
Virgineos potuiſſe oculos. potuiſſe nitentis
Stinguere ſplendorem formæ! florem illius æui
Tam nitidum, tam molliculum, thyrſiſque tenellis

Cymata

Digitized by Google

ata ceu rabido lacerare virentia morſu!
ſparſas audire preces, votiſq; moueri!
alem luctum morientes, quanta puellæ
era feciſtis iuuenum vos flumina Fifæ,
uſæq; amnes: vos celſa cacumina circum
erunt, nemorumq; dij, mœſtiq; penates,
que Caledoniæ tecta impoſuére virectis,
nuſq; alto gemitum lacus edidit amne.
ilicet hoc Regi tempeſtas horrida monſtrum
cit ante oculos, quo pluribus ægra fatiſcat
turbata malis. pelagique pericula magni
magis, magis vſq; fremat: ſed inante timenti
ta Fides, miſeramq; animi conſiſtere mentem
onitu facit, ac pelagi qui temperat vndas
Deum: quem ſiderei tremit æſtus Olympi:
ia cui parent cœli terræ æquoris intus
ſa ſinu quem terribiles per inania venti
ipiteſque timent ſummiſſis viribus imbres:
ante thronum, Iuſti reuerentia & Æqui
er adeſt, ſemper Bonitas, atque omnibus æui
plis monſtrata fides: te ſupplice quondam
precabundum tibi, quo diuina vocaret
ugij, mentem vellet flexiſſe voluntas:
ciet, Daniciſque tibi qui intendere tædis
ris ambiguo, fuit indubitabilis auctor,
ignota cano, fidei manifeſtus & oris,
memoro, teſtis vero ſermone probauit)
fauſta tibi dabit auſpicis omina flammæ,
u memque tuam tua ſiſtet gaudia ſponſam:
odo fide Deo, & ſacri ſub Numinis vmbrâ
ilaris: Sceptriſq; Deum Rex magne memento,
itare tuis, illiuſque omnia nutu
a dari. Regumque modis ceſſantibus angi
voluntates, vt regum agnoſcere Regem,
ſuo melius diſcant pede dimetiri:

Te ſoboles, ſoboliſq; ſequens vis magna nepotum
Sceptra feret, veruſq; tui te ſanguinis heres
Vſque propagabit, ſummi ſi iuſſa Tonantis,
Integraque æternæ ſeruabis iura Sionis:
Te decus & regnj ſplendor, te proxima cœlo
Gloria per cunctis nomen memorantia terris
Ora virûm. Solemq; nouum, Solemq; cadentem.
Auſtraliſq; feret Rhapti prona æquora verſus.
Talia ſecreto monuit caſtiſſima Regem
Relligio monuitq; Fides: quæ virginis aures
Vna eadem occultis placide circumſonat alis,
Mominaq; attonitæ librat titubantia mentis.
Qualis apes nitidi par aprica ſilentia cœli
Fertur in arua volans maculis inſignis & auro,
Suauiaq; irrigui ſequitur violaria fontis:
Se vel amaracinis ludens oblectat in auris,
Floribus aut prati variis, thymbraq; thymoq;
Cruraq; ſerpillo & nigricantibus alba hyacinthis,
Ebriaq; Auroræ lacrimis, Noctiſq; ſerenæ:
Regia ſic Virgo pelagi ridentibus vndis
Cum tremulos ventus niſi ſuſtulit ore cachinnos
Pone ſequens, cœlumq; æſtiuâ luce refulſit,
Ipſa ſacros ſaltus, ipſa altæ huberrima ſiluæ
In Bibliis peragrat iuga fortiſq; arua Leonis,
Qui virtute viam propria patefecit Olympi:
Eximioſq; legit flores, ac flumina libat:
Flumina, quæ ſolidi prorupit vulnere ſaxi
Electis Deus ſacidis: fragrantiaq; intus
Dona Palæſtini ſtipat cœleſtia mellis,
Ambroſioq; animi diſtendit nectare cellas.
Sin radiis atros Solis ſquallentibus imbres
Nubila iam iamq; eliciunt coruuſq; morantem
Increpitat pluuiam ſiluiſq; immurmurat Auſter,
Carpit iter: ſumptiſq; Coians per inane lapillis,
Occupat optatum libra corpore limen.

Atria-

tiaq; excipiunt venientem halantia myrtis,
rciſſiq; crocique comis & floribus Hyblæ:
Haut aliter ventis pelagi turbantibus æquor,
rribilique retro pellenti turbine naues,
l ſe Nympha redit propius, ſeque intima paſcit
ſtructis alte dapibus preſſiſq; reguſtat
lla fauis, durum aduerſi domitura ſaporem
tis, & quidquid rabies effuderit vnde
go vbi iam vento vehementi & fluctibus actis
ſtra ſonant, tortiſq; ſali ferit æthera ſpumis
patiens flecti Oceanus, tunc pectoris effert
lla penu, & lectos hæc ipſa ad munera flores,
lciaq; hæc precibus miſcet ſuſpiria caſtis:
O qui flammiferos cœli reuolubilis axes,
llurem que quatis: rabidæq; ſonoribus vndæ
libet. inſpiras: & totius agmina gentis
tiæ effuſis ferri permittit habenis,
bem indignatus ſcelerum: qui rurſus eiſdem
nnibus obſequium, noſtriq; iniungis honoris
ſentemque ſalutis opem, te ſuppliciis mens
curuata vocet, lacrimiſq; abſtergat iram:
i quondam Aſſyrio Neptuni in gurgite vatem,
ænæ ingluuies quem vaſti abſorpſerat oris,
uaſti: qui diſcipulos audire benignus
ppe laborantes, pelagiq; quieſcere fluctus,
citus è ſomno precibus licet imbecillis,
tua quæ bonitas, voluiſti: quippe omne triformis
perium Mundi ſolus, ſine fine potiris,
eanum pater alme pater compeſce furentem:
q; meo, mihi quem tua deſtinat æqua voluntas
te viro: tu, primo homini, quem feceris ipſe,
i vitæ ſociam facere eadem mente fidelem,
m placitum fuit, auxilio & ſolatus amico es:
domine arcani latebras qui pectoris omnes
uitu ſcrutare, meum bene cernis amorem

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quam non ſit petulans, aut ſtulti prodigus ignis:
Sola tuæ me ſola mouent oracula legis,
Ne ſit clauſa tuis vnquam mea vocibus auris:
Sis memor ergo tui, atque animo res adſpice noſtras
Sancte parens patrio: ſobolis teque integra noſtræ
Vita colat: ſine curriculis nos mollibus æuum
Ad ſenij extremos tua per veſtigia flexus,
Degere felices, animiſque idem amantibus ambos.
Viuere concordes, odioque idem habentibus ambos:
Imprimis hoc porge pater, pater optime porge
Perpetuum nobis propriumq libentibus eſſe,
Te coram offenſas fugiat mens noſtra meréri,
Vitaque virtutis ciues incendat amore,
Exerrans æquum rectumque licentia, frenos.
Accipiat. veriſque, Deus, celebrére triumphis.
O felix animi! fœlix! cui ditia talis
Pectora theſauri, Fideique effulta columnis
Tuta ſedent! non præcipites per inania flammæ,
Non tonitrûs crepitante ſono conterrita tellus,
Aut reſerata auido laxans penetralia hiatu,
Non euerſa imis turbantibus æquora ſtagnis,
Terrificent animum, æterni quem Spiritus oris.
Afflat agens, dioque animat præcordia ſenſu.

In eandem vix intermittens, ieiunio & precibus indictinis Ecclesiæ, ſubito ſedata.

Nubibus & vento, & ſtridentibus atra procellis,
Cinctaque Tempeſtas agminibus pluuiis,
Sæua quid inſanos moliris ad æthera fluctus,
Oceanique imis ſtagna refundis aquis;
Dede manus, victa es: precibus proſtrata Piorum,
Vix poteris tremulum tollere fluxa caput.
Baccharis (fateor) diuino inſtincto furore,
Sed tibi qui fecit: deſtruere ora poteſt:
Deſtruxit, cecidiſti; & quam ſit grata Tonanti

Mens

ns ieiuna ipſum ſollicitans precibus,
antaque Chriſtiadûm Fidei vis, ferre repulſam
Neſcia, tu ſubito capta, ligata, doces:
inc eat, inſipidis Epicuri fungus ab Hortis,
Quique ſuâ nomen lubricitate tulit:
mihi nec precibus, ſobrio nec pectore flecti,
Poſſe Deum, nec ei cuncta ſubeſſe probet.
indictiuis reſonant Sacraria votis,
Et Cauri ponunt, & Maris ira cadit:
bila tam grauidis fugiunt turgentia nimbis,
Cæruleoque alacres Sol quatit axe feros.
tremulæ ventis variant mutantibus vndæ,
Carbaſeoſque vocant flabra ſecunda ſinus.
go age ſiderei irradiat quem Numinis aura,
Cuique ſua ex iugi guttula fonte ſuper:
tnice conuexo tentoria ſuſpice Mundi,
Atque ſupernates æthera ſubter aquas:
geminiſque globis quæ perfectiſſimus Orbis
Cludit, & à noſtris ſidera longe oculis:
niq; præſentes, res præteritæq;, futuræq;
In mare, per terram, per leuis aſtra poli,
libet, vt patrat, vt ſcit Deus vtile factu,
Continuo ſpeciem corripuere nouam.
ergo æternas hominum dent ſecula laudes,
Aſtriacus vt grato concinit ore Chorus.

Quod de nauigatione in Daniam Scotorum regis Iacobi vi.

EMBLEMA.

Quadrigæ ſed Neptuniæ: quarum poſteriora deſi-nt in piſces Currus antiqui operis ex conchâ: in eo A-r alatus & pharetratus prope temonem ſtans, ſiniſtra -nés habenas: alterâ virgâ, valde pronus in equorũ inci-ionẽ. In poſtremo curru quaſi ad gubernaculũ Hyme-

næus myrto coronatus, tædam ardentem tenens & ſi-
num aquæ: Ante eum iuuentæ dea Iuuentas tibicina
cum duabus tibiis, quarum vna altera aliquanto lon-
gior. Ab alto victoria cum lauru.
Verba hæc, ſub curru.

Danica nauigationi feliciter.

In Numiſmatis orbe

Numinis inſtinctu Diuûm.

Quadriiugo ſoboles iunxit Neptunia curru
Patris equos: amor indomitis moderatur habenis,
Ingenteſque animos ſtimulans vndantia læua
Lora quatit, totuſque inhians in verbera pendet:
Tela ſonant humeris, & lunans cornua neruus:
Olli remigibus pugnantia cærula pinnis,
Stridenteſque ruunt animoſo pectore ſpumas:
Subſequitur volitans auido celer impete claſſis,
Ornamentorum vario pulcerrima luxu.
Auricomus puppi reſidens Hymenæus in alta,
Fronde coronatur bene-olentis tempora myrti,
Delitiiſque aliis gelidi patientibus anni,
Suppoſitum quotiens luſtrat Sol pronior Orbem
Menſibus hibernis, lucemque coercuit vmbrâ:
Ille tenet niueâ Cerealem lampade flammam,
Plenaque ſollemnis carcheſia ſuſtulit vndæ
Fontis ab æterni ſcatebris: genitalia vitæ
Ordia communis, Iuno quos pronuba iunxit
Coniugis auſpicio thalami: Stat inante Iuuentas
Sollicitans biuiis tibicina flatibus auras.
Ætherea de parte alibi clangentibus alis
Fertur ouans, plexamque manu victoria laurum
Porrigit: arripio votis felicibus omen.
Muſa mihi pompæ noli diffundere cauſas:
Dic quibus hanc Diui celebrẽt: Hymen vnde perennem
Portet

Fortetaquam, tædiſque ſacrum fumantibus ignem:
Queis equites frenare ſuos dedit incluta ponti
Progenies, proprioque vehi ſuper æquora curru,
Cuncta quibus Diuûm domitor Cythereius ales
Lina regit, magno ſubigens fera pectora iuſſu:
Haut etenim mortale genus ſollemnibus iſtis
Iungitur, aut vnctos tali ſubit agmine poſtes:
Diis equidem niſi tanta licent: dii talibus olim
Connubiis coiêre thoros: age viuida noſtræ
Flamma voluptatis, cupidum ne deſpice vatem:
Sic tibi nectareos coma Grampia fundat odores,
Et Buchananæis quales è floribus auræ.
Parrhaſiæ ſubter pallentia Virginis aſtra
Bellipotens late tellus, Cerealia glebis
Semina fertilibus cumulat: pelagique patentes
Occupat imperiis aditus, & molibus arctat
Oppoſitis, ratibuſque modos & tempora ponit.
Hic vbi perpetuâ Regale propagine germen
Spes Daniæ, ſpes Noruegiæ certiſſima terræ
Chriſtianus, magni magnum patris incrementum
Tollitur imperio, & teneras iam diſcit habenis
Informare manus: ſapiens quas fœmina mater,
Quattuor & Regni proceres probitate fideque
Conſpicui tractare docent: functique parentis
ura vicemque gerunt donec voluentibus annis
egna gubernandi puero ſucceſſerit ætas.
Illi alias inter formâ præſtante ſorores,
uneribuſque animi egregiis cluet Anna: perenni
ergeminæ Charites quam rite in fonte leporum
uſtrauere ſuo: proprios cui Cypris honores
ſa dedit: roſeiſque habitans Suadela labellis:
i pater & belli, & pacis felicibus ingens
nperiis: proauique animis ſublimibus omnes
morumque caris: Fidei pia mater & æqui
ra dedit, teneriſque animum formauit ab annis.

Sic habet: hanc tanti talem genuêre parentes,
Inq; Calcedonii pepigere cubilia Regis,
Perpetis ominibus fidei, dextriſque gemellis.
At cuius Iuuenis! tot qui virtutibus acer
Summa petit, Regeſque animis ſuperemineт omnes;
Qualis Atlantæos inter Titanius ignes,
Lucis in ambiuio mediæ quum pura ſereni
Cærula ſtant cœli, Zephyris palpantibus auras.
O quos fata dies, quam præſentanea terris
Otia dii ſpondent ſuperi! quum rurſus ab alto
Lapſa verecundos Legum reuerentia mores
Rege ſub hoc, retrahit fugitiuos, victaque cedit
Impietas, veteres Fidei fax æmula flammas
Conſerit illuſtri rutilantem lumine mundum.
Pluria quid memorem? geminis quæ Regna columnis
Religione & Iuſtitia ſubnixa recumbunt,
Firma manent, cunctæque opibus virtutis abundant.
Ergo facis nequiens perferre diutius ignem
Ima perurentis liquidâ iam pectora flammâ,
Iuerat Oceano Daniam, pelagique remenſus
Æquora, quam tanto vehemens ardebat amore
Duxit agens iunctis curru Tritonibus Annam
Pacis honor, bellique potens Steuartius heros.
Quem circum innumeræ properantes gurgite ab omni
Ecce Deæ, patriis mirantes frena quadrigis
Impubes agitare manus, feſtiſque Hymenæum
In veſtimentis, viridanti fronde comantem,
Lampadeque & ſino genitalis nomina vitæ,
Atque voluptatis geſtantem philtra iugalis:
Dulciaque auditu iquenantis carmina Diuæ,
Scotiadæ tandem noſcentes carbaſa Regis,
Planitie ſtrauere vias, vt currere ponti
Salſa ſuper pergant volitantes terga carinæ.
Imprimis puerum, Neptuni in claſſe frementem
Lætitiâ

Lætitiâ, magnoque feros clamore iugales
Sollicitantem adeunt, miro percuſſa tumultu
Pectora geſtantes: animos ſpeciemque puelli
Et volucres humeros, & tanto verbera niſu,
Tam molli ſtupuere manu. ſtupuere pharetram
Tanti operis, teretes auro ſtupuere ſagittas,
Flammiferiſque adeo fulgentem cornibus arcum.
Senſit amor, placidiſque Deas venatur ocellis.
Expleri ignaræ nequeunt, magis illa tuendo
Cernendi ſitis ardeſcit, vis neſcia mentis,
Aſpicitur quantus miſeris Deus: at memor artis
Ille ſuæ, occulto penetrat ſe lubricus igni.
Nunc animis, nunc illæ oculis, nunc pectore toto
Hærent, iamque nouas graſſari in viſcera flammas
Gratanturque dolentque ſimul, ſimul omnia velle
Incipiunt pueri cauſa, modo voce quadrigas
Exagitant, modo ſurgentes clamoribus vndas
Ex pede proſubigunt, iterique procacius inſtant.
Nec mora. nec requies, donec comitantibus Euris,
Alta Caledoniæ ſiſtunt ad littora claſſem.
Omnia victrici tam ſunt procliuia metæ;
Quæ properas monſtrante Deo. Quæ gaudia Scoti
Regis in aduentu. variis ter maxima rebus,
Præbuerint, Genii ſi vis non maxima noſtri
Eualuit, nonnulla prius, non omnia dixi.
Hoc igitur reſtat. Tu Lyndeſi incluta Regni
Gloria Scotorum, dulces ſi Curia Muſas
Altaque tot poſſunt audire negotia rerum,
Ne luſus contemne meos, modicumque laborem.
Certe equidem hæc tenuis ſaltem monſtrabit imago
Mentem animi: nam gentis amor & gratia veſtræ
Accendêre meo viuacem in pectore flammam
Perpetis officii: quod ego cœleſtibus auris
Dum veſci dabitur, grato reminiſcar honore.

In Annæ Scotorum Reginæ coronationem.

Ergo dies aderat toti optatiſſima Regno,
Nobilium celebrata opibus, celebrata minoris
Agmine concilii, & quocunque ex ordine cunctis.
Quis noctis, quis fando queat memorare diei
Omnia, quæ proceres, quæ nobilitate iuuentus,
Scotigenæque alii delectamenta pararint
Tanto operum luxu, tot dexteritate virorum,
Curriculiſque & miſſilibus tot in æthera flammis?
Omnia per noctis quiſquam bellaria cœnæ
Verſibus exæquet: virides quæ ſerta Napææ?
Et quod arundineo mittunt de palmite nectar,
Ac variis fingunt quæ blanda tragemata formis
Heſperides: vel mellifluis quæ ſalgama ſuccis?
Præcipue templi vario ditiſſima cultu
Ornamenta nitent, vbi marmoreæque columnæ,
Structaque penſilibus circum tabulata figuris
Vndique luxuriant rerum: vela vndique vela
Regia, Barbaricis quondam certantia textis
Muriceque & cocco, ſolidique trilicibus auri
Fulgida mæandris: pretio ſed cætera vincit,
Artifici vincitque manu. ſpectabile Regi,
Reginæque ſuum lateris ſuper altera dextri
Pegmata, compoſitum ſolium, pendentiaque alte
Deſuper impenſis operum, illuſtrique metallo
Aurea, virgatæ fluitantia marginis auro,
Inſtar inaurati ſtellis velaria cœli.
Sed iam tempus erat, medii ſub ſigna diei,
Quum proceres ornati adeunt: hinc Scotia bellax
Quos numeris habet innumeris: hinc ordine longo
Legati Daniæ: ſolido quos fulgor ab auro,
Conſpicuos, & longa manûs comitantis honeſtant
Agmina Nobilium: decorati torquibus omnes.
Itur in antiquam ſpatiis tendentibus ædem

Interiore

Interiore aditu. Rex iam ſeſe aureus alto
Compoſuit ſolio, ſua quum ſuper Anna ſedili
Vndique quod Byſſus, quod purpuraque vndique texit,
Aurea conſedit: Dux hinc Lennoxius heros,
Hinc Hameltonius: ſubeunt longo agmine Nymphæ
Diuitiis proauiſque potes & corpore pulcro.
Stant dextra læuaque virûm nitidiſſima cultu
Scotica Nobilitas, Comites, magnique Barones.
Hic Daniæ veneranda ſedet Legatio pictis
Feſtiue in aulæis. Pelagi præfectus, & oræ
Omnis ad imperium Daniæ, ſedet ordine Princeps
Munckius omnigenis belli celeberrimus armis:
Diues opum: lateri Stenius Braha proximus hæret,
Vir præſtans animi, & claris maioribus ortus,
Clarior ipſe ſuis belli inter munia factis:
Aſſidet huic Bredo Rantzouius, Senis illius ille
Filius Henrici, quem duri gloria Martis,
Muſarum quem tollit honor fulgentibus aſtris.
Nicoleos ibi Theophilus docto inclutus ore
Altus in Aſtrææ gremio, dulceſque ſororum
Propter aquas cui ſæpe Deus ſpectatus Apollo eſt.
Incipiunt Pſalmi, paribus laquearia templi
Mulcentur modulis, canit vltima vocis imago
Per cameraſque tholi, & conuexos fornicis arcus.
O quales iam mente choros cœleſtibus aulis
Ante Deum æqualis videor capere orgia cantûs
Auribus humanis, noſtri ex concentibus oris!
O quibus æterni nomen numenque parentis
Carmine proſequimur, primæ modulamina vocis!
Quæque Supernates imitantur honoribus ipſos
Comparis officii, laudumque perennibus auris!
Vt cantus ſiluêre ſacri: conuerſa precatum
Concio ſupplicibus concepit vota labellis:
Fit gemitus, ſaliuntque pii ſub pectore motus,
Rore pluunt oculi, mens interioris Olympi

Templa petit, Chriſtique hærens amplexibus orat.
A precibus non longe ierant, pſalmiſque canendis,
Quum tractare *Dei* cœpit bene Gallua *verbum*,
Gallua vir pius & doctus, Regiſque Miniſter.
Multa ſuper Regno memorans, ſuper ordine multa,
Multa pii ſuper officio, ſuper indole multa,
Indole virtutis: precibus ſua denique finit
Dicta piis, monitiſque animos ſtimulantibus vrit,
Et memores rerum linquit ſub pectore morſus.
Vertitur interea ſpecies, rituſque ſequuntur
More hominum ſacri præbendis rite Coronis,
Quos Deus imperii vocat ad Solemnia Reges.
Plurima iam noſtras implet clangoribus aures,
Et templi ſcrutata ſinus tuba perſonat omnes.
Conticuere iterum, verſiſque ad Sacra Miniſtris,
Brucius aſſurgit vir nobilis, inque togati
Claſſe Miniſterii nullo pietatis & æqui
Laudibus inferior, precibus Sollemnia ſanctis
Commendare Deo, Chriſtumque in vota vocare
Incipit, & prudens animi, linguæque diſertus:
O qui flammiferas, inquit, Rex incolis arces
Summe Deus, qui per terras habitabilis omnes
Mundi huius, frænos voluiſti flectere rerum
Imperii manifeſta tui exemplaria Reges,
Vt Pietas, & Iuſtitiæ vis neſcia flecti,
Comprimerent furias hominum, motuſque rebelles
Suppliciis, ſua virtuti dare præmia poſſent.
Qui Regem æternæ moderantem iura Sionis
Omnibus ornaſti donis, ſemel omnibus vnum
Inſtruxiſti opibus, Regeſque è ſemine cretos
Mortali ſeruire iubes, eiuſque vereri
Imperium, cui ceruicem curuare ſuperbam
Præualidas cogi gentes. pater optime Regi
Sis bonus huic noſtro, totam da vertere mentem,
Totum animum, totas omni cum pectore vires

Regis in obſequium Chriſti, da viuere ciues
Regis ad exemplum, *Fideique* arcana tueri.
Inprimis pater omnipotens (quæ cauſa diei
Princeps huius erat) placido bonus aſpice vultu
Conſortem thalami, conſortem totius Annam
Imperii, quod Iacobo tot ab vſque dediſti
Inuictis proauis, nunc qui cognomine Sextus
Scotorum Rex eſt, genitor da proſpera regni
Auſpicia, & lætam longæua in tempora vitam.
Te Dominum agnoſcat, quem noſtræque vna ſalutis
Luſtra facis Chriſtum caſto veneretur honore.
Sic ait, & pedibus, genuum veſtigia mutat.
Incipit & tantam verbis exponere molem
Aggreditur Regni, nihil hic non tangitur illi,
Vtile quidquid erat, quidquid cognoſce neceſſum
Regibus, & primis, aderant quicunque, virorum.
Quid moror? egregii monitus ſermonis, & omnes
Conſilii partes cupiam ſi prendere verbis,
Certe alios laxare ſinus, & longius alto
Cogerer inferri pelago, quam cymbula poſſit
Noſtra pati, tenuiſque ſuper quæ copia rerum.
Ergo illic iterum precibus pro tempore fuſis
Ante Deum, pompæ ſtudium ſpectantibus auget.
Annam omnes animis intenti vultibus omnes
Suſpiciunt Annam, quum Dux Lenoxius illinc,
Huic Hameltonius, prælongo ſyrmate Pallam
Auguſtam, Tyriam, bene verſicoloribus intra
Pellibus effultam (quas nunc populariter omnes
Dicimus Arminas) nitidi ſuperinduit auri
Veſtibus ornatæ, grandique adamante reuincit
Fibula, vbi cyanis ſtrophium, bacciſque mamillas
Integit eminulas modice, lepidumque gemello,
Tubere gemmantes; fert Dux Lennoxius auro,
Et grauidam gemmis mirandaque arte Coronam:
Fert auro ex ſolido trinis adamantibus aptis

Grandi

Grandibus, indomitis ſublimi in cuſpide ſceptrum
Hameltoniadès: tenet altum Anguſius enſem:
Quæ tria continuos dederunt inuicta per annos
Vnâ ſtirpe ſati genus alto à ſanguine, Reges
Centum ſex proaui.
Imponunt illam capiti, digitiſque tenendum
Molliculis iſtud: ô ſpectatiſſima Diuæ
Effigies! ô vera poli ſtirps edita templis!
Qualis in aſtriferis, medii per tempora menſis
Cynthia reſplendet ſpatiis, quam millia centum
Hinc atque hinc ſtipant comites in nocte ſerena,
Sidereum genus, & ſtellantibus ignea gemmis
Progenies cœli: tacitum ſe gaudia Phœbi
In pectus penetrant, oculi capiuntur, & ardet
Igne animus, dulcique fluunt præcordia tactu.
Talis erat, talis tantis in honoribus Anna,
Anna animi felix, ipſiſque ſimillima Diuis.
Ecce Deus, Deus ecce iterum communibus aurem
Suppeditat votis, patrii dans ſigna fauoris:
Quippe etenim mens vna eadem, fuit omnibus vna
Summa precis, *multos Anna feliciter annos*!
Vocibus his delubra ſonant, his vocibus omnis
Angulus emugit, ſerpenſque per obuia clamor
Ora volat: mediis gratantur Oreades agris.
Tantaque per templum lætantis gaudia turbæ
Excipiunt clangore tubæ, ſonituque canoro
Quà mentes hominum, quà læta per arua Napæas,
Quà recreant nitido Nymphas in fonte lauantes,
Indigenaſque loci Genios, vbi vallis amœnæ
Tractibus in pictis, niueo de marmore templum.
At Regina ſuo iam tollitur Anna ſedili.
Inceditque Duces inter media: eminus aſſunt,
Syrmaque ſuſtollunt manibus, regalia promptæ
Ad mandata duæ Danica de gente puellæ,
Nobiliore ſatu genitæ: iam textilis auri

Ducitur

citur in ſolium, ſeditq; ſimillima Regi.
Altiſonis ſtat pauſa tubis: ſtrepituſq; ſileſcit
udia teſtantis populi: quum deniq; ſurgit
bilis eloquio, doctrinaq; inclutus omni,
uinà imprimis: qui multus Apollinis antra,
tra roſis, violiſque & anethi picta corymbis,
ymphæ vbi limpidulo trepidant pede, ritè frequentat,
ſuirius, grandique ad Regem carmine fatur
iſonio, monitiſq; docet prudentibus artem
nperij. Res priſca grauem tractare rotundo
armine materiem. Quas iam moribundus Iacob
nſtituit tabulas, nonne omnes carmine factæ?
An non Amramides, Pharijs quæ fecit in oris
anta Deus, quæq; aggeſtâ Rubri-æquoris vndâ:
uæq; per arentes Arabum patrauit arenas:
Carminibus dedit. & numeris memoranda reliquit?
Nonne ſalutaris ſemper florentibus Horti
Conſitor Iſaides, ſemperq; potentibus herbis,
Imbribus areolas numeroſi compluit oris?
Quid veteris, quid deinde Noui tibi Fœderis omnes
Commemorem vates. grandi quot grandia verſu
Argumenta ſuis liquère nepotibus olim?
Hic finis fundi: Ingeminant taratantara rurſus
Per delubra tubæ. Solio Regina ſuperbo
Surgit & ipſe ſuo ſurgit Rex: ordine longo
Præuia Nobilitas graditur. gradiuntur ouantes
Agmine Legati Danico. Rex ſideris inſtar
Aureus æſtiui, formoſoque ore renidens
Reginam alloquitur. Quales fulgentia gemmæ
Hinc adamas, auroq; illinc dant ſigna pyropus
Impoſiti fuluo, polijt quod flamma camini,
Artificeſq; fabrûm digiti, ſuaueſq; colores,
Incedunt pariter. lateri Dea iuncta ſiniſtro
Coniugis, exhilarat iucundos lumine vultus.
Linea progreditur: præfert Anguſius enſem,
 Sceptrum

Sceptrum Hameltonius, Dux fert Lennoxius auro,
Et grauidam gemmis, mirandaq; arte coronam:
Primores regni Regem longo ordine ſtipant,
Longáq; Nympharum ſeries è ſanguine claro
Reginam ſequitur, geminæ cui ſyrma puellæ
Ponè legunt, digitiſq; agiles candentibus arctant.
Frondibus vt ventum, feſtiſq; tapetibus aulam
Vndiq; ridentem, vario certamina ſurgunt
Lecta iuuentutis ſtudio, fremit extima circi
Maxima planicies, magni ante palatia Regis,
Perpetis incurſu populi: ſed prima paratis
Fulgentes in equis Comites ſpectacula præbent.
Incinuêre tubæ, & longè decedere turbam
Curriculo iam quiſq; iubet: de ſtipite picto,
Qui neq; curriculi mediâ, neq; margine poſtus
Vltimâ inargutè, medio tamen vlterior ſtat,
Virga ſubit, quâ dependet parui annulus oris,
Laudéq; feruentes certantum prouocat iras.
Hic comitum ſtant primi equites, primiq; Baronum,
Criſpàntes tereti præfixa haſtilia ferro:
Carcere corripiunt effuſi longa viciſſim
Curriculi ſpatia, & directa auferre laborant
Cuſpide pendentem medio in certamine palmam.
Effugit ante alios, primuſq; infertur arenâ
Laudis amans, belliq; Comes Bodhvellius armis
Flos iuuenum, certo defigere vulnera niſu
Magnanimus, pelagiq; potens confligere pugnis,
Quem Latij, quem lingua trucis dulciſſima Galli,
Partáq; tot ſtudijs, altâq; indagine rerum,
Alite Mœonio ſublimem gloria tollit.
Inſignes virtute alij, quos figere ferrum
Pro ſe quemq; viros, felix fortuna probauit,
Laudibus incedunt hilares, plauſuq; tubarum:
Indomitis ſed primus equis, & fortibus armis
Turbam inter ſtrepitumq; Comes Bodhvellius audit.

Vix

Vix iam veſper erat, rubicundáq; lumine proni
Deuexo Phaetontis equi temone vehebant,
Fit ſtrepitus tectis, famuliũmq; immenſa iuuentus
Flandrinâ paſſim conſternunt ſindone menſas,
Et dapibus pingunt varijs. pars aurea eburnis
Pocula diſponunt abacis, laticemq; Lyæum
Grandibus in labris Nymphas ſeruare iubebant:
Aurea per menſas ſalis incunabula puri
Plura micant: venêre Dani, venêre frequentes
Scotigenûm primi, pictis diſcumbitur oſtro
Tegminibus circum, & fulgente tapetibus auro.
Hic ego lætitiæ fuerint quæ plurima nocta
Munera non referam, non vultibus ora cauatis:
Non hilarem cieiante viros in veſte choream,
Non cytharæ fidiumq; alios memorabo tenores:
Non quot in omnigenis fuerint quot fercula menũs,
Quot cyathi, quæ ſermonis bona copia læti.
Nec foris interea foris illætabilis vmbras
Nox agitat: leuis aſtra ferit flammantibus ignem
Venis ſtupa vomens longoſq; per aera tractus
Ingeminans, quaſi diſploſo dat prælia ictu
Ætheris in celſi ſpatijs, ſe plurima cœlo
Præcipitat iureſq; aliquo de ſidere ſtellas
Cum gemitu ruere, & terris metuenda minari.
Semina flammarum: tot iam errant nubibus ignes.
Quid tormentorum tot cæca tonitrua bombis
Fracta per ingentes cœli terrore cauernas
Arcis ab Edinæ referam iaculantia muris?
Nunc aliâ menſas alias in parte palati
Ornarânt famuli: ambroſiáq; & nectaris ipſo,
Nectaris ætherei conſtructa tragemata ſucco.
Plurimáq; omnigenis bellaria bella figuris,
Quæ Dea cunq; omni reperire Cupedia cœlo
Ingenioſa ſatis, potuit, compoſta fuêre.
Heſperidum quidquid præbere feracibus horti

 Arcolis

Areolis ſueuére ſuis: quas conſita doctis
Alcinoi manibus, vel Adonidis edidit arbor
Delicias rerum quas dulcibus Hybla thymetis,
Hic aderant, paratis quidquid fulgeſcere pictis,
Quidquid amat riguis, cultiſq; exiſtere in hortis,
Quos aliquis rarâ tractat topiarius arte,
Hic erat ad viuum propriâ ſpectabile formâ,
Caulis arundinei è niuibus mellîſq; medullâ.
Quæ ſe cunque feræ ſaxoſi vertice montis
Præcipitant celeres: vaſtæ quæ pondere molis
Plana colunt, denſiſq; latent per inhoſpita ſiluis,
Manſueſcunt hominum quæcunq; animalia curis,
Perq; domos habitant noſtras: per inania pictæ
Quæ fugiunt volucres aut ſuauibus ora querelis
Quæ paſſim exercent, aut noſtris cortibus errant.
Et quæ Neptuni cano ſub ſub gurgite ludunt
Squammigeræ pecudes: Qui dulcis flumina Nili
Piſcis amat, ſemel hic omnes in imagine viuunt,
Heſperides quam ſacchareis è ſtirpibus olim
Impreſſère adipi & Diuûm miſère ſecundis
Feſta celebrandis inter ſympoſia menſis.
Tela quid in ruſſum memorem tot torta leonem
Vndiq; fulmineum? ſæuumq; molaribus aprum
Fortibus horrendis? Quid celſis turribus arcem,
Fœtam tormentis? referam quid maxima rerum
Cetera ſacchareis bene ſic expedita figuris?
Quas niſi feſtiuus raperet librarius iſtud
E manibus carmen nolim ſepelire ſilendo.
Sed iam purpureo ſpargebat lumine terras
Exoriens Aurora nouo, captiſq; iacebant
Cuncti oculis. qui pernoctis poſt gaudia luſus.
Poſtq; voluptates tantâ ſub imagine rerum
Tam varias non ferre ſuis iam viribus vltrà,
Quã ſpectare priùs, quæ carpere ſumma voluptas.

De intraitu

De Introitu Reginæ in Vrbem Edinburgum.

Vrbs antiqua iugis ſurgens accliuibus, omni
Ex aditu: lætas ſegetes, lætiſq; propinquos
Culminibus montes, & amicum mercibus æquor
Proſpiciens: portis armorum: quaq; vltima longè
Scotia porrigitur, ſuperans florentibus vrbes
Diuitijs: Auguſta ſedet vbi Curia Regni:
Nota Puellarum prius Arx: quam nomine dicunt
Nunc Edinburgum. templis domibuſq; ſuperba,
Tutaq; marmoreis excelſæ mollibus arcis:
Gens humana: Deum pari caſtiſſima ritus,
Chriſtus vt inſtituit, ſummá pietate veretur:
Maxima vbi ſemper colit obſeruantia Regem,
Egregium natis faciens pro rebus honorem.
Venerat ergo dies, roſeamq; ſonantibus alis
Pegaſus Auroram liquidà iam luce vehebat:
Expectata pios incendunt gaudia ciues.
amaq; finitimos & amicæ gloria gentis,
rdor præcipuè ſpectandi maximus Annam,
eciterant, læto celebrantur compita cœtu.
Pro ſe quiſq; ſuas ornare tapetibus ædes,
xpoſitiſq; foras nitidæ ſpectacula formæ
ltat imaginibus: magis hic magis impetus vrget:
reſcit opus: varioq; nitens ſplendore domorum
agnificæ frontes. Alios facit altera magni
ura Magiſtratus pulcro in certamine ſumptus.
Sex ſurgunt diuerſa locis pulcerrima rerum
gmata perſonis, & amænis picta tapetis.
ncipio, Phœbum ſpectat quæ porta cadentem,
diq; purpureis radiat comtiſſima velis.
llati ſq; poli ſpeciem camerata recludit:
as habet puerum Genij candentis amictu
atum lepidè ſpiſſus quem condidit aer.
nde vbi per cliuum, biuij iam compita ſcandis

Publica vti pendit venalis libra macelli,
Magnum opus, & varijs decoratum pegma figuris,
In medio lauri viridem coma ventilat vmbram:
Hic flos virgineus, gemmis auróq; decoræ,
Et formâ præſtante Nouem genitoribus omnes
Diuitibus, pleniſq; chorus iam nubilis annis:
Lacteolus nitidâ reſplendet veſte puellus:
Aonias quæ ritè Deus, qui ritè referret
Oris Apollinei ſpeciem, ſi pectora ſaltem
Fonte Caballino melius ſaturata fuiſſent:
Ponè ſuos dulci celebrat teſtudine luſus
Muſica & arguti celebrat concentibus oris.
Hinc via fert auguſta vrbis prætoria verſus,
Egregijq; operis ſolido de marmore templum,
Plurima vbi laxos altâ de turre volantes
Effundunt vexilla ſinus: quæ marmore cæſo
Turris, in effigiem Regalis ſtructa Coronæ eſt:
Tandem vbi ſe in biuium ſcindit via, pegmatis alti
Tertia res nitidum dat picturata lepôrem.
Séq; diu aduerſam pulcro venientibus offert
Eminus aſpectu, geminis vbi cincta puellis
Hinc atq; hinc, ſummiq; tenens inſignia Iuris
Regia Maieſtas, bellâ ſub imagine monſtrat,
Quatuor ornari ac niti Virtutibus omnes,
Qui bene ſceptriferos vſquam moderantur honores:
Virtutes etenim ſua monſtrat quemq; figura,
Inſigneſq; notæ. Pictis latus omne tabellis
Plurima condecorant varij vexilla coloris,
Omnigenûm artificum ſua Iam ſuper oſtia templi,
Quum ventum ad Roſtra eſt, ſpecies lepidiſſima velis,
Purpuráque, & rutilum textis ſubtilibus aurum
Fulgurat elicibus ſcatebriſq; latentibus, exſtat
Quà vinum erumpet, trucium ſola ora leonum:
Bacchus inantè comis hederæ folioſus & vluæ,
Tendit aqualiculum, tereti ſublimis in orcâ.

Nunc

unc age pendentis ſequere in decliue viaĩ:
ne vides dextrâ viridantem germine laurum,
ue illâ nitidos mellita ætate puellos,
uta maiorum geſtantes ſtemmata Regis?
nne vides ima primum pro ſtirpe parentem,
oſitum lecto atque auro fulgentibus armis?
onne etiam aſpectu varium, lectæq; decorum
ce voluptatis, tot ſemper vtrinq; tapetes,
ſpectare hominum ſuper omnibus ora feneſtris,
colore ſuo, pictricibus illa figuris?
Deniq; nunc deſcende magis, magis ima ſub ipſam
lis ad exortum defer veſtigia portam.
uid nitidum magis. aut ſublimibus vndiq; rerum
gmata Imaginibus? iuuenes quid ſidere comti,
mnimodiſq; modis varij? quid vbiq; tot inter
tantes numeros, citharæ dulceſq; camœnæ?
terea auguſtis ſpectandi in veſtibus omnes,
epoſituſq; & Balliui, quique ordine longo,
nte magiſtratus aliquos geſſere, geruntve
empore in hoc ipſo, ſpatijs, habituq; decoro
eniter incedunt: horum rudis alba cuique eſt:
Quattuor inſignis feretrum ſubire triumphi,
urpura quod pinxit, molles inter data textus,
Quos Babylonis acus tenui detexerat auro:
imbria dependet trepidans, variata trilicis
tami nibus byſſi: maris intus cærulei flôs
Cœli habet effigiem media iam luce ſereni:
Id ſuperinductum Reginæ vt ſumma vehenti
Vela daret, Diuûmq; ſuo cumularet honore.
Anteeunt hinc atque hinc longo agmine lecti
Proceri iuuenes, alba qui corpora byſſo,
Qua ſe cumque tegunt, (qualis fuit extima quondam
Militis Auſonij ſpecies,) & torquibus aureis
Pluribus induêrunt: vitreæ nam fimbria veſtis,
Clune tenus, circis fulget pendentibus auri:

Vultibus æthiopes atris, criſpoſq; capillos,
Collaq; cum ſuris, & brachia tinctibus atri:
Infima cretatis albentes crura cothurnis:
Brachiaq; armillis infrà ſupráq; refulgent:
Candiduli ex imâ dependent aure cylindri:
Annulus in labris perſonæ promicat aureus:
Multaq; per nigros auri ardet mica capillos:
Quiſq; rudem geſtans placido veſtigia greſſu
Lenta mouet. Mihi crede fuit pulcerrima viſu
Pompa, tot albentes nigris tot partibus ire
Veſtibus in vitreis nitido radiantibus auro.
His etenim alternis diſtincta coloribus Vrbis
Signa volant, priſciq; ferunt donaria Regis.
Vt ventum occidui quæ ſpectat limina Solis
Ad portam fuit, & longè latus omne teneret
Ordo Senatorum, tali comitatus honore.
Bis geminis Regina ſuis inuecta quadrigis
Ecce aderat: Danicis longo permiſta iuuentus
Agmine Nobilibus, procerumq; ex ordine pauci
Scotigenûm: cum Rege domi pars cætera manſit.
Obuius egreditur placidâ grauitate Senatus,
Atq; hilari aduentûs teſtatur gaudia vultu:
Ruſſellus loquitur Iuris-Conſultus, & Vrbis
Nomine gratatur felicis fœdera lecti
Aduentumq; Deæ, quod fauſtum Ciuibus eſſet,
Vt velit vrbanis ſuccedere mœnibus, orat:
Illa hilari excipiens ſe velle oſtenderat ore:
Progrediturque aliqua: iam portæ in limine currus
Conſiſtit mediæ: denſa puer abditus aura
Defluit ad terram, claraque in luce refulgens
Exierat nubem: tenero iam brachia niſu
Duplicat, & claues Reginæ porrigit Vrbis.
Acclamant omnes, felixque precantibus omen
Concipiunt votis, blandum Regina renidet.
Succedunt feretri qui reſplendentis honorem

Exhibe-

cant ſubeantq; ſimul, carrumque decoro
ine ceu cœli ſuper impendentis inumbrent.
ueliturtandem: præeunt longo ordine Scoti
ſtiq; Equites Daniæ: lentiſque Senatus
us ante Deam conſuetum ſeruat honorem:
lline placidis veſtigia motibus implent
opes, vitreiſque ardent in veſtibus auro.
ſpecies! o vera Deæ præſtantis imago!
ormiam ſpectes & lætæ frontis honorem:
ecus, & filum in fulgenti, corporis auro:
uini operis pretioſis ſumptibus ingens,
is manibus ſolido quod fecerat auro
iber, argentoque & mirá callidus arte,
que tam vario carpentum emblemate pictum:
cuſalipedes ſpadicibus omnia fuſcis
ora purpurei: maculis inſignis & albo
s ſua cuique nitet: pedibus ſedet albor in imis
ibus: ingeminans crinem iuba ventilat atrum:
c pilis atris terram denſiſſima verrit:
es æque magni: armis & clunibus omnes
é habiti: latóque acres in pectore ſenſus:
tum caput atque aures extraque micantes:
e aluus breuior teretes complectitur artus:
a pedeſque valent tenui nitidiſſima filo.
am alios magis eſſe pares vix credere fas ſit.
nne vides Geminos cœli de parte ſerena,
dentes manibus, Maijq; in prata virentis
ere odoriferos ſtellantia ſidera flores?
n' aues alis tremulis ſuper-impendentes,
bus exultare choris? dare blanda querelis
mura molliculis, lætantiq; omnia roſtro
era concinere, & pariter celebrare triumphum?
gula quid memorem? geminis accepta theatris
iter. & paſſim fauſtis Regina ſuſurris
diloquiſque oculis populi celebrata fauentis,

Venerat ad templum, media quod in vrbe ſuperbis
Ingens marmoribus, operumque effulget honore.
Vix auriga foris animis ingentibus acres
Conſtitit & proceres Regni ac Legatio equis ſe
Demiſêre ſuis: ſella ſurgentis eburna
Excepere manum, templique ad limina ducunt:
Hic ſua Maiores vbi habebant aurea ſedis
Ornamenta ſedet ſublimi effulta ſacello.
En Daniæ proceres, Scotique piuſq; Senatus
Conceptis orant precibus: pia concipit vnà
Anna preces, Deus hunc Scotis gentiq; Danorum
Eſſe diem velit auſpicio meliore beatum,
Seq. Dei timidam reddat magis, vtque ſalutis
Pontificem noſtræ magis intueatur Ieſum
Aſſiduè magis, alterius ſpe compleat æui.
Sic fidens animi, rediit media inter ouantes
Scotigenas Daniæq; duces: impoſtaque curru
Prouehitur, fluit ecce lis è pluribus ingens
Copia vitigeni laticis: ſparguntur odores:
Tritiaſque Ceres ſpargit per inania meſſes:
Roſtra ſonant modulis: capitur iam fertilis æui
Augurium: ſtudiiſque fauor popularibus auget.
Et iam victricis ventum prope ſtemmata lauri:
Incipiunt clara genus edere voce puelli
Antiquum, armipotens. tanti immortale per omnes
Temporis anfractus. Lento deſcenditur axe.
Vt ventumq; fuit, loca Sole calentia verſus
Mane nouo, portáſq; oculis hauſêre patentes,
Subiecêre rotis rapidi ſufflamina currûs.
Hic variis cumulata modis ſpectacula rerum,
Blandúlaque argutis cecinerunt orgána plectris:
Dulciſonæ inſurgunt Charites, modulóſque figurant
In numerum, digitiſque fides tangentibus aptè
Suauibus incendunt auréſque auraſque ſuſurris.
Nunc vrbem exierant, decliuique agmine tandem
Siſtitur

Digitized by Google

uc inſignis magna ante palatia currus.
ia quid memorē ? vel quos habet Heſperus ignes?
uali deſcendit ouans præeunte Senatus
lopum pompâ? qui non iam paſſibus ibant
nis ante viam placidis: Corybantia geſtant
cothurnatis,& tintinnabula ſuris:
hilares vario motus pede:dantq; figuras
ore multiplices,atque albis dentibus Aulam
um effundunt:dubij Nox ducitur orſis
voluptatum:donec felicibus auram
ndit radiis ſurgens Aurora diei:
ſuitque ioci feſſis pro tempore finem,
hic noſtros quæ nunc pro tempore luſus.

IACOBI DIDYMI FRISII.

In poematia Franciſci Modii.

Væris vbi pulſæ per barbara caſtra Pelaſgæ
Nunc habitent Muſæ,quo tulerintue pedem?
lgas Helicona ſcias migraſſe,bicepſque
eriæ clarum fonte cacumen aquæ.
vmbroſis Modium luſtraſſe ſub antris
liacas Nymphas, Pegaſidaſque deas.
uero Phœbum. Phœbo monſtraſſe puellum:
unc illi,huic illum conciliaſſe pares.
poſtquam tumidi diſcordia Martis ad arma
lga furens. propriæ cædis auarus,iit,
lis auſpicium Modij. Modiumq; ſecutas
vilium placido conſtituiſſe loco.
pater excelſas Francorum proluit vrbes,
iferis æquus collibus,æquus agris

Mœnus

Mœnus vbi fama atque opibus prædiues auitis
 Nobilis & priſco ſtemmate clarus Eques;
Clarior ingenio, virtute inſignis & arte,
 Mecœnas noſtri temporis eximius:
Quem celebrant magni magnum magno ore poëtæ,
 Indignum noſtro deteri ab ingenio:
Neuſtetterus Eraſmus, alumnus & ipſe Dearum,
 Solatur Muſas hoſpitioque fouet.
Anne cliens Dominas, Patronus an ipſe clientes
 Incertum: tanta mentis abundat ope.
Huc Modicum Diuæ, Diuas Modius comitati
 Cantando exilij triſtia fata leuant.
Fœlix hoſpitium, felicia fœdera, virtus
 Quæ parit officij ſedulitate paris.
Felices vero mage terque quaterq; beatos,
 Queis tua conciliant carmina perpetuam
Cum vita famam, decus immortale, nec vlla
 Penſari digna, quod pote merce, Modi.

In noua perpetuæ ſi migrant corpore mentes:
Migraſti in Modium docte Catulle meum.

IANI DOVSÆ A NOORTVVYCK

Batavi.

EPIGRAMMATA.

Ad Germanum Valentem Pimpontium.

INter mille Pholos, & vina liquentia ſemper
 Quis locus Aoniis fontibus eſſe queat?
Hic locus eſt etiam: nec me Permeſſida Baccho,
 Laurea nec nardo fundere ſerta pudet.

Nam

Nam quid agam potius dum publicus vndiq; feruor
 Iuſta laceſſitas addit in arma manus:
Plebſque ſuæ tantum non inu det ipſa quieti?
 Magna quidem, ſed non cauſſa futura tamen,
Quo minus in tanto rerum tibi turbine mittam
 Hoc prætextatæ ſimplicitatis opus:
Ne benefacta mihi credas tua forte Sicanum
 Tradita laſcivis in mare ferre Notis.
Accipe docte Valens: quid enim tibi turpe tot inter
 Seria Douzæas voluere delicias?
Forſitan & magno. dum clangeret arma, Maroni
 In manibus docti Lesbia vatis erat.

In Artemidorum

Cur non viſo tuas. mirare, frequentior ædes?
 Tu quoq; ne viſas Artemidore meas

Ad Ianum Vtenh ouium.

Quod tibi tam raro ſurgant mea carmina plauſu,
 Crede mihi frater hoc facit omne tuus.
Quem venerans gemino nequeo ſatis eſſe labori:
 Sed tua non ideo regna minora pu'a.
Sic fratrem colimus, vt te quoq; ſane colamus.
 An neſcis laudes illius, eſſe tuas?

De vxore & agro Arati.

Vxor agerq; mei ſteriles viſuntur Arati
 Quid mirum? neuter quo fodiatur habet.

In Baſſam edentulam.

Tres tibi cum toto dentes modo Baſſa ſuperſint
 Ore, quibus miſeram tundis adhuc Cererem:
Ore perurbano placuit ſibi ſcommate. qui te
 Baſſa tridentiferum dixit habere caput

In Labeonem aleatorem.

octior es iuſſos, fateor, me emittere talos.
 Quid rides: tanto nequior es Labeo.

In Burenum.

Occurrens vbicunque mihi comes incidis, vnum hoc
Semper in ore tibi eſt, quomodo ſane vales?
Ipſe meis valeo Burene valentibus, inquam:
Tu quoque me ſi vis ergo valere, vale.

In Claſſicum.

Dum titulo gaudes nimium tumefactus inani,
Et de plebe boni te pudet eſſe Numæ,
Auſus es ad Francos inſignia figere poſtes,
Vltraiectinus qui modò ſutor eras.
Auſus es ò fruſtra quid enim ſine Caſtoris ouo
Claſſice nobilitas aſſimulata iuuat?
Exciderantne adeo tibi fæx, & vappa tuorum,
Abdita quos Nili fata latentis agunt?
An quod verba dabas externis gentibus, illæ
Credebas patriæ te dare poſſe tuæ?
Credebas notos te fallere poſſe ſodales?
Credebas naſum poſſe latere meum?
At ſaltem patriæ ſcibas quæ præſtita terræ
Debueras reditus vota timere tui.
Nam quid ages noſtri rurſum nouus accola Rheni,
Mœnia Traiecti qua ſpatioſa iacent?
Non illic veterum ceras numerare tuorum,
Non poteris matri nobilis eſſe tuæ;
Vendere nec Gallos circa tua compita fumos;
Quod ſupereſt, iterum Claſſice ſutor eris.

In Delianam.

Sum fuſca clamas Deliana mentiris.
In te reclamat nam color tuus: nigra es.

De Obero.

Ferre ſales non poſſe meos narratur Oberus.
Quid mirum? micam non habet ipſe ſalis.

Digitized by Google

Ad Ianum Lernutium Charitaum.

Qui prius Antilochus poteras Charitæ videri,
Vnde mihi Pylij nunc ducis ora refers?
Non hoc canities non hoc facit vlla ſenectus:
Sed facit eloquii vena benigna tui,
Ingeniumque tuis quod habes maturius annis:
Tam nil plebeium, nil iuuenile ſonas,
Seu canis arguta liquidum teſtudine carmen,
Siue iuuat Suadæ te dare vela tuæ
Non mihi Neſtoriden certe, ſed Neſtora præſtas,
Quid tanta Genii pro bonitate precer?
Dii tibi dent, quem nunc dicendo Iunior æquas
Viuendo Pylium vel ſuperare ſenem.

In Porciam.

Ridiculum eſt, cur me puerum mea Porcia dicis.
An puer eſt, pueris qui pater eſſe poteſt?

Ad Danielem Rogerium

Quam bene vitigena declines palmite ramos:
Vlmus, & Ogygii læta reperta dei
Tollit humo tenerisq; ſinum depreſſa flagellis
Officium veræ mite parentis obit:
Tam bene Rogeri concordia fila ſecutos
Aſſeris ordinibus officioſa tuis:
Tam bene diuerſas in mutua vincula mentes
Duratura tibi nectit amicitia,
Namque vti vinifero minime deſpecta Lyæo
Illa ſui pretium dulce laboris habet,
Cum caput æternis glabrum redimita corymbis
Grata ſodalitii commoda ſentit anus:
Sic quoque tu ſcriptis nunquam cariturus amicis
Obſequii meritas experiere vices.
Nos inter minimus (quam nota fatebor) & ipſe

Ingre-

Ingredior curæ præmia ferre meæ
Quicquid id eſt ſcis eſſe tuum. tu robora noſtris,
Tu Genium Muſis, ingeniumque facis.
Atque vtinam cordi mea ſint tibi carmina tantum,
Grata libris quantum ſunt tua verba meis.
Tunc tibi vel tota cum Phocide cedat Oreſtes.
Quam bene par noſtro ſic tuus ibit amor!

De Neæra, ad Flaccum.

Amo Neæram, quantulum rogas Flacce?
Vt memet ipſum plus amare non poſſim,

Ad Porciam.

Ceruſſa faciem ſibi œſipoue,
Aut quouis alio lineant colore
Informes vetulæ, ſed & puellæ,
Si quæ ſint vetulis ineptiores:
Non tu Porcia nam quid eſt neceſſe
Ceruſſa faciem tibi œſipoue,
Aut quouis alio lini colore,
Omnem quæ ſuperas tuo colorem?

E Græco.

Balnea, vina Venus, tria ſunt quæ limite certo
Ad Stygios ducunt immoderata lacus.

Ad Rodericum Falconium, Romanum.

Quod nec auos quod nec repetas genus ab Ioue ſumo,
Quod neq; maiorum laude ſuperbus eas,
Sed tibi virtutem ſed quæ tua gloria, veras
Accumules animi nobilioris opes,
Nec tua Falconi titulis decedat auorum
Nobilitas: dignum teque, tuiſq. facis.
Nolo virum, longo redimens qui ſtemmate famam
Se veterum truncis iactat imaginibus:
Hunc volo, qui propriis notus virtutibus à ſe
Principium veræ nobilitatis habet.

Digitized by Google

In Cinnam.

Inuitus cum des, quæ das mihi Cinna roganti,
  Multò ſimplicius Cinna negare potes

Ad Gulielmum Alſium, Poetam.

Si quid habent in ſe mea coniectanea veri,
  Non ego ſum mentis pars aliena tuæ.
Credula res amor eſt; voti facit ille potentem,
  Cogit & optatis rebus habere fidem.
Atq; vtinam non hic miſerum ſpe lactet inani,
  Moxque reus Gallæ credulitatis agar.
Quid precer ô potius? cœptis bonus annue votis:
  Nec ſibi ſit noſter ſi videare pudor.
Tunc quoq; noſter eras cum te Douzæa fauentem
  Vidit in applauſus ire Thalia ſuos.
Cœlo Muſa beat non vate ſuperſtite tanto
  Vlla dies Stygia me cohibebit aqua.
Hoc faciet gratæ doctiſſima cura Camœnæ,
  Quæq; comes, Genij vita futura tui eſt.
Perge tamen frontem ſic frons tibi ſemper opacet,
  Sitq; tua viuo poſteritate frui.
Perge, nec in curſu nauim Palinure relinquens
  Fer mea remigiis vela carere ſuis.
Vtque ego ſum rerum pars non aliena tuarum,
  Sic quoq; ſim Muſæ non aliena tuæ.

In Burenum.

Quid Burene tuos ceſſas mihi mittere verſus?
  Iam mihi tergendis charta deeſt naribus.

In Marianum.

Quod ſapiens vulgo, quod vir Mariane videris,
  Acceptum barbæ fer Mariane tuæ.
Quod mihi nec ſapiens, nec vir Mariane videris,
  Moribus acceptum fer Mariane tuis.

De Apro, ad Olum.

Forte duo, vel tres aderant mihi nuper, habenti
    In manibus Muſæ ludicra cœpta meæ.
Et bene, ni præſens (quis crederet?) inter eoſdem,
    Neſcio qua ductus ſorte, fuiſſet Aper.
Dicere ſit truncum fas eſt ſine pectore corpus,
    Hic præter truncum nil Aper Ole fuit.
Sed tamen vt poſſet auditor & ipſe videri,
    Et curæ Muſas eſſe probare ſuæ,
Pendentem noſtro reſpexit ab ore cateruam:
    Viſus eſt paucis me recitare queri.
Quid mirum? nec enim cœtu dum aſſedit in illo,
    Vidit Aper miſero ſe ſupereſſe mihi
Quare hinc iam paucis me non recitaſſe queretur,
    Ne nimium multis me recitaſſe querar.

In Auitum.

Vxorem quod Auite mones nos ducere, laudo:
    Exemplum ſed me terret Auite tuum.

In Cinnam.

Cur, quoties bipedem te dicere cogor aſellum,
    (Cogor enim, cum te, quod ſumus, eſſe putas)
Notum cinna negas bipedis tibi nomen aſelli?
    Inſanis: aſinus totus es ipſe bipes.
Hoc cum voce color, & quas nimis arrigis aures:
    Hoc mens, hoc aſino mentula digna probat.
Si tamen ignotum bipedis tibi nomen aſelli eſt,
    Quid mirum? nec enim notus es ipſe tibi.

De circumforaneo Pharmacopola.

Hunc, quem videtis ſtare circulatorem
In occupati faucibus fori primis,
Frequente plebis ambitu coronatum,
Miraminique geſtuoſius certis
Manuum pedumque motibus laborantem,

Digitized by Google

Qui vitreis hinc inde ſeptus ampullis
Mentitur artes, quas profeſſus eſt Chiron,
Rebuſque vires ſingulis ſuas fingens
Adulterinis nugiuendus ex herbis
Verbis fugaces ciuium trahit nummos:
Qui Coſmianis delibutus vnguentis
Nil præter Arabes crepat, & aureos montes,
Diuæque ſacrum Coſtidi iugum Sinam,
Medicum ſodales eſſe creditis? non eſt,
Non medicus inquam hic eſt, quid ergo? mendicus.

De Flacco.

Ieiuno Veneris ruit in certamina pene,
Et quæritur Flaccus ſe nihil efficere.

In Cinnam, de Flacco.

Quod nihil eſt, etiam Flaccum puto poſſe videre,
Qui potuit naſum Cinna videre tuum.

In Charitillam.

Poſco tuam quoties noctem mihi, protinus annos
Obiicis, & puerum me Charitilla vocas.
Vera refers, fateor: ſed ſi tibi diſplicet iſtud,
Cur non de puero me facis ergo virum?

In Burenum.

Quod curæ non eſſe Deis mortalia cenſes,
Hoc tibi Lucreti lectio multa dedit.
Nec dedit hoc ſolum; quin te, Burene, poëta
Conſortem rabidæ iam quoque mentis habet.
Quod niſi tam ſcabra fluerent tua carmina vena,
Iam Lucretiolus ſcilicet alter eras.
Nec tamen inſector: quid enim inſectarier auſim,
Quod commune tuo cum Cicerone tibi eſt?
Sed tua cum ſolus faciens exempla priorum,
Nunc Cari Genium, nunc Ciceronis ames,

Iamque velis vnum te dicere poſſe videri,
Hoc dignum Caro eſt, hoc Cicerona ſapit:
Dic, rogo dum plagiis toties tua fama laborat,
Quid dignum Caro, vel Cicerone facis?

In eundem.

Neſcio quam placeas aliis, nec ſcire laboro:
Hoc ſcio, me totum diſplicuiſſe tibi.

Ad Iacobum Douzam, cognatum.

Si quid forte tibi placiturum dixero, fac ſis
Nequitiæ lector, Douza, ſed vſque, meæ,
Et ſi non fueris, ſemper videare futurus.
Spes quoq; nos, quamuis falſa, iuuare poteſt.
Non quicunque ſemel viſo mox carmine plaudit,
Ille facit vates: qui legit, ille facit.

Ad Gulielmum Altarium.

Scriptas referre promptior vices ignis,
Contra tacere cognitæ iubent vires:
Amoris illud, hoc pudoris eſt ſignum.
At cur colono dem liguſtra Pæſtano,
Glaucique coner eleuare commentum,
Cum tuta ſemper ſit ſilentio merces?
Sed fallor audax obſtat, obſtat Altari
Benigna virtus obſtat ingeni nectar,
Qualemq; amicis & mihi precer Muſam.
Quid? non videbor eius immemor factus,
Quid non videbor immemor mei factus,
Si pertinaci me ſilentio prodam?
Parum eſt videri: forſan & reus multis
Illiberalis arguar voluntatis,
Qui tam venuſtus verſibus, diſertiſque
Ineptias negare ſim meas auſus.
Quare reſcribet, ſi ſapit, puto Douza:
Spiſſum. Reſcribet illud, & nimis ſerum eſt:

Reſcri-

Digitized by Google

Reſcribit inquam, ſeque dedicat totum
Tibi, tuiſque. vela da ioco vates,
Da vela ſpleni. lenius feram riſum,
Quam ſi repulſæ conſcius, minus puris
Placuiſſe noſtras auribus tuis nugas,
Ludibriumque debuiſſe conuincat.
Non quod futurum tale quidpiam credo,
Sed quod timore liber eſt amor nullus.
At ſeu futurum eſt. (abſit omini pondus)
Seu non futurum, diſplicere me certe
Loquacitate, quam ſilentio malo.

Ad Marcum.

Cur tantum ditis fugiam connubia Caiæ,
Et bene dotati fœdus inire thori,
Marce, rogas? famulæ me nil capit vſus habenæ.
Vxoremque volo ducere, non dominam.

In Fabullam arrogantem.

Cum tibi ſint ipſa digni quoque Cypride vultus,
Cumque notet corpus nulla litura tuum.
Cur ita te limenque tuum fugiamus amantes,
Miraris? forma linguæ ſuperba nocet.
Vis breuiter dicam? nimium tibi bella videris,
Hoc eſt, bella minus cur videare mihi.
Scilicet appenſis hederis in fronte tabernæ
Vendibili ſcimus nil opus eſſe mero.
Quare aut bella tibi iam parce Fabulla videri:
Aut tua mirari limina cur fugiam:
Ni ſciolæ demum plebi non bella, Fabulla,
Fabulla, ni fieri bulla, Fabulla, velis.

In Sabellum potorem.

Vnde ſuum, quæris, durat cereuiſia nomen?
Quod cerebrum viſat crebra Sabelle tuum.

 In

In Gallam.

Integra cum dici, cum non niſi Galla videri
Caſta velis ſecli Penelopæa tui,
Inque tuo priſcæ ſemper ſint ore Sabinæ,
Et quotquot ſimiles vrbs Patauina dedit.
Quid rogo te tantis iuuat obiectare periclis
Infectam nulla labe pudicitiam:
Dum modo Batauos ſequeris lotura receſſus,
Et modo Lucrinis Galla foueris aquis?
Non ibi virginei faſtus, non regula morum,
Non Latois habet, non Saïs vlla lacum,
Mentula ſed nudi nimium rubicunda Priapi,
Et Venus obſcœnis iuncta Cupidinibus:
Sed teneri luſus, ſed fœda licentia rerum,
Sed Gaditanæ gaudia nequitiæ,
Gaudia, quæ rigidum poſſint mollire Catonem,
Frangere quæ faſtus Icarioti tuos.
Talia ſcis illas admittere crimina ſedes,
Talia ſcis illis furta decere locis.
Nec tamen hinc ceſſas vel Penelopæa videri
Velle, vel infames Galla ſubire lacus.
Proinde vide, caſtam ne te dum credis abire
Penelopen, nobis mox redeas Helene.

De Sabello potore.

Quod tam pigra tibi potor mouet arma Sabellus,
Parce Venus: numen non colit ille tuum.

In Cinnamum.

Vina quod, & fatuis piper interponis ofellis,
Et per te gratùm iam quoque beta ſapit,
Nolumus adſcito placeas tibi Cinname luxu:
Scis ſapere & caules ſic bene poſſe meos.

In Phœbum Delphicum.

Cum vix barbara verba, vix paternæ

Vſum.

Vſum rite ſones locutionis,
Cur te, dic, Latium mihi Poëtam,
Cur te, dic mihi, Doricum Poëtam
Vano Delphice polliceris auſu?
An quod Græcula quod parum Latina
Inuras miſeris ſubinde chartis?
Dum loligine concitatus atra
Et bonos ſimul & malos reprendis,
Inſulſiſque Epigrammatum libellis
Prodis ſtultitiæ tuæ theatrum.
Non hoc nomine Dorico-Latinus,
At bardus mihi Barbaruſque fies:
Stultæ ponere qui modum Thaliæ
Et mordere ioco latente neſcis:
Sed nulla ratione, lege nulla
Graiis vocibus illinens Latinas,
Lingua quemlibet imperis biſulca:
Ipſis nec calamum abſtinens monarchis.
Id caute tamen vnum agis, quod horum
Nullum cominus, aut in os laceſſas.
Nam coram tibi nemo non in ipſis
Supremi genibus Iouis locatur.
Sic gannitibus improbis Gnatoni
Tantum-non ſimilis Terentiano
Fallaci procul imbuis veneno,
Quos ſellis pariter ſedens duabus
Reges & dominos palam ſalutas.
Atqui ſi modo virus hoc haberes
In boni meritos nihil, tacerem.
Nunc veris quoque te bonorum abuti
Queror nominibus, ſed & tuorum,
Queis vel parcere maxime decebat:
Quare deſine te mihi Latinum,
Quare deſine te vocare Græcum,
Ne iam Delphice te vocem bilinguem.

In Calliodorum.

Quid premis innocuos denteſque in pelle fatigans
Inſulſo miſerum deiicis ore gregem?
Ne perdas operam, quando ſpes nulla triumphi eſt,
Hinc tibi qui meritum reddere poſſit, io.
Huc age verte minas. &, ſi potes, euome virus,
Meque remorſurum Calliodore pete,

Ad Porciam.

Non me Porcia plus amare poſſum,
Non te Porcia plus amare poſſum,
Quam te amens amo. ſcit meos furores
Tam ſacri puer excitator ignis,
Et quæ fluctiſono creata Ponto
Sæuis pectora concutit procellis,
Cruento Venus illigata Marti.
Ergo quid precer amplius? quid vltra
Reſtat Porcia, quam vel vt viciſſim
Ames mutua. vel minus ſeuera
Saltem te mihi ſentias amari?

De Thaide.

Thaida quid ſacros credis vitare receſſus,
Sectarique nouæ relligionis iter?
Ah nimis incerta te fallis imagine veri,
Non aſpergillum ſanctius vlla colit.

In Ponticum, de Sexto.

Verba meo Sexto das Pontice: laudo: ſapiſti.
Verba tibi reddit Sextus: & ille ſapit.

In Sabellum.

Quod bene nemo foret, poſſes quem ferre tuorum,
Miratus fateor non ſemel ante fui.
Sed quoties video te ſex onus eſſe Syrorum,
Id quoque te dignum protinus eſſe puto.

Qui rogo nam poſſis quenquam bene ferre tuorum,
Qui te non ipſum ferre Sabelle potes?

Ad Lucium Frugi Tentatum.

Terminus eſt rebus, Luci, ſuus omnibus eſto.
Terminus at noſtri nullus amoris erit.

De Laura.

Vnde fit, vt quoties admota per oſcula Lauram
Conor in amplexus ſollicitare meos,
Protinus auerſo diſtorqueat ora cachinno,
Tironemque nimis, me puerumque vocet?
Hæc ſunt fœminei nimirum ſigna caloris,
Vt crucient lenta gaudia noſtra mora.
Et tamen illa meos ſemper faſtidit amores.
Hei mihi, quid tanta pro leuitate precer?
Dii facite, vt quem iam puerum vocat improba, tandem
Non puerum, ſed me ſentiat eſſe virum.

Ad Verrerum Douzam patruum.

Douza manus rerum, tutelaque fida mearum,
Douza decus vitæ, præſidiumque meæ,
Quod ſemper patrio complexus amore nepotem
Mollieris leges in mea vota tuas,
Implumemque piis ſanum prouexeris alis
Tuta tuo præſtans noſtra patrocinio,
Non ego te patruum non te mihi Douza patronum,
Sed merita dico non ſine laude patrem.

De Hermete, Ad Ponticum.

Omnia ſic Hermes cur diuerſoria vitet,
Scire cupis cauſam Pontice? ne numeret.

Ad Danielem Rogerium.

Nulla mihi manuum mittis monumenta tuarum,
Iamque ter emeritum Luna peregit iter.

Ipſa ſed hauſturus cum lancibus oſſa videtur
  Sic hiat, & plenum farcit aqualiculum.
Quid non vncta poteſt alienæ ſportula cellæ?
  Illa famem Cinnæ ſuggerit, illa ſitim.

De Flacco.

Si quis erit inter numerandus aſellos:
  Diſperream ſi non hic mihi Flaccus erit.

In aratarum notarum inuentionem. è Græco Aurati.

Quis Deus in duro primus noua ſigna metallo
  Scalpſit & æratæ cuſpide preſſit acus?
Prima ſuis Pallas intexuit illa tapetis,
  Γράμματα quodq; vocant, ῥάμματα nomē erat.
Mulciber at manibus dum Pallada prenſat amatam,
  Inſcius igne ſuo textile perdit opus.
Plorat amatoris temeraria gaudia culpans
  Diua: timens iras ille furentis, ait,
Pone metum, noſtra damnum reparabitur arte,
  Arſuras nullo quæ dabit igne notas.
Dicta fides ſequitur: ſolido polit ære figuras,
  Æternis mutans ſigna caduca notis.

In Cinnam.

Inuerſum ſi fas Apuleium dicere quenquam,
  Dicere fas certe te mihi Cinna foret,
Quod velut hic aſinina hominem ſub pelle tegebat,
  Ipſe ſub humana pelle tegas aſinum.

In Ponticum verſificatorem.

Si quot habes numeros, tot haberes Pontice nummos,
  Mygdonio poſſes ditior eſſe Mida.

Ad Varnerum Douzam, patruum.

Hortaris fieri quod ſe Varnere maritum,
  Et toties pactum connubiale ſequi,

Grates

Grates Ianus agit, qui quidquid conſulis æqui
    Conſulit, & memor librat in auricula.
Quod niſi libertas plus quam tua vincla placerent,
    Forte ſequi monitus vellet & ille tuos.

In Chlorin.

Quod toties noctem, nocturnaque ſcribimus acta,
    Dum non vna meum verſat amica latus:
Et ter idem facimus: nimium ſi Chlori videtur
    Hoc tibi, ter noctem tu quoque ſcribe mihi.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Muſarum Charitumque potens doctiſſime Iuni,
    Per quem priſca ſuis fama reuixit auis,
Hos tibi deuotos noſtræ monumenta Mineruæ,
    Accipe, ſed pacta conditione, ſales.
Scilicet vt veteri nobis de more viciſſim
    Et tua ſi placeat, mittere ſcripta velis,
Delicias iucunde meas, niſi gratior ipſe
    Malueris Muſæ nuntius eſſe tuæ.

Ad Lectorem.

Qui modo Norduici dedimus tibi ruris alumnum
    Vltraiectinæ nunc damus vrbis opus
Perlegis? an libri te detinet aura prioris?
    Perlege & alterius verba, ferentis idem.
Hic quoque iure tui ſub nominis exit in auras:
    Atque vtinam placeat lector, vt ille, tibi.
Sed placet & præfers primo fortaſſe ſecundum.
    Quid mirum? nouus eſt hic liber, ille vetus.
Sic vbi purpureum liquit roſa carpta vigorem,
    Spernitur, & flores ſunt in honore noui.
Iure ſuo quamuis etiam debere videtur
    Vincere rurigenam natus in vrbe liber.

Ad

Ipſa ſed hauſturus cum lancibus oſſa videtur:
  Sic hiat, & plenum farcit aqualiculum.
Quid non vncta poteſt alienæ ſportula cellæ?
  Illa famem Cinnæ ſuggerit, illa ſitim.

De Flacco.

Si quis erit inter numerandus aſellos:
  Diſpeream ſi non hic mihi Flaccus erit.

In aerearum notarum inuentionem: è Græco Aurati.

Quis Deus in duro primus noua ſigna metallo
  Scalpſit & æratæ cuſpide preſſit acus?
Prima ſuis Pallas intexuit illa tapetis,
  Γράμματα quodq; vocant, ῥάμματα nomē erat.
Mulciber at manibus dum Pallada prenſat amatam,
  Inſcius igne ſuo textile perdit opus.
Plorat amatoris temeraria gaudia culpans
  Diua: timens iras ille furentis, ait,
Pone metum, noſtra damnum reparabitur arte,
  Arſuras nullo quæ dabit igne notas.
Dicta fides ſequitur: ſolido polit ære figuras,
  Æternis mutans ſigna caduca notis.

In Cinnam.

Inuerſum ſi fas Apuleium dicere quenquam,
  Dicere fas certe te mihi Cinna foret,
Quod velut hic aſinina hominem ſub pelle tegebat,
  Ipſe ſub humana pelle tegas aſinum.

In Ponticum verſificatorem.

Si quot habes numeros, tot haberes Pontice nummos,
  Mygdonio poſſes ditior eſſe Mida.

Ad Varnerum Douzam, patruum.

Hortaris fieri quod ſe Varnere maritum,
  Et toties pactum connubiale ſequi,

Grate

Grates Ianus agit, qui quidquid conſulis æqui
Conſulit, & memor librat in auricula.
Quod niſi libertas plus quam tua vincla placerent,
Forte ſequi modicus vellet & ille tuus.

In Chlorin.

Quod toties noctem, nocturnaque ſcribimus acta,
Dum non vna meum verſat amica latus:
Et totidem facimus: nimium ſi Chlori videtur
Hoc tibi, ter noctem tu quoque ſcribe mihi.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Muſarum Charitumque potens doctiſſime Iuni,
Per quem priſca ſuis fama reuixit auis,
Hos tibi deuotos noſtræ monumenta Mineruæ
Accipe, ſed pacta conditione, ſales.
Scilicet vt veteri nobis de more viciſſim
Et tua, ſi placeat, mittere ſcripta velis,
Delicias iucunde meas, niſi gratior ipſe
Malueris Muſæ nuntius eſſe tuæ.

Ad Lectorem.

Qui modo Norduici dedimus tibi ruris alumnum
Vltraiectinæ nunc damus vrbis opus
Perlegis: an libri te detinet aura prioris?
Perlege & alterius verba, ferentis idem.
Hic quoque iure tui ſub nominis exit in auras:
Atque vtinam placeat lector, vt ille, tibi.
Sed placet, & præfers primo fortaſſe ſecundum.
Quid mirum? nouus eſt hic liber, ille vetus.
Sic vbi purpureum liquit roſa carpta virorem,
Spernitur, & flores ſunt in honore noui.
Iure ſuo quamuis etiam debere videtur
Vincere rurigenam natus in vrbe liber.

Ad

Ipſa ſed hauſturus cum lancibus oſſa videtur:
Sic hiat, & plenum farcit aqualiculum.
Quid non vncta poteſt alienæ ſportula cellæ?
Illa famem Cinnæ ſuggerit, illa ſitim.

De Flacco.

Si quis erit inter numerandus aſellos:
Diſpeream ſi non hic mihi Flaccus erit.

In ærearum notarum inuentionem : è Græco
Au'a'i.

Quis Deus in duro primus noua ſigna metallo
Scalpſit & æratæ cuſpide preſſit acus?
Prima ſuis Pallas intexuit illa tapetis,
Γράμματα quodq; vocant, ῥάμματα nomē era
Mulciber at manibus dum Pallada prenſat amatam,
Inſcius igne ſuo textile perdit opus.
Plorat amatoris temeraria gaudia culpans
Diua: timens iras ille furentis, ait,
Pone metum, noſtra damnum reparabitur arte,
Arſuras nullo quæ dabit igne notas.
Dicta fides ſequitur: ſolido polit ære figuras,
Æternis mutans ſigna caduca notis.

In Cinnam.

Inuerſum ſi fas Apuleium dicere quenquam,
Dicere fas certe te mihi Cinna foret,
Quod velut hic aſinina hominem ſub pelle tegebat,
Ipſe ſub humana pelle tegas aſinum.

In Ponticum verſificatorem.

Si quot habes numeros, tot haberes Pontice nummos,
Mygdonio poſſes ditior eſſe Mida.

Ad Varnerum Douzam, patruum.

Hortaris fieri quod ſe Varnere maritum,
Et toties pactum connubiale ſequi,

Grates

Digitized by Google

Grates Iānus agit, qui quidquid conſulis æqui
  Cōnſulit, & memor librat in auricula.
Quod niſi libertas plus quam tua vincla placerent,
  Forte ſequi monitus vellet & ille tuos.

In Chlorin.

Quod toties noctem, nocturnaque ſcribimus acta,
  Dum non vna meum verſat amica latus:
Et ter idem facimus: nimium ſi Chlori videtur
  Hoc tibi, ter noctem tu quoque ſcribe mihi.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Muſarum Charitumque potens doctiſſime Iuni,
  Per quem priſca ſuis fama reuixit auis,
Hos tibi deuotos noſtræ monumenta Mineruæ
  Accipe, ſed pacta conditione, ſales.
Scilicet vt veteri nobis de more viciſſim
  Et tua ſi placet, mittere ſcripta velis,
Delicias iucunde meas, niſi gratior ipſe
  Malueris Muſæ nuntius eſſe tuæ.

Ad Lectorem.

Qui modo Norduici dedimus tibi ruris alumnum
  Vltraiectinæ nunc damus vrbis opus
Perlegis? an libri te detinet aura prioris?
  Perlege & alterius verba ferentis idem.
Hic quoque iure tui ſub nominis exit in auras:
  Atque vtinam placeat lector, vt ille, tibi.
Sed placet & præfers primo fortaſſe ſecundum.
  Quid mirum? nouus eſt hic liber, ille vetus.
Sic vbi purpureum liquit roſa carpta vigorem,
  Spernitur. & flores ſunt in honore noui.
Iure ſuo quamuis etiam debere videtur
  Vincere rurigenam natus in vrbe liber.

Ad

Ipſa ſed hauſturus cum lancibus oſſa videtur:
Sic hiat, & plenum farcit aqnaliculum.
Quid non vncta poteſt alienæ ſportula cellæ?
Illa famem Cinnæ ſuggerit, illa ſitim.

De Flacco.

Si quis erit inter numerandus aſellos:
Diſperéam ſi non hic mihi Flaccus erit.

In aræarum notarum inuentionem: è Græco Auſonii.

Quis Deus in duro primus noua ſigna metallo
Scalpſit. & æratæ cuſpide preſſit acus?
Prima ſuis Pallas intexuit illa tapetis,
Γράμματα quodq; vocant, ῥάμματα nomē erat.
Mulciber at manibus dum Pallada prenſat amatam,
Inſcius igne ſuo textile perdit opus.
Plorat amatoris temeraria gaudia culpans
Diua: timens iras ille furentis, ait,
Pone metum, noſtra damnum reparabitur arte,
Arſuras nullo quæ dabit igne notas.
Dicta fides ſequitur: ſolido polit ære figuras,
Æternis mutans ſigna caduca notis.

In Cinnam.

Inuerſum ſi fas Apuleium dicere quenquam,
Dicere fas certe te mihi Cinna foret,
Quod velut hic aſinina hominem ſub pelle tegebat,
Ipſe ſub humana pelle tegas aſinum.

In Ponticum verſificatorem.

Si quot habes numeros, tot haberes Pontice nummos,
Mygdonio poſſes ditior eſſe Mida.

Ad Varnerum Douzam, patruum.

Hortaris fieri quod ſe Varnere maritum,
Et toties pactum connubiale ſequi,

Grates

Grates Ianus agit, qui quidquid conſulis æqui
Conſulit, & me nos librat in auricula.
Quod niſi libertas plus quam tua vincla placerent,
Forte ſequi monitus vellet & ille tuos.

In Chlorin.

Quod toties noctem, nocturnaque ſcribimus acta,
Dum non vna meum verſat amica latus:
Et ter idem facimus: nimium ſi Chlori videtur
Hoc tibi, ter noctem tu quoque ſcribe mihi.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Muſarum Charitumque potens doctiſſime Iuni,
Per quem priſca ſuis fama reuixit auis,
Hos tibi deuotos noſtræ monumenta Mineruæ
Accipe, ſed pacta conditione, ſales.
Scilicet vt veteri nobis de more viciſſim
Et tua ſi placuit, mittere ſcripta velis,
Delicias iucunde meas, niſi gratior ipſe
Malueris Muſæ nuntius eſſe tuæ.

Ad Lectorem.

Qui modo Norduici dedimus tibi ruris alumnum:
Vltraiectinæ nunc damus vrbis opus.
Perlegis? an libri te detinet aura prioris?
Perlege & alterius verba, ferentis idem.
Hic quoque iure tui ſub nominis exit in auras:
Atque vtinam placeat lector, vt ille, tibi.
Sed placet & præfers primo fortaſſe ſecundum.
Quid mirum? nouus eſt hic liber, ille vetus.
Sic vbi purpureum liquit roſa carpta virorem,
Spernitur, & flores ſunt in honore noui.
Iure ſuo quamuis etiam debere videtur
Vincere rurigenam natus in vrbe liber.

Ad

In Calliodorum.

Quid premis innocuos dentéſque in pelle fatigans
 inſulſo miſerum deiicis ore gregem?
Ne perdas operam, quando ſpes nulla triumphi eſt,
 Hinc tibi qui meritum reddere poſſit [illegible]o.
Huc age verte minas, &, ſi potes, euome virus,
 Meque remorſurum Calliodore pete,

Ad Porciam.

Non me Porcia plus amare poſſum,
Non te Porcia plus amare poſſum,
Quam te amens amo. ſcit meos furores
Tam ſacri puer excitator ignis,
Et quæ fluctiſono creata Ponto
Sæuis pectora concutit procellis,
Cruento Venus illigata Marti.
Ergo quid precer amplius? quid vltra
Reſtat Porcia, quam vel vt viciſſim
Ames mutua, vel minus ſeuera
Saltem te mihi ſentias amari?

De Thaide.

Thaida quid ſacros credis vitare receſſus,
 Sectarique nouæ relligionis iter?
Ah nimis incerta te fallis imagine veri,
 Non aſpergillum ſanctius vlla colit.

In Ponticum, de Sexto.

Verba meo Sexto das Pontice: laudo: ſapiſti.
 Verba tibi reddit Sextus: & ille ſapit.

In Sabellum.

Quod bene nemo foret, poſſes quem ferre tuorum,
 Miratus fateor non ſemel ante fui.
Sed quoties video te ſex onus eſſe Syrorum,
 Id quoque te dignum protinus eſſe puto.

Qui

Qui rogo nam poſſis quenquam bene ferre tuorum,
Qui te non ipſum ferre Sabelle potes?

Ad Lucium Frugi Tontanum.

Terminus eſt rebus, Luci, ſuus omnibus eſto.
Terminus at noſtri nullus amoris erit.

De Laura.

Vnde fit, vt quoties admota per oſcula Lauram
Conor in amplexus ſollicitare meos,
Protinus auerſo diſtorqueat ora cachinno,
Tironemque nimis, me puerumque vocet?
Hæc ſunt fœminei nimirum ſigna caloris,
Vt crucient lenta gaudia noſtra mora.
Et tamen illa meos ſemper faſtidit amores.
Hei mihi, quid tanta pro leuitate precer?
Dii facite, vt quem iam puerum vocat improba, tandem
Non puerum, ſed me ſentiat eſſe virum:

Ad Vernerum Douzam patruum.

Douza manus rerum, tutelaque fida mearum,
Douza decus vitæ, præſidiumque meæ,
Quod ſemper patrio complexus amore nepotem
Mollieris leges in mea vota tuas,
Impſumemque piis ſanum prouexeris alis
Tuta tuo præſtans noſtra patrocinio,
Non ego te patruum non te mihi Douza patronum,
Sed merita dico non ſine laude patrem.

De Hermete, Ad Ponticum.

Omnia ſic Hermes cur diuerſoria vitet,
Scire cupis cauſam Pontice? ne numeret.

Ad Danielem Rogerium.

Nulla mihi manuum mittis monumenta tuarum,
Iamque ter emeritum Luna peregit iter.

Ergo nec exiguam de tot dare noctibus horam
Muſa ſpei potuit Rogeriana meæ?
Si tamen & piguit horam te perdere, quantum
Reddere erat votis vel tria verba meis?
Vt, ſi Douza vales, eſt quod valeamus & ipſi,
Quæque vel à pueris iam didiciſſe potes:
Aut ſaltem nuda ceras onerare ſalute?
Hoc etiam gratum quomodocunque foret.
Sed neque curſuro mandata ferenda miniſtro,
Vllave connubiis ſunt data vota meis.
Hæc ne tuum nuper Pyladem ſperare iubebas,
Cogeret à Franco cum dare vela ſolo?
Tunc mihi dicebas te non modo verſibus ad me
Verum etiam totis ire voluminibus.
Quæ nunc heu leuibus mecum tibi tradita ventis
Neſcio quo nubes diripienda ferunt.
Sed quid nulla queror mihi verba expenſa tuliſſe,
Quem mihi nil præter verba dediſſe liquet?

In duas pediſſequas.

Sunt binæ nobis famulæ: ſignauit vtramque
Iuppiter. hæc oculo claudicat, illa pede.

De Laura.

Felices, quibus afflat Amor. & mater Amoris
Ad ſua pacatum littora ſternit iter.
Quando erit ille dies, quo demum nubile pondus
Ponet inhumani Laura ſupercilii?
Quando Cupidineis radiantia lumina flammis
Me mihi, me vitæ reſtituentque meæ?
Quando rato furtiua pedes in gaudia calle
Ibitis? & dominæ vox erit vna, Veni.

Ad Franc. Monchaum Atrebatem.

Dum puerum Franciſce canis cum matre volucrem,
Et vocis argutæ delicias dominæ,

Ipſa

Ipſa tibi cedit primos in amore triumphos
Hinc Venus, hinc Charitum delicioſa cohors.
Sentit idem Pæan & iuncta ſororibus octo.
Aſſurgit vati Calliopea ſuo.
Deque Cytheriaca plaudens tibi rupe Cupido
Crinibus intexit myrtea ſerta tuis.

De Apro.

Ridet aper pingui ſplendentem corpore Flaccum,
Nec videt ingenium pinguius eſſe ſibi.

Ad Cotalen.

Inter opus medium Lacheſis mea ſtamina rumpat,
Inque tuo ſolui dent mihi fata ſinu:
Hæc ſunt vota tui Cotale dulciſſima Iani,
Flebilibus toties ingeminata modis.
Hæc deſiderii ſumma eſt: nihil amplius opto:
Tu modo candentes pande puella ſinus:
Pande ſinus Cotale. cupidumque in litore ſiſte,
Nec mihi delicias officioſa nega.
Non ego ſum Martis natus laſſare triumphos,
Perque feras acies æra tubaſque ſequi.
Iſta iuuent alios: Veneris mihi caſtra ſecuto.
Sufficit in gremio bella mouere tuo.

De Cinna.

Conductæ quoties fieri conuiua popinæ
Cogitur, & ſumptus ſoluere Cinna ſuos,
Protinus infirmam ſtomachi cauſatur orexim,
Seque domi pranſum clamitat ante ſuæ.
At ſi quando ſequi lauti contingat amici
Immuni placidas conditione dapes,
Cedunt cuncta gulæ, crebriſque trientibus inſtans.
Sobrius à menſis neſcit abire domum.
Quin nihil eſt illi totos iuiſſe per armos,
Tergora vel coſtis dirupuiſſe ſuis,

Ipſa

Ipſa ſed hauſturus cum lancibus oſſa videtur:
Sic hiat, & plenum farcit aqualiculum.
Quid non vncta poteſt alienæ ſportula cellæ?
Illa famem Cinnæ ſuggerit, illa ſitim.

De Flacco.

Si quis erit inter numerandus aſellos:
Diſperream ſi non hic mihi Flaccus erit.

In aream notarum inuentionem: è Græco Aurati.

Quis Deus in duro primus noua ſigna metallo
Scalpſit, & æratæ cuſpide preſſit acus?
Prima ſuis Pallas intexuit illa tapetis,
Γράμματα quodq; vocant, ῥάμματα nomẽ erat.
Mulciber at manibus dum Pallada prenſat amatam,
Inſcius igne ſuo textile perdit opus.
Plorat amatoris temeraria gaudia culpans
Diua: timens iras ille furentis, ait,
Pone metum, noſtra damnum reparabitur arte,
Arſuras nullo quæ dabit igne notas.
Dicta fides ſequitur: ſolido polit ære figuras,
Æternis mutans ſigna caduca notis.

In Cinnam.

Inuerſum ſi fas Apuleium dicere quenquam,
Dicere fas certe te mihi Cinna foret,
Quod velut hic aſinina hominem ſub pelle tegebat,
Ipſe ſub humana pelle tegas aſinum.

In Ponticum verſificatorem.

Si quot habes numeros, tot haberes Pontice nummos,
Mygdonio poſſes ditior eſſe Mida.

Ad Varnerum Douzam, patruum.

Hortaris fieri quod ſe Varnere maritum,
Et toties pactum connubiale ſequi,

Digitized by Google

Grates Ianus agit qui quidquid conſulis æqui
Conſulit, & memor librat in auricula.
Quod niſi libertas plus quam tua vincla placerent,
Forte ſequi monitus vellet & ille tuos.

In Chlorin.

Quod toties noctem, nocturnaque ſcribimus acta,
Dum non vna meum verſat amica latus:
Et ter idem facimus: nimium ſi Chlori videtur
Hoc tibi, ter noctem tu quoque ſcribe mihi.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Muſarum, Charitumque potens doctiſſime Iuni,
Per quem priſca ſuis fama reuixit auis,
Hos tibi deuotos noſtræ monumenta Mineruæ
Accipe, ſed pacta conditione, ſales.
Scilicet vt veteri nobis de more viciſſim
Et tua ſi placeat, mittere ſcripta velis,
Delicias iucunde meas; niſi gratior ipſe
Malueris Muſæ nuntius eſſe tuæ.

Ad Lectorem.

Qui modo Norduici dedimus tibi ruris alumnum
Vltraiectinæ nunc damus vrbis opus
Perlegis? an libri te detinet aura prioris?
Perlege & alterius verba, ferentis idem.
Hic quoque iure tui ſub nominis exit in auras:
Atque vtinam placeat lector, vt ille, tibi.
Sed placet & præfers primo fortaſſe ſecundum.
Quid mirum? nouus eſt hic liber, ille vetus.
Sic vbi purpureum liquit roſa carpta vigorem,
Spernitur, & flores ſunt in honore noui.
Iure ſuo quamuis etiam debere videtur
Vincere rurigenam natus in vrbe liber.

Ad Gerartum Falckenburgium.

Tanta tibi primi fuerit cum cura libelli,
  Quis negat & carmen poſſe placere nouum?
Illa, vel hæc mea ſunt: ſed laudas illa Gerarte.
  Laudes illa licet, dum tamen iſta legas.

In Æmilianum.

Non vlli ſpatium faciendi verba relinquis,
  Et me cogis adhuc Æmiliane loqui?

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

Hoſpitibus vis vnde tuis doctiſſime Iuni,
  Promere menſura ſed meliore queas?
Vis & ſecuro caſus potare miniſtro?
  Aut etiam vitreis parcere forte tuis?
Cælatum en cratera tui cape munera Douzæ:
  Hunc pro Bilbilico vate dat ille tibi.
Non, qualem Phialæ vano ſub nomine Paulum,
  Sed Marco Rufum credo dediſſe ſuo.
Si bene te noui, poſtquam perſpexeris vſum,
  Haud alio, dices, munere dignus eram.

In Philandrum.

Quod dente tantum clanculario pungam,
Nec nominatim poſtulem reum quemquam,
Metus libellis crimen obiicis noſtris.
Tibi ergo credi vir, Philander, vt poſſim,
Prudens ſcienſque mi ipſemet malum acceſſam?
Abſit Philander, abſit, vt meis quiſquam
Ludibrium debere ſe ſciat Muſis,
Quas rumor albo candidus leuat curru.
Nam notus eſſe quæſo cur emam tanti,
Conſtare cum mi fama vilius poſſit.

Ad Porciam.

Vidit te nuper ſocia cum Pallade Iuno

Porcia,

Porcia, luminibus & pudefacta tuis,
Hinc cedamus ait, ne quis nouus altera cogat
Nos Paris arbitrii iura referre ſui.
Sit ſatis infauſta ſpretas ſemel eſſe ſub Ida.
Quis velit expertam rurſus inire notam?
Hactenus: & verſa referens veſtigia plantæ
Palladios traxit in ſua iuſſa pedes.
Ergo quid humanos mirum tibi cedere vultus!
En cedunt oculis numina victa tuis.

Ad Theod. à Zulen, Equitem Auratum.

Hunc Zulene tibi ſocer, & cognate libellum,
Seria commendo, deliciaſque meas.
Et precor, vt Pylios abeant tua fila ſub annos,
Teque ſuperſtitibus Fama canat meritis.
Tu cape vota lubens, & quæ prius ipſe cupiſti,
Fer tecum cœlo liberiore frui.
Nec te nocturnæ moueat prurigo Thaliæ:
Crede mihi, mores non habet illa meos.

In Aprum.

Miſſæ ſemper Aper quotidianæ,
Et rebus ſolet intereſſe ſacris:
Verum neſcio quo ſubinde ſanctos
Tactus frigore, admonet receſſus:
Ad quos mox tamen in dies recurrit,
Nec ceſſat miſerum increpare myſten,
Tota quod ſacra vix peroret hora.
Quid clamas rogo? quid benigniori
Nubem ſpargis Aper ſerenitati?
Non eſt, ſacrificium quod vſque vexes.
Si longæ mora ſit moleſta miſſæ
Fractis auribus, exeas licebit.

In Cæcilianum vetulum.

Deſine me puerum toties inſane vocare,
Ne te bis puerum Cæciliane vocem.

In Heliodorum.

Cur, quoties nobis ſis obuius Heliodore,
Siue domi ſiſto me tibi, ſiue foris,
Cur, dic quæſo tibi tam ſæpe ſalutor, & vnum
Quindecies tantum non mihi reddis Aue?
Nunquid vt his prodas in me tua pectora? laudo.
Malo tamen dicas Heliodore, Vale.

Ad Guilielmum Altarium.

Quid non audet amor? quid non temeraria virtus?
Ille iterum ſimilem me iubet eſſe mei:
Illa iterum cœptum me cogit amare furorem.
Tantum iudicio fidit vterque tuo.
Atque vtinam non hic nimium tibi viſus vterque
Purgatis riſum præbeat auriculis.
Sed non præbebit, cum tu mea carmina verſes,
Auribus & fingas illa placere tuis.
Ah pudet, & vereor: etiam foris illa retractas,
Nec ſine riuali iam tibi Douza placet.
Sic tamen ô noſtros pater audentiſſime vatum
Sic facito laudes, vt tueare, modos.
Defenſore meis, non laudatore Camœnis
Eſt opus: hunc præſta tu mihi: plura leges.
Sed nimium volui: nec enim ſibi noſtra videri
Digna poteſt tanto Muſa patrocinio.
Fac vt ames modo nos, at parcius euehe, ne me
Non ego, ſed dignum hoc vulgus honore putet.

In puellam.

Dum libet, & ver eſt, gratos ne differ amores:
Vtere: cum vetula ſit mihi pelle nihil.

De Flacco, ad Candidum.

Addita quæ certis Flacco ſponſalibus vxor,
Quid rides, matrem ſi vocet ille ſuam?

Candide

Candide, nil iſtic Flaccus me iudice peccat:
Quin reor hunc ſumma cum ratione loqui.
Nam ſi bis quinos quæ nos tantummodo menſes
Geſſerit hanc matrem dicere iure licet:
Cur ſua non Flacco mater quoque Caia vocetur,
Per meſſes ipſum quæ tulit vna decem?

In Aulum

Reddere te toto matrem quid corpore iactas?
Mentiris patrem parte refers media.
Crede tuis igitur, ſi non mihi prolibus Aule,
Contra te teſtes non pudet eſſe tuos.

De Apro

Forte mea hæc paucis recitabam ludicra nuper:
Et bene, ſi paucis non ſuperaſſet Aper:
Qui mihi ſic aderat, vt poſſet abeſſe videri,
Vox niſi præſentem teſtificata foret.
Illa ſui corpus ſine pectore prodidit Apri,
Ederet vt dignos ſe dominoque ſonos.
Nam, Quo pergis? ait, audire diutius iſtas
Laſſus Aper nugas Douza, iocosque nequit.
Audieram pridem ferri ſine ſenſibus Aprum:
Nunc primum populo cogor habere fidem.
Audieram Muſis hoſtem mentira putaui:
Nunc video Clarii dicta fuiſſe Dei.
Fama malum narrabat Aprum mihi ludere viſa eſt:
Hei mihi: non vnquam verior illa fuit.
Quid mirum, nequit ſi nos audire legentes,
Tam male qui vitiis audit vbique ſuis:

Ad Porciam

Idalios quare mittis mihi porcia flores?
Crede mihi, florem Porcia malo tuum.

Ad Hadrianum Mathenesium, cognatum.

Hoc quoque Douzæo placitum ſub nomine carmen
Vſque recens feri cura nepotis erit.
Quid tibi dem potius, legem quod neſciat Orci?

Solus amor Stygio non leuat amne ſitim:
Solus amor, ſed doctus amor, quique alite ſacri
Carminis auricomum tollit in aſtra caput.
Ille & Cimmerias mota face diſcutit vmbras,
Acceſſum furuæ nec timet ignis aquæ
Qui det opes largas opulens non deerit amicus,
Et promam fuluo præſtet in ære manum,
At tibi cognato melius ſub nomine viuet
Hoc breue prolixi carmen amoris opus.
Vnde recognoſcens aliquis duo pectora quondam
Iunctaque nominibus nomina noſtra tuis,
Priſca ſuos dicat, cur euehit aura calores?
Nos quoque iam noſtros vidimus Euryalos.

In Mathonem.

Nil mihi tu præſtas, tibi nil ego præſto viciſſim.
Das mihi verba Matho, do tibi verba Matho.

In Roſilla.

Cùm blaudam properans mihi ſalutem
Nuper dicere mens, Roſilla vellet,
Salue Mentula, voce lapſa dixit.
Riſi, riſit & illa, meque tantum
Non loquente redarguens ocello,
Quid rides? ait, an quod euolante
Fortè Mens mihi diminuta voce eſt?
At me nil temere ſcias locutam.
Nam ſi labra, cor, oſque grata per ſe
Diminutio gratiora reddit,
Cur non & mihi ius ſit, hanc minutam
Vocem reddere, Douza, quæ placere
Vlli rite nequit puellularum
Amica ſine diminutione?

In Æmilianum.

Nulla quod in tanto populo ſit fœmina, cui non
Officium præſtas Æmiliane tuum,

Ignoro

Ignoro fateor, hoc me modo noſſe fatebor,
Officium quod amat fœmina nulla tuum.

In eum cui vxor erat parum pudica.

Et caput & princeps cum ſis Lepidane malorum,
Fama virum narrat te tamen eſſe bonum.

Ad Martinum Havvelum.

Et ſi me patruæ metuentem verbera linguæ
Trux vetet auſpicijs viuere Parca meis,
Non tamen à cœpto poſſum deſiſtere curſu.
Hic mihi luce labor, hic mihi nocte venit:
Luce tamen quàm nocte minus: lux apta poëtis,
Sed quibus ingenium lectus & vmbra facit.
Me fora, me lites, mihi me mea ſurripit vxor,
Quæ caput hoc iuris non ſinit eſſe ſui.
Adde, quod aſſiduos cogor deplere trientes,
Et dare luxuriæ vela ſoluta meæ.
His vbi fracta dies, Pindum Muſaſque fatigo,
Et clamo, Numen nunc vbi Phœbe tuum eſt?
Sæpe precor ſomnum, ſomnum quoque deprecor idem:
Ne turbet pennis otia noſtra ſuis.
Quid referam, quoties medijs quoq; noctis in vmbris
Pieriæ fio transfuga militiæ?
Sic mea Muſa ſibi, quod lux vinoſa negauit,
Elucubrandum nocte reponit opus.
Hæc quoque quæ cernis lychno mihi iudice Veſper,
Et face luſtrali verba præiuit Amor
Cur igitur vinum, nec olent Martine lucernam?
Fallor, an & vino tacta lucerna fuit?

In Macrum.

Orbus es, & locuples, Pylioque ſolutior æuo,
Tene Macer vero credis amore frui?
Det licet amplexus, det baſia mille petenti,
Non te, ſed nummos diligit Aula tuos

In Flaccum.

Quod bipedem ludens dixi te nuper aſellum,

Ringeris & causam reddere Flacce iubes.
Illa sed in promptu est: qua dicta, protinus ipse
Testis eris verum me quoque Flacce loqui.
Non quod es à nobis alieno corpore, sed quod
Arcadico dignum germine pectus habes.

Ad Cotalem.

Obuia vis Cotale quoties mihi, stent licet astra,
Mi venit in media nocte serena dies
Discedis quoties, lustret licet omnia Phœbus,
Me premit in medio nox tenebrosa die.
Quid mihi luciferi prosunt Hyperionis ignes?
Vna mihi noctem tu facis, vna diem.

In Pseudographum quendam

Dum tot pseudographa ductas facis arte lituras
Longa cui fieret littera, dignus eras.

Ad Hadrianum Iunium Medicum.

Dum tot virtutis alii dant seria chartis,
Que matutina non nisi fronte legas,
Fas mihi paulisper sit delectantia Iuni
Ludere, Romanæ simplicitatis opus:
Scilicet in gustu voluas quæ protinus ipso,
Dum noua luxuriæ non eget arte fames.
Tunc admitte iocos, lasciuaque carmina quæ mox
Inscribat cyathis mensa secunda suis.

De Cæcilio ad Candidum.

Miraris nostrum, cũm sic videatur auarus,
Cæcilium fato pauperiore premi?
Rumor eum matrem nimis est habuisse benignam
Candide si nescis, omnibus illa dedit.

In Labellionem

Nomina Lucili ritu quod Græca Latinis;
Latina Græcis misceas.
Non vnum Graiæ credi Latiæq; Camœna
Te vis habere spiritum.
Et miraris adhuc quereris que Labellio, cur te

Vulgus

Vulgus bilinguem dictitet

In Porciam.

Baſia quid toties, toties promittis amoris
Gaudia? nec præſtas illa vel illa mihi?
An quod verba tibi cupido dare ſemper amanti
Permiſſum nulla legé vetante, putas?
Hoc patienter amans aliquis tibi Porcia credat.
Quod mihi pollicita es iam reor eſſe meum.

In Thillidem.

Quid me putida Philli congelatum
Hircoſa premis oſculatione?
Quid me frigore perditum Nouembri
Labrorum ſanie necas tuorum?
Ecquid me, rogo. poſſe degelari
Iſtis turpiculis putas labellis?
Quæ ſic putidulo liquent madore.
Quæ ſic raucidulo vapent odore
Omnes olfacere vt mihi cloacas,
Et ſellas videar Patroclianas..
Porri eſt: icibus obuiare malo
Ter centum totidemque polypoſis:
Quare ſi quid adhuc habes pudoris,
Tam fœda oſcula, Phili, non in anni
Sequentis, velut ille vult, Aprilem,
Sed Græcas, rogo differas Kalendas.

In medicum quendam

Quando Machaonias victor potes ire per artes,
Et ſua vel Stygiis iura negare colis,
Quid circa tepidum ſemper verſaris oletum?
Nunquid pro medico merdicus eſſe cupis?

De Obero.

Otia ne cuiquam poſſit celebrare videri,
Aut nihil aut aliud ſemper Oberus agit.

Ad Ianum Auratum.

Quod verſus nulli faceres, aurate, ſecundos,

Digitized by Google

Magnus eras, fateor antè poëta mihi.
At iam quando nouos etiam facis ipse poëtas,
Non ego te vatem, sed reor esse deum.

In Simplicianum.

Miraris, facili viuam quod lætus amicæ,
Libera vulgiuagæ furta sequens Veneris:
Hortarisque noua fieri me lege maritum.
Cuius? an exemplo Simpliciane tuo?
Scilicet vt dominis subdens mea colla capistris
Demisso capiam frena supercilio.
Da veniam fasso: non sunt tua commoda tanti,
Vt libertatis linquere castra velim.
Mollia securam præstant mihi strata quietem:
Sollicitat noctes vxor iniqua tuas.
Ipse puellarum commercia blanda frequento:
Te decet vxori semper adesse tuæ.
Quicquid ago, non iussus ago mihi subditus vni.
Coniugis assiduum te regit arbitrium.
Nunc tibi res augenda domi, nunc lucra petenda
Sunt foris: hæc mandat nulla puella mihi.
Nonne vides rerum multo stultissime, quantum
Compedibus præstent pilea nostra tuis?
Ergo quid vxorem suades mihi ducere? num me
Ærumnę socium quæris habere tuæ?

Ad Henricum Iunium, Præceptorem.

Iuni, qui Musis Phœboque fauentibus vsus
Obsita non vna tempora fronde geris,
Quam bene, quod vario rerum limatus in vsu,
Corda geris studijs non aliena meis!
Hoc facit, vt dulces mihi sint ante omnia Musæ,
Hoc facit, vt nunquam non tuus esse velim.
Quærat opes alius, & Eoum ventilet aurum
Spesq; suas toto differat Oceano.
Felix, qui doctos sibi conciliauit amores.

Digitized by Google

Dij faciant laudis ſumma ſit iſta meæ.

in Lentulum pediſſequum.

Quid iuuat iniuſſo toties præuertere curſu
Conductum; noſtras vt ſaquerere vias?
Parce tuis tritum pedibus mihi ſternere callem.
Hoc decis officium Lentule, non famuli eſt,

Ad Ianum Vtenhoutum.

Eſt tibi, ſitq; precor longum pater, eſt tibi frater,
Sed cui par nullum Flandria nomen habet.
Et bene. ni fratris ſtudeo dum præco videri,
Cogerer in laudes parcior ire tuas.
Mentior: an titulos obnubilat ille ſuorum?
Sic eſt: luminibus officit ille tuis
Vtque nihil iaceam. fratri potes eſſe ſecundus.
Verùm par fratri non potes eſſe tuo.
Non potes: hoc vni debes me iudice fratri,
Qui modo non eſſet ſi tibi, primus eras.
Cede tamen, lætuſq; loco decede priori.
Cede tuo fratri, cedat vt ille tibi.
Quis ſcit an hæc melius caſura ſit alea quondam,
Detq; tibi victas frater & ipſe manus?

Ad Philippum Morum, Mathematicum.

Quod ditis fugiam iugum maritæ,
Audes dicere me parum poëtam,
Nec clam: nam ruis, & ferocis in me,
Vt ſi publica res periclitetur,
Dentatum calami moues furorem.
Fruſtrà: nam mihi crimen ingerentem
Mutum piſce magis Philippe reddam.
Atqui ſi foret hoc nouum tacerem.
Nunc idem veteres, & ipſe toto
Fecit notus in orbe Martialis.
Quare deſine iam tuum ſodalem
Hac re dicere non ſatis poëtam,
Nec te & ille vocet nimis poëtam.

Digitized by Google

Hoc tamen leuius pudentiuſque
Quam quod nos aliquid tibi videmur.
Et quod ridiculum nimis putandum eſt,
Ineptè fingimus, vtque Douza poſſit
Tuis [illegible] fui, rogatur,
Suos [illegible] tibi lepores.
O vota ebria ſobrii poetæ!

Ad eundem.

Qui hoc ferre poteſt, quis hoc videre?
Ni ſit inſipiens & infacetus,
Muſas te male ſic Apollinares
Cum lauris hederiſque abominari?
Quid vmbræ meruere tam ſequaces?
Diuæ quid meruere tam fauentes?
Non vides vt Apollinem peroſæ
Amplexu cupide tuos requirant?
Et veſtigia grata perſequentes?
Obnixis precibus rogent morari?
Quare parce pedi nimis citato,
Parce quæſo truces vibrare iambos,
Doctis abſque velis nec eſſe Muſis,
Horam quæ ſine te nec eſſe poſſunt.

Ad Hadrianum Iunium. Medicum.

O quam pene tua luſum Pimpleide Douzam
Turbatum tota cernere mente fuit?
Nam quid ego merui, cur me doctiſſime ſperem
In partem famæ poſſe venire tuæ?
Non mihi Pierio riſit ſoror vlla ſub antro,
Aut licuit ſacro fonte leuare ſitim.
Nec nos Caſtaliç reſpexit ab arbore Phœbus:
Aut dignata ſuo Calliopea ſinu eſt.
Triſtis inhumano vidit me Falcifer ore,
Et data ſunt vitæ fila profana meæ.
Quid? quod amicitiæ paruo tibi cognitus vſu,
Sumque ſodalitii non niſi tiro tui?

Digitized by Google

At tanti Celtæ tanti & tibi vatis Iberi eſt,
Quod tua nobiſcum lima momordit, opus.
Sicne igitur titulis iunges tua nomina noſtris:
Nec mea ſunt probro ſcruta futura tibi?
O mihi ne Batauam ſubſtringat Zoilus aurem.
Quam mallem nullis nomen habere locis!
Eſt tamen eſt aliquid tecum me poſſe tueri,
Atq; aliquid tanto iam placuiſſe viro.
Quin placuiſſe parum eſt: viuet ſi Douza ſuperſtes,
Auribus hoc dare te ni iuuat omne meis.
Sed des omne meis, licet, auribus iſtud, opellam
Dum mihi commendes hac ratione meam.

In Malchionem, de Cinna.

Reddidit vxori fœcundam reddidit aluum
Cinna tuæ gaude Malchio: iam pater es.

In Domitillam.

Cum prope nil præter neruos & tenta loquaris,
Neſcio, qua dici lege pudica velis.
An, quod adhuc primo gaudet tua zona pudore:
Et laudem de te mentula nulla tulit?
Falſa eſt iſta tuæ falſa eſt fiducia famæ.
Si neſcis, animi ſermo putatur opus.
Tu licet & triſtes æques Domitilla Sabinas,
Et Graiam ſuperes integritate fidem,
Nî taceas noſtris indicta vocabula rebus,
Laide diceris vilior & Chione.
Quanto virgo magis, quanto mea caſtior Ægle eſt,
Quæ tacito mauult illa tenere ſinu?

De Bureno.

Scripta Theonino rodit mea dente Burenus.
Iam ſcia me doctis poſſe placere viris.

Ad

Digitized by Google

Ad Ianum Antonium Baiſium Poetam.

Sum meus, aiebas. memini. iucunde Baiſi.
Et bene iunxiſſes ni tua vota meis.
Scilicet ex illo notus tibi Douza ſigillum
Iuſſit amicitiæ te quoq; ferre ſuæ.
Annuis & noſtras iam te iuuat ire ſub ædes,
Viq; pari certant ſpes mea peſq; tuus.
Hinc licet alternas audire & reddere voces.
Et quota pars mentis eſt tamen iſta tuæ?
Conſparſiſſe meum plus Graio eſt rore libellum,
Scriptaq; notitiæ ſigna dediſſe tuæ.
Quid ſacer aſſidui non efficit vſus amoris?
Ante tuus fueras, iam quoq; noſter eris.

Ad Philippum Morum.

Non tot Erythræa gemmas digeſſit in alga,
Non tot in Eois India littoribus,
Quot modico lectæ mihi ſunt in carmine gemmæ,
Diuitias valui nec numerare tuas.
Has ego maluerim certè quam Thynica quales
Matribus Auſonijs lima polire ſolet.
Qui volet annellis ergo ſe cingat & auro,
Incubet & gazis nocte dieq; ſuis.
Dulce mihi ſocia tibi conſuetudine iungi:
Dulce tuis Muſis, delicijſq; frui.

De Maronillo, ad Sextum.

Chloën ſubaſſe dicitur Maronillus,
Matremq; Sexte reddidiſſe: patriſſat.

Ad Stellam & Philaſtrum amantes.

Stella deliciæ tui Philaſtri,
Stellæ deliciæ tuæ Philaſter,

Quàm

Digitized by Google

Quam bene eſt tibi Stella cum Philaſtro!
Cum Stella tibi quam bene eſt Philaſter?
Ambo mutua mutuisque amatis
Inter vos animis, amaminique.
Felices ter, & amplius gemelli,
Ni veſtris male conſonans parentum
Voluptatibus obſtaret voluntas.
Sed obſit licet hic, & obſit ille?
Non hic efficiet tamen, nec ille,
Quo porro minus vſque & vſque iuret
Stellam delicias ſuas Philaſter,
Stella delicias ſuas Philaſtrum.

Ad Hadrianum Iunium, Medicum.

En tibi ſed vernam leporem, doctiſſime Iuni:
Quem quoniam totum mittere non potui,
Et lacerum & qualem potui, pro tempore mitto,
Fallor? an ille canum raptus ab ore fuit?
Sed tamen hoc melius, quam ſi ſine vindice plagæ
Luſiſſet catulos irrita præda meos.
Accipis? an metuis in ius mea dona vocare,
Perdere cum vino ne videare garum?
Parce garo: nihil hoc opus eſt tibi: parce Falerno,
At non deliciis parce poeta tuis.
Quippe garo careatque licet, careatque Falerno,
Non deerit lepori, te ioca dante, lepos.

Ad Idam.

Te cunnulum quod Ida
Nuper meum vocaui,
Hoc ſi nimis licenter
Dictum tibi videtur,
Me mentulam viciſſim
Voces tuam licebit.

Ad

Ad Victorem Giſelinum

Victoris ex re quis neget datum tibi,
Giſeline, nomen, ſiue ceſſurum tibi
Contemnis hoſtem, ſiue conſerta manu
Contra feroces frangis aduerſarios?
Hic improborum victor, illic es tui.

Ad Ioannem Bruæſum

Quantum Meſſale potuit debere Tibullus,
Tantum ego me fateor, pluſque Bruæſe tibi.
Tu facis vt noſtræ placeant te vindice nugæ:
Tu facis, vt vatem ſe quoque Douza putet.
Pro quibus & grata luſus & ſeria mentis
Ante meos natum mitto poëma Lares.
Quidquid id eſt gratum, precor acceptumq; Bruæſe,
Dum maiora tibi concipiamus, habe.
Nec te pœniteat noſtræ dare Thaliæ,
Hoc erit, ô ſeræ poſteritatis opus
Fallor, an & magnum mirabitur illa Bruæſum
Ordinibus iungi non puduiſſe meis?
Exemploque tuo vententia ſæcla monebit,
Spernat inæquales ne quis amicitias?

Ad Engelbertum Bruæſum, Iuniorem.

Engelberte meis nunquam reticende libellis,
Et decus & genti fama ſecunda tuæ,
Sic fraterna pari veſtigia calle prementem
Te vocet in Tyrios gloria blanda ſinus:
Vt tu, ſi qua tibi de me bene cura mereri eſt,
Commendes fratri carmina noſtra tuo,
Tunc mihi non vatum frater tantummodo, vates
Ipſe ſed eſt vetum conciliator eris,

Interea

Digitized by Google

Interea tibi vota meæ cape dona Thaliæ:
An poterunt aures illa grauare tuas?

Ad Lodouicum Boſotum.

Iuſtam iudice nonne te vel ipſo
Dignus, qui patiaris, es, repulſam?
Qui vagis modo neſcius repelli
Volebas ſcopulus videri in vndis,
En quauis etiam moueris aura
Tantum-non fragilis Boſote arundo
Duro de ſcopulo repente factus.
Quid ni pollicitus tuæ fuiſſes,
Donec pondere ſub poli recuruus
Anhelaret Atlas, Apolliniſque
Intonſos agitaret aura crines,
Firma te fore caute firmiorem?
Iuſtam iudice nonne te vel ipſo
Dignus, qui patiaris, es, repulſam?

De Flacco, in Olum.

Quid multo pinguem rides abdomine Flaccum?
Ingenium multo pinguius Ole tibi eſt.

In hominem aulicum.

Graſſari obſequio quod ſcis, quod fingere vultum;
Quod Pallatinas dicere delicias
Aulicus eſſe tibi, comiſque in amore videris:
Tu comis, quod amas; imo ego, ſi redamo.

In Claudium.

Marce, vt ameris, ama: ſententia vatis Iberi eſt:
Hæc eadem, Claudi, ſemper in ore tibi.

Nec

Nec tamen hunc quiuis eſt, vt meratur amorem:
Therſitem ſiquidem non bene Pallas amat.

De Ligurino & Vſente.

Diſſimiles edunt fœtus Ligurinus & Vſens;
Prælaque verſiculis laſſat vterque ſuis
Cultius his nihil eſt inſulſius illis.
Quæ ratio? hic emptos vulgat at ille ſuos.

Ad Ianum Machenesium, Cognatum.

Iam prior ad calcem venit liber, atque ſecundus:
Forſan & in curſu tertius eſſe poteſt.
Legiſti primum, legiſti Iane ſecundum.
Dic mihi plus vtrum frontis habere putas?
Ille vel hic meus eſt: ſed mauis Iane priorem:
Malis Iane licet, dum ſit & iſte meus.

Ad Ianum Hauteuum.

Ad Douza datur hic tibi libellus,
Douza, Hautene, tuo, malus libellus,
Nec mirum, vtpote non boni Poetæ.
Quid refert? ideo tibi dat auctor,
Vt tu illum facias bonum legendo.
Tu tantum exige, qui malus Poeta eſt,
An poſſit fieri bonus legendo.

De ſe & effigie ſua à Philippo Gallo ad viuum in ære expreſſa.

Qui Batauûm gentis Comites, qui ſcalpere Eraſmum
Auſus, & effigiem Iuni Hadriane tuam.
Ille idem docili Gallus me incidit in ære,

Felicem

Felicem hoc etiam nomine Douziadem:
Nec me luminibus tantis compono: ſecundum
O ſolum liceat eſſe ſecunde tibi,
Verum olim nunc ſat, illud ſi dicere poſſim
Inter Norduices ingenioſus eram.

Ad Ianum Lernutium Charitaeum.

Miſit adumbratos vultus tibi Douza ſecundi,
(Heu quam non illi Douza ſecundus!) heri.
Idem hodie memori inciſam tibi mittit in ære
Oris Douziaci Galli opus, effigiem.
Illam peniculi ductam prius arte Rodolpho,
Dum fuco hic, cœlo doctior ille ſuo.
Accipe quidquid id eſt, vmbram nec deſpice amici,
Charteolo expreſſam mobiliter in ſtadio.
In quo tam ſimili videas ſub imagine Douzam,
Vt ſit tam ſimilis Douza nec ipſe ſibi.
Denique cum ficta Douzam compone tabella,
Internoſcere vter Douza ſit haud poteris;
Sed viuum aut ſculptum dices iuratus vtrumq;
Nec geminum lacti lac magis eſſe poteſt.

In laudem Ioannis Secundi.

Cedite cum priſcis quantum eſt hoc tempore vatum;
Mihi ſecundus vnus inſtar omnium eſt.

De Othone & Otacilio.

Pauper Otho eſt fateor; ſed qui plus credat Othone,
Haud facile in noſtro Gymnaſio inuenias.
Mirare? & fieri hoc quo poſſit more, requiris?
Narro tibi: auditor factus Otacilii eſt.
Quin ſurdus lucro, atque alienis auribus vtens

Eſſe

Eſſe nouum Euclidem cenſet Otacilium.
An necdum hoc tibi Leida ſatis? quid? an inſuper illud
Expectas, vatem dicat vt Artoceam?

Ad Philippum Morum, Mathematicum.

Et tua Galla mihi, placet & tua More Cytheris:
Poſſum etiam Stellæ potus amore ſalem.
I nunc, & dubita, Douza an te diligit ipſum,
Quem videas Veneres iam quoq; amare tuas.

In moleſtos Ebrioſorum occurſus, Paullo Meliſſo.

Effugere, Paule, tempore hoc Pholos non eſt,
Inſtant, morantur, in via obuiam obſiſtunt.
Fugites, ſequuntur, & fugaq; reprenſum
Retrahunt retractumq; omnibus modis ſeruant,
Togamq; ſcindunt tuta nec ſago palla eſt.
Ducunt volentem ſin ſtruas pedem, obtorto
Collo, capillis auribus trahunt raptant:
Non ante fauces, aut laciniam omiſſuri,
Madide madentem quam depoſuerint vino,
Et in ſoporem collocauerint plenum,
Non ſiphylis, non peſtilentia aut tabes,
Non lepra, non quartana deniq; aut letho
Quamuis propinqua proderit valetudo.
Et ſideratum flagitant & amentem,
Et pridiana crapula laborantem.
Faſtidi adhuc licebit ipſe ſis plenus,
Vomituriaſq; nauſea ructans cruda,
Et indecore naribus fluant mucci.
Sitias neceſſe eſt, cantharoq; bellator
Spumante factus, ſtrenue attrahas vinum.
Patroclianis incubes licet ſellis,
Aſcenderit a potor vdus, atq; illi
Cyathum crepanti porget atq; meienti,
Aude & cacanti. Remedium mali ſolum eſt,

Facias amicum qui tibi gerat morem
Propinatorem, cui tuo imperes iure,
Vicemque iures te referre non posse.

In eandem sententiam, ad Carolum Vtenhouium.

Effugere, heu, bibulos Potores Carole non est,
Non tibi si Persæi mouerit ala pedes.
Nec si Pegaseo vectere per astra volatu,
Aut Rhesi niueis per loca plana iugis.
Deducunt comitant properantem veste reprendunt,
Obuii & obsistunt nocte dieq; tibi.
Non Tutulatus apex latio non purpura claui,
Virgaue Lictoris proderit vlla tibi.
Et frustra ægrotus pallebis mille colores,
Et frustra toto corpore nullus eris.
Et vinco ictericum poscent, & febre calentem,
Quem stupor attonitum, quemque veternus habet.
Non pestis non te contages dira iuuabit,
Hispanisue frequens Parthenopæa lues
Ipse licet facias quod honeste dicere non est,
Præsto etiam hic vitrum qui tibi porgat erit.
Admoneatque sitis & dicat: Carle propino,
Vtq; satisfacias postulet inde sibi.
Tantum non etiam morienti vina ministrant,
Fiat & hinc, optant vt medicina tibi.
Nulla fugę ratio, nulla est via Carole, si non
Vt capias hostem, qui tibi amicus erat.
Quin vel amicum etiam, sed eum qui sit tuus, & cui
Ingenue possit dicere, Non sitio.

In eandem sententiam, ad Linum.

Effugere non est flagitatores Line:
Non hos dico pecunias qui creditas,
Seu mutuatas, siue sumptas fœnore,
Iure repetentes, nomina exigunt, suo.

Qui

Quià mane aduſq; veſperam pro ianuis,
Quaſi in ſtatione perpeti excubias agunt:
Dum prodeuntem perſequentes improbè
Conuitiiſq; pipuloq; differant.
Quanquam & moleſti hi ſunt quoq; omnibus modis:
Sed de Pholis his & Tricongiis nouis,
Huiuſq; ſecli conbibonibus loquor,
Qui tempore omni præſto, & omnibus locis,
Nolis velis, pocla ingerunt paſſim meri:
Dum potione vincla obſtringant gulam.
Huiuſmodi inquam, flagitatore Line
Effugere non eſt, apprehendunt pallio,
Retinent, morantur obuiam obſtantes tibi
Per angiportus, per theatra, per vias:
Et hinc & illinc vim creant negotii.
Non Mercurii ſi ſumpſeris talaria,
Tibiue Perſei ala mouerit pedes,
Non ſi quadrigas deniq; inſcendas Iouis,
Ita vix erit quoq; effugere hoc malum tibi.
Non ſonticus te morbus, aut contagio
Neapolitanæ, ſiue Gallicæ luis,
Non peſtilentia ipſa, vel carbunculi,
Sub valle non trux habitans alarum caper,
Non labra ceroto oblita, atq; ſpleniis,
Cancerq;, polypuſq;, & oris vlcera,
Non impetigo, non odor animæ grauis
Ex allii eſu natus, aut ieiunio,
Muccus grauedo pituita narium,
Ab merobiborum vindicabit impetu.
Hœdina fruſtra pelle tempora aſſeres,
Nec calceatum habere proderit caput:
Fruſtra Canem caue oſtio inſcribes tuo.
Fruſtra in latebras abditus, fruſtra velut
Peregre profectus, eſſe non voles domi.
Et æſtuantem & algidum poſcunt mero,

Digitized by Google

Et de iugali mane ſurgentem thoro:
Seu media enim nox, ſiue prima veſpera eſt.
Tamen eſt eundem, quo vocant ingratiis.
Sedeas in ipſo tu licet Prætorio,
Aſcendet illac flagitator improbus,
Et conuadatum Bacchicis vadimoniis
Bibulo libello te citabit, & nouo
More inq; leges bibere te coget ſuas.
Madeas neceſſe eſt, nec minutis poculis,
Rorantibuſque, vti recipere anhelitum,
Faciendo pauſam, vel pitiſſando, queas:
Batauà ſed vſq; rem gerens amyſtide,
Modo non ſepultus atque depoſitus mero,
Primo in ſoporem collocere impete,
Tuamq; pedibus non tuis redeas domum.
Nempe auferere non abibis. hoc modo
Hic viuitur nunc: tam ſacrum nec quippiam eſt,
Immune quod ſit à bibacûm iniuria.
Non ipſa Dictatura, non Ædilitas,
Eburue Sellæ, quam Curulem nuncupant,
Non Laticlaui tunica, non Epomides,
Faſceſue prælati, aut Secures Conſuli:
Anteambulonum turba præcedat licet,
Non tibi Statoris virga, non Lictor minax
Defendet occurſantium proteruiam,
Oppeſſulata nec iuuabit ianua:
Clauſæque centum clauibus quamuis fores
Clatris, catenis vectibus, repagulis,
Rimas per omnes ſe ſitior ingeret,
Plenumq; vino cantharum circumferens,
Facienti oletum, lotiumque porriget,
Animamq; agenti parte ab illa corporis
Auræ vnde prouenire vocales ſolent,
De Arabum & Sabæa meſſe quæ ſpirant nihil.
Nec nauſeanti parcet, inq; os indito

Digitized by Google

Digito vſque, cum potu exſcreanti fruſtula,
Stomachumque ſentina atque nauſea grauem
Vomitu leuanti. Remedium haud vllum mali eſt,
Niſi ex amico vt capias inimicum tibi,
Inter bibendum reddere cui nolis vicem.

In Fratrem Florentium.

Vultis ſidereos poſt vela nouiſſima portus,
Vultis Cœlicolum regna beata ſequi?
Pro ſcelerum venia noſtras ſimul ite ſub aures,
Hæc tua Florenti concio nuper erat.
Omnia cui cedant diuini fœdera verbi,
Et quodcunque vago gutture Paullus hiat.
At me non ficto metanœam corde parentes,
Et lachrymis tinctas edocuere preces.
Quid modo cum curis & ſollicitudine tanta?
Quid modo cum ſiccâ ſobrietate mihi?
Vincamus Salios, & Bacchanalia luxu,
Tam facili cœlum ſi datur ire via.

In Sextum.

Nil ſcribis, & poëta, Sexte, vis credi:
Quidquid vis, eſto, dummodo nihil ſcribas.

In Olum.

Sum, fateor, quartaq; fui iam æſtate maritus,
Nullaq; nunc etiam nata propago mihi.
Interea cum ſex dederit tibi pignora Chloris,
Non ſumus ergo pares: tu pater, orbus ego.
At mihi Pierios fœtus enixa Thalia eſt,
Quos ego Germano maxima dona tuli.
His ego non, vt tu, vitio pater audio vates.
Nunc maioris vtrum dic operæ eſſe putas?
Quæ facio, facere ipſe nequis: tu quod facis Ole,
Hoc facere hoc etiam noſter agaſo poteſt.

Digitized by Google

In Creticum.

Poſſe mihi bene te facere,& velle omnia iactas,
Nec facis an leuius dicere,quam facere eſt?
Haud puto,namque potes,cupias tantummodo;verum
Inuidia eſt,quæ te munificum eſſe vetat.
Largitrix quo lingua mihi,ſi mortua res eſt?
Noſque opera & factis fallere cura tibi?
Promto animo,non lingua opifer ſpectatur amicus.
Poſſe tuum nolo Cretice,velle volo.

In Manium, Cauſidicum.

Vix nare à puero,vix Beta edoctus & Alpha;
Nil niſi ſtribligo,nil niſi barbaries;
Haganum ad Puteal cauſas agis,& fora frangis
Omnia,rauca tuis facta patrociniis
Vnde ſatur bene re geſta,pinguiſque reuertens;
Magnificeque vnum ad quodque ſcreans ſpatium,
Per fora,perque vias anſato corpore cedis;
Faſtidî plenus, plenus auaritiæ.
Mox de iure domi Reſponſa clientibus edens
Sæpe nouas lites,lis vbi nulla,feris.
Scilicet hinc prægnans tibi rerum acceſſio,Mani,
Hinc grauis immenſo ſacculus ore tumet.
En,cui piſcator ſalarim,venator aprugnam,
Mittat aues auceps,ſuccidias Corydon.
At tibi tricenis præſtantem millibus Aulum
Quinti progeniem,linguæ vtriuſque ſcium,
Illuuies & ſquallor habet,dum murice ſtratum
Eſſe forum mallet;ac domicænia agit.
Nec tamen eſt,inopem miſerans qui curet amicum;
Quem veluti ſacrum tangere quiſque timet.
In cauſa ipſe ſibi eſt,verſus & ludicra ſectans.
Quid mihi cum Muſis? Practicus eſſe volo.
Plectra,chelyn,thyrſos,& ſcinde Thalia coronas,
Si dare dare cauſidico Bartolus iſta poteſt.

In

In Cinnam.

Nil non Iane mihi renuiſque negaſque roganti,
Hæc mihi per totos occinis vſque dies.
Quæ tibi dic, inquam, quæ dem tibi munera Cinna?
Parua verecundum mittere, magna graue eſt.
Munera ſi Douzam poſcis, non poſcis amicum:
I, fuge, te noſtri non decet eſſe chori.
Sed quid ago? redeas. nec te mea verba morentur,
Vt pacto inter nos fœdere conueniat.
Quomodo Cinna rogas? vt ſit ius faſque deinceps
Quæque rogare tibi Cinna, negare mihi.

De Artocrea.

Artocrea inſanus non eſt, me iudice; at ille
Inſanus ſanum qui putat Artocream.

Ad Ianum Hautenum.

Quid quereris frigere tuas Hautene Camœnas,
Hollandæ fidicen ingenioſe Lyræ:
Penſarique tuos non æqua lance labores?
Inuidiam haud aliis moribus eſſe ſcias.
Eia age, fer patriæ faſtidia, municipumque
Contemptum exemplo temnere diſce meo.
Nec primos nos eſſe puta, qui talia paſſi:
Nulla Arete non de tempore queſta ſuo eſt.
Et ſua Mæonidem riſerunt ſecula lectus
Ennius eſt ſaluo Roma Marone tibi.
Scripta placent à morte ferè: præſentia ſordent
Vſibus aſſiduis. copiaque ipſa nocet.
Te quoque ſublatum ex oculis tua Leida requiret.
Sæpe venit magno fœnore tardus honos.
Tardus honos, ſed verus honos plaudentibus alis
Hautenum vt cœlo poſtuma fama beet,
Interuallo opus eſt. Virtuti hæc gratia ſemper
A ſera tribui poſteritate ſolet.

Elogia aliquot ſcriptorum, quorum perſona repræſentata natali Academia.

Neptunus ad Muſas.

Quid Muſis cum Marte? nihil: confidite Diuæ:
Ille abiit, vobis poſſit vt eſſe locus.

Muſæ ad Neptunum.

Laus Neptune tibi, obſidio quod ſolueris vrbem,
Tam comi quæ nos excipit hoſpitio.

Apollo ad Artes ſiue Humanitatis ſtudia.

Docta ſatis Martem vrbs, Artes nunc diſcere, remq;
Vobiſcum & mecum poſtulat eſſe ſibi.

Artes ad Apollinem.

Connubio iunctas ſtabili, propriaſque dicatas
Phœbe Pater, præſto nos tibi ſemper habe.

Saluius Iulianus ad Iuſtitiam.

Louanium fructu nos tantum accepit & vſu,
Hic etiam nexu me iuuat eſſe tuum.

Ad Saluium Iulianum.

Care Pio ac Diuis gratiſſime fratribus olim,
Non ingratus eris nunc quoq; Cattigenis.

Ad Æmilium Papinianum.

Tu quoq; Septimii iuſtiſſima cura Seueri
Huc ades. omnis abeſt hoc Caracalla loco.

Ad eundem.

Et ſedem, & Dominum mutes melioribus hortor,
Lugduno Romam, Septimium Auraico.

Ad Domitium Vlpianum.

Tutor Alexandro Domiti & conſultor eidem
Huc ades: & Baldos, barbariemq; doma.

Ad

Ad Caium

Æmilius Latio Iuris ſit dictus Aſylum,
At legum nobis tu Coriphæus eris.

Ad ſextum Pomponium.

In pretio quondam Romæ qui Sexte fuiſti,
Nunc quoq; Lugduni non inhonorus eris.

Ad Hippocratem Coum.

Huc ades Hippocrates Medicorum gloria Coë,
En vocat ad partes te Medicina ſuas.

Ad Galenum.

Tu quoque Lugdunum venias curare Galene,
Affectam bello, peſtilitate, fame.

Ad Theophraſtum.

Hinc etiam in numerum adſcribi Theophraſte mereris,
Plantarum cui vis cognita tota fuit.

Ad Cornelium Celſum.

Facta Vrbana tuo res Ruſtica munere, ſcriptis
Nec minus illuſtris eſt Medicina tuis.
Hinc quoq; Militiæ tractaſti commoda Rhetor.
Hoc Martem Muſis iungere Celſe fuit.

Academia Lugdunenſis ad Æmilium Macrum.

Hic etiam volucres tecum meditere licebit,
Quæq; nocet ſerpens, quæ iuuat herba Macer.
Ergo age, ſed propera licet æuo grandior. & quæ
Naſoni quondam, nunc lege Cattigenis

Ad eundem.

Macte Macer, ſemperq; tibi ver floreat. herbas,
Vam bene cui verbis iungere cura fuit.

Ad Sammonicum Serenum.

In medicis medicus, vateſque in vatibus idem.
  Eſſe duorum hominum quod ſolet, vnus habes.
Ergo ades, & felix noſtris quoque ciuibus adſis:
  Et vatem dicite patere, & medicum,
At Baias metuis, funeſtaque balnea: fors &
  Nunc quoque ſuſpectus eſt Caracalla tibi.
Quod metuas non eſt, Caracallas vicimus omnes,
  Romanaſque minas, Heſperiumque iugum.
Quique adeo peior Caracallis omnibus vnus,
  Omnibus & Baiis ſæuior Alba fuit.

Ad Theophraſtum Paracelſum.

Tu quoque ades noſtro non inficiande Lycœo;
  Nec medicus, verum magnus Apollo mihi,

Ad Platonem.

Salue Socratici notiſſima fama Lycœi
  Dic Plato, magni doctor Ariſtotelis.

Ad Ariſtotelem.

Fide poli interpres, naturæque æmule, & idem
  Digne tuo ſalue nomine Ariſtoteles.

In laudem Homeri.

Magnus Ariſtoteles, maior Plato, maximus Hermes,
  Omnibus at maior vnus Homerus erit.

Ad Vergilium.

Ilium in Italiam portaſti Andine Poëta,
  In Batauos transfer nunc precor Italiam.

Ad eundem.

Parthenopen Leida mutes Maro: vicit Iberos
  Iſta, quibus ſeruit nunc quoque Parthenope.

Digitized by Google

Ad Ciceronem.

Lugdunum venias Tulli, aut famulere neceſſe eſt.
Maranum patitur Belga, Italuſque iugum.

Minerua Lugdunenſis.

Hactenus arma mihi curæ, obſidioque fuerunt,
Nunc mutare bonis artibus arma paro.

In Lugdunenſem Mineruam.

Arma virûm, & pugnas ſtudiis obſtare Mineruæ
Qui putat, in noſtra non meret vrbe locum.
Hæc Delo, & δειλοῖς placeant commenta: Batauos
Lugduni & Muſas Pallas & arma docet.

Ad nouam Academiam Lugdunenſem.

Quantum Delo amni Rhenus præſtare videtur,
Tantum Leida tibi cedere Louanium.

Ad eandem.

Cedat Louanium, cedat tibi Leida Duacum
Armis, iuſtitia, relligione, fide.

CVPIDINVM LIBER.

Elegia I.

Ad Cupidinem.

Semper ames bellas, cum bellus & ipſe, Cupido,
Nec gens ſit pharetris dignior vlla tuis,
Quid te ludibrium noſtræ debere puellæ,
Irritaque aſſiduè tela referre iuuat?
An quia materni non eſt ſimulantior oris
Altera, lampadibus plus valet illa tuis?
Hoc aliquis rerum fingat ſibi tiro tuarum,
Non ego, quem toties ſcis meruiſſe tibi.

Scili-

Scilicet humanæ parcat manus iſta figuræ,
Tuta parens à qua nec Venus ipſa fuit?
Eſt aliud certè ſolitum quod præter inertem
Terga iubet dominæ te dare verba mihi.
Fallor: an aſſiduis circum oppugnata ſagittis
Exhauſere tuas viſcera noſtra faces?
Et merito quid enim, quid Amor te monuit, vt in me
Ipſe tuas velles perdere victor opes?
Admonui quoties, noſtris hei parce medullis,
Aut opibus certe parce Cupido tuis!
Quid niſi facta tua pateris diſpendia culpa?
Vſiſti clades in tua damna meas.
Non impune tamen: ſciet hæc iam ſingula mater:
Nec minus illius, quam meus hoſtis eris.
Hoc in notitiam veniat tibi Porcia nolim,
Securæ libeat ne nimis eſſe tibi.
Secura heu nimium, dum me contemnis amantem,
Nec quicquam Peri numina læſa times.
Ne quicquam: quoniam pœnas dabis ocyus, & quæ
Perdidit in nobis tela reſumet amor
Tela Puer, faculamq; tuam pharetramq; reſume:
Sic laudem de te nulla puella ferat.
Neue nega veniam nimium ridenda minato.
Si neſcis, ſolito more iocabar amans.
Non ego fleturæ prodam tua crimina matri,
Pro quo verba etiam ferre preceſq; velim,
Si ſit opus. ſed non opus eſt Amor: arma reſume.
Et tibi cor noſtrum iam vice rotis erit.
Quis ſcit, an & noſtro noua fax tibi ſurgat ab igne?
Huc Puer exſtinctas, huc age, verte faces.
Me miſerum cunctaris amor? quin tela reſumis?
Quin reparas ignes deſidioſe tuos?
Iam mea te tantum non Porcia ridet inermem.
Sunt etiam, quæ te numen habere negent.
An metuis propriis captum ne te ignibus vram,

Digitized by Google

Et leuis exemplo dem tibi verba tuo?
Dii melius, quam me, ſi tangar amore nocendi,
Quæ mihi plus obſit, quam tibi, pœna iuuet.
Scilicet arma mihi ſeruare nocentia luſter?
Quin, niſi ſim cædis auctor vt ipſe meæ:
Per matrem, geniumq; tuum, mea Numina, iuro,
Tale nihil mentem ſollicitare meam.
Quoq; minus dubites, pectus tibi trado recluſum:
Tu fac, vt hoc clauſum non tenuiſſe iuuet.
Quid petis vlterius? en cor quoq; dedo peruſtum,
Vnde redaccendi fax tua rite queat.
Pro quibus vre tuum moderatius vre poëtam,
Aut certe dominam ſæuius vre meam.
Vre tuis (inquam) præcordia ferrea flammis,
Palleat vt vultu non minus illa meo.
Nec metue, ignitis ne fax tua cedat ocellis
Illius, an flammæ flamma nocere queat?

ELEGIA II.

Dicite queis orbis ſpatium deducere terræ
Contigit & gentes ire per & maria:
Nec ſolum mores hominum inſpectare, vel vrbes,
Sed Veneres etiam noſcere cura fuit.
Dicite ſi qua mea ſi qua eſt ſpecioſior Ida,
Viſa vel Eois, viſa per Heſperiis
Ceditis? an ſimilis quondam vos luſit imago?
Cedite cedenti iurgia nulla nocent.
En quæ forma bonæ quæ iuncta modeſtia formæ eſt.
En qui ſe toto corpore prodit, amor.
Quacunq; aſpicias, micat hinc Decor, inde Venuſtas,
Iucundæ aſſurgunt vndiq; Deliciæ.
Non ſua compoſitis quod leuerit ora venenis,
Aut comptum tarda ſtruxerit arte caput,
Hoc aliæ faciant, pudeat quas mane videri
Huic nihil ad formam cura, quod addat, habet.

Nil

Nil opus vt Phario tingat ſe piſce: colori
 Illius quis enim par color eſſe queat?
Nil opus vt roſeis ornet ſua tempora ſertis.
 Nam coma pro ſerto ſufficit ipſa ſibi.
Cur Cæas igitur veſtes, cur ſyrmata geſtat,
 Prodit & oſtrino conſpicienda ſinu?
Scilicet vt videas, maius ſi cultus ab Ida,
 A cultu capiat an decus Ida ſuo.
Sed nec pulchra minus, quoties velamina ponit.
 Neſcio quem Cypris hic quoque Cæſton habet.
O ego ſi tantum poſſim ſpectare nitorem?
 Quam ſit Ariſtoridem tunc nihil eſſe mihi?
Quid precor imprudens? non hæc optare modeſti eſt,
 Sit ſatis extremos tangere poſſe pedes.
Sit ſatis horridulas mirari poſſe papillas,
 Quæque patent oculis exteriora meis
Quam bene candentes diſtinguit purpura malas?
 Non ebori melius iuncta coralla nitent.
Quam bene cæſaries temerè per colla vagatur,
 Flexa quidem, ingenio flexa ſed illa ſuo.
Lumina neu referam Scythicis æquanda Smaragdis:
 Ille pharetrati virus Amoris habent.
Cernite purpurei fulgentes oris Elenchos,
 Explicat ipſe ſuas dum gelaſinus opes.
Quid dignas Iunone manus, quid brachia Nymphis,
 Quid cilia Odryſiis arcubus æqua loquar?
Cumque ſuo miſtum ceruicis odore colorem,
 Vincat vt Idalias ille vel ille roſas?
Singula quid memorem? cœlo digniſſima tota eſt:
 Quod tamen ô vtinam non niſi ſera petat.
Felix, quæ tali tellus cenſeris alumna;
 Quis te non campis præferat Eliſiis?
Cedite iam ſpretæ Phrygio ſub Iudice Diuæ,
 Sitque ſemel cauſam non tenuiſſe ſatis.
Tu quoque Cypri meæ malum tranſſcribe puellæ,

Quod

Quod tibi ceſſurum vel ſine lite fuit:
At non talis eras: vel ſi ſic bella fuiſti,
Iudice me, mentis deſipuere Deæ:
Tam diſpar quas non puduit certamen inire,
Adque tuas dotes æquiparare ſuas.
Sed nec vtraque minus Iudex incallidus ipſe,
Auſus de palma qui dubitare fuit.

ELEGIA III.

Quid iuuat, heu, noſtris defendere caſtra puellis,
Nec ſinere armato ſub duce ſigna ſequi,
Si ſine Marte ſuis nos deprædantur ocellis,
Et graſſatrici cuilibet eſſe licet?
Graſſaris rapidis in me graſſaris ocellis,
Iamque meæ ſpolium ferrea mentis habes.
Atque vtinam contenta velis hac eſſe rapina:
Nec libeat vitæ pignus habere meæ.
Quid, mea Vita, tuo lethum minitaris amanti?
An ſatura hei nunquam ſanguinis eſſe potes?
At non turba tibi deſunt inimica puellæ,
In quas hoc melius virus habere queas.
Noui etiam, ficto tibi qui palpentur amore:
Materiam cædis, ſi iuuat. inde pete.
Quis furor eſt ſpoliis & amantum ſanguine paſci,
Parcere ſupplicibus nec Charitilla tuis?
Carnificis iuſſo functurus munere. facti
Inuidiam capiti ſubmouet ante ſuo.
Tu, mea Vita, tuo funus properabis amanti?
Indignæ metues nec rea cædis agi?
Sit tibi mens melior: & ſi mihi parcere non vis,
At ſaltem famæ, lux mea, parce tuæ.

ELEGIA IV.

In tacito gaudere ſinu qui iuſſit amantes,
Ille frui dignus ſemper amore fuit.

Quod

Quod dico, expertus dico: procul esto loquaces,
Non habet euentus garrula lingua bonos.
Crimina non tanti fuerat vulgasse Diones,
Tangeret vt Phrygium fulminis ira senem.
Si foret Ixion linguæ moderantius vsus,
Nunquam supplicii caussa fuisset amor.
Æternum rapidos orbes terat ille, suaq;
Quas meruit pœnas garrulitate luat.
At vos ô iuuenes, placidis queis ignibus afflat
Leniter, & semper vota secundat amor,
Parcite deceptis vitulos augere puellis.
Exemplo alterius qui sapit, ille sapit.
Obsita non solus variis sua frondibus Euan,
Solaue celari vult sua sacra Ceres:
Verum etiam sua vulgari vetat orgia Cypris,
Orgia, quæ priuo condidit ipsa sinu.
En iterum moneo, tenerum ne tangat amorem,
Rimosum si quis pectus habere volet.
Nam fuerit quicunq; loquax, hic ignibus ortum
Sentiet, hic Ætnæ cautibus esse deum.
Nec tamen optatos vnquam potietur amores.
O quantum est, casus nosse tacere suos!
Ergo mihi nunquam de te narrare licebit
Porcia? non tanti sunt tua furta Venus.
Sunt tamen & tanti dum sis mage comis in illis,
Vita nec obducta te mihi veste neges.
O decus, ô nostræ tormentum dulce iuuentæ:
O ioue digna viro, ni mihi pacta fores.
En tibi qui tecum mutos ingloriusannos
Exigat, & tacita norit amare fide.
Certe nulla meo de te captatur amori
Gloria riuales ducere sueta meos.
Ante vel inuersa Naturæ lege iuuenci
Cornibus, & cursu destituentur equi,
Oblitosq; sui ponto mirante, poloque,

Deficiet

Deficiet piſces nare, volatus aues,
Quam me fœmineis præſtare ſilentia furtis,
Hoc vnum didici ſemper amator opus:
Stultus, celandos alii qui credit amores,
Et ſua qui tacitus gaudia ferre nequit.
Ille dat inuidiæ cauſſas, & mille repulſis.
Dii faciant, ne non ſim taciturnus ego.
Quam mallem nullo tecum, mea, viuere teſte,
Et tecum nullo, Vita, ſciente mori.
Hoc mihi contingat potius, quam non bene de te
Poſſe loqui, & titulum labis amare tuæ.
Sed tamen hic vllo ſi tempore venerit error:
Tunc ego tunc linguam non habuiſſe velim.

Elegia V.

Si quis erit, qui flere viro neget eſſe decorum,
Patronum cauſæ non aget ille meæ.
Et tamen hoc ita ſit: tantum moderatius vtar,
Vt male quem læſit, iam bene ſanet amor,
Sicut Achilleo quondam (quid notius?) hoſti
Vna manus pariter vulnus opemque tulit.
Nunc male cum ludat tantum, nec ſanet amori,
Quid ſupereſt, præter flere perenne mihi?
Quod ſupereſt facio, luctuque abſumor inani.
Non alia ardori ſit medicina meo.
Atque vtinam liquidum totus diſſoluar in imbrem,
Ipſaque iam noſtris ſaxa cauentur aquis.
Et iuuat, & certè lachrymis explentur amores:
Denſaque laſciuas temperat vnda faces.
Ah quoties imbres per turgida lumina fu[illegible].
Fauce reſorbillans deficiente bibi
Scilicet vt iecori nunquam non eſſet aduſto
Quæ poſſet tantas vnda leuare faces.
At quondam lachrymas deliria rebar am[illegible]tum,
Quodque aliis fletus, hoc mihi riſus erat.

Non tulit à nobis ſperni ſua iura Dione,
Et leuiter, Flebis tu quoq; flebis, ait.
Flemus & hoc felix mihi ſit fauſtumq; precamur:
Et fiat lachrymis mitior Ida meis.
Quid precor? an fletis molleſcere poſſit ab vndis,
Quæ ſolido fultum cor adamante gerit?
Æs foret aut illi robur ſub pectore vellem.
Ceſſiſſet flammæ vis vtriuſq; meæ.
Ceſſiſſet noſtro chalybum genus omne furori,
Nec ſalſo toties imbre fuiſſet opus.
Hei mihi quod nullis adamas liquefiat in vndis:
Hei mihi, quod nullam ducat ab igne notam.
Si tamen eſt aliquid, adamas cui cedat: & Idam
Quid vetat huic etiam cedere poſſe meam?
Sic ego: ſic fanti mox amor aſtitit alis:
Atq; ita. Quid flendo lumina perdis? ait.
Nil opus eſt lacbrimis, opus eſt tibi ſanguine tantum,
Frangere qui nullum non adamanta valet.
Franget & hic Idam modo ſis nec parcus in illo:
Nec foris inquiras, ſtulte, quod intus habes.
Ergone tam parui poterit reus eſſe cruoris,
Et titulum noſtræ cladis habebit amor?
Ah prius inuiſi mecum pereatis amores,
Sanguine quam madeat vlla puella meo.
Non adamas tanti eſt, non Ida tenacior illo.
Et tamen hæc tanti, ſi velit, eſſe poteſt.
Eſſe poteſt tanti, veniat modo ſanguine fuſo
Mollior & famulum me vocet Ida ſuum.
Quid no[illegible]ogit amor? iam ſub iuga mittor amicæ,
Et tibi libertas dico paterna vale.
Scilicet eſt aliquid placidæ moderamina formæ,
Vinclaq; ſub Domina poſſe fauente pati.
Ho[illegible]mih[illegible]ntingat: ſic vel ſine ſanguine viuam,
Fortis ab afflatu nocte dieq; tuo.
Iam minimum certe noſtro de ſanguine reſtat.

Hoc

Digitized by Google

Hoc quoq; quod reſtat, ſæuus aduſſit amor,
Quidquid id eſt, tamen omne tuo dat Ianus amori.
An quicquam eſt. votis quod neget ille tuis?
Tu contenta meo iam ſanguine parce, nec vltra
In me adamanteo pectore bella moue.
Aut tibi ſi penitus adamanti inſiſtere certum eſt,
Et lapidi mores aſſimulare tuos,
Exprime virtutes potius, quas cernis in illo:
Et mea da poſito corda vacare metu.
Irrita fac rabidi deliramenta furoris,
Quæque oculis traxi mille venena tuis.
Tunc tibi cor pluma, Calabræ tunc vellere lanæ,
Tunc animo credam mollius eſſe meo.

Elegia VI.

Iam procus, heu, tota dicor iam captus in vrbe,
Perq; vias currit fabula, Ianus amat.
Quid ? non & fletu hoc ſtillantia lumina, quæq;
Ebria cum nullo pondere verba damus,
Et vox, & macies clamant, alteq; petitus
Heu totiens imo ſpiritus è latere?
Hei mihi difficile eſt gliſcentem abſcondere flammam,
Lumine quæ ſemper fit manifeſta ſuo,
At mihi quid prodeſt vulgi veniſſe ſub ora,
Et feciſſe aliis hæc mea damna palam:
Si tamen in tanto nos deſeris, Ida furore,
Quemq; facis morbum, dura leuare negas?
Felix quem Veneris ſanat medicina: ſalutis
Dii faciant quondam cauſa ſit iſta meæ.
Sed tamen, ô propera, nec carpere differ in hòras,
Quod nunquam dabitur poſt reuocare tibi.
Nam ſi diſtuleris periit tibi Douza nec illum
Iam ſeruare ſalus, ſi velit, ipſa poteſt.
Aſpicis exiles vt ſim concretus in artus:
Aſpicis vt corpus hoc tenuarit amor.

Nulla æquè miſeros habuerunt Tartara Manes,
Nulla dedit tales carnificina cruces.
Ac peream, ſi non quæcunque Acherunte feruntur
Eſſe, ea ſunt miſero cuncta in amore mihi.
Ipſe Prometheæ præbere alimenta volucri:
Ipſe nouus videor Tantalus eſſe mihi.
Et mea Syſiphios vincunt tormenta labores:
Et minor eſt Titii pœna dolore meo.
Sum velut Ixion, nam me fugioque, ſequorque,
Inque rota circum totus amoris agor.
Quod ſupereſt: iactor, ſtimulor, cruciorque: nec vlla
Mî, niſi quod peſſum non eo, peſtis abeſt,
At vos, ô, ſerò lapſum reuocare ſodales
Deſinite, & morbi conſulere artifices.
Non me Pœonii poſſunt recreare ſapores:
Non me Theſſalicis lecta venena iugis.
Incolumem vultis? faſtus mollite ſuperbos,
Et Dominæ tardas mî reſerate fores.
Quid mihi cum Sagis, herbiſue medentibus ægro?
Ah viuum & validum ſola puella facit.
Non facit: erraui, nec me facere, vt valeam, vult,
Sed facere vt valeam ſola puella poteſt.
Hoc querar, & rauca lamenter voce neceſſe eſt.
Me miſerum, quod ſic impatienter amo.
Tu tamen in melius faſtus mutata priores
Fac precor vt viuam, fac precor vt valeam,
Fac valeam, mea lux, illud ne dicere cogar,
Tu me ne viuam, ne moriarq; facis.

Ad Vtilenhouium Giſelinum.

Elegia VII.

Iucundos Giſeline mihi cur obiicis ignes,
Contemnens faſtu carmina noſtra tuo?
Quid me non pateris finem crudelis ad ipſum
Incœptos porro ducere verſiculos?
Erras, ſi quicquam præter mellitantia verba

Sub numeros cenſes poſſe venire meos.
Qui volet hinnitu fortis lætetur equorum,
Cingat & *Aonium Marte* furente nemus.
Mî ſat erit tenero fiam ſi notus amore,
Mî ſat erit, Dominæ ſi placuiſſe ferar.
Et merces hæc ampla mihi, tu Victor inerti
Da veniam & pro me, ſi iuuat, arma cane.
Nam neq; nos agere hoc inuitis poſſumus aſtris:
Sed neq; nos agere hoc blanda puella ſinit.
Quid faciam Victor: res imperioſa cupido eſt.
Quolibet iniecta me rapit ille manu.
Sæpe quidem volui lentos abrumpere nodos,
Et, memini, nuper magna loquutus eram:
Neq; reuenturum iurabam ad fœdera nunquam:
Et iam ſupremam dixerat Ida mihi.
Mox tamen ille ferox veniam cum nocte rogaui:
Nec potui vnius ferre moram tridui.
Sæpe odii finxi cauſas: ſæpè, Improba dixi.
Illa nihil tantum, ſe miſeram eſſe, queri.
Nec mora, & implicitis circum mea colla lacertis
Mille mihi impreſſit ſuauia mille modis.
Vincor, & ad ludos redeo maleſanus eoſdem,
Et refero in Dominæ prælia geſta ſinu.
Sic mihi ver vitæ, melior ſic carpitur ætas.
Nomen & hinc opto carminis ire mei.
Scilicet ingenium nobis, artemq; canendi,
Et ſi quid videor poſſe, puella facit.
Illius eſt, digito præter quod monſtror euntem.
Illius eſt, populo quod mea *Muſa* placet.
I nunc, & famam ſtudiis molire perennem,
Hanc dare ſi Douzæ, Victor, amica poteſt.
Hæc ſed fama mei pars eſt extrema laboris:
(Ah pereat ſi quem laus ſine amore iuuat:)
Mî libet alarum Dominæ ceſſare ſub vmbra,
Molliaq; in niueo plectra mouere ſinu.

Atq; ibi non *Muſas*, nec Phœbum audire canentem:
Aurea ſed Veneris dicta notare meæ:
Mellaq; de roſeo legere ore fluentia, & inter-
rumpere ſuauiolis illa ſubinde meis.
Hoc rogo non melius, quam ſcribendo atq; legendo
Ante diem canos accelerare ſibi?
Nec tua mi caſtas obiectet ruga ſorores:
Ex iſtis nomen non dabit vlla mihi.
Quid mihi cum *Phœbo*? ceſſit quoq; Phœbus amori:
Ille cui ludus Iuppiter ipſe fuit.
Te quoq; ſi certo Deus hic afflauerit igne,
(*A* fatis opto quod procul eſſe tuis.)
Ah quoties nobis non auſcultaſſe dolebis?
Et dices verum me ceciniſſe tibi!
Sed quæcunq; tamen Victorem vincet amica,
O ſaltem tædis digna ſit illa tuis.

Elegia VIII.

Dum crepat hybernus *Boreæ* ſtridore December,
Ipſe foras furtim nocte profectus eo.
Scilicet exſpectans infelix, quomodo tandem
Eueniant Dominæ dulcia dicta mihi.
Sed neq; mi tantum Boreæ ſtridore December,
Aut etiam leuitas Ida moleſta tua eſt:
Quantum quæ ſtrabo limat mea commoda viſu
Obſeruans greſſus æmula turba meos.
At tu, roriflua moderatrix Cinthia noctis,
Abde coloratum nubibus abde caput.
Sic tibi nocturni non deſit copia furti,
Sic toto poſſis Endymione frui.
Et tua non vnquam deducat lumina cœlo,
Cornibus obnitens Saga maligna tuis.
Nulla mora eſt, redeas iuga ad interiuncta licebit,
Me ſimul ad ſe intro miſerit Ida domum.
Non radii fratris, nec lucida tela diei,

Sed tua nox votis conuenit vna meis.
Luce reformido turbam: nox conſcia furtis
 Audacem poſito me facit eſſe metu.
Illa per infeſtos nimium riualiter hoſtes
 Defenſum tenebris, quo lubet ire iubet.
Omnia ſcis Phœbe, nec te latet ardor amantum,
 Et rigidam Pici filius eſſe vetat.
Felix, qui vili mercatus vellere amorem
 Amplexus meruit conciliare tuos.
Nunc quoq; Diua tuo paulum de iure remitte,
 Neue bonis obſta rebus amantis amans.
Et vos ó ſuperis radiantes orbibus ignes,
 Ignibus hac adeo nocte fauete meis.
Nam neq; vos amor eſſe rudes teſtatur Olympi.
 Pluribus e vobis qui patefecit iter.

Elegia IX.

Tempus adeſt, feſtis operetur vt Idibus Ida:
 Macte eſto ſacris Iuppiter alme tuis.
Ipſa Venus Dominæ Golgis, Cyproq; relicta,
 It comes & lateris gaudet habere locum.
Quam circumcurſans furiali corde Cupido
 Argutat rapidas in mea damna faces.
Quid faciam? eſſe comes ſequar per tela puellam?
 Vt timeam expertæ vulnera ſæuitiæ?
At ſi ſegnis ero, nec eam comitabor ad aras,
 Suſpicio infanti ſæuior hoſte mihi.
Templa peto: non vt ſortes vrnaſq; fatigans
 Emeream faciles in mea vota Deos:
Sed magis vt præſens, intento lumine ſeruem,
 Præripiat ne quis te malus, Ida, mihi:
Non dico è populo: nihil hos illoſue veremur,
 Quos ſua Diis paſſim ponere vota vides:
Verum à Diis ipſis non ſum ſecurus, & vſq;
 In feſto pueris virginibuſq; Ioue:

Omnia qui per me tentet formoſa licebit,
Vt liber excepta te tamen, Ida, mihi.
At tu fallaci nimirum ne crede Tonanti:
Vt dixi, domitas non habet ille manus.
Sic tamen vt pariter aliorum limina vites,
Inq; locis credas omnibus eſſe Iouem.
Vſq; domi maneas, aut infamere neceſſe eſt.
Lis eſt cum ſanis ſumma pudicitiæ.
Teſtis in aſpectu ſæuæ compreſſa Mineruæ
Nondum mutatis angue Meduſa comis.
Atqui iuris idem nobis ſi, Vita, dediſſent,
Nil auſim Superûm de leuitate queri.
Nunc illud doleo, quod Diis impune fuiſſe
Credimus, hoc homini conciliare malum.
Nam cur prætcrito pelagi Rectore, Mineruæ
Supplicium offenſæ ſola puella dedit.
Non ita Caſſandræ poſt diruta Pergama raptor,
Euaſit fulmen, in mare, Diua, tuum.
Sacra nec Hippomenes Cybelæ temerauit inultus,
Ille tuus quamuis Ennoſigæe nepos.
Cœleſtes, ſcelerum cunctas effundite habenas.
Plectitur humanum crimina veſtra genus.
At vos mortales adytis excedite: ſolis
Et ſacer & liber eſt locus ille Deis.
Quò feror ah demens? procul hinc procul ite querelæ,
Stultitia eſt hominem capere facta Deûm.
Iura decent homines. Diis eſt pro lege voluntas,
Maieſtas domui conuenit illa Iouis.
Aucupium limis tantum faciamus ocelli,
Spectandoq; auidus exſaturetur amor.
Hactenus in ſacris licitum eſt: alia omnia velle
Et mos, & leges & locus ipſe vetat:
Quod licitum eſt facio, teq; ô dulciſſima rerum,
Qua poſſum, argutis tango ſupercilüs:
In temploq; tuos venerans contemplor honores.

Has

Has oculis epulas me dare. *Vita*, iuuat.
Fallor? an ipſa etiam nutu mihi ſigna remittis,
Et nos furtiuâ lima notas acie?
Me miſerum, non hoc non eſt dare gaudia amanti:
Sed deſiderium maius, ocelle, tui.
Certius ô cupidos tandem iungamus amores,
Penſemuſq; domi, quod modo templa negant.
Siue tuæ, lux, ſiue meæ. nam quid locus ad nos?
Ipſa domus noſtræ dos eris, ipſa tuæ.
Tunc mutare meis cupiet ſua commoda: tunc ſe
In faciem verti, Iuppiter ipſe meam.

Elegia X.

Non ego nunc nigræ metuo confinia Lethes:
Sed ne forte mihi te ſupereſſe iuuet:
Aut alii nubas poſt funera noſtra marito,
Durior hic ipſa ſit mihi morte timor.
Vſque adeo validis hæret compagibus imum
Qui mihi cor intra ſe penetrauit amor.
Ter quater ô felix antiqui temporis ætas,
Dum foret in pretio Penelopæa fides.
Coniugis *A*lceſtis propriâ nece fata redemit,
Et comes exſtincto Laodamia fuit.
Nec minus exemplum flammæ dedit illa iugalis,
Auſa ſub accenſos Iphias ire rogos.
Nos vero noſtræ pariter cum luce relinquunt,
Cumq; viri finem morte Thalaſſius habet.
Hoc vobis vitium magnum eſt ignoſce fatenti,
Præteriti meminit nulla puella thori.
Eſſe tamen gentes fama eſt vbi nupta ſuperſtes
Cogitur exſtincti buſta piare viri:
Non lacte aut vino: caræ ſed pignore vitæ,
Communiq; ſuam morte probare fidem.
Hei, cur non illic naſci mihi contigit, aut cur
Non eadem his Douzæ copia facta locis?

Iura vetant, & iure prior mala conſuetudo;
Quæ legem miſeris inueterata facit,
Ergo ſub alterius poſitæ languere lacertis.
Ergo erit heu ſine me viuere dulce tibi?
Cum nos interea tenebris Acherontis opertos
Exedet indigna ſuſpicione timor?
Deſino mirari ſummum cur toxica munus
Miſerit vxori Rex Maſiniſſa ſuæ.
Nec me Scipiadæ monitus nec Lælius vrgent:
Vix reprimor fatum quin celerem ipſe tibi.
Verum hoc ſi faxim, quis me reuocabit ademptum?
Quis digitis condet lumina noſtra ſuis?
Ah viuas potius placitæ quam cæde puellæ
Arguar ipſe meam conſceleraſſe domum.
Sic certe peſſum moriens non omnis abibo:
Parſq; mei in vobis magna ſuperſte erit.
Nam tu ſumma mihi perſolues munera amoris,
Debitaq; arſuris Manibus officia:
Incumbeſq; thoro nec te lex vlla vetabit,
Quin leſſum facias corripiaſq; genas
Credo, & forte mori pariter capiere: ſed illud
E deſiderio ſit precor omne meo.
Et noſtri, vitæ ſaturet te iuſſa cupido.
Hac ego te ſola viuere lege velim:
Non odio, ſed amore tui: qui rebus in arctis
Nunquam ex parte mea defuit Ida tibi.
Omnia mors ſoluit, certè mors ſoluit amores:
At nobis animus qui fuit ante manet.
Vtq; ego, dum vixi, ſine te non viuere quiui,
Sic ſine te nequeo nunc etiam, Ida, mori.

Ad Georgium Ratallerum. Elegia XI.

Dum magnis animis, ac digni carminis arte
Efferor in laudes magne Poëta tuas,
Ebria bacchantis fugiens contagia cœtus,

Ibam

Ibam Permeſſi quærere fontis aquam:
Conceptiſq; diu verbis te, Phœbe, ſtudebam
Scribundis ſocium verſibus eſſe mihi:
Iamque videbatur labris alludere noſtris
Illa tuam toties vnda ſequuta ſitim.
Cum me Pimplæa ſpectans de rupe Cupido
Ter face, ter motis increpuit calamis.
Quid tibi cum Phœbo tenerorum luſor amorum?
Crede mihi: quod ames, non dabit ille tibi.
Sed neq; iam dulces oblectat carmine Muſas
Amplius, aut Clariæ pocula præbet aquæ.
Hæc fuerant olim, tunc cum Pythone perempto
Cantabat totos verſibus ille dies.
At ſimul Æmonio cœpit pallere Tyranno,
Pertulit & magni dux gregis eſſe Deus.
Nil dubitans fragili choreas mutare cicuta,
Proq; arcu rigidi ferre bidentis onus,
Scilicet ex illo Muſarum oblitus Apollo,
Oblitus cytharæ, cum cytharaq. ſui eſt.
Hoc nocuit miſero ſpreuiſſe Cupidinis arcus,
Adq; meas vires æquiparaſſe ſuas.
Ah quoties viſo pudefacta es fratre Diana,
Dum ſtimulo tardos increpat ille boues?
Ah quoties duro terram verſantis aratro
Læſit inaſſuetam puſtula rupta cutem?
Sæpe comas vſtas a ſidere, ſæpe probro illi
Vertere calloſas auſa nouerca manus.
Quid comites nũc Phœbe noue. quid carmina proſunt?
Quid modo libertas illa paterna tibi?
Nempe iaces, vitæq; dies traducere agreſti
Te iuuat Aonio tam procul à nemore:
Et te ſponte tua domini ſubmittis habenis,
Haud aliter quam ſi captus ab hoſte fores.
Aſt ego Parnaſſi ſedeo Dictator in vmbra,
Et me pro Phœbo nunc locus ille colit.

Scilicet

Scilicet haud alius quisquam de gente Deorum,
Ipsum qui melius assimularet erat.
Par siquidem nobis ætas par forma, gemelli
Pæne etiam morum conditione sumus
Neue arcum referam, de quo mihi maxima fama est,
Lucet & auratam vester Apollo facem.
Adde quod imberbis nostrûm laudatur vterque,
Adde quod intonsus crinis vtrumq; decet.
Singula conueniunt: lauro tegit ille capillos.
At mihi de myrto pacta corona placet.
Sed neque sum cœcus, vt me fecere poëtæ.
Ipse vides, acies quam sit acuta mihi.
Nec me Vulcani claudo de semine natum
Crede, sed armorum qui valet arte Deo.
Ille mihi pater est: illi me in luminis oras
Enixa Idalâ est in regione Venus.
Quo minus est mirum magnos quæ caussa poëtas
Mouerit expulsis bella sonare iocis.
Sic post formosæ lusos Amarillidis ignes
Pastor ad Italiam venit & arma Maro,
Demens, qui Troia potuit mutare puellam,
Vix tanti Cæsar, vix Latium omne fuit.
O quanto melius Vmber meus ille Philetas,
Cuius opus totum Cynthia sola fuit.
Non illum à cara valuit deducere cura,
Aut lex aut magni Cæsaris imperium.
Sic etiam sis ipse velim, rebusq; relictis
Ingenio causas vna det Ida tuo.
Hæc amor aut certè non his aliena, loquutus
Transfixit iaculo cor iuuenile mihi.
Sordere hinc adeo paulatim visus Apollo
Proq; Deo par Diis culta puella mihi est.
Tu vero, quod tam subito tua signa relinquens
Transfuga sim Dominæ factus omitte queri.
Non ego mutaui te Ratallere libenter:

Iussit

Digitized by Google

Iuſſit amor: cum Diis belligerare nefas.
Præſertim Veneris puero: Deus ille Deorum eſt.
Iudicio ignoſcet Iuppiter ipſe meo.
Quin te poſtpoſitum dignæ gratare puellæ,
In verſu teneat quæ tua regna meo.
Nobilis illa quidem eſt. ſed quid genus illius ad nos?
Maiorum clypei nil in amore valent.
Heu ſtimulat me forma magis, floſq; ille iuuentæ,
Suadaq; & arguto qui ſedet ore Lepos.
Hoc ſi crimen erit: cum Diis mihi, docte Georgi,
Et commune ipſo cum Ioue crimen erit.
Nempe parum terræ fuerat dare iura per orbem,
Noſq; omni miſeros excruciare modo,
Ipſa etiam ſi non penetraſſet ad aſtra Cupido
Excuſſurus auo tela triſulca nepos?
Idem qui cæſtum matri, Marti arma, tridentem
Creditur æquoreo præripuiſſe Deo.
Cur exempla petam cœlo? ſcis ipſe Georgi,
Quid iaculo pridem, quid face poſſit amor:
Tempore iam ex illo, cum te ſapienter amantem
Detinuit gratis Ælia compedibus.
Ælia quæ facto te non contenta marito
Prima tuam dignâ dote beaſſe domum,
Inſuper & pulchra fecit te prole parentem,
Felici toties aucta puerperio.
O proles tali digna atq; beata parente:
O digna & tali prole beata parens:
Donec amatorum paſcetur fletibus Ida,
Fas etiam verſu vos ſupereſſe meo.

Cupidinum liber ſecundus.

Elegia I.

Prima Dionæos conata eſt pagina luſus
Noſtra, nec erubuit mollia verba qui...

Cum

Cum canerem magni victricia Principis arma,
 Ecce amor auriculam vellit, & admonuit:
Ludere amatorem, deductum dicere carmen,
 Reſq; domi geſtas, & ſua bella decet.
Ecquid enim, ætatem dum ver ſinit, inter amores
 Vſq; nouos potius deſidioſus ages?
An tanti tibi ſit victricia Principis arma
 Iactatum terras ire per & maria?
Vt tibi fœmineis inſultet moribus Ida,
 Cogat & excluſum ſemper abire domum?
Hoc faciant, curæ quei ſunt aliena, ſibiq;
 Cara vetent cæca nomina nocte tegi.
Te tua mollities teneræ commendet amicæ.
 Agnoſcat laudes Ida legatq; ſuas.
Nec te Theſpiadum turbet reuerentia & illas
 Quid ſit amor, de me iam didiciſſe puta.
Nota loquor: non hoc docti ſibi conſcia partus
 Ire ipſa inficias Calliopæa poteſt.
Qui putat Vraniem vacuo coluiſſe cubili
 Iura, Lini notum non habet ille genus.
Cætera caſta tibi per me ſit turba licebit.
 Furta ſua ſterili quæ bene ventre tegunt.
Hoc prodeſt noſtris, hoc profuit ante, puellis.
 Ni pariat, dici quæq; pudica poteſt.
Quare ne tibi ſit noſtras pudor ire per artes,
 Et tua quod cupiat noſſe puella, cane.
Non tibi deformis facie, non turpiter annis
 Obſita mendaci laude ſonanda venit:
Sed quæ præterquam quod ſit pulcherrima tota,
 Primaq; florentis tempora veris agat,
Delicias, Venereſq; ſimul formoſa videri
 Surripuiſſe omnes omnibus vna poteſt.
Hæc cantanda tuis hæc eſt memoranda libellis,
 Vltima vox gelido dum fluat ore tibi.
Stulte quid indignos fletu corrumpis ocellos?

Digitized by Google

Nil opus eſt fletu, res vbi poſcit opem.
Aptius hoc fiet ficto ſi quando dolore
Se triſtem immerito fecerit Ida tibi.
At nunc te ſatius me diſcere pauca magiſtro,
Queis tibi ſit Dominæ conciliandus amor.
Tu caue, ne vacuæ ſubiti ſis cauſa doloris,
Facta nec edicles, quæ vetat illa loqui.
Neue, in te quondam bene ſi quid feceris ipſa,
In tepidos ſecum ſentiat iſſe Notos.
Diſce etiam facile Dominæ fera verba minantis,
Diſce ſupercilii fulmina poſſe pati.
Nec tibi ſic placeas, vt ei contendere poſſis,
Forte vel libeat dicere verba tibi.
In primis aduerte tamen, quo ſidere creta,
Qui mores ipſi, quale ſit ingenium.
Hæc te noſſe decet, curamq; adhibere frequentem,
Præuolet vt menti, quod volet illa tuæ.
Omnia quæ, matris dum fert præcepta per orbem,
Naſonem memini me docuiſſe meum.
Oſcula ſic demum, rapias impune licebit,
Quæ dare mox etiam gaudeat ipſa prior.
Talia Amor, tandemq; mihi per deuia ducto
Monſtrauit fontes docte Secunde tuos.
At Venus intacta velans mea tempora myrto,
Militiæ, dixit, hæc cape ſigna meæ.
Nec te pœniteat modicum ſufferre laborem.
Qui patitur, potitur, qui cupit, ille capit.
Hæc coram nato, ſed mollius illud in aurem:
Felix ô, nimium ſorte Poëta, tua.
Hanc tibi non facilem ſpondet Venus ipſa futuram,
Magnaq; prouiſus gaudia portat Hymen.
Gaudia, quæ maneant ſemper me vindice, dum te
Lumina mox oculis linquere cogat amor.
Hactenus, & certa feriit mihi corda ſagitta,
Tunc primum notis tacta Cupidinibus.

Plaga

Plaga iuuat: sed tu hac potius me solue Dione,
Aut mecum pariter fac amet Ida simul.

Elegia II.

Ida meis nunquam non continuanda libellis,
Ingenium cupido quæ facis vna mihi:
Ecquid prima tui cara est tibi Musa poetæ?
Nam tua, si nescis, fama decusq; sumus.
Nec sua Scorelio plus debet amata Triphæna:
Nec puto Scorelium præferat Haga mihi.
Vatibus è paucis, quos edidit illa, trecentis
Millibus abstulas vne Secunde mihi.
Et satis est à te si iudicer esse secundus,
Non quod cedat amor, sed mea Musa tibi.
Quid mihi vobiscum est exotica turba, poetæ:
Me melior nostri vatis Apollo tenet
Vos quoq; iam quotquot Sculptorum nomen habetis.
Parcite Phidiacum commemorare Iouem.
Praxitelemq; Gnydo sileat cantata Dione:
Iunonem iactes nec Policlete tuam.
Cedite cum Roma veteris miracula Nili:
Nescio quid noster doctius orbis habet.
Nam quid ego Heroas laudem, quid Cæsaris ora,
Totq; Deûm fictas molliter effigies?
Testis amatoris, fas sit mihi visa referre
Iuliaq; & cara sculpta Nexra manu.
Quod mihi si tantum solers Natura dedisset.
Vt possim simili signa animare modo,
Ipse nec Heroas simulare, aut Cæsara vellem:
Nec mihi cura Venus, nec mihi Iuno foret:
Sed tua formarem doctam, lux, ora per artem,
Non magna illa quidem, verum adamata mihi.
Vt loca nos quoties quamuis diuersa tenerent,
Vestra tamen præsto mi simulachra forent.
Illis inducias, illis tibi debita dona,

Et

Et perfuſa meis ſerta darem lachrymis.
Nec contentus eo, puluini parte locarem,
Et muto facerem delicias lapidi.
Optaremque meo poſſit viueſcere tactu,
Vt quondam niueum Pygmalionis ebur.
Nunc ego nil poſſum, niſi molli carminis arte
Docta ſub vndenos cogere dicta pedes.
Ergò aut ſiderei vobis dicuntur ocelli:
Principium cœci vulneris inde fuit.
Scribimus aut lata ſparſos in fronte capillos,
Vinclaque quæ nobis impediere fugam.
Suaue etiam Muſas ad Baſia læta vocantem
Ire per exemplum docte Secunde tuum
Sed nil ſuauius eſt, quam ſi mihi carmen in vlnis,
Inque tuo liceat pangere, Vita ſinu.
Hic bonus, hic magnus vates ego vos quibus arma
Gratia mage, Auraſii dicite facta ducis.
Ipſe virûm per te venturus in ora Poeta
Nullius, præterquam tuus Ida, ferar,

Elegia III.

Quid non fama poteſt? vixdum de nomine norat,
Et tamen eſt Helenæ captus amore Paris.
Demens, qui nunquam viſam per ſaxa, per vndas
Suſtinuit ſpreta quærere Pegaſide:
Et malus, illicitis potuit qui credere pactis,
Crede mihi, tanti nulla Lacæna fuit.
Nec tamen ignota mirum pereſſe figura,
Pallada quem Veneri poſthabuiſſe ferunt.
Scilicet eſt aliquod cœco dare nomen Amori:
Atque aliquid puero ſub duce ſigna ſequi.
Nos melius, queis dux oculatus, Vita, Cupido eſt,
Et cui de nullo fama rubore placet.
Quid fuit in votis Paridi, niſi fœdere rupto

Hoſpitis in partem poſſe venire thori?
Talis abeſt noſtris, abſitque iniuria flammis,
Et vetitus nulla lege mouetur amor.
Quid prodeſt, cupiant cum nos diuellere quidam,
Quæ ſibi riualis nomine turba placet.
At tu mendaci noli plus credere famæ,
Quam mihi quamque oculis cara puella tuis.
Te meminiſſe decet quanto tibi commodo & vſu
Longa mei fuerint tempora ſeruitii.
Scis certè aſſiduè morem geſſiſſe, nec vnquam
Aduerſatum aliqua me ratione tibi.
Scis etiam quamuis dubiis in rebus amantem
Nec factis, nec te diſſeruiſſe fide
Pro quibus officiis pretii nil poſtulo: ſi non
Mutuum vti mecum te facere, Ida, iuuet.
Et potes, & merui miſerere ô, iuſta precantis,
Et mihi da placido lumine poſſe frui.
Quod mihi ſi dederis, nec in quæ credula linguæ
Acceptrix falſis vocibus eſſe velis,
Non impune abeant iſti ſua carmina, faxim.
Qui me ſollicitum nunc male liuor habet.

Elegia IV.

Impia Thebani rectoris membra ſorores
Baſſarides quondam diripuiſſe ferunt,
Credo meras nugas, & ſomnia vana fuiſſe
Præ queis tranſuorſus differor ipſe modis.
Heu cur non morior, cur viuo, quid mihi quæſo
Eſt boni, in hac vita cur remanere velim?
Certum eſt: arripiam capulam, rabieque recenti
Ipſe meum peragam fortior enſe latus.
Dura paro, ſed terrificè mihi dura paranti
Excutit è manibus tela parata timor.
Cum ferro quid Douza tibi, quo mucro Poetæ?

Conue-

Conueniunt digitis altera tela tuis.
Parce precor fractis animo diffidere rebus,
Quodque periſſe vides omnes periſſe puta.
Fulſere heu quondam puro tibi lumine ſoles:
Fulſere ad votum ſidera cuncta tibi.
Tunc cum ibas, quo te ducebat blanda puella,
Ex animo cordi ſemper amata tuo.
Illa ibi fiebant multa iocoſa puellæ,
Illa ibi cum fierent multa iocoſa tibi.
Fulſerunt verè puro tibi lumine ſoles.
Fulſere ad votum ſidera cuncta tibi.
Nunc ea te non vult & eam tu ſeſſus amando es.
Quare te iam cur amplius excrucies?
Quin aliò potius transfers deſpectus amores.
Et Dominæ cupiens incipis eſſe nouæ?
Ida vale iam nouza aliò tua gaudia transfert,
Et Dominæ cupiens incipit eſſe nouæ.
Hæc te pœna manet, faſtus ni ſi dura remittis.
Dii melius factis Ida, remitte tuos.

Elegia V.

Scilicet hoc præter faſtus & iurgia mille,
Obiecta & capiti tot maledicta meo,
Hoc inquam mihi ſcæua mali Fortuna parabat,
Crederet vt ludus & iocus eſſe tibi:
Sum iocus Ida tibi, dicta quæ nocte venire
Mi toties iuras, nec tamen vlla venis:
Sed veniunt curæ, veniunt inſomnia acutæ
Tercentum veniunt ſub mea ſtrata cruces:
Tunc ego, tunc manibus puluinum amplectoriſque,
Neſcio quæ fingens ſomnia vana mihi.
At tu nulla venis, nec me mage reſpicis, ac ſi
Nunquam antehac fuerim cognitus, Ida, tibi.
Tantum infelicem promiſſis ducis amantem;

Heu in perniciem nata puella meam.
Hoccine te pretii merito bene reddere amori?
Hoc? ne meá minus pro pietate fero?
Cuncta ergo in tenues abierunt irrita ventos,
Quæ data quæque à me sunt benefacta tibi?
At quantum fuerat, quantum rogo nocte vel vna,
Vel saltem vnius munere basioli
Heu quondam cupido præbere alimentâ furori,
Tantillumque meis demere suppliciis?
O cælum, ô tellus, ô Nerei templa Batani,
O Dea, quæ cupidis omnia spissa facis,
Spes inquam, Spes sola meo medicina dolori.
Nunquam erit hora igitur, nunquam erit ergo dies.
Illa hora, illa dies cum te pulcherrima rerum
Aspiciam nullis ire superciliis?
oc ius esse putas? ô quantum falleris, Ida!
Falleris, & nescis quid sceleris facias.
Lis est perfidiæ cum cœlo maxima: nec Diis
Impia fallacum facta placent hominum.
Quos tu, quos nimium secure negligis: ac me
In mediis miserum deseris. Ida, malis.
Heu quidnam firmum nobis speremus amantes,
Ve quoque si fluxa non pudet esse fide?
Certè tute animam me tradere, iniqua, iubebas:
Certè in mea me credere cuncta tibi:
Illiciens blandis ad te sermonibus olim,
Proinde quasi notis omnia tuta forent.
O suaues nimis amplexus quos iunximus vnà
Molliter in tacito gramine compositi.
Ipsa tuum solatiolum me sæpe vocasti,
Ipse tibi quondam turturis, instar eram.
Qui nunc riuuli forsan postponor Ofello,
Nunc odio tibi sum luminibusque tuis,
Quamuis dissimules, & sis oblita licebit.
At meminêre illud Dii, meminitque fides.

San-

Sancta fides, à te pœnas quæ lapſa repoſcet,
Pœniteatque tui te faciet, ſceleris.
Et mihi ſunt ſilices & ferrum in pectore.ſaxim,
Non impune abeat perfidia iſta tibi.
Nec me velle vagos crede inſanire furores.
Vna modo faueat,ſat, Charitilla mihi:
Nos ea iampridem nos abste auertere tentat:
Et faciet, quoniam ſum tibi vilis ego.
Tunc fruſtra,hei feros cupies deponere faſtus:
Tunc fruſtra nullo te reuocante mori.
Sed morere, ac vitæ faſtum depone nocentis:
Gaudeat inferii, & Charitilla tuis:
Nec Charitilla modo, ſed amantum quidquid in vrbe eſt
Perpeſſum,Ida tui vincula ſeruitii.
Quos ego quos videor iam nunc ſpectare viritim
Manibus optantes peſſima quæque tuis:
Clamanteſque vno nimium concorditer ore:
Tandem,alios peſſum quæ dedit ipſa iacet.
Atque vtinam ſimili videamus tabe peremptam.
Sæuiat in noſtrum ſi qua puella genus.
Hæc & plura tibi facient conuitia amantes:
Et merito facient his quoque plura tuo.
At Venus ex alio ſpeculans ridebit Olympo,
Et leuis extincta plaudet amor facula.
Ipſe ego. demiſſis modo qui ceruicibus ibam,
Iam pudet & ſolitus æqua & iniqua pati:
Ipſe,inquam.oſſa ferox tua calcibus inſultabo.
Perſequar & Manes nocte dieque tuos:
Meque ſacram quoties propria via ducet in ædem,
Hic vbi ſtat cineri foſſa parata tuo.
Eductam cœlo molem. tumulique ſuperbi
Saxa notans, dicam Durior illa fuit.
Hinc precor vt pœnas ſoluat tibi Terra, nec Ida
Eſſe leuis cupias,non fuit Ida mihi:

Elegia VI.

Iam mea iam templo fertur subiisse puellæ.
Impius est eheu quisquis abesse potest.
I puer huc soleas, huc fer mihi pallia & ensem:
Atque audin'? propera sit mora ne qua mihi.
Nunc agedum vt par est assiste altrinsecus, & me
Ornatus deceat vt satis iste, vide,
Vt placeam Dominæ ratio est mihi maxima nosti
Pectora munditiis illa solere capi.
Ornandi causas alius d[...] releget
Siue tibi Iuno, siue Minerua tibi.
Causa mihi festi Charitilla est vnica cultus.
Pace loquor Iuno, pace Minerua tua.
Illa mihi sancta est: illi, si copia fiat,
Vni aras, vni templa dicare velim.
Sed propero. Saluete Dei, tuque ô Charitilla,
Mi Charitilla Deis omnibus vna prior.
Salue iterum, solo nam me tu perdere nutu,
Vel lætum ex omni reddere parte potes.
Vtque potes lætum fac reddas, tunc ego præ te
Cœlum despiciam despiciamque Deos.
Quin etiam summo faciam si sacra tonanti,
Exta tenens lauta porricienda manu,
Interea mihi si fueris conspecta morabor,
Lapsaque miranti turpiter exta cadent?
Desertisque sacris ignoto more Sacerdos
Numen adorabo pro Ioue, Diua tuum.
Ipse tibi roseas capiat tractare papillas,
Ipse sinum videant Numina cuncta licet.
Hoc tamen hoc omnis ignoscet turba Deorum,
Vtpote queis eadem mens aliquando fuit.
Forsan & ex illis aliquis non rusticus olim
Audacem exemplo se volet esse meo.
Tu vero genus hoc suspectum prorsus habeto,

Si modo

Si modo vitalem te iuuat eſſe mihi.
Præſertim quos vinxit Hymen, pro pellice ne qua
Obductam ante oculos te ſibi Iuno putet.
Exemplum graue erit Semele tibi, Parrhaſis, Io,
Quaſque alias longum dinumerare foret.
Quid tamen offenſos à me quid vertis ocellos.
Nec ſpectatorem me patere eſſe tuum?
Hoccine fit? ſic dura tuum contemnis amantem,
Sideribus fraudans lumina noſtra ſuis?
An potius, cupidi quia ſpe paſcuntur amores,
Exigua gaudes nos cruciare mora?
Scilicet vt facilis poſt tædia lenta repulſa
Gratior eueniat in mea vota Venus?
Annuit & ridens ad me reſpexit id ipſum
Facturos ſuperos, lux mea ſpero tibi.

Elegia VII.

Quid iuuat heu toties extis placaſſe bidentum,
Atque auidos horna fruge beaſſe Deos?
Non vt ſuprema cœli me ſede receptum
Scriberet in tabulis dia Iuuenta ſuis:
Ambroſias paſtumque dapes & nectare fuſum
Communi acciperet cum Ioue menſa thoro.
Sed mage vt æqua mihi tecum pars eſſet amoris,
Teque meo poſſem, Vita tenere ſinu.
Tum cum decurſo vitæ quod reſtat inerti
Vltima me fati poſceret æra Charon.
Vt quoties morerer, toties mihi iuncta per ora
Surgeret à flabris lux recidiua tuis.
Nam quid opus cœlo ſi te Charitilla volente
Eſſe mihi cœlum vel tua ſponda poteſt?
Quidue mihi ambroſiam proſit vel ducere nectar,
Sa pote mi roſeum os iſtud vtrumque dare?
Niſi inue aridulo vexas mea gaudia dente,

Siue, duplex fiat vt mihi lingua, doces:
Seu potius modico gaudes transfundere rictu
Errantem alternis in labiis animam.
Tunc mihi murrati naſcuntur in ore ſapores:
Tunc mihi de cœlo liquitur ambroſia.
Felices, quibus hæc tam bella labella potiri eſt,
Dentibus, ah, quoties morſa labella meis?
Hoc mihi contingat, quibus, ô, quibus illa figuris,
Sucta iuuet tecum, quod variare notis.
Non melius iunctæ miſcent puto baſia conchæ,
Non iuuenem compar lentius vlla tenet.
Nec me dilecto quiſquam diuelleret ore,
Quin quantum in te eſſet nectaris ebiberem.
Et nunc horridulas gauderet noſtra papillas,
Nunc tua metiri membra ſinumque manus.
Fata vetant miſerum, fatiſque nocentior ipſis
Arctius, heu, quæ me quam decet Aelis habet.
Ergo ego te nunquam, niſi cum ſinet illa, videbo
Ceruici aptantem dulcia vincla meæ?
Nunquam erit, vt rapto mecum lucteris amictu,
Teque tua vinci proditione velis?
Certè equidem eueniet, niſi me mea Laurea fallis
Auribus heſterna ſubdita nocte meis.
Iamque diem video, qua me mea cura reuiſens
Ore patefaciat oſcula noſtra ſuo.
Quaque iterum noſtris ſecura renudet ocellis
Lacteolum colli luxuriantis ebur:
Mox etiam nexu, communia gaudia quærens,
Serpat in amplexus liberiore meos.
Tunc ego non regum thalamos, non furta tonantis
Permutare mea ſorte poeta velim:
Nec, ſi ſe noſtro Venus inferat ipſa cubili,
Hanc Veneri verear poſtpoſuiſſe meæ.
Tam mihi percuſſit certo præcordia iactu,
Ille ſagittiferâ qui valet arte Puer.

Tu

Tu tamen ô blandis nimium ne fide labellis.
  Interdum & facili ſæuitia illa nega.
Nec mihi te ſemper vltro largire priorem,
  Vt cui cor ſaturum non ſemel inde fuit.
Quam ſatius ſeruare modum. Venerique paratum
  Nunc prece. nunc fictis excruciare minis?
Sic mihi ſic acris gliſcit natura. nec vnquam
  Tædia finitime limine ſentit amor.
Quare age. ſeu noctem tantum non amplius vnam,
  Siue etiam poſthac baſia pauca petam,
Nec mihi da noctem nec baſia pauca petenti,
  Tantum ſpe noctis pectora noſtra foue:
Vſque moræ impatiens donec pro nocte negatâ,
  Oſcula vi cogam te dare rapta mihi.
Oſcula quæ nunquam pigeat me ſumere. non ſi
  E medio iubeas me petere illa mari.
  Quo refugis formoſa? mane. mane o mea. quæſo,
  Nec mihi ob hæc ſolito durior eſſe velis.
Non ego mî vetui te baſia non dare noctem,
  Sed quaſi non liceat aſſimulare modo.
Sic me ſic Veneris obeuntem munera tecum
  Viuere, ſic olim poſſe perire iuuat.

Ad Ianum Vtenhouium Sponſum, Elegia 8.

Quid credam, cur plus ſolito mihi geſtiat intus
  Iampridem toto pectore mens animi?
Neſcio quid certe eſt an verè nuncius adfert
  Duxiſſe vxorem ſcilicet Vtenhouium?
Sic certe eſt duxit ſperatam vxorius, ac nos
  Coniugio lætos nunc facit ille ſuo:
Felix ô nimium felix virtute, animoque:
  Atque iterum felix conditione tuâ:
Num tu vel rubri ſpolium maris omne, vel aurum
  Permutare vna nocte marite velis?

Siue tibi ereptum læta imputat ipſa pudorem,
  Seu gemit inter opus dulce, quaſi moriens?
Ah pereat potius gemmarum quicquid & auri eſt,
  Quam præ auro & gemmis ſordeat illa tibi,
Hoc aliis permitte tibi ex ſententia amica
  Obtigit & votis ante cupida diu.
Felix ô, nimium felix virtute, animoque:
  Atque iterum felix conditione tua.
Scilicet hæc Helene eſt qua non formoſior vlla
  Ire diem Eoö vidit ab Oceano.
Nec mihi credideris, Veneris vim reſpice tantum,
  Illi quæ membris omnibus exoritur.
Siue arcum ſpectes ciliorum, ſiue capillos,
  Captat & inſidias vndique nectit Amor.
Prætereo rarum linguæ decus vtque decore
  Arguta greſſum temperet in ſolea.
Nec referam nulli, ſi non tibi nota marito,
  Plurima quæ fieri nocte incoſa ſolent,
Illa, quibus teſtis locuples ſat parua lucerna eſt.
  Quæ tu ſane cupis nec negat ipſa tibi.
Felix, ô, nimium felix virtute, animoque:
  Atque iterum felix conditione tua:
Seu molles teneris morſus inferre labellis,
  Seu libitum eſt linguas conduplicare tibi.
Me neque amare aliquid nec iam dare ſueta puellis
  Baſia nec Veneri ponere vota iuuat.
Hæc fuerant olim, Cotale mihi teſtis & Ida,
  Dum mihi libertas illa paterna foret.
Tunc ego viuebam, nec poſt tua regna Secunde
  Virginibus noſtris gratior alter erat.
Nunc mores aliamque mihi vitam imperat Aelis.
  O res plena malæ ſuſpicionis Hymen.
Ille ſed heſterna quam vidi luce puellam,
  Vt blanda, vt viſa eſt non male velle mihi?
Dii facite, eueniat voti mihi copia, nec nos

indi-

Indignos flammis iudicet ipſa ſuis.
Euenit: dat ſigna Venus manifeſta, mihique
Spes aurem vellens Gaude (ait) illa tua eſt
Spes bona. ſed poſtquam nobis obiecta Sabella eſt.
Heu quam ſæpe mihi Spes dedit iſta malum?
Magnum hoc Inuidiæ vitium eſt: obſeruat euntem,
Et ſequitur paſſus illa legitque meos.
Obſeruat doleo quid tum? loca ſola petemus
Extra vrbem, aut ſi quid tutius eſſe poteſt.
Illic eſſe ſimul, illuc nos iuncta iuuabit
Ponere vel nuda membra ſuper ſilice.
Sic neque tremuli quaſſa argutatio lecti,
Nec prodent variis oſcula mixta ſonis.
Nam quid opus ſtratis, niſi vti veſtigia fracto
Preſſa thoro referant, quæ poſuere duo?
Et ſua & in rebus furtiuis ſæpe voluptas,
Et iuuat in tacito condere multa ſinu.
Sic mihi ſic faciles contingat amare puellas,
Ne ſit nequitiæ conſcia ſcena meæ.
At tu viue tua contentus lane nec iſtam
Eſſe aliquid vitam, præter amare puta.

Ad victorem Giſelinum. Elegia IX.

Tuné igitur tacitus, nec te mea gratia tangit?
Anne extra numerum ſum Giſeline tibi?
Et tibi iam ſatis eſt, pro te ſi ſpondeat alter
Scripturum paucis te mihi Luciferis?
Scilicet vt cœptum poſſis cumulare veternum,
Hæc eſt effugiis ara reperta tuis?
Sed non effugies, ni ſat mihi feceris ipſe,
Perdere nos abitus nil decet ante tuos,
Ingratos abitus, quos tu iam iamque parare
Diceris, heu noſtra de regione procul.
Scilicet hoc fuerat, veſtri quod nuper amore

Su-

Suſtinui patriæ linquere regna meæ,
Nil veritus Batauo Delum præponere Nereo?
Iamq; parum eſt. fruſtra nos habuiſſe, tibi,
Diſſidium ſi non etiam fugitiue mineris,
Nulli flebilibus quam, Giſeline, mihi?
Quò properes dubium eſt, ſed ſunt, qui dicere certet,
Neſcio quam ſine me te cupere Heſperiam.
Heſperiam Victor? ô ne mala tanta videre
Poſſim ego, quam mallem iam periiſſe diu?
Parce precor, noſtroque aliquid concede timori.
Non ego ſum, cuius funere Victor ouet.
At ſi tantus amor Latium tibi perluſtrandi eſt,
Me rogo me tecum protinus ire iube.
Cur autem iubeas? vltro comitabo. paratus
Te quoque ductorem trans Acheronta ſequi.
Sed ſecurus eas donec contingat ouanti
Vſurpanda oculis ora Latina tuis.
Quæ tibi dum cupide, dum tota mente cupitur,
Italiamque animo noxque dieſque refert:
Interea quo me ſtudiorum more putares
Deterere ætatis ſtamina pulla meæ?
Ecquid Socraticos animum emendare libellis?
Plumoſo an potius rem gerere aucupio?
Falleris: in ludum inſtitui iam velle redire:
Iam ternas didici: quomodo quæris? amo.
Rides atque tibi videor fortaſſe maritus.
Quid refert? cælebs, ſiue maritus amo.
Inuitâ ſed amo Venere, iratiſque Hymenæis,
Et bona ſpes nunquam, res mihi ſemper abeſt:
Nec quid agam, video: tantum inter deuia reſqua
Viſere arenoſos aſſidue tumulos,
Nunc etiam qua ſtant Arcis monumenta Britannæ
Pallidus, & toto corpore nullus, eo.
Illic cetorum valeant quæ inflectere ſenſus,
Illic quæ ſilices frangere verba queror.

Dumque

Dumque queror, guttatim humor liquefactus in ora,
Quàm penitus lento macerer igne probat.
Non quod non redamet totis ex parte medullis
Me ſua, & ex animo mutua amet Charite
Credo equidem, & ſocios fors iungere vellet amores
Quid? num igitur Douzæ cuncta licere putas?
Neſcis, ah, video, quæ ſit res eſſe maritum.
Neſcis Iunonem quid ſit habere domi.
Atque vtinam numquam veniat tibi ſcire cupido,
Sic re, nec tantum nomine Victor eris.
Eheu, quam miſerum quam me ſine fine fatigat
Sollicitumque modis omnibus Aelis habet?
Non ita pallentes Minos inquirit in vmbras,
Inſcripſit tabulis quas Libitina ſuis.
Nam quoties exire paras, reprehendit amictu,
Et quid agas & quo ſit tibi quærit iter.
Si taceas, tamen in licitum eſt: ita tempore in omni,
Inque locis præſto eſt omnibus illa tibi.
Nec ſoli licet eſſe: ſubit veſtigia cuſtos,
Stipatuſque vmbris ſæpe duabus eas.
Quid fruſtra latebras ſuades mihi? muſca mea inquam
Andromacha eſt, & eam clam nihil eſſe poteſt.
Quin etiam nunquam quod factum eſt, arguit: ac me
Incæſti plenum dedecoriſque facit.
Ah nimis indignis nos ſuſpicionibus vrens.
Quis non inuidiam hanc diceret eſſe? amor eſt.
Nec ſimplex, ſed verus amor. non credis? at iſtum
In morem docuit me mea Iuno loqui
Nequicquam: quoniam me iudice, non amor vlla
Inuidia eſt, vt nec inuidiæ vllus amor.
Aut ſi amor inuidia & contra inuidia eſt amor vllus,
Neſcio quo pacto facta amor inuidia,
Inuidia aut ſit factus amor. miraris? at illa
Perſuadere Aelis ſe mihi poſſe putat.
Quæ ſi ita ſunt, nolim ſane ſic diligi ab vllo,

Meque

Meque odio potius omnibus eſſe velim,
At vobis male ſit exemplis omnibus Argi,
Lumine centeno turba timenda mihi.
Inquiſitores noſtro quos ære parauit
Illa ſibi lachrymas hæc mihi cum recolo
Eliciunt furtimque liquor prolapſus in ora,
Quam penitus lento macerer igne probat.
Me miſerum, mecum quod tam male conuenit ipſi:
Me miſerum, quod ſic impatienter amo.
Quin prius ætatis rupit mihi ſtamina Clotho,
Dum potui cælebs, ipſe meuſque mori
Poſſe equidem vellem flammas euincere, ſed quis
Se puero Veneris poſtulet eſſe parem?
Ille velit, pluuio fallet ſe Iuppiter auro,
Ille velit fiet cygnus, & vpilio,
Et bos, & ſerpens & cur non omnia quem ſe
In formicam etiam vertere non puduit?
Quis putet *Admeti* Phœbum pauiſſe capellas?
At terram raſtris frangere ſuaſit *Amor*.
Idem qui in mediis Neptunum torruit vndis.
Alcidem mitto. nondum erat ille Deus;
Nec te Phœbe pater, nec te Semeleie dicam,
Nec te qui belli munera ſæua regis.
Ipſa etiam nati ſenſit fera tela Dione,
Lumina Tardipedi cum doluere viro.
Nec puduit ſuperos hoc inſpectare frequentes,
Et præſenti in te Iuppiter ipſe fuit.
Quid porrò miſeri tandem faciemus homulli,
Cum volucri cedant Numina cuncta Deo?
O pater, ò Diuum rex Iuppiter, vt cito peſſum
Arcuſque & *Pueri* tela nocentis eant?
Sic demum in noſtros inquirere liuor amores
Deſinet & nulli cauſa timoris ero.
Hic tu docte meis monitis, Giſeline cauebis
Imperium accepta vendere dote tuum.

Sis.

Sic cælebs potius, ne non videare maritus,
Vxori nuptum ſed datus eſſe tuæ.
Viue diu, Victor, nobiſque tibique ſuperſtes,
Siue id quod cupio, ſiue maritus eris.
Sed quocunque tamen redigent te Fata, caueto
Imperium; vt dixi vendere dote tuum.

Ex Gallicis Rhitmis ad Lipſium Elegia X.

Ite procul Muſæ: præſtare ego numen Amoris
Omnibus & Muſis, & tibi Phœbe puto:
Hanc de me, Lipſi doctiſſime, coniecturam
Ipſe domi faciens cur aliunde petam?
Quid fruſtra viridi velas mea tempora Lauro,
Inque manus tradis aurea plectra mihi?
Nil ego nil vacuus poſſum. at ſimul oſſibus hæſit
Flamma modos dictat mille Cupido mihi.
Tune tuo Douzæ Phœbum per ſomnia viſum,
Aut nos de Clario fonte bibiſſe putas?
Erras: ingenium cupidis facit ipſa Dione:
Quæque tibi Phœbus, hæc mihi dictat amor.
Ipſe vide, quanto vernent mea dicta lepore,
Vtque mihi ex facili carmina proueniant;
Nec tanti rumor nec Delphica Laurea tanti,
Aurea ſed tanti eſt vna puella mihi.
Illa quidem tanti, ſed me mea macerat Aelis,
Et mihi væ miſero, iam nocet eſſe virum.
Hoc vitium eſt ipſi, formoſi quidquid in vrbe eſt
Suſpectum, quamuis non mereantur, habet.
Siue aliqua argutos in me deflexit ocellos,
Sit germana licet, illicet hoſtis erit.
Siue cui arriſi, ſeu ſum tria verba loquutus,
Maxima de nihilo naſcitur inuidia.
Neſcis tu Lipſi hæc, ſed nec potes, optime, ſcire,
Libera cui Venus eſt, & ſine lite thorus.

Felix

Felix, ô nimium felix tua ſi bona noris,
Tam bene, quàm Douzæ ſunt mala nota ſuæ:
Sed puto ſcis, meliuſque putas nil cælibe vita,
Ipſa tibi non ſi nubere Iuno velit.
Sic, ô ſic abeant veris tibi tempora Lipſi,
Perdat vti nullum læta iuuenta diem.
Sed deferbuerit poſtquam color ille, tuoque
Sparſerit inuiſas bruma niues capiti,
Tunc tibi ſunt curæ tædas celebrare iugales:
Tunc tibi ſit caſtam velle ſequi Venerem.
Ne tamen informem ducas, nimiumve viroſam,
Quamve auiam poſſis iure vocare, vide.
Si ſapis, ò pulchræ potius te dede puellæ,
In lecto accendat quæ victa arma tibi.
Hæc ego te moneo, quæ ſi præſtare libebit,
Et Muſas tanti duxeris eſſe meas:
Sæpe meo, dices quondam, ſit gratia Douzæ:
Me monitis cautum reddidit ille ſuis.

Ad Ianum Lernutium Elegia XI.

Sic Amor vſque tibi ſtudeat: ſic lætus Hyellæ
Flammeolis oculorum excubet in ſpeculis?
Dic agedum nobis, quas res geris, optime rerum?
Ecquid amas? ecquid viuere cura tibi eſt?
Dii faxint viuas & ames feliciter ipſe,
Quamque ego *Lernuti* mollius & melius.
Dic, quidnam lepidi tot agunt, mea cura, ſodales
Rhæſus & ò noſtro ſemper in orbe habitans
Giſlinus: quid tu mi Voſſi, tuque Dinæ,
Omnes antiquis moribus, atque fide?
Quos inter veterum Latio monimenta reducit
Antiſtans noſtris Lipſius ingeniis.
Illam vtinam nobis vtinam *Fortuna* reportet,
Vobiſcum dabitur qua ſimul eſſe, diem.

Heu

Heu quibus inuidiæ iactatum fluctibus, & quot
  Ipſe unum Douzam caſibus accipies?
Tunc mihi narrabis, quanto tibi Iane dolori
  Longa mei fuerint tempora diſſidii.
Credam ego pro vero, fueris quodcunque loquutus.
  Scilicet & dictis frons dabit ipſe fidem.
Interea hos Elegos pro me tibi pignus habeto,
  Iure tibi dono quos Charitæ damus.
Quando colit nos nemo magis, neque munere tali
  Hoc alius, quàm tu, dignior eſſe poteſt.
Munere quod mihi, dum Veneris pia rite ſacerdos
  Sacra fero, Charitum de tribus vna dedit,
Vt porro tibi Iane darem, quem Gratia, Amorque,
  Quemque oculis deamat plus Venus ipſa ſuis.
His ego fallaces ſoleo excantare puellas:
  His ego clauſtrorum frangere duritiem.
O luſus, noctesque Deûm, quos, ó mea tecum
  Sæpè vel in medios duximus, Ida, dies.
Nunc alia eſt ætas, & cùm me contuor ipſum,
  Vix idem videor, qui prius, eſſe mihi.
Vna mihi omnia vitæ, heu, commoda Lesbis ademit.
  Sic viſum Veneri, ſic Veneris puero
Sed cur heu, Cotale, toties cur mutor in horas,
  Et tinctus viola pallor in ora venit?
Cur mihi cur imo ſuſpiria corde trahuntur:
  Inque genas raræ liquitur humor aquæ?
Ipſe ego te tenebris videor, te luce videre,
  Et ſemper Cotales nomen in ore meo eſt.
Et mihi non deſunt faciles hærere Camœnæ,
  Quæ referant laudes me præeunte tuas.
Vt ſi non meritis, ſi non viridante iuuenta,
  At ſaltem placeam per mea ſcripta tibi.
Et placeo, vt videor: ſed nos incuſat amoris,
  Vellicat & mores Lesbis iniqua tuos.
Vellicet illa licet, mea tu dicare columba

Ipſe tuus compar dicar, oportet, ego.
Quod metuas non eſt, cœpto Fors ipſa fauebit:
Crede mihi, audaces illa iuuare ſolet.
Et poterit Lesbis, poterit cuſtodia falli.
O tantum in noſtros te precor abde ſinus.
Neſciet hoc certè, vel ſi reſciuerit illa,
Sunt, ô, ſunt tanti iurgia nota mihi.
Inuidiam patiar, patiar dum propter amorem:
Qui maneat, dum me Fata manere volens.
At tu quæſo, tuæ ſi venerit vſus, Hyellæ,
Hæc illi noſtro nomine fac referas.
Fulgentes ſpeculo poſthac ne credat ocellos,
Conſilium formæ neu petat inde ſuæ.
Nam quid opus ſpeculo tali te vate, puellæ;
Ipſa ſuo ſpeculum quæ ſpeculo eſſe poteſt?
Quin potius, ſpeculis qui præſtant omnibus vna,
In Speculis videat ſe, facis, illa tuis.
Argutis Speculis, vnde in nos ſpicula fundit
Officio fungens excubitoris Amor.
Diſpeream, ſi non illud mox dixerit: Aut hic
Spectare, aut nuſquam me iuuat ora mea.

Ex Rhytmis Petrarchæ. Elegia I.

Eſſe quid hoc dicam quod ſentio? quid, niſi amorem?
At ſi amor eſt, quænam dic mihi res ſit amor?
Si bona res, rei vnde bonæ vis tanta nocendi eſt?
Sin': qui fit, miſerum me vt iuuet ipſe dolor?
Siue inuitus amo, fruſtra lamentor amorem:
Siue volens, quæſo qua ratione gemo?
O gratum tormentum, ô viuæ mortis imago,
Vnde in me tantum iuris, inique, tibi:
Tantum vnde imperij eſt Puer audaciſſime; ſi non
Quæ facis, hæc pariter me cupiente facis?
Sed cupiente facis me ſcilicet omnia, & ipſe
Conqueror immeritò de feritate tua.

Sic me-

Sic mecum pugno aſſiduè: ſic verſat in orbem,
Atq; animi captum ludificatur Amor.
Ipſa mihi eſt odio pax, nec tamen æqua gerundi
Arma poteſtatem mi ſemel ulla facit.
Qui vero a me mihi, quem (ſi fas dicere, ſed fas)
Ita vel armatum vincere nuda poteſt:
Qui ſi oculo tantum me torvo aſpexit hoſtis,
ſicet exemplis omnibus in[illegible],
Quiq; modo aërias feriebam vertice nubes,
Feſſandor, nec me tollere humo valeo.
Intereà quid agat, quid vitet neſcia mens eſt,
Cumq; animo mecum litigat ipſa ſuo.
Sum glacies, ſum flamma ſimul, ſpe nuto, metuque,
Ne viuam facit hic, altera ne moriar.
At morior, ſed ſic, vt ſit mihi dulce moriri,
Sic viuo, vt potius mortuus eſſe velim.
Et tamen vt viuam ſuprema enitor opum vi,
Imploroq; tuam perditus vſq; fidem.
Cumq; nihil teneam, prenſo tamen omnia: donec
Ipſe egomet dulci prenſus ab hoſte trahor.
Inter tot crepero certantes Marte procellas,
Atq; æſtus, quantos æquor Amoris habet,
Per varias Syrtes & terrificos anfractus
Tranſuorſum fragili puppe natator eo:
Diſciplinæ expers naualis & abſq; gubernis,
Quodq; magis mirum eſt, neſcius ipſe mei.
Et quocunque meæ ſubitò rapit aura puellæ,
Illuc præcipiti turbine mentis agor.
Vſque adeo inſanum cœco dare nomen Amori eſt,
Inſanum puero ſub duce ſigna ſequi.
Vidiſtin' medijs Brumæ me algoribus vri,
Et tremere, æſtiuus cùm coquit arua Leo?
Non hæc, non febres pariunt incommoda: nec ſic
Surgit de nihilo flamma, geluve mihi:
Sed cœli ipſius vertit mihi iura puella,

Vna mihi æſtatem quæ facit, vna hyemem,

Ex eodem Elegia II.

De cura in curam, in montem de vertice montis
Præcipiti huc illuc turbine verſus agor.
Sola meos ſolata ac commiſerata labores
Mi medicinam ægro teſqua Deûm faciunt.
Sola meas Dryadum re[illegible]teſcunt antra querelas:
O bene ad exilium luſtra reperta meum.
Sicubi enim vallem rupes facit, aut nemus vmbram,
Fons vbi muſcoſa proſilit è ſcatebra,
Illic grata repente meo fit pauſa dolori;
Illic curarum ponere mens animi
Audet onus; proque arbitrio nunc gaudet Amoris,
Flet modò & in vultu ſigna gementis habet.
Oris quippe habitus menti omni tempore præſto eſt,
Prompta in fronte gerens gaudia cum lacrymis.
Nec tamen ille ſtatu longum perdurat eodem,
Nunc ſpe corda agilis nunc variare metu.
Indicioque meo teneor manifeſtas amator;
Vt qui me videat dicere poſſit; Amas.
Hoc mihi ne eueniat, fugio loca publica & vrbem,
Ipſaque lux oculis eſt odioſa meis.
Tantùm inter patrias, ſecreta vmbracula fagos,
(Quà penetrare alios relligio prohibet,)
Aſſiduè venio ſpacia hîc ad ſingula paſſim
Vſq; reſiſtenti mi noua cura ſubit.
Vnde aliud cauſa abſentis porrò atq; aliud mî
Naſcitur ex alio flebile cordolium.
Quod tamen in riſus mox & noua gaudia vertit;
Et nollem tantis iam caruiſſe malis
Quis ſcit adhuc dico) ſi te melioribus annis
Aurata vinctum compede ſeruet Amor?
Fors etiam vt qui nunc vilis tibi (Douza) videris,
Contrà ſis auro carus apud Dominam.

Suſpi-

Suſpiranſq; altè penito de pectore: Quando
Hoc fieri haud poterit, qua ratione? rogo.
Tum ſicunde iacit vel mons, vel populus vmbram,
Hic cito me greſſum ſiſtere cogit Amor:
Et ſcopulo in primo Dominæ informare figuram,
Præſentemq; animi fingere luminibus.
Vnde ad me tandem deprenſo errore reuerſus,
Comperior lacrymis omnia plena meis.
Proinde nouum quid, aquas ſubito efferueſcere motu,
Et minitari ipſis exitium aggeribus?
Non hæc non tumidæ pariunt crementa Dianæ,
Non de fontanis nix reſoluta iugis:
Nec ſic de nihilo fluuiorum cornua ſurgunt.
Aucta vides noſtris flumina de lacrymis.
Fors & iugi ſalam nimbo Oceanumq; videres
Vndantem vltrà actas luxuriare ſuas.
Ni citò ſiccandas per anheli incendia cordis
Repere aquas ſerpenti agmine vix paterer.
Nec ſenſi lacrymaſſe tamen; nec credere poſſe in
Luminibus tantam diluuiem iſſe meis,
Ipſa fidem faceret ni res mihi. nec mora; ſanguen
Deficit, vnde animi deliquium patior.
Ah miſer, ah Douza quantum mutatus ab illo,
Qui modò Dijs ipſis inuidioſus eras?
Tempore quo facilis obuerſabatur imago
Mille tuum paſcens delicijs animum.
Quamdiu enim facit iſta mihi perſuaſio ludos,
Et deſertorem me iuuat eſſe mei.
Intereà tanto perfundor nectare ſenſu,
Errori faueam plauſor vt ipſe meo.
Sic mihi præſentem ſe ſiſtit vbiq; locorum
Abſentis viuæ par color & facies;
Vt ſi errore frui tali, ſine fine, liceret,
Conditio potior nulla futura mihi.
Ipſe ego te videor ſpectare in littore, cultu,

Cùm placidum ventis ſtat mare, Nereidis.
Siue rudi affectum depono in gramine corpus,
Hic mihi præſto etiam ſunt ſimulacra tua.
Sæpè tuos recolens abiegno in cortice vultus,
Ne noua Dijs nemorum præda ſuas, metuo.
Ah, quoties cœlum ſpeculanti in nube ſerena
Viſa mihi, Oebalio lumine candidior?
Quid mirum, ipſa tibi. Marte etſi iudice certet,
Marte etiam cedat iudice victa Venus.
Quippe bonis formæ tanto minor, humida quantum
Fraternis Phœbe vincitur à radijs.
Quoque magis turbam ac vulgi contagia vitans,
Soliuagus vaſtas me penetro in ſiluas,
Clarior hoc propiorq; mihi, ſub lumina mentis
Vſque means, oris vmbra tui obijcitur,
Donec diſcuſſis rediens erroribus ad me
Sic citò me dominam deſeruiſſe queror.
Dumq; queror, quæroq;, pedum vola ſi qua ſuperſit,
Signa neque apparent vlla relicta tui,
Ilicet in ſaxum ſido mage ſaxeus ipſe,
Mortuaque (heu) ſentit pondera viua ſilex.
Corpore dum exſenſo tophi premo terga virentis,
Ore quidem humano, ſed Niobæ ſimilis.
Tunc cum longa ſuæ pœnæ monumenta relinquens,
Manali faſtus depoſuit Sypilo
Et tamen in ſpeciem ſcribentis & excruciantis
Meme ipſum immotis luminibus ſedeo.
Mox ſubito exſiliens, greſſu feror alite porrò
Ad ſaxa affectans editiora viam.
Quaq; mihi fundi vmbra videtur largior, illûc
Me deſiderio pes rapit: vnde aciem
Collimans, proſpectum in partes aucupor omnes:
Metirique interualla oculo occipiens,
Carnifices luctor lacrymis reſtinguere flammas:
Atque hoc nimbo animi nubila diſcutere.

Nubila,

Nubila, quæ mihi lucem adimunt, quam ſcpè recordor
Abſentis Dominæ flebile diſſidium.
Et quantum inter nos ſpatij hinc interſit & illam;
Tam prope quæ eſt, & quæ tam procul vſque mihi.
Nec longum; cùm iterum memet conſolor, & in ſpem
Redducens Quis ſcit (dico) an & illa tui
Nunc etiam abſentis memores ſuſpiret amores?
Sæpè iterans: Miſero cur ita acerba fui?
Iamque vale: trans montem iſthic me Muſa videbis,
Quà cœlum Dominæ gratius aura facit,
Luciduli prope fontis aquas, qua parte Marinus
Ros vacuum lepido mulcet odore nemus;
Illius & ſuaui fragrat Libanotis ab ore:
Hic vbi cum Domina mille habitant Veneres.
Illic mentem animumque meo cum corde, meique
(Heu) ſpoliatricem pectoris inuenies.
Hic etenim quod noſtri aliquid te cernere ſperes
Poſſe, minus nihilo eſt nil mihi, nil reliquum
Fecit hera, ſpectas ſimulacrum ſanguine caſſum
Ilicet, ac toto corpore nullus ego.
Hoc reliquum ex illo Doûza eſt modo, cætera amicæ
Hoſtica victrici præmia fecit Amor.

Ex Gallicis Portæi. Elegia III.

Non tot tamque nouos habitus aſſumpſit & ora
Pomonæ ſponſus, Carpathiuſve ſenex,
Quàm ſubitò in formas varias mutamur amantes,
Noſque Venus miras induit in facies.
Hanc facere hanc de me cùm, lux mea, coniecturam
Ipſ domi poſſim cur aliunde petam?
Ceruina primum vertit mea membra figura:
Hoc ſolam ne ſe poſſe Diana putet.
At neque perfugium pedibus mihi quærere ſpes eſt,
Nec quicquam in validis cornibus auxilij.
Quid mirum? tardus ſum vulnere factus Amoris.

Quod Dominæ ex oculis miſſa ſagitta dedit:
Nec ſatis ipſe meæ necis eſſem vt Præfica, cygni
Me ſubitò pennis condecorauit Amor.
Sic quadrupes, ſic ales ego: quid porrò? etiam flos
Exortus flaccis ſucciduus folijs.
Vnde nouus fons emicui, per lumina colans
Quod reliquum in nobis omne liquoris erat.
Scilicet vt putri lacrymarum ex imbre renaſcens,
Mutarem nomen rurſus, vt ante, meum:
Et, qui fons fueram, fierem Salamandra repentè.
Sic itaq; in medio viuitur igne mihi.
Quid supereſt, niſi vti fiam vox denique, perpes
Quæ canat, & laudes perſonet, [illegible] tuas?

Ex XXIX. *Hipp lytæ. Elegia IV.*

Vna manus geminæq; faces (mea ſidera) ocelli,
Coniurata in me tres ſimul arma mouent.
Ipſe pluo lachrymis, iugi ſi forſan aquæ vi
Vel flammas oculorum illius opprimere,
Vel certè proprij reſtinguere pectoris æſtûs
Ipſe mei valeam fluctibus Oceani:
Oceani lacrymarum, abruptis vndiq; clauſtris
Effuſi iuſta non ſine diluuie.
Nequicquam: reſtis ardor meus & tui ocelli,
Vnde nec extincta eſt vna fauilla mihi.
At manus hæc niuibus candore & frigore certans
Reddita per gemitus eſt (puto) calda meos:
Feruida nec ſufferre valens ſuſpiria amantis,
Æſtu animæ ceſſit colliquefacta meæ.
Imò neq; intepuit ſaltem, regelatáve vocis
Igne meæ, aut tangi ſe mihi paſſa ſemel.
Heu quid agam? & noſtrum glaciant tua frigora pectus,
Nec quicquam in cordis fomite præſidis eſt.
Cùm propè ſum, manus (ah) captiuum aſtringit, & vltrò
Addictum victrix ſub ſua iura trahit.

Longius

Longius abſiſto, feriunt mihi ſidera pectus,
More ſcopi iaculorum ictibus expoſitum.
Ergò oculi, ergò manûs pariter conſurgitis in me?
Hoſtis an ad pugnam non ſatis vnus erat?
O malè compoſitum par & certamen iniquum,
Cui neq; Tlepolemi ſufficiat genitor:
Qui ſi ferre pedem binis Deus abnuat; ipſe
Mortalis, potero qui tribus eſſe ſatis?

Ex LXIV. Hyppolita. Elegia V.

Lingua loquax at vocis egens, vbi poſtulat vſus;
Lingua loquutori muta reperta tuo
Quid mihi colloquium Dominæ? tot:éſve cupiti
Profuit aſpectus commoditate frui?
Num minus heſterno ſtupidam te veſperè ſenſi,
Quàm mihi ſi nullo tempore nata fore?
Afflatus tremuli, voxq; interrupta dolore,
Et ſingultatis fracta querela ſonis:
Siccine heri veſtri vos deſtituiſſe palatum,
Meq; auſos ipſo deſerere in ſtadio?
At ſaltem, ſaltem verba (ah) tria dixiſſetis,
Flebile quæ domini cordolium exprimerent.
Ito procul ſi Lingua nihil conducis amanti:
Non ego te, cauſas vt tueare, fero.
Nec venale mihi eloquium mercede locatur,
Vt mea ſit multo trita cliente domus.
Non populo, at Dominæ ſtudeo per dicta placere;
Ito procul, ſi nil, Lingua in amore vales.
Sed quid? párſne mei ſuperabat corporis vlla,
Quæ non conſimili preſſa ſtupore fuit?
Lingua quid admiſit? quod cætera membra ſequuta eſt,
Communis culpæ num decet eſſe ream?
Illa nihil meruit: ſenſus peruaſerat omnes
Torpor, & (heu) toto corpore nullus eram.
Quid? non & tenues flammam manare ſub artus,

Sanguine non venas deficiente mori,
Paulatimque ſuis arteria pulſibus orba
Senſimus, & gemina lumina nocte tegi?
Tantum nuda meæ reſtababat imaginibus vmbra;
Quilibet vt poſſet dicere. Douza fuit.

Ex eodem. Elegia VI.

Quid non forma poteſt? here qui fax atra videbar,
In latices hodie vi lachrymarum abij,
Totus aquæ, totuſque vapor. ſic deſtruor vſque
De flamma in laticem nec ſatis; è latice
In glaciem verſus Sextili menſe Decembris
Vim patior. Dominæ quam mihi bruma parit,
Deficio, aut ſubito momento obfirmor eodem:
Dum trahitur viuo mortua vita mihi.
Vnius in terris formoſæ numen adoro.
Tota in fermento quæ iacet vſque mihi.
Hanc ſequor, & fugio, vincoque, ac vincor ab hoſte;
Hoc mage ſecurus, quo mage ſollicitus.
Nunc rurſus, nunc prorſus agor, eum tempore eodem
Me fodit hinc ſtimulis, inde retentat Amor.
Vt libitum eſt ipſi, nunc fert mea carbaſa in altum,
Nunc ſubitò ad Manes & Styga præcipitat.
Sæpè etiam, cum iam portum me credo tenere,
Tranſuorſum in ſcopulos me Decuma vnde refert.
Quid tum? naufragium nobis fruſtra vnda minatur:
Naufragium ludus quippe iocuſque mihi eſt.
Credat & hoc quiſquam? quo ſum vicinior Orco,
Hoc mage, Io, læta voce, Triumphe, cano.
Ad Dominam ire paro repetitum corque animumque,
Reſque meas? ipſum me quoque perdo miſer.
Quoque magis ſtudeo lentas exire ſagenas.
Hoc magis atque magis caſſibus impedior.
Ipſe quidem video meliora; ſed impetrare
A me non poſſum, quæ probo, ea vt faciam.

Ex y.3.

Ex VI. Dianæ, lib. II. Elegia VII.

Si requiem quæro captoq; ſub arbore frigus;
Adſidet cito ſit & mihi ventulum Amor
Alarum plangore facit: ſi carmina canto;
Cantat Amor pariter, & mihi verba præit.
Sin ploro, & querulis ferio ſingultibus auras;
Flet ſimul, ac ſocios mecum abit in gemitus.
Vulnera ſeu retego; lacrymis mea vulnera pergit
Abluere, ac plumis illa fouere ſuis
Sin volupe eſt mea pœna mihi; ſpicare ſagittas
Gaudet, & ardoris vim duplicare mei
Per tenebras & luſtra vagor: fert lampada ductor.
Monſtrat & erranti comiter ille viam,
Quod ſi caſtra petro, ſuras includit in ære,
Mique caput galeâ munit & enſe latus.
Ire iuuat pelago: pro velis commodat alas,
Maternumque mihi per mare ſternit iter:
Sic latere à noſtro nunquam comes ille recedit;
Vt meus æterno fomite duret amor.

Ex eiſdem. Elegia VIII.

Candentes vix tanta mouent incendia ſtuppæ,
Nitrato quoties puluere res geritur,
In nos quanta tui iaculantur fulmina ocelli,
incuruato arcûs more ſupercilio.
His rigidos animos & corda ignara calorum
Certius Idalia cuſpide tranſadigis.
Fons inſtar cotis inſtarq; incudis Amori eſt;
Hæc aciem ferri cudit, at illa acuit
Pectora clauſa mihi tua ſunt pro carcere, vincto;
Hic vbi cum Suada mille habitant Veneres.
Quid mirum ergo tuæ ſi captus lumine formæ
Ipſe ad ſupplicium ſponte mea rapior:
Supplicium, quod acerbe creat cuſtodia nobis;

Quod

Quod mihi faſtidi plena repulſa parit.
Iamque fugæ ratio nulla eſt via nulla ſalutis:
Impediunt curſus vincula lenta meos
Vincula non ferro at fuluis conſtantia ſertis,
Geminea quas medio vertice ſpira tenet.
Sic ego ſeu vitio ipſo meo ſeu crimine amoris,
Dum edulcare tuam cogor amaritiem,
Omnia tortorum patior mala robora, ferrum,
Tela, ignes, laqueos & ſine morte neces.

Ex eadem Elegia IX.

Flamma mea ex Dominæ vires acquirit ocellis;
Aurea Cæſaries eſt mihi pro pedicis;
Captiuum manus aſtringit niuis inſtar adurens;
Excantant animum dulcia dicta mihi.
Cedit ebur manuum candori, ſidera ocellis,
Præradiat ſolis lumina cæſaries;
Lingua in melle ſita ambroſio dat dicta lepôre,
Queis nec amabilius ipſa Venus loquitur
Me primum rapuere oculi, mox ſponte ſequacem
In ſua coniecit vincula Cæſaries:
Vincula, quæ nobis auri fulgore micanti
Præſtrinxere oculorum hinc aciem, inde animi.
Nec ſatis: oppreſſis manuum candore geluq;
Ignibus, in glaciem cor mihi vertit Amor.
Et iam nullus eram, lethi nî limine in ipſo
Cunctanti, præſto mox tua Suada foret.
Si non vlla meos requieuit pauſa dolores;
Turbida ſic ſemper pectora viſa mihi:
Ex quo quatuor hæc noſtris hæſere medullis
Fixa, manus, ſermo, lumina, cæſaries.

BASIA·

B A S I A.

Genium Secundi inuocat Carmen I.

Æneadum genitrix & amans ioca nuda Cupido,
  Et tu Baſiolis note Secunde tuis:
O quæ cycnæo raptum per inane volatu
  In veſtrum ſubito me ferat aura nemus!
Quis dabit, ô cupido venas reperire latentes?
  Scandere quis rupes, magne Poeta tuas?
Hic vbi ſiderei pennis ſubuectus Amoris,
  Auſus es intactam vatibus ire viam:
Et noua iucundis paſſim aſpirare ſuſurris,
  Plena voluptatis nectare Baſiola:
Baſiola heu quoties, caro dum pendet ab ore,
  Interrupta tuæ ſuauiolis Dominæ!
Illa quidem tantum debet tibi docte Secunde,
  Quantum nec Latio Cynthia Callimacho.
Sed nihil hoc, præ quod debere fatentur Amores:
  Parua loquor, debet plus Venus ipſa tibi.
Nos quoque debemus: quis enim genus eſſe roſarum
  Baſia Baſiolis noſceret abſq; tuis?
Semina quis Venerem lætos ſparſiſſe per agros,
  Vnde ſeges cupidis illa creata fuit?
Felix tantarum cauſas cui pandere rerum
  Et primo & ſoli cura Secunde fuit.
His iam pro meritis plaudit tibi quicquid amantū eſt:
  Tu modo ne dubita te pietate mea.
Certe ego Lenæi laticis tibi terna quotannis,
  Et totidem lactis cymbia conſtitui:
Et dixi lachrymans, Macte hoc pro tempore lacte,
  Macte eſto lachrymis, Macte, Secunde, mero.
Ipſe tuum nomen magnâ ter voce vocaui.
  Ipſe tuli cineri myrtea ſerta tuo.
Nunc quoque idem facio patriam veneratus ad vrnã,
  Et te ad ſacra quidem parua, ſed apta voco.

At tu

At tu pauxillum ſiat quod pace Neæra,
Elyſij ſanctas linque libens choreas.
Nec mihi ſit fraudi, quod te ſociumque ducemq;
Scribundis ſtudeo verſibus eſſe mihi.
Paſſus idem a vobis Genius fuit ante Properti
Ire per exemplum ſit mihi poſſe tuum.
Non te ego in Heſperiam retraho, gelidamq; Pyrenem:
Heu grauis vlterius non erit illa tibi.
Ad patrias ſedes, noſtrumq; vocatis in orbem:
Cypridis ad Lucum quà viret Haga tua.
Hæc te vitales genitum ſubmiſit in auras,
Hi pariter tecum nata puella tua eſt.
Quare age, (ſic præ te contemptis omnibus, vnum
Elyſium diſcat te reſonare nemus:
Et tibi cum Domina Princeps, Heroidas inter,
Contingat nulla non tribuente locus)
Huc ades, aſpiraque mihi, dum Baſia canto,
Et me placato numine dexter adi.
Numine quod fruſtra cupiunt ſentire profani,
Et quantum eſt hominum de leuiore nota.
Nec minus hic ego te cupidè, mea Vita, tuoſque
Optarim amplexus & roſea ora mihi.
Baſia Cypris amat, ipſa hæc dum Cypris amabit,
Vna mihi in votis Baſia ſemper erunt.
Nec ſaturum nobis vnquam cor inde futurum eſt,
Millia non ſi des vſque trecenta mihi.
Neſcit, quid ſit amor, finem qui ponere amori,
Aut vnquam hinc fieri qui ſatur, Ida, poteſt.
Tu vero dulces mecum coniunge ſaliuas
Oris, & inſpirans dentibus ora preme:
Tranſmittenſque animæ florem, me nectare grate
Prolue, & in partem gaudia noſtra iuua.
Dum ſimul alternis in ſuauiolis defectos
Lumina nos oculis linquere cogat Amor.

Digitized by Google

In laudem eiuſdem. Carmen II.

Ille, Secunde mihi brutis par eſſe videtur,
  Ille etiam, ſi fas, exſuperare feras:
Quem non iſta mouent tua Baſia quæ cor & ipſum
  Heu penitus totum me mihi ſurripiunt
Nam ſimul hæc recolo, vere dare ſuauia mique
  Delicijs videor omnibus affluere.
Sed neque quis poſſum, vel vbi ſim, noſſe beatus,
  Cum memor è toto pectore ſenſus abit.
Hinc præ Baſiolis ſordent mihi cuncta Neæræ:
  Matria cœleſtûm nec meliora puto.
Et ſcio, nec fallor quid enim pote ſuauius eſſe
  Siue ſit hoc Nectar ſiue ſit Ambroſia?
Si tamen eſſe aliud quicquam pote ſuauius, vna
  Tu mihi tu dici ſuauior ida potes.

Carmen III.

Amantum geminæ faces ocelli,
Vere ſidera noſtra, non ocelli:
Labella ebria, non labella, lecta
Sed corallina littore ex Ibero:
Sed gleſſum, lachrymæq; filiarum
Solis ſuccina & ignei pyropi.
Quæ libans calyces putes roſarum:
O mi ſuauia grata, nomine & re
Vere ſuauia, quæ ſui ipſa parte
Quintâ Nectaris imbuit Dione:
O ceruix roſea ô genæ virentes,
Vobis labra quis abſtinere, quiſque os,
Quis linguam cupidos queatue dentes?
Quamuis exanimiſque mortuuſque,
Si quicquam exanimis pote excitare eſt.
Quis vos non capiatur vſque & vſq;
Genæ, ſuauia, colla labra, ocelle,

Admor-

Admorſos meus vt ſecundus olim,
Bis mille oſcula cui parum fuere,
Porro ad millia baſiare mille?
Quis vos non trahere ad ſe,& ire ſuctum
Vſq; ad millia millies ducenta,
Conchatim Herculeo arctiore nexu,
Complexuq; hedera tenaciore?

Carmen IV.

Purpura cum labris cedat, calyceſq; roſarum,
Aſtra tuis oculis ſpiritui Ambroſia:
Viue in baſiolis dico tibi lux mea viue.
His ſine nam peior funere vita tua eſt.
His ſine nec cœlum placeat mihi lude Roſilla,
Lude, nec à labris ora recelle meis.
Oſcula pange. parum eſt. pange altius; adde ſaliuas,
Inq; meum toto corpore corpus abi
Scilicet haud vita eſt vulgo quæ vita putatur,
Baſia quam faciunt vita ea vera mihi.
Atque eadem ſi non aliud quam luminis aura eſt,
Quid nouum,& hanc ipſam baſia ſi faciunt?
Ergo fac aſſidue iungas tua gaudia noſtris,
In mea transfuſis oſſa ſuauiolis.
Sic illi vixere, quibus ſe lumine claro
Iuſtitiæ & tingi numina paſſa Deûm.
Sic noſtro cum Vate Neæra Hiſpana: nec ipſos
Cœleſtes aliud Nectar habere puta.

Carmen V.

Non ſunt baſia quæ Roſilla donat,
Dat Hyblam mihi dat Roſilla mulſum,
Atticoſq; & Hymettios ſapores,
Dat nardiq; opobalſamique ſuccos,
Auram Corycij croci, recenſiq;
Rapta ſuccina de manu puellæ,

Dat

Dat ſtacten, balanumque ſaccarumque,
Paſtillos caſiæ atq; cinnamomi,
Thymum lilia roſmariſq; florem:
His amaracinum adde, murrhinamque,
Narciſſos, violaria & roſeta:
Adde & malobathrum, Syrumq; oliuum,
Et quantum Ambroſiæq; Nectariſq;
Iouis cella, Deûm aut penus refundit:
Quæ mi cuncta, nec id quidem grauate,
Sincero ex animo intimoque & ipſis
Propinat penitiſſimis medullis.
O quæ lætitiæ mihi quot inquam
Candido pede gaudia appropinquant,
Quæ dies ego gaudeamque noctes,
Vitæ & tempora quot meæ ſuperſunt.
Namq; ad me modo miſit illa Latrin
Ancillam, mihi nuncium adferentem
Optatum: iubet ecce te Roſilla,
Sola delitiæ tuæ Roſilla,
Ad ſeſe vt venias meridiatum:
(Credo dicere velle ſauiatum)
Libello citat illa te Diones,
Vadatum vadimoniis Amoris,
Et tu lente domi ſedere pergis?
Nec menſam propere merumq; linques,
Et feſtis poſitas dapes amicis?
Nec curæ Dominæ tibi puellæ
Blanda ad baſia ſunt vocationes?
Imo & iam patrij Lares valete,
Et vos cum dapibus valete menſæ,
Conuictuſq; ſodalium ſuaues.
Namq; & Diis patriis, domoque poſſum
Et cœnis Saliaribus carere,
Conuictuq; ſodalium ſuaui,
At non ſuauiolis meæ puellæ.

Quid me quid reprehenditis lacerna?
Quid togam mihi ſcinditis propinqui?
Quid collo inicitis manum hinc & inde,
Nequicquamque morarier rogatis,
Dum pranſus fuero? me omittite, inquam:
Sat veſtræ mihi ſymbolæ eſt ſuperq;.
Ieiunum quod adhuc enim inque pranſum
Hinc cauſamini abire me, cibumq;
Vobiſcum vt capiam prius, monetis,
Pergam ad ſuauia quam meæ puellæ,
Fruſtra eſtis. quid enim his iuuabar olim,
Nec quicquam prius eſſe rebar, ante
Guſtaſſem oſcula quam meæ Roſillæ.
At poſtquam his mihi contigit madenti
Blandis ſugere nectar ex labellis,
Ingratæ ſtomacho meo placenta,
Et liba omnia dulciariorum,
Ingratæ Ambroſiæ dapes fuerunt:
Iam nec oſtrea me iuuant Lucrina,
Afræ nec faciunt aues palato.
Fruſtra Achæmenios mihi paratus,
Fruſtra mattia ponitis miniſtri:
Fruſtra fercula ganeata menſæ,
Nobis queîs opus eſt nihil, ſecundæ,
Quos longe melior tenet Cupido.
Pro cibo Dominæ mihi labella,
Proque Indo ſale, mattiiſque cunctis:
Pro melis Syiriſque, Mediciſq;,
Malæ purpureæ, genæque læues.
Pro cantu mihi blanda murmurilla,
Suauiatio ſuauis, & ſuſurri:
Pro dape oſcula, moriſiunculæque,
Afflatuſq; animæ ſuaueolentes,
Languoreſq; & anhelitus frequentes:
Pro potu mihi ſibila, atque riſus,

Et

Digitized by Google

Et ſuctæ teneris labris ſaliuæ,
Plenæ Nectaris,& dapis Deorum:
Nec mi victu alio ægra vita conſtat.
Queis poſſint fieri hæc modis,rogatis?
Ignoro:fieri ſed omnia in me
Amans ſentio.quid?quod ipſe nuper
Vt morbi & cruciatibus medullas
Et languoribus omnibus pereſus,
Damnatus Libitinæ eram peculî,
Relegandus in inferas paludes:
Et iam corpore. voce. ſpirituq;
Toto nullus eram.reliqueratq;
Color ſanguine deſtituta membra,
Iam paratus erat triens Charonti,
Funebri & poſitus thoro iacebam
Excors,exanimatus,inq. portam
Extendens ſtupidos rigore calces:
Cum me flore animæ fragrantis afflans
Dilectæ reuocauit aura Nymphæ.
Extincto & medicinam amica fecit
Oris cinnamei halitu.inditoq;
Succis omnibus efficaciore
In os ſuauiolo,& ſtatim reuixi.

Carmen VI.

Sunt in amore duces,ſunt & mihi ſidera ocelli:
  Auſa Thalia Vmbri ſcribere Callimachi eſt:
At bene ſi noſtræ cognôſſet labra puellæ,
  Guſtaſſetque animæ mel ſemel,Ida,tuæ.
Oſcula,non Oculi præſtant in amore ducatum:
  Cedant ergo vnis Lumina Baſiolis,
Tantum Baſiolis,dixiſſet,Lumina,quantum,
  Douza,Idæ cedit cynthia noſtra tuæ

Idem aliter. Carmen VII.

Haud bene,prima ſuis quem Cynthia cœpit ocellis

Scripſit amans: Oculi ſunt in amore duces.
Quid mirum? nec enim veſano ſcilicet illi
Contigerat Dominæ Baſia noſſe meæ.
Aſt ego qui ſuaui perfuſus nectare ſenſus
Optatis toties roribus immadui,
Expertus, Labris concedite Lumina, dico:
Oſcula, non Oculi ſunt in amore duces.

Carmen VIII.

Sic eſt profecto, ſic eſt:
Diſſuauiando paſci
Teneri volunt amores.
Atque illud eſt opinor
Homini, eſſe homo quamobrem
Amet: omnis hic Venuſtas,
Et quicquid eſt Amorum,
Et quicquid eſt Leporum:
In hoc Lubentiæ omnes,
Omneſque gratiæ inſunt.
Ioui Diiſque magnis
Me proximum eſſe duco,
Quoties mihi labella,
Quoties mihi papillas,
Et hos duos ocellos,
Eſt iſtud os hiulcum,
Et læuia iſta colla
Contingit oſculari.
Vtinamque mî labella,
Vtinam mihi papillas,
Et hos tuos ocellos,
Et iſtud os hiulcum,
Et læuia iſta colla
Meo modò Roſilla,
Ad millia vſque centum
Contingat oſculari.

Tunc

Tunc non Ioui modò & Diis
Me proximum eſſe ducam,
Ipſis ſed & videbor
Agere ex Diis triumphum.

Carmen IX.

Quid ô, quid (Ida) vis tibi oſculis tuis,
Labella fruſtra hiulca porrigens mihi?
Omitte: nolo me ſuperba baſies.
Vt iſta tanti ego iſta veſtra baſia.
(Iniqua) tanti vt æſtimem quotidie
Vt imputentur hæc trecenties mihi?
Iuuent quidem ipſa (non nego) omnibus nucis
Hymettiſq; dulciora ſunt fauis:
Nihil ſed ante veſperam imò protenus
Futuræ nil, ſimul me abire iuſſeris,
Et ille tam benignè & ebriè nimis
Madere viſus oſculis tuis modò,
Situ ſitique diſperire cœpero:
Labris vbi aritudo venerit meis
Repente, quodque tale ſcis opus ſequi
Solere, maior oſculandi & acrior
Tui cupido. Quare omitte conqueri
O Ida namque ſi iuuaris oſculis,
Nec inſolenter illa venditas mihi,
Datis ouabo ſin dediſſe pœnitet,
Et exprobare pergis; ecce me tibi
Paratum ea omnia, vnum ad vſque, reddere:
Mihi inuicem (Ida) redde, quæ dedi tibi.

Carmen X.

Non vlla tanti ſunt mihi baſiæ,
(Ah parce hiulcis parce labellulis)
Vt faſciuo æſtuante turgens
In Venerem toties liqueſcam.

Liqueſco totus in Venerem furens,
O Ida.ſeu me pendula brachiis
Hinc inde captiuum reuincis.
Siue mea ambroſiis labellis
Per ora ludens,me duplici facis,
Serpentis inſtar beſtiæ.vti micem
Linguâ:nec hoc contenta partem
A me animæ fugientis aufers.
Tunc tantali ritu in medio miſer
Sitire potans mî videor lacu:
Tunc viuere inteſtatus opto,
Tunc Cybeles fieri Sacerdos.
Ignoſce faſſo:cuncta ego baſia,
Nî cætera addas,arceo:nec placent
Mî gaudia vlla,cum dolore
Quæ adueniunt cruciatibuſque.
Vt nuda toto corpore ſtat Venus,
Patere nudas ſic etiam viris
Monet ſuo exemplo puellas.
Cur igitur mea,cur amabo
Iſtud recludens os roſeum mihi,
Non pandis vna floridulum ſinnus?
An diſpari conſtare,inepta,
Materie ſinum & ora cenſes?
Si condis os mî,mî pariter ſinum
Condas licebit.ſin:mihi ne ſinum,
Ne quæſo deliciata membra
Inuidiâ ſtimulante celés.
Nec totam auarus te tamen,ô,meo
Seruire amori poſtulo:ſat mihi,
Si me modo in partem venire
Vel mediam patiare amantem.

Carmen XI.

Me lento hinc quoties & inde nexu
Conchatim implicitum tenes amantem:

Inſertam

Inſcitamque micantibus labellis,
Inſertamque meo decenter ori
Argutam docili tremore vibras
Linguam, non ſine grato amoris vſu,
Et morſu & ioco & omnibus ſuſurris.
Non tunc non mihi grato amoris vſu,
Et morſu & ioco, & omnibus ſuſurris,
Sed menſis videor frui iuuentæ,
Nec magni minor eſſe pars Olympi,
Omnes quam pariter Dii Deæque.
At tu nihil metuas Deos Deaſve:
Coram vel Ioue noſtra ſis, neceſſe eſt.
Hoc vnum caueas modo, Roſilla,
Ne des baſia laxa, ne maligna;
Neve à me libeat tibi repente,
Vt mos eſt tuus, inter oſculandum
Os diuellere, ſic vt euagandi
Fiat ſpiritui foras poteſtas:
Sed ſtatum obtineas, meæque labra
Contactu tibi glutinem ſaliuæ:
Ne ſi quam bonus ille Rex Deorum,
Ne ſi quam Veneris columbus, iſto
Ille inquam Veneris columbus, iſto
Auram ſentiat exeuntem ex ore,
Spretâ coniuge, quemque dulciorem
Dulci coniuge reſpicit miniſtrum,
Omnes Ambroſiæque Nectariſque
Permutet labiis tuis odores.
Ah prius peream ipſe, Iuppiterque;
Quam te linquere cogar, & videre
Exercentem alios meos amores:
Non Nectar mihi, non Iuuenta tanti eſt.
Ah prius peream ipſe, Iuppiterque,
Cumque ipſo Ioue Nectar & Iuuenta.

Carmen XII.

Vita mihi, ſed morte ipſa crudelior Ida:

Atque eadem luce hac lux, mihi chara magis:
Cur promiſſa mihi quoties te baſia poſco,
Illicet oppoſitâ contegis ora manu?
Quantum pauca dares, erat, vt mihi baſia? quantum
Hæc, erat, vt ſineres vel tibi pauca dari?
An data ne mediis intercipiantur ab auris,
Inque Notos abeant non bene iuncta timee?
Pone metum: nobis hæc cautio prima futura eſt,
Perdita ne poſſis vlla fuiſſe queri.
Tu modo labra meis include tenacia labris,
Et me tricenis imbue baſiolis:
Sed quæ concharum nexu potiora beato
Eſſe Diis poſſint omnibus inuidiæ.
Immoriensque meis demum ſine mente labellis,
Dic, animæ reddam te tibi flore meæ.
Reddam animæ te flore tibi, reducique ſuſurro,
Viue meo, dicam, munere, viue mea.
Si tamen interea ſi quod tibi ſe fugitiuum
Surpuerit tacito tramite baſiolum,
Vnius Ida loco capies mox baſia centum:
Sic poterunt labris nulla perire tuis.
Quin & rem iuſta libeat ſi expendere lanas,
Iam tua ſunt lucro damna futura tibi.

Carmen XIII.

Sine te, mea ô voluptas,
Sine auribus prehendam.
Sine cum tuis labella
Mea comparem labellis:
Interque comparandum
Pariter ſuauiemur,
Pariter ſimul iocemur:
Nec hunc pili, nec illum,
Quid dicat, æſtimemus.
Tu me tuum columbum

Dioneum

Dioneum vocabis,
Eademque me ſalillum,
Animæ tuæ ſalillum,
Et me tuam medullam,
Et me tuam mamillam,
Oculumque, ſuauiumque,
Mopſo æmulante, dices.
Ego inuicem meam te
Vocabo turturillam,
Idemque te ſalillum,
Animæ meæ ſalillum,
Et te meam medullam,
Et te meam mamillam,
Oculumque, ſuauiumque,
Corale inuidente, dicam.
Sic ſic, mea ô voluptas,
Pariter ſuauiemur,
Pariter ſimul iocemur:
Nec hunc pili, nec illum,
Quid dicat, æſtimemus.
En hos tibi lacertos,
En hæc labella porgo,
Tu cum meo viciſſim
Tuum ore conſerens os
Affla mihi ſuaues
Non meſſe de Sabæa
Nec Indicos odores,
Sed quos puto ipſe fecit
Manibus ſuis Cupido.
Ego hos ego ſupinus
Arente fauce ducens,
Penitus medullituſque
Vdâ irrigabor vſque
Cor oſculatione.
Si fors ita, heu, ſub imo

Pulmonis æſtuantem
Valeam leuare flammam.
Sic viuere, Ida, ſic me
Iuuat perire quondam:
Sed quam, Dii ò Deæque,
Suauiter peribo!

Carmen XIV.

Pauca Idæ furtim rapui quod baſia nuper,
Heu furti aſſidue me facit Ida reum.
Deſine mi lites nequicquam intendere, ne te
Criminis eiuſdem lex agat, Ida, ream.
Nam quæ rapta meo quereris tibi baſia furto,
Hæc eadem iam me ſurripuêre mihi.

Carmen XV.

Poſtquam nil aliud miſero proponis amanti,
Pange mihi ſaltem, lux mea, baſiolum.
Quale velim, quæris? vdum, tremulumque, tenaxque,
Mellitum, & dulci murmure dulce ſonans:
Quale pares roſtro iungit mordente columbas:
Quale ſalax ſocio cortice concha capit:
Quale ſuo Veneris miſcet Venus improba Marti:
Quale mihi demum tu dare ſola potes.

Carmen XVI.

Quid pactum dare baſium recuſas?
Quid promiſſa mihi negas labella?
Ergo non ſatis eſt tibi, auſa quod me
Tanto tempore creditorem habere
Nullo cum merito meo fuiſti?
Ni mendax etiam mihi inſuper ſis,
Et ludos facias miſellum amantem!
Ne ſic in tibi ſupplicem, Ida ſæui.
Sit diræ ſatis, heu, ſemel fauillæ

Primæ

Primis molle cor imbuiſſe flammis,
Et ſæuo iecur vlceraſſe amore.
Non aſſis facis ô ſceleſtá, nec mi
Promiſſum dare baſium, Ida, curas?
At tandem Venus hoc iubebit ipſa,
Formoſas Dea quæ vetat puellas
Periuris caput obligare votis.
O quam tum hos cupies proteruæ faſtus
Emendare noua benignitate,
Et te ſuauiolis piare centum!
Errabis: nihil ipſe commouebor:
Exorcebere ſtrictiore pene,
Quid rubes? puto, ſtrictiore pœnâ.
Non enim oſcula, vel labella tantum,
Aut linguæ obiiciam tibi ſaliuas,
Sed durum magis & virile quiddam,
Quod nunquam ſinat eſſe te ſuperbam,
Verum protinus in latus reclinem
Pedes tollere, tentipelliumque
Furentis ſubigat pati Priapi.
At non eſt, adeo quod expaueſcas:
Nec eſt tam graue, quam putas futurum:
Et quamuis etiam graue eſt futurum:
Placebit magis in dies magiſque,
Cum rei tibi ſuauitas ſubibit:
Placebit ſcio, forſan & per omnes
Iurabis Veneres, Cupidineſque,
Iunonemque tuam tibi nec vnquam
In vita melius quid obtigiſſe.

Carmen XVII.

Da mihi, quid? noctem. quod ſi tamen eſſe videtur
  Hoc nimis! da tibi, da mihi ſuauiolum.
Id quoque plus factum ſi virgine credis amanti,
  Hoc mihi da ſaltem, dem tibi ſuauiolum.

Carmen XVIII.

Non ita vocales Cancro feruente cicadas
  Aut ros, aut tepidi flaminis aura iuuat,
Algentem Phœbus, ſiccum liquor, eſca famentem,
  Defeſſum requies & leue murmur aquæ,
Quam me quæ Charite libas mihi baſia. quid ſi
  Addere & his velles cætera? ſed taceo.

Carmen XIX.

Quid rudia aut modo lota mihi ſudaria mittis?
  Rore vda & ſuccis lintea malo tuis.
Quin & muccinium quondam fieri improbus opto,
  Dum tamen vſque tuis, Ida, terar manibus.
Scilicet vt, preſſas ſimulans emungere nares,
  Oſculer hinc oculos, inde labella tibi:

Ad imitationem Secundi. Carmen XX.

Dicebam, Age ô Roſilla,
Agedum mea ô voluptas,
Mea ſuauitas, meum mel,
Viuamus atque amemus,
Linguiſque rem gerentes
Certemus oſculando.
Tu protenus cruentis
Me dentibus laceſſens,
Rabida vt Leæna, linguam
Prope abſtuliſti amanti:
Facere auſa vulnus illi,
Quæ te ſuam columbam,
Quæ te ſuumque pullum,
Et paſſerem puſillum,
Et aureum te ocellum,
Donum decuſque Amoris,
Et te ſuos Lepôres,
Suadæque te medullam,

Mulſum,

Mulſum fauumque mellis,
Niueamque margaritam
Totiens, iniqua, dixit.
Quæ te, tuoſque luſus,
Quæ morſiunculaſque,
Non has, ſed incruentas,
Quæ velitationes.
Quæ baſia vda, & vdas
Totoſculationes:
Quæ ſibila, & ſuſurros,
Quæ murmurilla mille,
Blandaſque viſiones
Supra Catulli amores
Cum baſiis Secundi
Ad ſidera vſque fecit
Lepido volare verſu.
Hoc præmium laboris,
Hoc baſiare, dura, eſt?
Quid perpetrare porro
Grauiuſve ſæuiuſve
Vel verberata poſſis?
At iam, Roſilla, amabo.
Ab dente ſæuiendi
Aliquando pauſa fiat.
Linguiſque rem gerentes.
Certemus, incruenta
Sed baſiatione.
Nec vter ferociore,
(Equina quæ voluptas)
Morſu alterum cruentet:
Vter ſed implicatis
Meliuſque tenaciuſque
Premat alterum lacertis:
Vter alterum bilingui
Manifeſtius prehendat:

Vter

Vter procaciore
Labrum terat labello:
Aut delicatioris
Parte ex ſua ſuſurri
Argutias miniſtret.
Tibi, Roſilla, victæ
Hæc audienda lex eſt:
Noſtrûm vt quot ante vtrique
Miſta oſcula hinc & inde
Fuerint tot ipſa ſola,
Vti Lex iubet Secundi,
Des fœnoratò amanti:
Blandeque collabellans
Pro ſingulis ineptis
Apta altera vſque centum,
Et altera vſque mille,
Totidem modis reponas,
Ac tam diu ſupinum
Ori tuo immorantem
Cogaris oſculari,
Dum denſiorem ariſtis
Mihi oſculationis
Facias in ore meſſem:
Totque ipſe baſiorum
Plenus ſaturque dicam:
Sat ohe, ſat oſculatum eſt.
Tibi me, Roſilla, victo,
Baccis micans & auro
Pretium monile fiet:
Ter, ô, quaterque felix,
Illa monile ſede
Quod corporis fruetur,
Quæ me vel vna ſolo
Seruare & vna tactu
Facere heu potis beatum eſt,

Modo

Modo non Deum ex homullo.
Vel ſi tibi Roſilla
Mulcta hæc leuis videtur,
Subire non recuſo,
Octauio putatur.
Quam Fuluia imperanti
Quondam irrogaſſe pœnam.

Carmen XXI. Charactere & argumento Catulliano.

De ſeptem, mihi quæ Charite dare dixerat, vnum
Heſterno rapui veſpere baſiolum:
Baſiolum, in cuius quoque tum cœnatus odorem
Iuppiter, Ambroſiam dum putat eſſe ſuam.
Haud impune tamen: nam quo me tempore primum
Impulit in tantum mens maleſuada nefas:
Ilicet ex illo Charite me peius habere
Semper, & hei miſero velle loqui abnuere:
Præterea & mulctam hanc mihi dicere peſſima, pactis
Baſiolis omni tempore vti caream.
Baſiolis ego n'vt caream tam dulcibus vnquam?
Quid ſi me vna opera ſe quoque amare veret?
Non faciam; nec enim poſſim; nec ſi omnia poſſim,
Morigerus iuſſis talibus eſſe velim.
Ire igitur, quæque ex pacto mihi baſia debet
(Nam quis tam patiens creditor eſſe queat?)
Vel prece vel pretio certum eſt euincere; verum,
Ne mihi quid peius eueniat, metuo.
Et metuo, & Dominam cupio metuiſſe videri.
Vtrum, Amor. ô, faciam, da rogo conſilium.
Audiit, & riſit Veneris puer. & mihi: Sic te
Rebus in aduerſis eſſe hominem timidum?
Quid faceres, ſi non foret exorabilis illa?
Quid faceres, Charite ni tibi nota foret?
Quare age iam promiſſa tibi fac baſia ſoluat,

Teque

Teque intra dentes ac labia inſinues.
Quod metuas non eſt: auſo Domina ipſa fauebit,
Omninoque tibi quæ cupis euenient
Quia licet & penitis linguam nunc faucibus indas,
Crede mihi, verbum non faciet Charite.

IANI DOVZÆ FILII
POEMATIA.

Ad Henr. Fredericum Naſſauium.

RHene pater, cuius mediis quondam oſtia ripis
Pontus & irati Boreæ ferus obruit horror,
Obſtruxitque vias, noſtræ quum transfuga terræ
Factus in exiguos fluxiſti grandior amnes:
Cyaneos nunc pande ſinus, tibique æmulus ipſi
Exere conſpicuos taurinæ frontis honores,
Hic licet æquoreæ paſſus luctamen arenæ
Intercepta patri non reddas flumina Ponto.
Ecce tuis iterum creſcit reuerentia riuis,
Nec mare ſed magnum laudum tibi panditur æquor,
Et iam deplendi magnorum in pocula vatum
Caſtalii ſolito manant tibi largius amnes,
Atque Heliconiades reuireſcunt lætius vmbræ:
Ex quo ſe propriis ſpoliauit prodigus æther
Diuitiis, tantoſque tibi conceſſit alumnos.
Quos inter viden' vt reliquis inter micet vnus
Altera ſpes patriæ Henricus ſpeſque vnica matris,
Naſſouios confeſſus auos, magnumque parentem.
Si poſtquam roſeis effulſit Lucifer alis,
Siſtereum tunc vulgus hebet, faciemque trementes
Occultant faculæ. nam quis non facta ſtupeſcit
Militiamque Patris? ſonat omnis nomine terra

Auraico,

Auraico cuius famam vaga gloria cœlo
Æquat & æternis attingit ſidera pennis.
Quemve latet dextræ fulmen viſq; ignea fratris,
Qui prægreſſus auos necdum iuuenilibus annis
Expletis numeros impleuit Principis omnes?
Ille tuis etiam ſolitus conſidere ripis
Creſcentes ſtudijs impendit ducibus annos.
Atq; illi pridem geminæ certamine magno
Florebant palmæ, Phœbi altera & altera Martis.
Sed ferri properatus amor, ſed auarus honeſti
Ardor ad ingentes ſtimulauit pectora curas,
Mollibus & lauris voluit maiora mereri
Contentum toruæ ſtudijs hærere Mineruæ.
Felices Rheni ripæ campique beati,
Quos tanti irradiant ortus: vbi lumina tanta
Tam prope ſe claro patiuntur lumine tangi.
Vt te præteritis taceam Sol vnice ſeclis,
Et iubar his noſtris, luménq; illuſtre futuris,
Scaliger, ingenio cuius cœlum omne vocauit.
Scilicet haud dum ætas turpi conſumpta veterno
Tabuit infelix, defeſſis vltima ſeclis
Annorum momenta trahens rerumq; ſenectam;
Te poſtquam Natura orbi donauit in vno
Vires menſa ſuas, Naturæ & conſcius æther.
Quem ſi fata velint longum concedere nobis,
Cernere erit toto procul huc Helicone fugatas
Laurigeras migrare Deas. tute modo noſtris
Trade diu mirandum oculis hic hoſpita Muſis
Pectora & Vraniæ ſacros facture receſſus.
Quamquam te flauus iampridem Sequana Rheni
Inuidet hoſpitio, liuentis & vnda Garumnæ.
At tibi pauper aquæ ſed diues Rhene virorum,
Non ſe latifluo diffuſus gurgite contra
Comparet Eridanus, pluuio non ipſe tonanti
Æmulus & ſeptem Nilus proiectus in amnes,

Non Tagus, aut Pactoli humor, tentataque fuluo
Vnda Midæ, auriferis quam fabula ditat arenis.
Quippe tuos pridem legerunt ſidera tractus,
Queis propriæ mandentur opes, quos aurea inundent
Flumina ab ingenij non deficientia riuis.
En commiſſa tibi ſtirpis modò pignora tantæ,
Fatorum & cœli Henricus iuſtiſſima cura;
Quem Puerum auguſtis Reuerentia fouit in vlnis,
Cui tenerum finxere latus decor altáq; Fama;
Quem tacitè inſequitur, quaqua veſtigia figit,
Blanda Charis, roſeæq; afflat fulgore iuuentæ.
Scilicet elucent iam nunc veſtigia magnæ
Indolis, & claris Heroibus æmula virtus:
Et iam Pieriæ tenero ſub pectore curæ
Ingenij cultum, dulcis facundia ſpondet:
Dulichijq; niues & mellea Neſtoris ora;
Grandem animum excelſæ promittunt ſemina mentis.
Macte, & Naſſouij menſuram nominis imple,
Dum tecum doctæ gaudent, Henrice, ſorores
Ferre pedem Aonijs non inficiande choræis,
Adueniet tibi mox iuueni robuſtior ætas,
Vmbrabit cum torua genas horrore decoro
Caſſis, & inſigni præſtinguet fulgure viſus.
Tunc ſuper & titulos & auitæ nomina famæ
Scandere cura tibi fuerit veſtigia fratris
Sectanti, ancipitis quem ſæpe in turbine belli
Sanguineam miſcens aciem Bellona ſtupeſcit.
Phœbea in medijs hic præſtans otia turmis
Horribilem belli nubem Martiſque procellas
Aſpellit Batauo orbe procul; ſibi prælia vt hoſtis
Sentiat, at populus placidæ bona commoda pacis.
Quod mihi ſi tantum non inuida Muſa dediſſet,
Exæquare tuos vt poſſem verſibus actus,
Tantarum aut ſaltem faſtigia tangere laudum,
Inclyte Maurici, Patriæ columenque Paterque;

Non

Non ego terrigenas proles metuendaq; cœlo
Pignora, & armifero florentes milite ſulcos,
Septenoſque duces canerem, Thebanaq; forti
Arma ſono (ceſſent veteris mendacia famæ
Ingenij, toties vatum ſacrata priorum.)
At tu materies vnus mihi carminis eſſes,
Siue acies validæ rapidique incendia Martis,
Sulphureæq; globorum hyemes concuſſaque ſaxa
Fulmineo tonitru, ſiue oppida capta ſagaci
Conſilio dicenda forent: ſed tam ardua vires
Ingenij tentare vetant & laudis auaræ
Luxuriam cogunt ſolito compeſcere gyro.

Prosopopaia vmbræ.

Æmula Dis, Diuiſq; prior; Diua ipſa futura,
Me niſi perpetuum tenebris damnaſſet opacis
Iam Deus à primâ creſcentis origine Mundi,
Quum Solis radios & cœli accenderet ignes;
Illa ego ſum terreni imitatrix corporis Vmbra,
Cœleſtiſq; inimica: mihi vltima Tartara pârent,
Plutoniſq; domus, Atlantæiq; receſſus.
Neu proauos quæras primamve ab origine gentem,
Ipſa tero membris ſemper redeuntibus æuum,
Atque mihi proprio vires reparantur ab hoſte.
Dant vitam; queis vitam adimo: nutricia præſtans,
Queis ego quotidie exequias & funere duco.
Maxima Naturæ populis arcana retexi,
Sideraque & vaſti laqueata Palatia cœli
Admoui aſtrorumque choros mortalibus oclis.
Quod tenebræ luces, quod lux optata tenebras
Excipiat, noſtrum eſt: requiem præbemus amicam
Omnibus, alterno recreantes frigore terram.
Quin &, dum nigris orbem circumuolo pennis,
Muſarum quicunq; ſacris doctaq; litarunt
Palladis, ingenij condunt monimenta, viamque

Affectant liquido ſuper aurea ſidera cœlo.
Per me Pyramidum quondam faſtigia menſus
Dicitur eſſe Thales per me, qui fulmine linguæ
Fregit Alexandri patrem, ſibi iudicis aures
Attentas fecit. nec me tam credere vilem,
Quàm videor, par eſt; & me Narciſſus amauit.
Cæteraq; vt deſint; quantum eſt, oſtendere cœli
In terris faciem? quid, quod neq; cætera deſunt?
Seu formam aſpicias; non me Cepheïa virgo
Pulchrior, aut blando vates dilecta Phaoni.
Seu rapit attonitum generis te fama vetuſti;
Antè fui, quàm tempus erat. ſeu pectora tangit
Ingenij ſolertis honos. mihi Cynthia fratre
Cum nitido, & magni debent præcordia mundi
Naturæ in latebris penitus penituſq; repoſta
Detecta eſſe oculis per me mortalibus vltrò.
Siue es mirator rerum; mirabere noſtras,
Nempe triumphatum Ponti de Rege ſuperbo
Præſidio vnius noſtro quis neſcit? ego ictus
Suſtinui cunctos, quum tu, Romane, lateres
Illuſtrem ex tuto iaculis dum conficis hoſtem.
Haud aliter molem clypei ſeptemplicis vnus
Oppoſuit ducibus Teucriſq; ruentibus Aiax.
Et tamen hoc pugnâ, ſi verum quæris, in illâ
Plus laudis meru. clypeum ille: ego nempe meipſam
Hoſtibus obieci; &, quod plus mireris, inermem.
Nec virtus hæc vna mea eſt. ſcit Flauius olim
Se mihi te victo multum debere, Vitelli:
Scit Marius, fuſis Numidis, captoq; Iugurthâ.
Quin ducibus magno ſtetit ignoratio noſtri:
Quos inter Niciæ, qui; claſſem educere portu
Dum pauet Actæam, magico contamine victum
Credens roriſluæ vultum intabeſcere Lunæ,
Cecropias afflixit opes. quæ Martia corda
Romulidum ſimili faceret trepidare tumultu,

Docti animos niſi firmaſſet ſolertia Galli.
Quid referam quantos vſus mortalibus ægris,
Quos pecori præſtem? quis non vmbracula, quis non
Audiuit gratas platani potantibus vmbras?
Munere quis noſtro Phœbæam lampada neſcit
Villoſæ ſyluâ caudæ prohibere Sciurum?
Quin, quibus vſq; pedum Titan defenditur vmbrâ,
Vmbripedes populi, quà Sol violentior arua
Æthiopum rectâ deſpectat cuſpide, noſtrum
Agnoſcunt meritum. Quin & decus addimus illi,
Quidquid Apellæi gaudent animaſſe colores.
Vtq; artis pars nunc tantum, ſic debuit olim
Tota mihi, ad radios quum circumſcribere Solis
Humanam docui propria ſub imagine formam.
Sed taceo: ne, quod reprehendit Tullius, omnes
Falſæ gloriolæ videar ſectarier vmbras.

In Actæonis ſtatuam.

Priſtina quis tandem neget orbem in ſecla reuolui?
Ecce renaſcuntur felici numine Diuûm
Phidiacæq; manus & marmora Praxitelæa.
Eſt in receſſu longo ſub rupe cauatâ
Exeſi ſtructura ſpecus, cui frondibus atrum
Hinc inde & tremulâ denſum nemus imminet vmbrâ
Solis inacceſſum radijs; vbi ponè perennis
Fontis adeſt riuus viuoq; ſedilia ſaxo
Nympharum ſecreta domus, horrore ſacriq;
Relligione loci multos celata per annos.
Hic primum incautis noua res oblata timorem
Incuſſit Nymphis, dum fortè agitaret anhelas
Inſidijs curſuq; feras Cadmeius heros.
Quid primum ſummumve loquar? Nymphaſne lauãtes
Et fontem & viuo pendentia pumice ſaxa
Naturam ſuperante arte? vtrùm Actæona cinctum
Infeſtis canibus, morſus, rictuſq; cruentos,

Vulneraq; & veros domino plangente dolores?
Horret adhæc animus. quis talia namque videndo
Temperet à lachrymis? quis non ingentia ſæuorum
Ora canum ſtupeat, veſanorumq; moloſſorum
Audacem rabiem? ſuras hinc implicat alter
Dente fero; rabido hinc alter ferit ilia morſu.
At ſibi mutatos horrens dureſcere vultus
Actæon retrahit corpus: torquentia ſeſe
Et ſinuata retro præ morſu pectora cernas.
Ille imploranti ſimilis neq; ferre ſupinas
Ad cœlum ſine voce manus quas perdidit, audet,
Nec gemitus tanti teſtes proferre doloris.
At parte ex alia Dryades comitante Diana
Aſpiceres liquidis rorantes pectora guttis.
Abſcondunt teretes ſtillantia flumina ſuras;
Hinc niuea inflexo curuantur brachia nodo,
Inde ſinus roſeum mammarum circinat orbem.
Perq; humeros leue proijciunt ſpirantibus auris
Indociles errare comas. ars exprimit ipſam
Cęſariem, & fluxos imitantur marmora crines.
Ipſe aciem fallens ſpectantis imagine veri
Error & ambiguæ placet ignorantia menti.
Quid referam, vt viui ſpirent in marmore ſenſus,
Luminibus miſerum infenſis dum Actæona diuæ
Aſpiciunt? ardent oculi, crudumq; dolorem
Virgineus pudor exſtimulat. perq; omne metallum
Funditur attonitâ miſtus formidine pallor.
Infelix, hæc cui ſpectacula præbuit idem
Exitiumq; dies & non ſua lumina clauſit.
At vos artifices magni, qui laude perenni
Digna reliquiſtis tanti monimenta laboris,
Felices animi; non vos aut pallida cepit
Ambitio, aut auri quærendi tetra cupido
Sublime ingenium fregit vel cœca libido.
Fallor? an & vobis naſcentibus vngula Tauri
Adfuit,

Digitized by Google

Adfuit, & fauſtas oſtendit Cynthia flammas,
Cumq; Cythereo fulſit Saturnius igne?
Sic certè eſt. Deus iſta, Deus dat: totaq; veſtrum
In decus aſtriferi coniurat machina mundi.

Ad Henricum Ranzouium. de eius Inſignibus.

Quæris, Ranzouio in clypeo cur fulgeat inde
Candidus, hinc rutilus color? vnde inſigne paternum
Cornua bina gerat criſtato in vertice caſſis?
Deſignat Phœbi auricomum nitor igneus ignem;
Cornibus & niueo ſignatur Luna colore,
Huic & inaurato Taurus cadit hoſtia cornu,
Ipſaque per ſuperas puris it cornibus auras.
Tota eadem niuea eſt, eadem eſt argentea tota.
Scilicet id quondam præſago pectore vidit
Conditor ille tuæ, Ranzoui maxime gentis;
Te Solem Arctoos pariter Lunamq; futurum
Per populos, variante polum noctuque diuque,
Deficeres qui non aut luce aut noctibus vllis;
Inuideant orbi donec te Fata nitententem
Semper. & obſcuris iubeant excedere terris.
Quippe die exoriente alternis lumina cœlo
Vectat equis Titan, tenebraſq; argentea pellit
Luna. at tu & tenebris radiatum inſigne diei
Promis, & ipſe tuo Solem fulgore laceſſis.
Ingenij hoc faciunt dotes, hoc munera Sortis,
Et facies auguſta & honoræ gratia formæ.
Hinc nondum te inferre aſtris fulgentibus audent
Sol Phaethontææ metuens exempla ruinæ,
Cynthia perpetuas ſublato Sole tenebras:
Ne iubare ipſe tuo colluſtres omnia ſolus,
Et pariter gemini fungaris munia Phœbi.

Ad Iacobum Auguſtum Thuanum.

O Patriæ Aonidumque decus, qui mente Thuane
Immenſâ menſuram Auguſti nominis imples

Quem luſtrauit aquis ſacro de fonte petitis
Calliope; per quem Latijs mouet ora Camœnis
Muſa polo demiſſa & inenarrabile verbum;
Sic tua me virtus & Apollinis enthea veſtri
Iam leuat aura ſolo, vt tanto ſub nomine tectos
Implumes fœtus mentis hæc ludicra noſtræ
Auſim tam rapidis famæ committere ventis
Pennis fulta tuis. tandem vt volitare per ora
Docta virûm diſcant. & cœli nubila tranent.
Ac, veluti nubes radijs vbi contigerit Sol,
Aduerſa ſub luce humor ſuffulget aqualis,
Et picturata ſignat ferrugine cœlum;
Nominis vſque tui ducant à luce colorem.
Sic dabitur, ſuo ab ingenio quod non datur illis,
A genio ſperare tuo, quem Pallas. & ipſa
Suſtulit egreſſum dulces in luminis oras
Caſtalij Regina chori; mox dotibus auxit
Innumeris quæ maiores natura laceſſit
Muneribus proprijs. Nam te licet vſque per omnes
Continuatus honor proauos, ſemperque renata
Nobilitate virens illuſtret gloria gentis,
Et Pater ingenti contingens ſidera famà,
Sic tamen his virtus certat tua, lumen & illud
Diuitis ingenij, medioque in vere iuuentæ
Præuia canities animi, & ſacrata Deo mens,
Vt tua ſufficiant vel ſola exempla futuris.
Hæc mihi ne tanto fraudarem has nomine chartas,
Eſſe ſatis poterant cauſſæ, etſi ſola fuiſſent;
Ni fauor acceſſet tuus & tam prompta voluntas,
Qua nil non Muſis, nil non præſtare Batauis
Et cupis & potes obſtrictis tibi pignore tanto
Scaligero, qui Muſæum dat iura per orbem
Maior àuis, quem ſubmiſſis nunc faſcibus vltro
Æqualem Phœbo Phœbi chorus admiratur.
Quem prono exſpectat veneratus gurgite Rhenus,

Iam nunc maiores & voluit in in æquora fluctus.
Interea has tenues noſtræ ſacrare iuuentæ
Primitias tibi ſuaſit amor. quas præpete penna,
Regulum vt ætherijs quondam Iouis armiger alis,
Sūmma feras ſuper aſtra celer, tecumque per auras
Inſolito rapias niſu, ne aut ignibus vnquam,
Aut ferro, aut cedat rapientibus omnia ſeclis,
Æmerium ſibi quæ præſcripſit pagina nomen:

Ad Iacobum I. N. Scheckium.

O Iuuenum ſublimis honos, columenq; virorum,
Quos regio Borea Scythicíſque Trionibus algens,
Plus quàm Sol Libyæ populos zonamque rubentem,
Aonidum tædijs ſacroque accendit amore;
Quique recentis adhuc dubia lanuginis vmbra
In patriam Latij transfers monimenta vetuſti,
Quæ mea te tantum cepit ſolertia, Schecki?
Perpetem amicitiam nobis ſacrataque ſemper
Fœdera promittis; &, quæ prior ipſe rogari
Dignus eras, offers. quis non putet hoc nimis eſſe?
Eſt minus ecce tibi. docti quoque pignus amoris
Aurea inaurato ſeruantem tegmine mittis
Senſa librum qui Romuleos complectitur actus,
Ingenijque tui fœtus. pro quo neque malim
Quicquid lanigera depectunt arbore Seres,
Quicquid odoratæ ſegetis ſibi colligit Indus
Nec pretium libri minuit, quod Doride multa
Vdus & aſſidua lamnam deraſus ab vnda:
Seu dominas flauæ Nereides iniecerunt
In tua dona manus, ſeu, quod reor, ipſe natantem
Cymothoen tali tentauit munere Triton;
Seu potius ſalſas fuluo radiare metallo
Hinc voluit Neptunus aquas, mutatus vt olim
In precium Phryge tacto Hermus flaueſcere cœpit.
Quicquid id eſt, vincunt longè tua dona micantis

Fontem Hermi, tactumq; Midæ, vel quod decus auri
Stagna Tagi rudibus mittunt ſtillantia venis.
Macte animo, quem rarus habet: ſic ingenio iam
Magnum implebis auum teneri primordia mundi
Scribentem, aut quæ pars animæ præſtantior, vtrum
Quam Deus excelſâ capitis fundauit in arce,
An cui ſanguinei tribuit moderamina cordis;
Expertesleti quid agant poſt corpora mentes,
Quid tam diuerſas rerum mentita figuras
Somnia fallaci ludant temeraria nocte;
Sintne ipſæ rerum formæ, quæ luce repulſâ
Incurrant ſpectantum aciem. radijſne diurnum
Cognatoque oculi feriatur lumine lumen.
Aut elementorum numerum. ſemperq; fluentis
Materiæ cauſas: num ſeptem affixa quieſcant
Sidera, & aſſiduâ cœli vertigine tractis
Orbibus immoto ipſa ſinant ſe corpore duci;
An per Signiferum certo moderamine ſemper
Obluctata polis vltro nitantur in ortus.
Vnde rubeſcentes cœlo radijſq; coruſci
Lumina ferali præſtinguant crine Cometæ;
Vnde fluant venti, quæ fulgura ducat origo;
Vnde tremor terræ, niuium rigor, ætheris imbres.
Interea tibi ſit ſatis his præludere telis,
Et Latios retro Graioſq; euoluere Faſtos,
Ipſe procul vadam tua per veſtigia lentè,
Nec tecum ingenio, quantum luctabor amore.

Lyncei ad Hypermneſtram Epiſtola Ouidianæ Reſpondens.

Qua, mihi cùm dederis, frueris vix ipſa, ſalutem
  Mittit Hypermneſtræ frater amanſq; ſuæ.
Addideram & coniunx, niſi te mihi dura parentis
  Vincla, tibi vitæ me eripuiſſet amor.
O vtinam, tunc cum ſponſus vos cingeret hoſtis,

Hæſiſſet

Hæſiſſet lateri miſſilis haſta meo:
Non ego nunc vinctæ miſeras audire querelas
Cogerer, & votis heu grauis eſſe meis.
Haud equidem ſecurus eram, captâque verebar
Ne tibi quid pareret miles in vrbe mali.
Fecerat hoſtilis vanum mihi turba timorem,
Sed tibi cognatæ plus nocuere manus.
Inter tot dignas ſcelerato patre ſorores
Sola auſa es thalami non violare fidem.
Hæret adhuc animo præſens tua flentis imago,
Purpureos miſerè quum laniata ſinus,
Armataque manu, quin dum licet, effuge, dîxſti,
Ne quis ab hoc prorſus ſit metus enſe tibi.
Scilicet haud adeò, ne vincire, timebas,
Quam ſatis effugia hei ne mihi tuta forent.
Vſque metu micuere mihi præcordia, poſtquam
Aſpexi in trepidâ fortia tela manu.
Sed me quid iuuat hæc veſtro effugiſſe periclo,
Si maneo obſeſſâ coniuge qualis eram?
Atq; vtinam talis: ſed me nunc omnia cogit
Aſperior quouis hoſte timere pater.
Ah miſeri, Diuûm quà declinabimus iram,
Si neque virtuti iam via tuta ſua eſt;
Si ſcelus & pietas tantum hoc diſcrimine habentur,
Illud vti proſit, iſtaq; vti noceat?
Hâc mercede ſuum ſeruauit Iaſona coniunx,
Mercede hâc caſtus exſtitit Hippolytus.
Talia de patribus referant ſi præmia nati,
Vtilius fuerat non genuiſſe patrem.
Fratribus inuideo, quorum neque coniugis vllus
Pertimuiſſe poteſt vincula dura ſuæ;
Et fugiens tantos properatâ morte dolores
Ad Styga nullo animi vulnere triſtis abît.
Certè habiturus eram vacuas formidinis vmbras,
Si mihi, quam reliquis, Parca tuliſſet opem.

Ingrata

Ingrata est pietas necis allatura periclum,
 Clara magis tamen hoc, quo mihi grata minus.
Hæc quoque, si DI sunt, quo omnes turba sororum
 Cum sæuo verita est nil violare patre,
Grata sit efficiam; nec me vel tu ipsa, vel ætas
 Indignum meritis arguet vlla tuis.
Te pater vt vinclis premat, haud vincibit amorem,
 Vis hominum in superos non valet vlla Deos.
Quoo tamen aut nostra iam vis occumbere dextra,
 A nobis meritam vel tibi poscis opem;
Partim iusta peris, partim, fidissima coniunx,
 Quæ petere ah cuperem non licuisse tibi.
Háncne ego sustineam, mea lux, tibi demere vitam,
 Quæ, quod adhuc viuam, præstitit omne mihi?
Quin potius, mortes tot vt vna morte pientur,
 Quas meruit pœnas impius ille luat.
Cùm mihi sint fratres, fratres vlciscar ademtos;
 Cumque tibi vir sit, iura tuenda viri.
Per Venerem iuro, per iura sacerrima lecti,
 Et per sperati gaudia coniugij,
Perque pericla mihi vestro vitata periclo,
 Vinculaque innocuæ præmia dura manus,
Non diuturna fore hæc, quàuis sint aspera; & ipsum hoc
 Quod spero, agnosco muneris esse tui.

Manibus Philippi Sidnæi.

Quod, Sidnæe, tuum decorent tot carmina funus,
 Nec riguis quisquam temperet à lacrimis,
Ne mirere: sacros Pindi liquisse recessus
 Omnis cum Phœbo grex Heliconiadum.
Hæc lugubre leui modulatur arundine carmen;
 At citharam mœstos præcinit illa modos.
Ista smaragdifluos manibus disrumpit cunctus:
 Impetus huic flauam vellere Cæsariem.
Altera cum lacrymis cineri iacit oscula muto,

Nec

Digitized by Google

Nec ſua quæ manibus pectora tundat abeſt.
pſa etiam Pallas te lamentatur,& omnes
Expulit è toto pectore lætitias.
Quid mirũ ergo homines faciant quod carmine læſum,
Cum tangat magnos hæc quoque cura Deos.

Comparatur idem Codro.

Ob patriam Codrus mentito occiſus amictu eſt,
Inſtinctu ſortis mortis Apollineæ.
At tu pro Belgis propriam, Sidnæe, ſalutem
Dum ſpernis, tibi mors intulit atra manus.
Pro patria virtus magna eſt occumbere: quanto
Maior pro ſociis non renuiſſe mori?

D. M. Illuſt. Herois Philippi Sidnæi.

Qualiter Arcadio Typhin dum pendet ab aſtro
Obruit inſano vaſta procella mari;
Turbine ſic rapido nobis Sidnæius ademptus,
Anchora quaſſatæ qui fuerat tabulæ:
Quæ nunc ex geminis amiſſo vt pignore mater;
Altero vti, infelix, lumine captus, agit.
Prô dolor occubuit noſtrûm ſpes vnica, Iberûm
Terror natalis gloria prima ſoli
Sidnæius cuius iam nomen & inclyta virtus
Cognita & Eois, cognita & Heſperiis:
Et famæ vix tota capax Natura fuiſſet,
Si Lacheſis fuſos currere paſſa ſuos;
Sed miſer ante diem florentibus excidit annis,
Percuſſus volucri crus iuuenile pilâ,
Fulmineâ ſæuos dextrâ dum mactat Iberos,
Ex vtraq; ſibi Pallade ſerta parans.
Rectorem amiſſum flet Belga. Britannia alumnum;
Et necis eſt tantæ iuſtus vtrique dolor:
Haud aliter tracto confuſa eſt Hectore Troia,
Hellas & exſtincto fleuit in Æacide.

Scili-

Scilicet haud diſpar pomis eſt vita caducis,
Certa cui nullo tempore finis adeſt;
Hæc matura cadunt, vi tempeſtatis at illa
Deiecta aut lapidum grandine, acerba ruunt.
O Sidnei, dum noſtra ſalus tibi propugnata eſt,
Quam fuit heu ipſi non tua cara ſalus!
Primus & aduerſos audax dum tendis in hoſtes,
Primam etiam de te gloriam adeptus Iber.
Troada ſic primus fato ſignatus iniquo,
Sanguine fœdauit Proteſilaus humum.
Quid te nunc iuuit pietas, ſencteque peractum
Omne æuum, & patrij nobilitas generis?
Artibus inſtructus fueras vtriuſq; Mineruæ,
Quæque dedit vitam, quæque dedit tumulum.
Nec Venetis obſcura fuit ſic inclyta virtus,
Nec latauit mentem, Nympha Britanna, tuam,
Induperatorem miſſus Legatus ad ipſum,
Vixdum etiam quartam ingreſſus Olympiadem.
Ingenio maior dubium, an prudentior eſſes:
Inculpata tibi vita fideſque fuit.
Atque vtinam ætati, quam candidus ipſe fuiſti,
Di conceſſent candida fila tuæ.
Quid memorem formam? quid opes? quid cætera? quid,
Viciſti ingenij nobilitate genus? (quod
Omnia quæ poterant, Lacheſis, te flectere, ſtaret
Ni ſolido fultum cor adamante tibi.
Vana queror demens. Lacheſis nihil infera peccat,
Præſcripta euoluens à Ioue fata ſibi.
Te penes eſt tantæ crimen, Mars improbe, cædis;
Hanc tuus iſte rigor ſuſtinet inuidiam:
Tu iuuenem tentantem acris certamina belli
Fulminea ſuram traiicis ipſe pila:
Vicenis octo vix annumerauerat annos,
Prima ſuæ referens tempora militiæ.
Dic mihi, qua culpa tantum tua numina læſit,

Digitized by Google

Exſtingui ſolâ poſſet vt ira nece?
Scilicet hic prenſo tibi vincula cœca parauit
Hic geminos mergi iuſſit in amne tuos?
Scilicet hæc iterum propter te, Cypride læsâ,
Dextera diuino eſt ſanguine facta nocens?
Scilicet, vſque tuis fumum pariturus ocellis,
A Venere obductus æmulus iſte tibi eſt?
Atqui non vllo Diuos hic læſerat vnquam
Crimine, ni crimen belligerare vocas.
Quid tamen hæc proſunt? etiam hunc cita fata tulerũt,
Ah ſemper noſtris inuida fata bonis.
Exſpectant reducem affines, ſocruſq; ſororque
Et præſumta animo gaudia vana fouent.
Fida ſed huc coniunx fluctus emenſa Britannos,
Ferre viri nequiens flebile diſſidium
Venit, & optatum præſens complexa maritum;
Lætitia heu miſeræ quam breuis illa fuit:
Nam ſua vix iterum repararat cornua Phœbe,
Confuſa eſt ſubito tota domus gemitu;
Vulnere cum, Sidneie graui percuſſe iaceres,
Et tecum regio ſaucia tota fuit.
Singula captabant medici momenta cubantis,
Prætermiſſa tuis cura nec vlla tui:
Sed fata immoto cum ſtant adamante notata,
Neſcit opi Lacheſis cedere Pœoniæ.
Occidit ille, cui lauros Iam læta parabas
Anglia Cupreſſi nunc preme fronde comam:
Ad vos iam funus transfertur mortuus illam,
Quam nequiit viuus, vt repetat Patriam.
Ille quidem repetit natalem corpore terram,
Sed rediit veram ſpiritus in Patriam.
Et iam tempus adeſt toti lachrymabile genti;
Itur ad exequias magnæ Philippe, tuas.
Flent pueri, flent & iuuenes flet ſerior ætas;
Præcipue, propior ſanguine ſi quis erat.

Inter

Inter quos vxor penito percussa dolore,
Sic tandem fractis flebilis orsa sonis:
Istane sustineo tua, speratissime coniunx,
Imposita arsuro membra videre rogo?
Hisne ego tam propere feralia munera soluam?
His poterit flammas subdere nostra manus:
Me miseram, quantum fax hæc face distat ab illâ,
Læta meos quondam quæ subiit thalamos?
Mansisset vtinam diuturnior illa, vel à te
Hæc esset nostro subdita flamma rogo.
Nunc prior ipse iaces violentâ morte peremptus,
(Vix ah, vix tanti Belgia tota fuit)
Isala spumifero radit qua flumine terras,
Nomine iam factus notior ille tuo.
Aut animam in patriâ licuisset ponere terrâ, aut
Illic fata minus passus acerba fores.
Hic mihi, væ miseræ, torquet præcordia luctus:
Hic dolor est ipsis tristior exequiis.
Scilicet idcirco, nimium male cognita Iberis
Regna, procul nostro regna remota solo,
Voluentem, atq; animo iam trans-maria alta volantem
Et Patris & nostræ detinuere preces,
Externo vt caderes miserabilis hostia Marti,
Deque tuo lætus funere ouaret Iber?
At tu hominum sancto qui corda astringis amore,
Sancte puer, sanctas, quod facis, adde faces,
Coniugis hic isto rogus vt flammescat ab igne
Haud aliter, flagrant quam mea corda mihi:
Plura locuturam Dudlæius interrupit:
Non tanti has lachrymas exigit vmbra viri:
Ille quidem humanas curas ac gaudia ab alto
Despicit, & vitâ cœlicolûm fruitur:
At nos quid magnum miseri spiramus homulli?
Quos hora haud vllo tempore certa manet.
Fallimur: an, Sidneie, tibi fortissime, calcem

Ex

Ex nobis aliquis iam tibi calce premet?

In eiuſdem Obitum Daphnis Ecloga.

Forte pedo ſtabat Lycidas innixus agreſti
Ad Thameſis ripas, quem plurima fagus obumbrat,
Heu nimio mœrore & luctibus externatus:
Non ſolitum agreſti modulatus arundine carmen
Difficiles dominæ lamentabatur amores;
Non leni ſomnum gaudebat inire ſuſurro,
Cogere non teneras ad pabula veſca capellas:
Omnia quæ tota penitus de mente fugarat:
Sed neque tum pecoris, neque villæ aut pauperis agri
Ille vicem curans, toto te pectore, Daphni,
Toto animo extinctum, Daphni, heu graue ſuſpirabat.
Tu quoque ſecretis reſonans in vallibus Echo
Lugebas vna proprii haud memor amplius ignis,
Flumineiq; ſuo flebant cum funere olores.
Dicite Pierides, paſtoris dicite Muſam,
Dicite, nam vos & gemitus iunxiſſe canenti
Crediderim, & cari planxiſſe in funere alumni.
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis, eheu
Daphni iaces crudeli extinctus funere Daphni?
Sic fallis ſpes ipſe tuas; ſpes ipſe tuorum?
At (memini) lætos reditus tibi, Daphni, tuiſque
Iam præſumebas, ſed te ſperata fefellit
Sors rerum, & fruſtra ventura heu gaudia, fruſtra
Tempora fingebas niueo ſignanda lapillo,
Solueret à patrio tunc quum tua littore puppis.
Siccine, Daphni, iaces? ſic ô miſerabilis, eheu
Daphni iaces, crudeli abſumtus funere Daphni?
At non te coniunx lætanti mente relinquens
Triſtia multa ſuo ſub pectore condenſabat,
Iam præſaga mali; infauſto ſeu carmine bubo,
Seu lugubre cauâ cantaret ab ilice cornix;
Semper & in proprios erat ingenioſa dolores.

Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli extinctus funere Daphni?
Non ſatius fuit hîc animam exhalare ſupremam,
Guttura vbi primum tua lacteus imbuit humor,
Et pulſata tibi tremulis vagitibus aura;
Quam procul à patriâ peregrinis hoſpes in oris
Oppetere infeſto miſerabilis hoſtia Marti?
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli abſumtus funere Daphni?
Heu, vbi tunc Phœbus fuit aut Mauortia Pallas,
Cum tua crudeles ruperunt ſtamina Parcæ?
Cur non auxilium ſupremâ in morte tulerunt?
Sed fallor. nam & Pallas opem tibi ferre nequiuit,
Nec potuit Phœbus ſuccos adhibere ſalubres:
Sed ſatis oſtendit nigra ferrugine luctum,
Triſtior occiduas ſolito dum tranſit ad vndas.
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli abſumtus funere Daphni:
O Patriæ communis amor tibi candida Nymphæ
Lilia cum violis & purpureis amaranthis
Intexunt, tumuloq; parant fragrantia ſerta:
At tu iam ſpreto mortalis carcere vitæ
Felices lucos, felicia rura pererras
Eliſij memoris, & nos quoq; reſpicis iſtinc,
Mortales curas, mortalia gaudia ridens.
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli extinctus funere Daphni.
Diſceſſu heu mutata tuo ſunt omnia Daphni:
Nam dum tu hos colles, dum roſcida prata colebas,
Ridebant denſo viridantes robore colles,
Ridebant fontes, ridebant frondea rura.
At poſtquam te, Daphni, immitia fata tulerunt,
Iam lugent triſtes inamœno robore colles,
Areſcunt fontes, & pallent frondea rura,
Quæque prius læto florum vernabat amictu,

Nunc

Nunc tantum lappas tellus ingrata reponit.
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli abſumptus funere Daphni?
Nempe erat hoc: quod vix abeunti diximus ore
Inuito: dilecte vale, & triſti maduerunt
Imbre genæ, ſiue id caſu ſiue omine factum.
Siccine Daphni iaces? ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli extinctus funere Daphni?
Heu mihi quod maluas vbi defecere, ſequenti
Cum reliquis herbis videas æſtate renatas:
At nobis, qui iam magnum ſpiramus, homullis,
Cum ſemel exiimus, nunquam datur inde reuerti.
Siccine Daphni iaces, ſic ô miſerabilis eheu
Daphni iaces, crudeli extinctus funere Daphni?
At quanquam extinctus ſis corpore, Daphni, tamen te
Extinctura animo non vlla obliuio noſtro eſt:
Quin ego ſæpe meo te carmine compellabo,
Nec mihi decedent aut luce aut nocte dolores;
Cumque tuum nomen magna ter voce ciebo,
Tunc tua ſacra libens linquet lucoſq; locoſq;
Diuitis Eliſij, & nos ſic affabitur vmbra.
Noſter amor quondam, nunc luctus & anxia cura,
O Paſtor, non hos gemitus mea funera poſcunt,
Verum illorum anima æternis quorum impia pœnis
Et phlegetontæis crucianda eſt tradita flammis:
At mihi, quem Deus ipſe poli cenſere Quirites
Inter, & ordinibus parat adſcripſiſſe beatis,
Quorſum tot lachrymæ? quorſum ſuſpiria tanta?
Hæc & plura mihi dices: ſed nulla dolores
Nulla dies poterit noſtros extinguere luctus.
Talia dum Lycidas vacuas iactaret ad auras,
Et iam ſtridentem merſaret lampada Titan,
Accurrit Thyſis; Lycidas vt Thyrſida vidit.
Dixit: cras ſolitum repetet mea tibia carmen;
Dixit, & agreſtem repetit cum Thyrſide villam.

Ad Ioſiam Mercrum.

Liber eram,& vacuo meditabar pectore dudum
Dira pharetrati ſpernere tela Dei:
At me compoſitâ decepit pace Cupido,
Retraxitque vagum ſub ſua ſigna pedem
Exacuens,Mercere, tuo decorde ſagittas,
Corde in quo ſedem Suada Saiſque tenent,
Docta Sais,quæ me totum rapitq;.
Ex quo hauſi ingenij flumina dia tui.
Scilicet eſt aliquid docto dare nomen Amori,
Atque epos aure auidâ flexanimum imbibere.
Nam tua ſic venas Pitho penetrauit in imas,
Aſpidis vt magicus hæret in aure ſonus,
Aut vt Sirenum diſcors concordia quondam
Incautos cepit Dulichij ſocios,
Quos miſeros,propius poſtquam acceſſere , Charybdis
Hauſit & irati ſorbuit vnda maris.
Atque illam duplicis Prudentia cauit Vlyſsêi
Defenſi magnæ Palladis auxilio.

In Iani Gruteri Speculorum & Capillorum libros.

Me miſerum quod non aut hic tibi contigit eſſe;,
Aut illic veſtro mi datur ore frui!
Nunquam erit ergo dies,quæ me pernicibus alis
Cycnorum,Gruteri auferat in Nemora?
Gruteri,cuius,Cypro dalioque relictis,
Iam Venus auratis ſe polit in Speculis.
Nec melius crines Phrygio ſub Iudice finxit,
Vna duas potuit quum ſuperare Deas:
Quam nunc in veſtris prodit, Grutere,Capillis
Diſpoſitis apte conſpicienda comis,
Illinc & violas & purpureos Amaranthos
Decerpit capiti Gratia blanda ſuo,

Eque

Eque tuis, Diuos vbi vult exurere Ocellis,
Accendit geminas ipſe Cupido faces
Littorei colles,& cærulea Amphitrite,
Tuque mihi tellus illa paterna Vale.
Me iuuet euectum volucri per inane volatu,
Qua nitet aſtrigeri tertia flamma Poli,
Vlterius Lunæque rotam,& talaria Diui
Arcadis, æternâ diffluere ambroſiâ,
Ambroſiâ, mihi quam toties, Grutere propinent
Tinnula mellifluo pectine fuſa mele,
Exanimes quoties animare in Carmina neruos,
Sitque mihi in laudes impetus ire tuas,
Impetus ire mihi eſt; ſed quid mea Carmina tentent:
Ni mihi quis Gruteri inde citet Genium?

In Nuptias Martini Tilii I.C.

Lucentem nuper liquida inter nubila currum
Agminis aligeri iunxerat alma Venus:
Florea purpureas nectebant frena volucres,
Halabant vernis & iuga picta roſis.
Ponè Deam tenerâ diſtringens ſpicula dextrâ
Candidus in crocinâ veſte nitebat Amor.
Hic Pilium, argutis ſociat dum carmina neruis.
Et digitis animat tinnula fila lyræ,
Vidit,& inuidit, numero quod abeſſet ab illo·
Qnos face quoſque ſuis perculerat iaculis.
Qnærenti cauſam, mirari deſine, mater,
Dixit, ab inſidiis quod vacet ille meis.
Dum colit Aoniis manantes fontibus amnes,
Effecit flammæ iura minora tuæ.
Iam puerum ſacro luſtrauit Muſa liquore,
Paruaque Gorgoneis ora rigauit aquis.
Tum Venus, ergo tibi Narciſſius excidit ardor,
Cui tolles ignem, ſi modo tollis aquas.
Scilicet haud vlli latices extinguere talem

Nate queunt flammam, ſed noua flamma poteſt.
Tu modo dura premas aurato pectora telo,
Et tibi Parnaſſi ſuggeret vnda faces.
Sed quæcunque ſuis captiuum ducet ocellis,
Fac pharetram ex æque ſentias illa tuam:
Vtque Cupidinei percuſſus vulnere rami
Fac iaculatrici ſit iaculum ipſe ſuæ.
Dixerat: & flexum procumbens curuus in arcum
Mox dedit arcitenens talia dicta Puer:
Docte Pili, doctis nimium confiſe Camœnis,
Et nimium telis præda cupita meis,
Irrita poſt ſtricti toties conamina nerui,
Hac tandem à nobis non graue vulnus habe.
Ille ſimul vocem, ſimul & ſua ſpicula miſit:
Spicula quæ penito corde recepta tibi
Non ſunt paſſa, Pili, vacuas te ducere noctes,
Dum nunquam afflicto pectore deſit amor.
Tum crebro ſingultatis hærentia verbis
Has animi edebant ſupplicis ora notas:
Iam mea mens oculis placidum bibit icta venenum,
Omnis & à vultu pendet Oliua tuo.
Ah quid me optato facies tua deſtinat igni,
Inde ſua ingeminet ſi mihi tela Puer;
Nam decor ille animi, nam forma & gratia morum
Sunt totidem cordi ſpicula cæca meo.
Da mihi, ne ſolo ſoler mea vulnera quæſtu,
Opprime ſed gemitu prima elementa mei.
Erubuit virgo: ſcires à Pallade nomen
Duxiſſe, & tinxit purpura caſtra genas.
Tale rubent niueis contexta corallia conchis,
Sic pictum roſeo candet ebur minio.
In te Amor ante ſuas vires damnarat, Oliua;
Duritiæ fuit hæc prima ruina tuæ.
Hinc tandem ipſa tibi viſa es patientior æquo,
Hinc de animo dulcis facta rapina tuo eſt,

Felix

Felix ſorte tuâ, poſtquam in tua brachia vatem
Præperibus pennis hunc tibi miſit Amor
Felicem igne ſuo; nam tela Cupidinis ille,
Accenſaſque tuis lampades ex oculis
Sed tecum didicit, parili quæ tacta calore es,
Iamque tuas ſentis, ſenſit vt ille, faces.
Quam fuit illa dies claro ſignanda lapillo,
Que primum Vranies vbera ſuxit Hymen!
Tunc Amor, æterno qui glutine corda reuincit,
Mille homini Veneres deliciaſque tulit.
Tunc veri riſus, fictiſque accenſa querelis
Sunt nata vnanimi gaudia mille toro.
Hinc & vos ſancti vinxerunt fœdera lecti,
Fœdera non vllâ diſſoluenda die.
Tu ſed Hymen propera neque longum gaudia differ:
Iam ſoluat caſtos pronuba flamma ſinus.
Aſpicis vt nitido crebreſcant ſidera Mundo?
Noctifer vt roſeo fundat ab ore iubar?
Macte animo, tacito ſaliunt cui pectora voto,
Virgo, tuque tuo macte labore, Pili.
Felices ambo, iuncturæque molliter ambos
Lectule tam variis conſcie deliciis.
Te ſemper placidi luſus, miteſque ſuſurri,
Fœcunda & nullo vulnere bella iuuent.

Ad Ioſeph. Scaligerum, cum ei mitteret ſua cæleſtia.

Flos ô virorum, quos genium ſupra
Mortalitatis extulit ardua
Vis ingeni, quos dia virtus
Pennâ agitat metuente ſolui,
In literarum qui æmulus Herculis
Monſtris, & ingens in tenebris tuæ
Sol Galliæ, Europæque lumen;
Et columen fugientis æui es;

Huc flecte paullum lumina, & has precor
Nec despice oti primitias mei,
    Quæ denique explorare tentant
    Se tui in ingenii perenni
Iam flumine, vt qui vindice ab alueo
Rheni petebant coniugii fidem,
    Germana proles an videri
    Palladis Aonidumque possint;
Vt se audeant hinc tollere inerti humo.
Nam quem imbuit ros cœlitus impluens
    De limpida mentis scatebra
    Scaligeræ, nihil imminentem
Fati querelam, funera nec timet.
Cœlestis auræ semina protrahens
    Sic pectora imples, ventilare
    Audeat vt peritura nunquam
Momenta famæ his imbribus ebrius,
Quos fudit æther largior in tuæ
    Mentis recessus, queisque fusis
    Ætherei patuere riui
Viam docentes inuia per poli
Non vsitato carpere tramite,
    Atque igneos describere orbes
    Ignigeni radio vigoris.
Nam cum astra toto prodiga te sinu
Cunctis bearint dotibus editum,
    Calles tibi Natura tritos
    Stelligeræ quoque fecit æthræ.
Nec hoc negabit Sol oculus Poli,
Mens mundi, & æui norma volubilis,
    Flagrante qui fulgens pyropo
    Auricomo regit igne currum,
Quem mentis altæ non tenuit Puer:
Tu par regendo, quippe cui annui
    Mensura sic inuenta cursus,

Lexque

Digitized by Google

Lexque vagis poſita eſt habenis
Non lucem in vnam, at ſæcula in omnia,
Dum terra ſtabit, perpete dum poli
Compoſta vertigo rotatu
Sidereos bene flectet orbes.
Nunc ergo ſedes tolle me in arduas,
Quo te vigor non degener ingeni,
Gentiliſque euexit ſcala.
Hoſque tuis animare pennis
Dignare libros, vt Triuiæ petant
Terreſtre cœlum, atque alipedem Arcada,
Ac mox Dionæum per orbem
Ad ſolium penetrare Solis
Martiſque poſſint fulgura & hinc Iouis
Sidus benignum cum gelido Sene;
Veſtigia vt tandem Deorum
Et tremulas videant choreas.
Quod ſi queam te te auſpice in aſtricas
Euadere arces, nil penitus rotæ
Auriga me Solaris audax
Terruerit, vel hiulcus ignis,
Satis beatus præſidio tuo
Tutuſque, nunquam ex æthere fulminis
Vltrice deturbabor irâ,
Nec rapiar per iniqua præceps.

In Dominici Baudii poëmata.

Qualem teligerum Iouis
Cui regnum volucres Iuppiter in vagas
Permiſit, patrius vigor
Obiecit nitidis ætheris ignibus,
Et de viribus aurei
Phœbi conſpicuum conſuluit iubar:
Talis Baudius arduam
Oſtentat genii nobilis indolem,

Luna premit ſtupefacta currus;
Sol ipſe tantum prodigium videns
Non vrget vltra præcipites rotas,
Sed & arduo ſiſtens olympo
Occiduum remoratur ignem,
Miratus ignotum Idalii hoſpitem
Cœli Cometen curricula inuia
Capeſcere auſum erraticorum
Æmula curriculis Deorum.

Ode amœbæa in Vindelica M. Velſeri.

Freherus.

Ecquid videtur (vos gemini rogo
Iani) libello municipis mei
De muſteo iſto, Rheticæque
Vrbis originibus vetuſtis
Grutere tu dic, ex animi tui
Sententia; an quid purius, aptius
Curæque opus felicioris
Videris? ipſe etenim iſta calles.

Gruterus.

Quin hercule illo nil opere arbitror
Solem tueri poſſe rotundius;
Seſeque vbi ſic inter æque
Iudicium ingeniumque certent.
O ſcripta lecta! ô Perſica queis nihil
Fautrix negauit; queis & Agonius,
Cum ſtrenua conſorte, nil non
Contulit ac cumulante dextra.

Douza F.

Quodcunque poſſum, eſt inferius meis
Frehere votis; nec meritis tuis,
Velſere, par vnquam futurum eſt

Scribe-

Digitized by Google

Scribere quod poterunt Camœnæ.
Partem ergo de tanti ingenii bonis
Si intelligendo conſequimur, ſat eſt;
Quodcunque reſtat id colentes
Attonitâ taciturnitate.

Freherus.

Res obuolutæ Vindelicæ graui
Situ iacebant: nec magis obuiæ,
Quam tempus Euandri vetuſtum,
Iapetiuæ, Niniue ſeclum.
Velſere, Princeps tu patriæ decus
Obliuioſi temporis aſſeris
Iniuriâ, Auguſtæque tecta
Nata manu Latii Coloni.

Gruterus.

Hinc omne obiſti ſollicitâ genus
Dextrâ librorum, Græcia quos dedit
Romana, Græciſſantis & queis
Exſinuata trophæa Romæ.
Recentioris quid quod & eruis
Scripta illa ſecli barbara prænimis;
Vt gemmulæ punctum ex aceruo
Stercoris inſubidi referres.

Douza F.

Momenta vt intermortua redderet
Vitæ ſepultis, vndique mortuos
Velſerus inſpexit magiſtros,
Fragmina nec lapidum vlla ſpreuit.
Tu fata priſcæ ne doleas nimis
Antiquitatis, Vindelici ſoli
Perenniclarum Auguſta lumen;
Namque mori potuiſſe, vita eſt.

Freherus.

Luna premit ſtupefacta currus;
Sol ipſe tantum prodigium videns
Non vrget vltra præcipites rotas,
Sed & arduo ſiſtens olympo
Occiduum remoratur ignem,
Miratus ignotum Idalii hoſpitem
Cœli Cometen curricula inuia,
Capeſcere auſum erraticorum
Æmula curriculis Deorum.

Ode amabæa in Vindelica M. Velſeri.

Freherus.

Ecquid videtur (vos gemini rogo
Iani) libello municipis mei
De muſteo iſto, Rheticæque
Vrbis originibus vetuſtis
Grutere tu dic, ex animi tui
Sententia; an quid purius, aptius
Curæque opus felicioris
Videris? ipſe etenim iſta calles.

Gruterus.

Quin hercule illo nil opere arbitror
Solem tueri poſſe rotundius;
Seſeque vbi ſic inter æque
Iudicium ingeniumque certent.
O ſcripta lecta! ô Perſica queis nihil
Fautrix negauit; queis & Agonius,
Cum ſtrenua conſorte, nil non
Contulit ac cumulante dextra.

Douza F.

Quodcunque poſſum, eſt inferius meis
Frehere votis; nec meritis tuis,
Velſere, par vnquam futurum eſt

Scribe-

Scribere quod poterunt Camœnæ.
Partem ergo de tanti ingenii bonis
Si intelligendo conſequimur, ſat eſt;
Quodcunque reſtat id colentes
Attonitâ taciturnitate.

Freherus.

Res obuolutæ Vindelicæ graui
Situ iacebant: nec magis obuiæ,
Quam tempus Euandri vetuſtum,
Iapetiuæ, Niniue ſeclum.
Velſere, Princeps tu patriæ decus
Obliuioſi temporis aſſeris
Iniuriâ, Auguſtæque tecta
Nata manu Latii Coloni.

Gruterus.

Hinc omne obiſti ſollicitâ genus
Dextrâ librorum, Græcia quos dedit
Romana, Græciſſantis & queis
Exſinuata trophæa Romæ.
Recentioris quid quod & eruis
Scripta illa ſecli barbara prænimis;
Vt gemmulæ punctum ex aceruo
Stercoris inſubidi referres.

Douza F.

Momenta vt intermortua redderet
Vitæ ſepultis, vndique mortuos
Velſerus inſpexit magiſtros,
Fragmina nec lapidum vlla ſpreuit.
Tu fata priſcæ ne doleas nimis
Antiquitatis, Vindelici ſoli
Perenniclarum Auguſta lumen;
Namque mori potuiſſe, vita eſt.

Freherus.

Luna premit ſtupefacta currus;
Sol ipſe tantum prodigium videns
Non vrget vltra præcipites rotas,
Sed & arduo ſiſtens olympo
Occiduum remoratur ignem,
Miratus ignotum Idalii hoſpitem
Cœli Cometen curricula inuia
Capeſcere auſum erraticorum
Æmula curriculis Deorum.

Ode amabæa in Vindelica M. Velſeri.

Freherus.

Ecquid videtur (vos gemini rogo
Iani) libello municipis mei
De muſteo iſto, Rheticæque
Vrbis originibus vetuſtis
Grutere tu dic, ex animi tui
Sententia; an quid purius, aptius
Curæque opus felicioris
Videris? ipſe etenim iſta calles.

Gruterus.

Quin hercule illo nil opere arbitror
Solem tueri poſſe rotundius;
Seſeque vbi ſic inter æque
Iudicium ingeniumque certent.
O ſcripta lecta! ô Perſica queis nihil
Fautrix negauit; queis & Agonius,
Cum ſtrenua conſorte, nil non
Contulit ac cumulante dextra.

Douza F.

Quodcunque poſſum, eſt inferius meis
Frehere votis; nec meritis tuis,
Velſere, par vnquam futurum eſt

Scribe-

Digitized by Google

Scribere quod poterunt Camœnæ.
Partem ergo de tanti ingenii bonis
Si intelligendo conſequimur, ſat eſt;
Quodcunque reſtat id colentes
Attonitâ taciturnitate.

Freherus.

Res obuolutæ Vindelicæ graui
Situ iacebant: nec magis obuiæ,
Quam tempus Euandri vetuſtum,
Iapetiuæ, Niniue ſeclum.
Velſere, Princeps tu patriæ decus
Obliuioſi temporis aſſeris
Iniuriâ, Auguſtæque tecta
Nata manu Latii Coloni.

Gruterus.

Hinc omne obiſti ſollicitâ genus
Dextrâ librorum, Græcia quos dedit
Romana, Græciſſantis & queîs
Exſinuata trophæa Romæ.
Recentioris quid quod & eruis
Scripta illa ſecli barbara prænimis;
Vt gemmulæ punctum ex aceruo
Stercoris inſubidi referres.

Douza F.

Momenta vt intermortua redderet
Vitæ ſepultis, vndique mortuos
Velſerus inſpexit magiſtros,
Fragmina nec lapidum vlla ſpreuit.
Tu fata priſcæ ne doleas nimis
Antiquitatis, Vindelici ſoli
Perenni clarum Auguſta lumen;
Namque mori potuiſſe, vita eſt.

Freherus.

Luna premit ſtupefacta currus;
Sol ipſe tantum prodigium videns
Non vrget vltra præcipites rotas,
Sed & arduo ſiſtens olympo
Occiduum remoratur ignem,
Miratus ignotum Idalii hoſpitem
Cœli Cometen curricula inuia
Capeſcere auſum erraticorum
Æmula curriculis Deorum.

Ode amabæa in Vindelica M. Velſeri.

Freherus.

Ecquid videtur (vos gemini rogo
Iani) libello municipis mei
De muſteo iſto, Rheticæque
Vrbis originibus vetuſtis
Grutere tu dic, ex animi tui
Sententia; an quid purius, aptius
Curæque opus felicioris
Videris? ipſe etenim iſta calles.

Gruterus.

Quin hercule illo nil opere arbitror
Solem tueri poſſe rotundius;
Seſeque vbi ſic inter æque
Iudicium ingeniumque certent.
O ſcripta lecta! ô Perſica queis nihil
Fautrix negauit; queis & Agonius,
Cum ſtrenua conſorte, nil non
Contulit ac cumulante dextra.

Douza F.

Quodcunque poſſum, eſt inferius meis
Frehere votis; nec meritis tuis,
Velſere, par vnquam futurum eſt

Scribe-

Digitized by Google

Scribere quod poterunt Camœnæ.
Partem ergo de tanti ingenii bonis
Si intelligendo conſequimur, ſat eſt;
Quodcunque reſtat id colentes
Attonitâ taciturnitate.

Freherus.

Res obuolutæ Vindelicæ graui
Situ iacebant: nec magis obuiæ,
Quam tempus Euandri vetuſtum,
Iapetiuæ, Niniue ſeclum.
Velſere, Princeps tu patriæ decus
Obliuioſi temporis aſſeris
Iniuriâ, Auguſtæque tecta
Nata manu Latii Coloni.

Gruterus.

Hinc omne obiſti ſollicitâ genus
Dextrâ librorum, Græcia quos dedit
Romana, Græciſſantis & queis
Exſinuata trophæa Romæ.
Recentioris quid quod & eruis
Scripta illa ſecli barbara prænimis;
Vt gemmulæ punctum ex aceruo
Stercoris inſubidi referres.

Douza F.

Momenta vt intermortua redderet
Vitæ ſepultis, vndique mortuos
Velſerus inſpexit magiſtros,
Fragmina nec lapidum vlla ſpreuit.
Tu fata priſcæ ne doleas nimis
Antiquitatis, Vindelici ſoli
Perenniclarum Auguſta lumen;
Namque mori potuiſſe, vita eſt.

Freherus.

Huc flecte paullum lumina, & has precor
Nec despice oti primitias mei,
Quæ denique explorare tentant
Se tui in ingenii perenni
Iam flumine, vt qui vindice ab alueo
Rheni petebant coniugii fidem,
Germana proles an videri
Palladis Aonidumque possint;
Vt se audeant hinc tollere inerti humo.
Nam quem imbuit ros cœlitus impluens
De limpida mentis scatebra
Scaligeræ, nihil imminentem
Fati querelam, funera nec timet.
Cœlestis auræ semina protrahens
Sic pectora imples, ventilare
Audeat vt peritura nunquam
Momenta famæ his imbribus ebrius,
Quos fudit æther largior in tuæ
Mentis recessus, queisque fusis
Ætherei patuere riui
Viam docentes inuia per poli
Non vsitato carpere tramite,
Atque igneos describere orbes
Ignigeni radio vigoris.
Nam cum astra toto prodiga te sinu
Cunctis bearint dotibus editum,
Calles tibi Natura tritos
Stelligeræ quoque fecit æthræ.
Nec hoc negabit Sol oculus Poli,
Mens mundi, & æui norma volubilis,
Flagrante qui fulgens pyropo
Auricomo regit igne currum,
Quem mentis altæ non tenuit Puer:
Tu par regendo, quippe cui annui
Mensura sic inuenta cursus,

Lexque

Lexque vagis poſita eſt habenis
Non lucem in vnam, at ſæcula in omnia,
Dum terra ſtabit, perpete dum poli
Compoſita vertigo rotatu
Sidereos bene flectet orbes.
Nunc ergo ſedes tolle me in arduas,
Quo te vigor non degener ingenî,
Gentiliſque euexit ſcala.
Hoſque tuis animare pennis
Dignare libros, vt Triuiæ petant
Terreſtre cœlum, atque alipedem Arcada,
Ac mox Dionæum per orbem
Ad ſolium penetrare Solis
Martiſque poſſint fulgura & hinc Iouis
Sidus benignum cum gelido Sene;
Veſtigia vt tandem Deorum
Et tremulas videant choreas.
Quod ſi queam te te auſpice in aſtricas
Euadere arces, nil penitus rotæ
Auriga me Solaris audax
Terruerit, vel hiulcus ignis,
Satis beatus præſidio tuo
Tutuſque, nunquam ex æthere fulminis
Vltrice deturbabor irâ,
Nec rapiar per iniqua præceps.

In Dominici Baudii poëmata.

Qualem teligerum Iouis
Cui regnum volucres Iuppiter in vagas
Permiſit, patrius vigor
Obiecit nitidis ætheris ignibus,
Et de viribus aurei
Phœbi conſpicuum conſuluit iubar:
Talis Baudius arduam
Oſtentat genii nobilis indolem,

Dum se exponere seculi
Tam docti radiis audet, & inuidos
Nil Momi strepitus pauet.
Hic, quem Calliope &, qui strepitum lyræ
Dulcem temperat aureæ,
Pæan diuitibus consecrat insulis,
Quà ver perpetuum viret,
Ignoratque solum sarcula, nec boues
Ducunt fissipedes iugum,
Stillant mella cauis plurima quercubus,
Nec pennis madidis Notus
Aut Auster penetrat imbricitor pedem:
Edens, qualia non edax
Imber, non Aquilo diruat impotens,
Æternumque superstiti
Crescat laude recens, atque nepotibus
Seris indolis arduæ
Et clarum ingenii det specimen sui.

Ad Tychonem Brahe.

Quis deuium me, quis furor entheus
Mundi nitentis tollit in arduas
Sublime sedes, quæve penna
Inuoluerem super astra raptas?
Laxatur imi machina iam poli;
Cœli ecce postes iam Paphie sui
Recludit, & totum patescit
Æthærei penetrale templi.
Vestri leuatus, fallor, an ingeni,
Præclare Tycho, præpetis alite,
Viam audeo affectare Olympo,
Et caput inseruisse stellis?
Quid mirum enim, si me quoque in igneas
Attollis arces, qui, velut Hercules
Traxit reluctantem ex Auerno ad
Temperiem melioris auræ

Collo

Collo trifauci terrificum canem,
Cœleſtem ad aulam protrahis. ardidis
Incocta flammis aſtra, & auges
Sidereæ numerum choreæ.
Hipparchus vt deprendit in æthere
Inuſitatum ſidus & Arctico
Fulgentis in cœlo capilli
Ipſe Conon ſpeciem notauit.
Sæuo nitentes lumine ſic faces
Conſtare iiſdem principiis doces,
Et ducere ex ipſis Olympi
Sedibus ætherium vigorem,
Quin & peregrini ire per aurea
Connexa cœli legitimo probas
Errore palantes Cometas,
Non ſpatiantum vti cenſet ordo;
Errare tractus vſque per igneos
Extrema candent qua liquidi aëris
Sub concauo Lunaris aſtri,
Turbida quod dirimit ſerenis.
Quicunque pennis verſicoloribus
Tranant receſſus ætheris & globos
Anfractibus magnis volutant
Perpetuum, Genii beati,
Mirantur haud mortalibus abdita hæc
Vltra eſſe rerum clauſtra, ſed & ſtupent,
Si quando cœli oſtendit ira
Horribilem faculam & minantem
Crudele terris, aurea ſidera
Cœleſtis aulæ, quæque perennium in-
defeſſa vertigo rotarum
Æthereos moderatur axes,
Pictuſque ſignis ſtellimicantibus
Qui cingit obliquum æthera baltheus:
Spectans nouum ſidus nitentes.

Luna premit ſtupefacta currus;
Sol ipſe tantum prodigium videns
Non vrget vltra præcipites rotas,
Sed & arduo ſiſtens olympo
Occiduum remoratur ignem,
Miratus ignotum Idalii hoſpitem
Cœli Cometen curricula inuia
Capeſcere auſum erraticorum
Æmula curriculis Deorum.

Ode amæbæa in Vindelica M. Velſeri.

Freherus.

Ecquid videtur (vos gemini rogo
Iani) libello municipis mei
De muſteo iſto, Rheticæque
Vrbis originibus vetuſtis
Grutere tu dic, ex animi tui
Sententia; an quid purius, aptius
Curæque opus felicioris
Videris? ipſe etenim iſta calles.

Gruterus.

Quin hercule illo nil opere arbitror
Solem tueri poſſe rotundius;
Seſeque vbi ſic inter æque
Iudicium ingeniumque certent.
O ſcripta lecta! ô Perſica queis nihil
Fautrix negauit; queis & Agonius,
Cum ſtrenua conſorte, nil non
Contulit ac cumulante dextra.

Douza F.

Quodcunque poſſum, eſt inferius meis
Frehere votis; nec meritis tuis,
Velſere, par vnquam futurum eſt

Scribe-

Scribere quod poterunt Camœnæ.
Partem ergo de tanti ingenii bonis
Si intelligendo conſequimur, ſat eſt;
Quodcunque reſtat id colentes
Attonitâ taciturnitate.

Freherus.

Res obuolutæ Vindelicæ graui
Situ iacebant: nec magis obuiæ,
Quam tempus Euandri vetuſtum,
Iapetiuæ, Niniue ſeclum.
Velſere, Princeps tu patriæ decus
Obliuioſi temporis aſſeris
Iniuriâ, Auguſtæque tecta
Nata manu Latii Coloni.

Gruterus.

Hinc omne obiſti ſollicitâ genus
Dextrâ librorum, Græcia quos dedit
Romana, Græciſſantis & queis
Exſinuata trophæa Romæ.
Recentioris quid quod & eruis
Scripta illa ſecli barbara prænimis;
Vt gemmulæ punctum ex aceruo
Stercoris inſubidi referres.

Donza F.

Momenta vt intermortua redderet
Vitæ ſepultis, vndique mortuos
Velſerus inſpexit magiſtros,
Fragmina nec lapidum vlla ſpreuit.
Tu fata priſcæ ne doleas nimis
Antiquitatis, Vindelici ſoli
Perenniclarum Auguſta lumen;
Namque mori potuiſſe, vita eſt.

Freherus.

Freherus.

Voluens, reuoluens, miror vt adprobe
Priſcos, nouellos, cum medioxumis
Excerpſit auctores, & æris
Signa, quadros quoque litteratos.
Nil fugit illum, quidquid ab Auſonum
Graiumve cœlo, vel calamo, aut ſtylo,
Scalprove ſeu fractum integrumve
Huic meruit ſupereſſe ſeclo.

Douza F.

Si cuncta in vnum, quæ poterant fidem
Mentis tenacem fallere perdita,
Collegit, vt coniuncta nunquam
Interitum metuant ſecundum.
Vt preſſa longi nube ſilentii
Nunc clariori lumine fulgeant.
Quam legibus ſi exemptæ fati
Priſtinum adhuc decus obtinerent.

Gruterus.

Mirumne? ſic poſt carnifices equos
Sparſos & artus mille locis, pium
Interminæ Numen iuentæ
Ex homine Hippolytus coruſcat.
Sic poſt Dianæ monſtrificas minas
Rapiumque vultum fœmineum, polo
Illata Calliſto eſt, ſuoque
Sidere vela regit marina.

Freherus.

Victurus olim ſi genium liber
Priuum requirit: nil dubium, hoc opus
Occaſus vtrum immune ſeclis
Innumerabilibus diurnet.

Digitized by Google

Nam grata cedro poſteritas linet:
Seruabit auro patria carius,
Nido Palatinus receptum
Sed nec Apollo reponet imo.

Douza F.

Quis efficacis ingenii orbitâ
Fugiſſe mortem te neget, & libros
Velſere, quos per te ſuperſtes
Ipſa ſibi ſtupet alma Fama.
Quis dentem edacem temporis inuidi
Formidet in te, quis tribuis iubar
Vitale cunctis quæ malignæ
Sub tenebris iacuere noctis?

Gruterus.

Profecto nullus. quin tibi longior
Tantum Deorum munere vita ſit
Velſere; non emortuales
Clara libros modo lux bearit.
Æui reducas mox ſed adoream
Saturniani regificam, petant
Orcique cancros noſtra ferro,
Heu, nimium rigidata ſecla.

Freherus.

Viri eruditi per patriam vndique
Æquare certent nobile quod dedit
Velſerus exemplum; & parentis
Teutonidos verus æmulumque
Regno Quirini reſtituant decus:
Douſam parentem nunc vt inaudio
Parare de gentis Latinæ
Fratribus & ſociis Batauis.

Douza

Douza F.

Nec fama fallit: tale aliquid diu
Iam dextra patris versat: at ipse, quid?
Tui Palatinos laboris
Nempe Frehere dabis Dynastas.
Et principum tot facta toga ac sagi
Boiariorum vix bene cognita
Nicri accolis totum per orbem
Dædaleo iaculabere arcu.

Gruterus.

Sic nempe magnos magna decent. Mihi
Librare sat sit florea germina
Plauti venusti. vndas sit ore
Tangere sat Senecæ perennes.
Sat Teutones si non pudeat mei:
Sat si librorum mox mea me citum
Bis quindecim Suspicionum
Belgica suspiciat parentem.

Ad Scæuolam Sammarthanum V. C.

Phœbeus, ô, cui feruor inæstuat
Imis medullis, Scæuola, non manus
Sed pectora exurens eorum,
Quos tuus attonitos Apollo
Attraxit ad se, more ruentium,
Ventis vbi aër concitus, ignium,
Quos nubibus scissis vapores
Fulguris excutiunt corusci:
Dilecte Musis & Charitum choro;
Risit sereno lumine cui Venus
Formosa, stillauitque rores
Crine recens madido fluentes,
Quum se è maritis extulit imbribus.
O Vena dulcis, Castalin aureo

Liquore

Liquore ditans, ſuggerenſque
Pegaſijs alimenta riuis:
Quantum incitantis conſcia ſe Poli
Auxêre veſtri fluminis agmina,
Dum ſeſe inundant in tam amicum
Cœlitibus caput atque cœlo;
Quem Numinis ſupremi adamantino
Thorace tectum in turbine Martio
Mars obſtupeſcit ipſe, quaquà
Limitem agit radiante ferro:
Quem intenta non læſere tot hoſtica
Tela, at benignæ Cypridos impio
Tutela Gradiuo refulgens
Eripuit, volucreſque fati
Incidit alas: horrida nec Deam
Terrere nudi tunc potuit ſeges
Ferri, nec armorum coruſca
Lux teneros feriens ocellos.
Sed bellicoſæ robora dexteræ,
Et clara virtus iſta volubilis,
Non preſſa, Fortunæ procellis
Materies magis apta veſtris
Futura chordis, Scæuola qui potes
Sacrare cœlo Pierijs modis
Cum laude victores & vda
Tollere humo, fugiente pennâ;
Nec vſitato pectine lubricos
Aptare flexus ad citharæ modos,
Quæ ſyderum olim auctura flammas
Sidereæ noua ciuis æthræ,
Vt ſaxa nunc & flumina, ſic Poli
Connexa ducet, ceu lyra temperat
Phœbea cœlum, quaque fama eſt
Per populos ſcopuloſque cantus
Seuiſſe dulces Orphea Thracium.

Illam ſonantem Nereïdes procul
Exaudient, omniſque Phorci
Ad numerum exſiliens caterua,
Cum liquet æquor; at ſimul altius
Eucta; ſummo hærebit in æthere,
Strictum nec Orionis enſem
Pleiadum chorus expaueſcet;
Tunc ſuſtinebit præcipites equos
Sonore captum carminum amabili
Vulguſque ſtellarum, & nitentes
Luna premet ſtupefacta currus.

Bonav. Vulcanio, cum Agathiam vulgaret.

Magiſtra vitæ Hiſtoria, quæ nihil pigræ
Obliuioni iniuriæque ſeclorum
Patitur licere, laude perpeti dignos
A morte prohibet alitis vehens Famæ
Populus per omnes non ſolubili pennâ
Sed ſæuientis ludus ille Fortunæ,
Qui vrbes & alta regna funditus vertit,
Sæpe obruit ſilentio obrutos leto,
Et perdit euitatq; temporum vitam.
Ne nuper hoc tibi accidiſſe miremur
Felix loquendi laude, Agathia, at infelix
Inertiaq; inſcitiaque lectorum,
Ni te rapaci vindicaſſet à fato
Felix & erudita cura Vulcani,
Hominum vt fruaris luce, pars tui & magna
Alijs ſibique laude poſtuma creſcat,
Segetemque famæ hanc vindici ſuo linquat;
Et editori, quem loquetur omne æuum,
Functo necem abſtuliſſe, mortuæ & vitæ
Dediſſe vitam, quæ perennis huic ſtabit,
Dum ſtatio terris fuerit, & ſtatâ Phœbus
Niueam recurret orbitâ aduehens lucem.

In nuptias Iodoci Menini.

Iden' vt puſillus ardifœta lampade
Domet Cupido cuncta, cui toties ſtetit
Auuſque ſupplex, quemque mater flectere
Valuit nec ipſa: nempe dulcis de tuo
Animo rapina facta, Menine, hoc probat,
Corque igne tactum feruido medullitus:
Rapina, quæ animum reddidit raptum tibi;
Cor, quod tibi illa, quæ inuolarat, rettulit,
Felice damno; quippe quæ donet ſuum,
Solitas & vſtulare amantum pectora
Facibus maritis ecce nunc mutet faces:
Parnaſſio quas amne tinxit Delius:
Quas vt perennent, ipſa ventilat Fides.
Felix tua ter ſorte Virgo, quam nouem
Chorus Dearum laudat atque cœlitum
Sanctus ſenatus. nam tibi partem ſuæ
Tranſcripſit animæ Palladis iuſtiſſima
Themidiſque cura, lacteæ & facundiæ
Flos ac medulla corculumque Apollinis.
At tu beate Sponſe, cui cupido hanc Deus
Fortunat horam cernis vt ſerenior
Subluſtris æthra fulgida micat Polus?
Venerique carum tollit Heſperus iubar?
Iam mixta nuptæ vota lacrimis iubent
Simulacra billi Martiæque Cypridis
Ciere pugnam. Ergò agite par dulciſſimum
Luſu iociſque vinulis venuſtulis
Variate noctem; blanduloſque liberos,
Sed & nepotes paruulos breui date.
Comeſque canitudini concordia,
Animos tenaci quæ reuincit glutine,
Vos calcem ad æui proſequatur candidum.

In amores coniugales Petri Brachij.

Descende cœlo iam, & fidibus nouis
Ordire dulcem Pieri næniam,
Non ante vulgatos per ignes
Dum Venerem canimus iugalem.
Famosa longè Tyndaris exulet
Spreto marito læuis adulteri
Mirata crines; & cruentæ
Hinc fugiant Danai puellæ:
Infamis hinc & sit procul aureæ
Torquis redemtrix stulta, monilibus
Quæ inducta gemmatisq; baccis
Exitium peperit marito.
Vos iura casto quæ colitis thoro
Adsitis, & quæ diceris integra
Mansisse bis denos per annos
Dulichij reditum mariti;
Et quæ supremos coniugis in rogos
Se misit audax; &, nece quæ sua
Redemit Admeti salutem
Non sine Dîs animosa coniunx.
Sed quid iugales aduoco pristini
Secli calores? nullus amor, tuo
Quin obruatur igne, Brachi,
Legitimi fuit ante lecti;
Cuius fidelis ardor & vltimæ
Secura Lethes littora traijcit,
Dum tu antra Musarum sacerdos
Ingrederis pede trita raro
Plorans Perottæ funera coniugis.
Quali Charontem carmine Thracius
Vates & impexos capillis
Eumenidum stupefecit angues;
Quali Gelonis Salmonio fuit

Defleta

Defleta verſu; vel numeris quibus
Cognominem Creſſæ puellam
Pierio recubans in antro
Pontanus ad cœlum extulit; hic vbi
Iuxta Lyææ coniugis additum
Stellis honorem nunc & ipſa
Sidera præradiat minora.

Ad hortum Iuſti Lipſi.

Felix hortule. ter quaterque felix;
Qui, ſeu ver Boreâ fugato apricam
Inducit Zephyri tepentis auram,
Seu Sol igniferum premens Leonem
Exuſtos grauiter hiulcat agros,
Præbes Lipſiadi ſuos receſſus;
Muſæos & amabiles receſſus.
Quo te carmine, quo canemus ore?
Non mendacia vana te vocabunt
Ad cœlum Hellados vlla fabuloſæ:
Non Afri auriferum nemus draconis,
Non pomaria Tantali. atque mille
Florum in aëre penduli colores:
Sed cultoris honos decuſque clari
D s magnis quoque reddet inuidendum,
Cum præ vallibus ipſa te beatis
Coniunx aſſiduè colet Fauoni.
Et vos Alcinoo beata tali
O florentia gramina atque plantæ
Debentes pluuio nihil tonanti;
Nam ſufflamine vos ſui Fauoni
Fouet Lipſius ipſe, Muſicique
Semper nectaris irrigat lepôre:
Quo vos carmine? quo canemus ore?
Non mendacia vana vos vocabunt
Ad cœlum Hellados vlla fabuloſæ:

Non planta Idaliæ cruenta Diuæ,
Excuſſuſve truci puer nouercæ,
Et re ſperſa ſacro liquore terra;
Non gleba Oebalio madens cruore,
Non Narciſſe tuo rigata fletu:
Sed cultoris honos decuſque clari
Dis magnis quoque reddet inuidendos;
Cùm pro nectare cœlitum beato
Veſtro Iuppiter imbuet ſe odore.
Felix hortule gramina ô beata:
Propter vos, Heliconios Apollo
Fontes linquit & antra ſæpe Pindi;
Nec abſque inuidiæ tacente morſu
Hortum Lipſiadis videt beatum
Præ ſuis celebrarier viretis.

Ad Mercurium.

Sic te Deorum iuxtà amet inſimus
Et ſummus ordo; ſic placidos Cypris
Reflectat in te blanda ocellos,
Seque tibi facilem recludat:
Facunde ſis ô Modeo Atlantides
Vrbes ituro lenis in exteras,
Nocere ne poſſint iniquæ
Dura viæ mala, dura cœli;
Serueſque cordis dimidium mei,
Noſtrumque, quotquot præſtite Apolline
Signis ſub iiſdem, ſub tribuſque
Terque tribus ducibus meremus.
Illis ſeuerum cor triplici Deus
Muniuit ære, & pectoris indolem
Firmauit ignorante vinci
Robore Palladij rigoris;
Primi remotas gentis ad exteræ
Euntis oras, diſcidium malum

Spectare

Spectare qui cari ſodalis
Luminibus potuere ſiccis.
Nequicquam amici copula pectoris
Solui renitens vſque tenet duos,
Si ſæpe diuellant amatos
Vel loca vel mala Fors ſodales.
Sed lachrymarum deſine mollium
Modæ tandem, flebilibus neque
Vrgere pertendas ademptum
Vſque modis, miſerande, fratrem.
Fruſtra vocatur, quem ſemel horrida
Virga ſilentum compulerit gregi
Cyllenius noſtris querelis
Indocilis reſerare fata.
Nil cautum in horas eſt homini ſatis;
Nam quid ſagittas & celerem ſequi
Vitamus hoſtem, iter ſi in ipſa
Inueniunt quoque fata pace?
Fruſtrà eruditi pulueris aureas
Scrutatur artes; fruſtra abaco notas
Memphiticas mentis ſagaci
Perſequitur moriturus oclo:
Sic Archimedes, dum cineri ſagax
Infigit atro, quæ propioribus
Iam iamque Romanis nocerent,
Et patriæ parerent ſalutem,
Eludere auſus lubricus hoſticos,
Deprenſus hoſti eſt: occidit & Conon
Admiſſus ad cœli receſſus
Concilia & Superûm verenda.

In inſignia Pauli Meliſſi quæ cygnum cum Lilijs præferunt.

Cygne Phœbeum modulate carmen,
Voſque diuini monimenta lactis

Lilia, ô terræ genitabilis for-
mosa propago;
Sors nimis felix vtriusque vestrûm,
Queis datus talis locus, vnde vobis
Maius accedat decus. huic loco quàm
Additis ipsi;
Non scio in culto cuperetis horto
Præ hoc odorati calathos amomi
Et rosas inter, violæ nec vnos
Stare colores;
Non croco incinctos decorare crines
Vel tuos, Cypris, vel, Apollo vestros
Flexiles inter hederas odoræ &
Germania lauri.
Tuque non ripis auis in Caystri
Triste nunc malles epos integrare,
Funeris diuinum epos imminentis
Conscia fati;
Et modò aspirante leui marito
Chloridos vernæ niueum in virenti
Gramine inclinans latus auspicatum
Condere carmen.
Fallor? àn Melisse tibi Latinæ
Spiritum grandem dedit hæc Camœnæ,
Dum mele dictat sua quæ videri
Vellet Apollo?

Ad Ianum Gruterum de ocellis eius.

Dum canis Harmosynes oculos, & carmina ducis
In tua fœcundos Aonidum latices;
Venit Amor propius: sed cum liquor omnis in istis
Indomitis Dominæ ferueret à radijs,
Ambussere humerum stillæ exundantis aquai,
Nec Psyches æquè noxia flamma fuit.
Ex illo, quoniam læsis non vtitur alis,
Haud quoquam à libris se mouet ille tuis.

De lusu

De luſu Batauorum in Glacie.

Mars pater aſtricto cernens in marmore Rheni
Currere ferratis Cattigenas ſoleis,
Ad tam pulchra Deos ſpectacula conuocat omnes;
Dumque artem inuenti iactitat eſſe ſui,
Tandem hæc ad comites, & te fortaſſe notabat
Dum reliquos curſu Romule, prægrederis:
Nunc ſua quantumuis talaria præferat Hermes;
Altius vt volet hic, ocyus iſte volat.

De Iano ſecundo Hag.

Dum Veneris cantat Puerum cum Matre Secundus,
Ipſi omnes Veneri ſurripuit Veneres.

In Orphea Iani Secundi.

Vallibus à Stygijs redeat ſi Thracius Orpheus,
Et videat vates, Orphea. magne tuum;
Dicet: Dî facerent. cecinissem talia quondam,
Mitior heu in nos, Pluto, futurus eras.

P. Cornelius Scipio Africanus.

Iactauit ſeſe genitum genitore Deorum
Ille cui titulos Africa victa dedit.
Sed tua tranſgreſſa eſt illum quoque, Scipio, virtus;
Et, quo nil maius, tu Ioue maior eras.
Tu ſeruas patrem, hic regno expulit: hic rapit omnes,
At tibi virginei cura pudoris erat.
Quærendus pater eſt alius tibi, cùm neque cœlum
Te dignum poſſit nec dare terra tibi.

In comparationem Poeta & Cygni.

Phœbus amat vates. cygnum quoque diligit idem;
Candidus eſt vates, candidus eſt & olor:
Adde, ambo campis quòd delectentur apricis;
Adde, quod & tenerum fundit vterque melos.

Omnia conueniunt, magnum at diſcrimen in vno eſt,
Quod bibit hic vndas, quod bibit ille merum.

Ad Chriſtophori Plantini manes.

Perſarum quondam tumulum Chernite Tyrannus
Exſtruxiſſe ſibi dicitur è lapide;
Vindicat hic tetra quoniam à putredine corpus,
Atque æui longùm ſuſtinet inuidiam:
Sunt, queis Pyramidum moles ad ſidera ductæ
Aut Mauſolei condidit oſſa labor,
Scilicet vt tenebras & longi obliuia ſecli
Effugiat mœſti flebilis vmbra rogi.
At quanto meliora tibi monimenta paraſti,
Quæ titulos vſque in ſecla futura tuos
Diffundant, Plantine, eaq; haud gemmiſve vel auro,
Sed ferro & charta compoſita è fragili;
Sic tamen, vt nihil ignis edax huic obſit, in illud
Rubigo poſſit vt carioſa nihil?

Ad eundem.

Chalcographum, Plantine, æui flos vnice noſtri,
Rupiſſent tetricæ quum tibi penſa Deæ,
Sic cuncta aërij ſub verticibus Parnaſſi
Vidiſſes modo non funere taſta pari,
Vt niſi creuiſſet lachrymarum flumine largo,
Caſtaliæ iam fons aridus eſſet aquæ.

In eiuſdem effigiem.

Vt, ſi docta manus Solem depinxerit, eius
Exprimere ardentes non potis eſt radios:
Expreſſit docili ſic te quoque Goltzius ære;
At parta ærumnis innumerabilibus
Per te hominum generi quæ commoda prouenerunt,
Artificis poterit reddere nulla manus.
Orbi equidem tu Sol alter: hoc maior at iſto,
Quod radios etiam poſt tua fata iacis.

ΕΡΩΤΟ-

ΕΡΩΤΟΠΑΙΓΝΙΟΝ.

Ad Ianum Gruterum.

Quæ canit exiguos primiq; Cupidinis ignes,
Cui ſe Muſa dicat? cui, niſi [illegible]ane tibi?
Hoc genio, Grutere, tuo cultiſſime debet,
Hoc prætexatæ debet amicitiæ:
Ergo cape, hæc quæ iuſſit amor me ſcribere cœcus
Inſcribitque tibi nunc oculatus amor.

Carmen I.

Dum Venus aureolis in oclis ſtabulatur Hyellæ,
Forte leuis Dominæ captus amore Puer:
Hoſpitium hoc concede mihi, dulciſſima mater,
Dixit; in his ſedes ſit mihi luminibus.
Dixit. dicta Venus Pueri rata fecit, Hyellæ
Iuſſit & in pulchris ludere luminibus:
Ille autem ex oculis radiantia ſpicula torquens,
Flet ſibi laſciuas tam valuiſſe manus;
Nam quotquot radios Dominæ deprompſit ocellis,
Tot ſubito terram corripuere faces:
Cuncta ardent totoq; fluunt incendia mundo,
Durare & flammam iam negat ipſus Amor.
Tu vero, patrias auſum tentare quadrigas
Percuſſit fulmen [illegible]haetonta tuum,
Iuppiter, inuiſum quid ceſſas perdere Amorem?
Captus enim fleſti tu quoque ſæpe Deus:
Fulmina quid ceſſant manibus fabricata Cyclopum
Ignibus excuſſis currere vtroque polo?
Nonne vides, quanto mare terra laboret ab æſtu?
Machina vti fiat mundi operoſa cinis?
Iam gelidis fruſtra tentat ſe mergere in vndis
Inſolitâ primum [illegible]arrhaſis vſta face,
Ipſe fugit quamuis tardo temone Bootes,

Et gelidus vires sumit ab igne Draco;
Anguitenens cuius sinuosa volumina tentans
Inualidam damnat victus in hoste manum.
Sed quid ego optaui paulo prius? ignibus ignes
Maiores addunt iam tua tela Pater:
Quin potius vertat inflexam funditus vrnam
Phryx puer & Delphin æquora tota vomat:
Quid cessant Hyades nascentis & impetus Hœdi?
Martis & Arcturus quid referens rabiem?
Quid latus ensiferi nimium latet Orionis?
Quid liquidi fluctus stellifer Eridani?
Sed bene habet cadit ecce imber ruit æthere nimbus,
Præcipitat ruptum machina laxa Iouem:
Nec poterant Dominæ tamen ista resistere flammis,
(Tantis inextincto spirat ab ore vapor)
Deucalioneas iterum nisi miseris vndas,
Et cataracta imi sit reserata maris;
Aut nisi descendat superis exercitus oris
Hanc pestem infernum deiicere in barathrum;
Qualiter Enceladi affectans violentia cœlum
Corporis imposito monte grauatur onus:
Illum motantem latus & freta proxima Rhegi,
Et longinqua tremunt littora Trinacriæ.

Carmen II.

Crinibus ex Dominæ fallacia retia nectit,
Ex oculis in me specula torquet Amor;
Promit at ex labris quamuis humentibus, ignes,
Queis cedant manibus fulmina missa Iouis.
Sæue puer, quo tam crebra in nos machina, tanquam
Exitio miseris non satis vna ferat?

Ex Græco Carmen III.

Et niue & igne petas me Iuppiter vsque licebit,
Inque meum iacias tela trisulca caput:

Quippe

Quippe Cupidineis afflatum fulminis alis
Nec tua conficiet tertia flamma, Pater.

Carmen IV.

Corollam mihi miſeras, Bathylla,
Quam poſtquam manibus meis prahendi,
Arſi continuo impotente flammâ
Peruſtus velut Ætna vel Veſeuus.
At tu parce mihi, Bathylla, parce;
Non ſum, quo pereunte tu triumphes,
Mihi aut parcere ſi neges at iſtis
Saltem floribus, ô Bathylla parce,
Qui iam languiduli caput reclinant:
Nec proſunt lachrymæ meæ per ora,
Inſtar fluminis, vſque quæ rotantur;
Accendunt potius magis magiſque,
Tanquam Palladiæ arboris liquores.
Tu vero, mihi priſtinum tuiſque
Si vis reddere floribus vigorem,
Æſtus ſume pares, potentiori
Vt flamma minor obruatur ignis.

Carmen V.

Cur, quoties nobis offers te luce videndam,
Protinus obſcurâ, lux mea, nocte premor?
At quoties te nocte datur contingere cœcâ,
Nox mihi vel medio clarior illa die eſt?
Sic ego, ſed, qui forte mihi ſe obiecerat, iſta
Leniter arridens reddidit ales Amor:
Hæc coniuncta die radiantis fulgura vultus,
Vt Sol, offundunt luminibus nebulam;
At quum ſola nitet, nec lux eſt præter Hyellam
Vlla, inuita atras nocte fugat tenebras.
O quæ ſola potes naturæ inuertere leges,
Tu mihi nox luce es, tu mihi nocte dies.

Carmen VI.

Mitto roſas, mea vita tibi non hinc vt honorem
Conciliem, ſed vti ſis honor ipſa roſis.

Carmen VII.

Tireſiam vatem priuauit lumine Pallas,
At mihi tu mentem omnem eripuiſti animi:
Maius habes quanto, lux, ó mea, Pallade numen?
Lumina tu mentis, corporis illa rapit.

Ex Graeco Meleagri Carmen VIII.

Mellea progenies florum populata decorem,
Quid violæ rorem linquitis ambroſium,
Mollia formoſæ libantes membra puellæ,
Cumq; thymo vernos deſeritis calyces?
Scilicet innuitis Dominam ſub pectore Amoris
Dulcacidum ſtimulum ſemper habere ſuo?
Sic certe eſt. hoc nempe erat. at diſcedite, quippe
Cognita iampridem res erat iſta mihi.

Carmen IX.

Nox erat & feſſos artus ſopor altus habebat;
Occurrére oculis talia viſa meis:
Campus erat, campi occulerant procul vltima ſiluæ,
Inde auium audiſſes hinc leue murmur aquæ;
Antra nec inculto deerant pendentia topho,
Nec fons muſcoſo proſiliens lapide;
Præbebat Boreas raptæ memor Orithyæ,
Ipſe mihi & Dominæ frigora grata meæ;
Dilecta Dominæ; quæ, quum mihi dura negaret
Se prius, & toruo lumine deſpiceret,
Tum facilis, nulliſque mihi flectenda querelis,
Deſiluit noſtrum protinus in gremium;
Quam circum volitans pennâ ſtridente Cupido
Spargebat tenerum flore ſinum vario,
Flore, vel è veſtris quem, candide Phœbe, pharetris.

Vel l

Vel quem maternis prompſerat è calathis;
Candor erat, Scythicaſq; niues, cygnoſque Cayſtri,
Et Tiburtinum qui ſuperaret ebur.
Inuidêre iocis ſiluestria numina noſtris,
Et timor errantum Faunus Hamadryadum:
Vna dies ternas poterat præcurrere noctes,
Quas Iouis Alcmene dormiit in gremio,
Facilis præ me nimium quem Somnus Amorq;
Ah, toties vanis luſit imaginibus;
Flexa mihi duræ dum credo corda puellæ
Gaudia fallaci miſſa fouens ebore.
Tu quoque Phryx paſtor felix cui viuida fertur
Suppoſita optati corporis effigies:
Non te fallaci deluſit imagine ſomnus,
Sola Deûm inuidit Tyndarin ira tibi.
Nulla Deûm nocet ira mihi ſed ſomnia veris
Deliciis prohibent inuidioſa frui.
Quid quæror heu miſero vanæ mendacia noctis,
Gaudia fallacis quid nocuiſſe tori?
Sat mihi ſi faciles, mea Lux torquebis ocellos,
Nec nimium toruâ te mihi fronte neges:
Digna quidem, pro qua vernantes millia multa
Immundo crines puluere collinerent,
Et facerent. ſi te formoſo tempore natam
Vidiſſet noſtris Priamides oculis:
Sed mihi quid prodeſt veſtræ præſtantia formæ
Cordolium magnis quod faciat Superis;
Si maneo, qualis fueram. quum cognita nondum
Mi vultus eſſent tot decora alta tui.
Nauita ſic, optata etſi procul emicet Arctos,
Guttura naufragis proluit æquoribus.
At tuæ, me miſerum, radiantia lumina quamuis
Sint Helice noſtræ, ſint Cynoſura rati;
Non tamen aduerſam poſſum vitare Charybdin,
Niſæoſue, maris monſtra timenda, canes.

Sic,

Sic, mihi dũ te Helicẽ aut Cynoſuram ſpero, Charybdis
Tu violenta mihi es, tu mihi Scylla rapax;
Hocq; mage es mihi Scylla rapax, mihi ſæua Charybdis,
Quo magis es mî Helice, quo Cynoſura magis.

Carmen X.

Vnde, precor, mihi tot lachrymæ aut ſuſpiria; ſi vnus,
Eſt metus, & domina eſt vnica, & vnus amor?
Ah miſer! an neſcis, quamquam vna eſt machina, curſus
Orbium & anfractus eſſe prope innumeros?
Credo equidem at cur, quum gyro facili iſta recurrant
In ſeſe, ad ſeſe non redit vnquam animus?

Carmen XI.

Quum tu tu vita lyram digitis percurris eburnis,
Et liqnidum argutâ diuidis aure melos,
Quale canit victor Parnaſſi in vertice Pæan,
Quale ſonat tremulo gutture canus olor;
Spiritus heu mihi deficit, atque vt cera liqueſco,
Et melos hoc auidâ mi haurit ab aure animam,
Et facies abit in violæ mutata colorem
Oſtendens lentis quam peream facibus.
Sic quondam memorant in perniciem, Sirenum
Carminibus tractos Dulichij ſocios,
Quas tamen egregie prudens vitauit Vlyſſes
Auribus obſtructis atq; retortâ acie.
Sed me nil oculos iuuat auertiſſe vel aures;
Sic me, vita, tuus faſcinat vſque decor.
Deſine iam, in cineres abeam ne totus, Hyella,
Pars animæ ad Manes iam natat ecce meæ.
Sic ego: at inſuetum carmen deprompſit Hyella,
Audi tum nunquam quale prius fuerat,
Carmen Tartareâ quod me de valle reduxit,
Atque ad ſe iuſſit hanc remeare animam.
I nunc, Orphæos tollas ad ſidera cantus;

Ah,

Ah, quantum argutæ vox mihi præſtat heræ,
Depoſito vitam toties quæ reddidit, in quam
Parcarum poſſint iura ſeuera nihil?

Adumbratum de Anglico Henr. Conſtabilis.
Carmen XII.

Ne, quod te celſo fugiat per inane volatu,
Cor precor ah miſero ſæuius vre mihi.
Culpa tua hæc; veſtri pennis ſublatus Amoris
Mortali ignotas cogitur ire vias.
Ac velut halantes cœli ad confinia fumos
Cynthius æthereis vſque trahit radiis,
Vnde trabes flammaſq; creet dirosue Cometas,
Aut crine accendat lampada flammifero;
Affixam ſic ante ſolo lux enthea mentem
Suſtulit, vt ſuperis inſerat ordinibus:
Hic vbi ſacratæ radiant velut aſtra Coronæ,
Fulgurat ardoris ſic quoque flamma mei.
Quin igitur tellure etiam me tollis inerti,
Ne patiar mentis flebile diſcidium.
Sic mihi tu cœlum, cœli ſic lumine nobis
Continget totis noctibus vſque frui.
En iterum clamo effectus vtriuſque caloris
Expendens pectus mitius vre meum.
Idem nos ignis, in te qui fulgurat, vrit:
Secum cuncta trahens ignis vt attrahitur.
Ignis more tuum ad ſeſe trahit omnia lumen;
Vtque ignis, noſter ſumma petiſſit amor.

Carmen XIII.

Quæritis, exciderint toto cur nubila cœlo
Vrna nec aſſuetas Troica fundat aquas?
Vnde vagum nullis aſſurgat fluctibus æquor?
Lucidior ſolito ſplendeat vnde polus?
Silua quid in lætis ſurgat formoſior aruis,

Incipiens patulis luxuriare comis?
Flore quid omigeno facies telluris amœna
Rideat, & nitido gurgite flumen eat?
Non hæc aura facit Zephyri, vel ſudus Iapyx,
De nihilo nec ſic ira cadit Boreæ:
Candida felices poſtquam migrauit in agros
Tranquillans aſpectu omnia Hyella ſuo
Cœlum etiam exhilarat, mortalia pectora quantum
Demeruit, tantum demeritura Deos.

Carmen XIV.

O Pulchri Narciſſi ô candida lilia, Hyellæ
Dona meæ, dominâ munera digna ſuâ,
Quæ vos, quæ genuit tellus? quo nectare lætas
Sparſerunt Zephyri & Chloris odora comas?
Voſne ſub Idaliis aluit Venus aurea ſiluis?
Voſne in Pegaſeis pauit Apollo iugis?
Felices nimium flores, quos carpſerit illa
Dextera, & os illud purpureum attigerit?
Fallor? an & roſeo flos traxit ab ore ruborem,
Et manuum Dominæ candor ineſt foliis?
Sic certe eſt. Viden' vt rubor in medio vſq; renidet
Atq; vt lacteolis flos nitet in calathis?
Viuite perpetuum Narciſſi, nec grauis æſtas,
Nec vos mordaci frigore adurat hyems.
Viuite perpetuum noſtri monimenta caloris;
Semper & in vobis ille color maneat,
Sufficiant Zephyros donec ſuſpiria molles:
Sed neque deerit aqua copia languidulis,
Flumina dum lachrymarum imbris vice, larga bibetis,
Nec ſol, dum ambuſto in pectore flagret Amor,
Tantum, vndas, metuo, ſuperet ne flammifer æſtus,
Neu valeant ignem exſtinguere lachrymulæ:
Quod ſi nutriri lacrymis poſſitis & igne,
Nec vos exurat flamma, nec vnda ſuâ

Vi pe-

Digitized by Google

Vi perimat, tunc ſæpe meo vos carmine dicam,
Tunc vos formoſis anteferam violis.
Tunc roſa concedet vobis, cedent Hyacnthi,
Quanquam his flos Phœbi, Cypridis illa cluat.

Carmen XV.

Illapſus tacitis pennis Puer ales in alto
Corde tuam graphice ſcalpſerat effigiem;
Vis oculi quum, Vita, tui cor ſuſtulit omne,
Et cum corde tuam ſuſtulit effigiem
Iamq; duce errabam amiſſo, poteramque nec vmbram
Vel reperire tui, vel reperire mei;
Lumina dum nobis geminum vibrantia fulgur,
Lumina ſidereis æmula luminibus,
Alluxere facem qualis ſub nocte ſilenti
Eſſe Helice nautis aut Cynoſura ſolet,
Monſtrantes iter igne ſuo, veſtigia poſſem
Qua reperire mei, qua reperire tui.
At Venus, attonſis quoniam non auolat alis
Perpes & in rapto pectore degit Amor,
Iam ducem vt amiſit, quærit neque repperit vſquam
Cum Dominâ Puerum, cum puero Dominam.

Carmen XVI.

Dum mecum viridi ſtrata ſub arbuto,
Aut ad fontis aquam leniter in caput
Reclinata iaces; eia age triſtibus
Supremam mea dic Vita moleſtiis,
Et me nexilibus ſtringito brachiis;
Tunc ducam è labiis roſcidulis tuis
Imbuta Idalio nectare baſia,
Dum quantum eſt, animæ quod ſuper eſt meæ,
Me linquens animam fugerit in tuam.
At tu parce mihi, parce animæ meæ,
Nec me ſemianimem deſtituas precor:

Iam corpus liquidas ſic in aquas abit,
Vt cera in latices tota reſoluitur
Vel Solis radiis vſta vel ignibus,
Heu, quantum his tua ſed flamma potentior.
At tu redde animam, redde precor, precor;
Aut reddas animæ dimidium meæ,
Obſes pectoris vt ſit reliquum vagi,
Ne poſſit dominam linquere transfuga.
Sic dum ſollicito te prece plurimâ,
Non ferrum atq; chalybs aut ſilices tibi
Stant corde in tenero. victa dabis manus.
  Et reddes animæ dimidium meæ,
Me longi recreans rore ſuauij.
Sic, dum fata ſinunt & celeri rotâ
Præceps vita fugit, viuere nos iuuet:
Viuendum volucris ipſe monet dies,
Et bruma approperans iam pede frigido,
Mutatura niues gramine fertili,
Decuſſura leues arboribus comas.

Carmen XVII.

Quid mirum, valido quum ſeſe obſeſſus ab igne
  Colligat & vires ſumat ab hoſte rigor;
Fulminibus Dominæ & flammati cordis ab æſtu
  Preſſa ſtupent rigido ſi mea membra gelu?

Carmen XVIII.

Cernis, vt ornatum referat Fulgentia Mundi,
  Sparſaque per campos lumina ſidereos?
Sic iubare aſpicias tremulo vndique ſcintillantes:
  Mille faces cœlo, mille faces oculis.
Cordis & inſpicias modo ſi penetralia; dices
  Pectora Saturni frigidiora gelu,
Seu placido eſt vultu, Iouis inſtar cuncta ſerenat:
  Seu tumet, ex oculis Martia tela iacit.

Expre-

Exprimit & Venerem diuino frontis honore,
Nec Phœbo cedit aurea cæſaries.
Quique celer rapitur vario Cyllenius aſtro,
Inſtabilem Dominæ denotat ille fidem.
Vltima quæ tacitum Phœbe metitur Olympum,
Candori iunctam ſignificat glaciem.

Carmen XIX.

Cum te lux video, videor mihi cuncta videre,
Etſi aliud noſtri nil videant oculi;
At tua ſi quando facies mihi, Hyella, negatur,
Aſpiciam quamuis omnia, cerno nihil.

Carmen XX.

Narciſſum tepidi mitto, lux, munera Veris,
Iunctaque narciſſo carmina noſtra tibi:
Vt mihi pro libro reddas humentia labra,
Proque meo florem dés mihi flore tuum.

Triumphus XXI.

Vicimus hei tandem, & ſæuos reſtinximus ignes;
Vicimus: è rigido pectore ceſſit Amor.
Ite leues luſus, ioca blanditiæque valete:
Tuque vale mentis carnificina meæ:
Non ego, Hyella, tuos poſthac mirabor ocellos,
Purpureaſque genas, artificemque pedem:
Non ego perpetiar faſtus & iurgia mille,
Florea non rigidis ſerta dabo foribus:
Nec te ſpumigena referam cum Matre Cupido,
Peius habet Stygii quo nihil aula Iouis.
Ex te odia & furor & cædes & bella cruenta,
Ex te hominum generi plurima nata mala;
Mortali geſtas tu tela madentia cæde,
Tu iacis in tenerum ſpicula dira iecur;
Credula tu blandis corrumpis corda venenis,
Vt ſolet Ææo ſaga miniſterio;

Tunc curæ ſubeunt, lachrymæque, at cura ſalubris
Nulla ſubit Bacchi, nulla ſubit Cereris.
Cingite victrices ergo mea tempora lauri,
Qui potui tantum perdomuiſſe malum:
Quod nec tela Iouis, veſtræ Neptune nec vndæ,
Arma nec armigeri quod potuere Dei.
Omne genus morbi ſanare ſalubribus herbis
Qui poteras medicæ Phœbe repertor opis,
Non tamen hos æſtus voluiſti extinguere tunc, quam
Non puduit magni te gregis eſſe ducem:
Tu quoque Lemniacis Mauors eluſe catenis
In cœlo quondam fabula turpis eras.
Parua loquor: ne quid ſceleris reſtaret inauſum,
Perrupit volucris ipſum Acherunta Puer,
Tunc cum Tartareo rapta eſt Proſerpina Regi,
Cumque ſua amiſit virginitate diem.
Tu quoque, cum coniunx manes penetraſſet ad imos,
Senſiſti Eurydice, quid ferus eſſet Amor.
Hunc ego non herbis, magico non vincere cantu,
Sed potui ſani pectoris auxilio.
Cingite victrices iterum mea tempora lauri,
Mique, Puer, de te ſæue triumphus eat.
Rex eſt, qui mentis cœcos euicerit æſtus,
Non qui hominum ſub ſe millia multa tenet,
Quem timor haud vllus, peiorque timore cupido,
Præcipitis vulgi ſollicitatve fauor;
Eſtque voluptatem cui ſpernere ſola voluptas,
Illecebris captum ne premat illa ſuis.
Iuppiter vt fractas Pueri mala tela ſagittas,
Iuppiter, exſtinctas vt videamq; faces.
Ille ſuum triplici pectus muniuerat ære,
Qui tua qui princeps vincula rupit Amor,
Nec timuit pharetras arcuſque & tela minantis,
Blanditiaſque omnes fregit & illecebras.
Ille ſupra Diuos alte caput extulit omnes,
Dignus & his ipſis imperitare fuit;

Sic.

Digitized by Google

Sic ego ſim. ſic & liceat conſumere, Parca
Dum ſinit, ætatis tempora verna meæ,
Vt mulier noſtros non ſentiat vlla furores,
Nec vinctum collo ſub ſua iura trahat.
Ergo tua, ô Bona Mens, tua me in ſacraria condo;
Tu mala de corde hæc omnia pelle meo,
Quæ mihi nec noctes, nec ſunt mihi paſſa quietos
Ire dies, dum me torſit acerbus Amor.

In effigiem Iulii Cæſaris Scaligeri.

Ingenium cui Dis, & mens contermina cœlo,
Cuncta vnus, cunctos qui ſuper vnus eras,
Muſarum pater. & dextræ par fulmine Marti,
Dum pariter tractas ſingula mente pari,
Quem rerum omnigenas Natura exquirere vires
Non docuit, de quo docta ſed ipſa ſuas:
Æmule Naturæ, meta & ſpes vltima rerum;
Dicere quem totum Fama nec ipſa poteſt.
Sed neque te mens noſtra capit; veſtraſque tacere
Nulla valet laudes lingua vel exprimere;
Ipſe tuos niſi, queis Nati intra pectora viuis
Poſt obitum aſpires in mea vota Deos:
Vt Famæ momenta tuo quæ lumine maior
Facta volat, poſſit linguave menſve ſequi,
Dia quæ inacceſſæ excipiant incendia mentis,
Et lucem à tanto accipiant animo.
Sed non mortales hebetantia fulgura viſus,
Non aciem ingenii hanc lumina noſtra ferunt.
Nec fas ſit mihi plura, ſed hoc ſit fas mihi ſolum
Dicere; te, niſi tu, dicere nemo poteſt.
Quid mirum? Natura loqui nam deſtitit ipſa,
Illa tuo poſtquam deſtitit ore loqui.

In effigiem Ioſephi Scaligeri.

Temporis ô priſci vindex, ô gloria noſtri,

O Patris, ô patrii pignora certa Poli,
(Nam per te, atque in te iampridem Scaliger vno
Redditus ille orbi, redditus ille ſibi)
Ipſe tibi & Pater & Cœlum, dum pectore ſacro
Tanta capis cœli munera, tanta Patris:
Non te qui diæ cepiſti fulgure mentis
Omnia vel carmen vel tabula iſta capit.
Tantum vmbra eſt hæc vmbra tuæ, quam mittis, abeſſe
Totus adhuc Batauis ne videare tuis;
Communi tecum vnde Duces à ſanguine ducti,
Atque vbi ſunt generis pignora tanta tui.
Namque & maternos attingunt ſtemmata Boios,
Cæſaribus proauis & tibi fulta domus.
At tu Caſtalidum huc transfer pia regna ſororum,
Omnia quæ regni dant tibi iura ſui
Vt mens te capiat, præſens te ſuggere nobis;
Et lingua vt fando ſit ſatis, ipſe veni.
Iam Batauis luceſce tuis atque exere flammmas,
Queis ſine vel medio nox ſilet atra die.
Tunc non ad ſuperos terra hæc caput efferet orbes,
Æmula ſed ſupero mox erit illa polo;
Proque ſolo cœlum fiet, quod ſole perenni
Nominis irradiet ſplendida fama tui.

In effigiem Iuſti Lipſii.

Muſarum Genius, priſci ſtirps aurea ſecli
Romam orbi, Romæ ludos, ludiſque Theatra,
Verbaque reſtituit Latio, verbiſque ſonorem,
Et Regno Sophiam, & Sophiæ ſua priſtina regna.

Ad Dominicum Lampſonium.

Quid mirum, tibi Dircæo qui accedis olori,
O & Appellææ gloria prima manus,
Carmina ſi vati, pictori mittimus vmbram;
Illa carent lima, lumineque iſta caret.

At

At quis te melior limam his, aut addere lumen?
Qui lima es vatum, lumen es artificum.

In Florentis Christiani Andromacham.

Ceu placidum ſacros lauri nemus afflat odores,
Ridet & aduentu Chloridos omnis ager,
Sic tua Cecropio ſtillans facundia melle
Muſæum ambroſio ſpargit odore chorum.
Scilicet Andromacha hoc Florens ſatis vna loquetur
Auſonium per te tam bene docta melos.
Triſtia quæ veteris renouans exordia luctus
Fortunæ recipit iura ſuperba ſuæ:
Ingenuam dum cuncta iubes regnare per ora,
Et captiua iterum vincula ferre vetas.
Macte animo Florens: nam Græco vt barbarus hoſtis
Sic cum barbarie Græcia victa tibi eſt.

In pomarium Horti Ranzouiani.

Hic, vbi ſublimes ſurgunt Pomaria in auras,
Nympharum loca ſunt quondam habitata choris.
Gratia magna tibi Ranzoui: tu facis, vt ſit
Iam nemus Aonidum, quod Dryadum ante fuit.

In Ad. Burchii ſyluam piorum amorum.

Cui non Sirenum pellax in ſaxa voluptas,
Notaque ſunt Thuſci blanda pericla maris?
Cum dolitura auidam properarent gaudia mortem.
Et vitata metu gaudia vita forent.
Cui non & miranda tuæ dulcedo Camœnæ,
Burchi, ad quam pridem Muſica plectra ſileat?
Non hæc exitium ſed mellea dicta propinat,
Diuinamque animis inſerit ambroſiam:
Nec mortem at duplicis monſtrat tibi gaudia vitæ,
Quarum iſtâ, volitans docta per ora virûm,
Iam frueris: ſed mox promittitur altera cœlo
Auctior æterno lumine vita micans.

Ad Iacobum Lectium.

Mouerat infernus iuuenis Rhodopeius vmbras
Flebilibuſque modis, flexanimaque cheli:
Vt reuehens ſecum dilectæ coniugis vmbram
Dictæi faceret irrita iura fori.
Et facturus erat; media in regione viarum
Ni fugeret coniux reſpiciente viro.
Tu quanto melius pollenti carmine, Lecti
Orphææ impleſti munus vtrumque fidis!
Scilicet & noſtram è latebris Orci extrahis Vmbram,
Et ſimul ignauis aſſeris à tenebris:
Neve referre pedem poſſit, ſic tollis in altum,
Vt iam remigio carminis illa tui
Plus quam alis adiuta ſuis contendat ad æthram,
Inuidioſa Deis, inuidioſa polo.

Ad eundem.

Hoc igitur votis, Lecti lectiſſime noſtris,
Hoc deerat pactæ nuper amicitiæ;
Vt præter vario conditas nectare menſas,
Et ſalibus ſparſas Pieriis epulas,
Præ quibus ipſa mihi ſordeſcunt mattya Diuûm,
Et labiis Hebe pocula tacta tuis:
Tam mihi illuſtre daret ſubluſtri nomen ab vmbra
Pieris æternis Lectia carminibus?
Scilicet hæc tenebras à noſtra diſpulit vmbra,
Luſtrauitque ſacra terque quaterque face.
Sic, vt quæ denſa fuerat circumdata nocte,
Nunc caput ipſi auſit inſeruiſſe polo.

In Gedéonis Botzelarii albo.

Hoc pectus noſtri templum tibi perpes amoris,
Et manus hæc noſtri ſymbolum amoris erit:
Sic quamuis procul hinc ducat via te, tamen vſque
In nemori carum pectore pectus eris.

Contra:

Contra Nobilitatis oſores.

Quid precor, ô humiles, generi inſultatis honeſto,
Pectora inhumanis barbariora Getis?
Haud ſecus ac vulpes guſtu damnauit acerbo,
Tangere quos illi non fuerat, latices.
Scilicet hos vultis patriæ remouere gubernis,
Per quos, aut quorum patria ſtat proauos.
Nec Plato vos flectit, generoſo in ſanguine clamans
Eſſe magis vegetos ingenii igniculos?
Igniculos, nullâ qui re maigis eluceſcunt,
Quam virtute foris, quam pietate domi.
Sic Deus ipſe ſuos populos diſtinxerat olim,
Dogmata Socratici ſic ſtatuere Sophi.
His quoque, qui tollunt diſcrimina Nobilitatis,
Quæritur egregii ſanguinis vmbra tamen.
Hoc adſcita probant inſignia, quæque peti illis
Nomina ab antiqua Nobilitate ſolent.
Vos igitur quam ſic fictam affectatis, ineſſe
Hanc aliis veram quæ precor inuidia eſt?

Ad Flor. Chriſtianum, cum ei mitteret notas ſuas in Propertium.

Quæ modo nata mihi proles, ſe viuere tandem
Et putat auſpiciis creſcere poſſe tuis:
Tu modo, quum ex ſeſe lux illi & vita negetur,
Lumine fac Florens floreat vſque tuo.

In Britanniam Camdeni.

Inſula Romanis ignota Britannia primum
Detecta eſt magni Cæſaris auſpiciis.
Tu vero, quinam fuerint Cambdene Britanni
In lucem ſpiſſis eruis è tenebris.
Laus communis vtrique, ſed & maior tibi laude
Cæſaris, immo ipſo Cæſare ſurget honos.
Marte hic, tu ingenio rimatus es omnia & arte,

Sed.

Sed neque laus soli conuenit ista Duci:
Partem etenim bona fors partem quoque militis ardor,
Quæ superest partem maxime Cæsar habes.
At tibi de patriæ quæ gentis origine casca
Ceditur, inuenti gloria tota tui est.

NICASII ELLEBODII CASLETANI.

In laudem Hieronymæ Columnæ.

CVm tria pastoris cœlestia numina formam
Idæi arbitrio supposuere suam:
Addita tunc si illis. Hieronyma, quarta fuisses;
Dixisset cunctis sensibus attonitus:
Quamuis mortalis, Diuas Hieronyma vincis.
Quidquid habent illæ nempe, Columna, tuum est.

DESIDERII ERASMI ROTERODAMI.

In laudem Annæ Auiæ Iesu Christi.

SAlue parens sanctissima,
Sacro beata coniuge,
Sacratiore filia,
Nepote sacratissimo.
Domo quid hac illustrius?
Ornatiusve? quæ altera
Tam multiplex habuit decus?
Tantum vna monstrorum tulit?
Hic hic maritum annis grauem

Effœta

Effœta anus facit patrem.
Eſt virgo fœta filia,
Nepos Dei verbum, ac Deus.
Gener pudicus ſe negat
Partus parentem vxorii:
At integram iurat, neque
Riuale pallet ſuſpicax.
Ergo, Anna mater optima,
Cumulatius multo tuas
Lachrymas Deus ſolatus eſt,
Quam vel Rebeccæ, vel Saræ:
Vel illius, quæ te refert
Et rebus, & vocabulo.
Quæ dum ſilenter anxii
Proferret æſtus pectoris,
Viſa eſt Heli multo mero
Amens, parumque ſobria.
At te pio cum coniuge
Amore prolis annua
Templis ferentem munera
Procax ſacerdos reppulit.
Heus, inquit, hinc mihi ocyus:
Profana vota tollite;
Ipſi ſimul procul procul
Aris ſacris abſiſtite.
Veſtran' Deo donaria
Futura grata creditis?
Quorum pudendæ nuptiæ
Præter libidinem nihil
Luxum & ſenilem ſcilicet
Tanto tulere tempore?
Quo ſe locorum verterent
Vultus pudentum coniugum,
Repulſa quos tamen fœda, tam
Inſignis exanimauerat?

Ioachim

Ioachim pudorem non ferens
Gregum ad ſuorum paſcua
Se proripit. triſtis ſuam
Recepit Anna ſe domum.
Largis vterque fletibus
Votiſque pertinacibus
Orare non ceſſat Deum,
Vt propere probrum tolleret.
Cœlum penetrarunt preces,
Adeſt ab aſtris Angelus,
Qui prole promiſſa, graues
Luctus iuberet ponere.
Surgunt alacres, inuicem
Narrare viſa geſtiunt,
Porta maritus aurea
Se quæritantem coniugem
Offendit. hic lætus ſtupor
Dulces vtrique lachrymas
Excuſſit. hinc modicos lares
Iunctis reuiſunt greſſibus,
Haud vana vox oraculi
Luſit piam ſenum fidem:
Bis Luna nata quinquies
Anum videt puerperam.
Tanto quidem felicius,
Fœcunda quanto ſerius,
Fit Anna filiæ parens,
Nec filiæ cuiuslibet,
Sed filiæ, quæ fertilis
Eademque virgo gigneret.
Ad quem beata gigneret?
Summi parentis filium,
Qui ſceptra terræ & ætheris
Cum patre habet communia,
Qui Deus & idem homo, necis

Digitized by Google

Auctore victo per necem,
Vitam reduxit mortuis,
Aperuit in cœlos iter.
O terque quaterque & amplius
Parens beata nam potes,
Iuua preces mortalium
Tuo vacantum cultui,
Nam te patrona quidlibet
Speramus aſſequi, modò
Voles, voletque & filia.
Nec huic petenti puſio
Negare quicquam nouerit.
Amat parentem filius;
Neque filio negat pater
Amans & ipſe filium.

De caſa pueri Ieſu.

Ecquid adhuc veterum ſequimur ſpectacula rerum?
Huc huc frequentes currite.
Hæc caſa, quæ lacera, & ſtat agreſtibus horrida culmis,
Nouum dabit ſpectaculum:
Quale nihil ſeclis proaui videre vetuſtis.
Nihil videbunt poſteri.
Hic cuius tonitru telluſque tremiſcit & æther,
Teneris crepat vagitibus.
Hic orbis magni moderator maximus, infans
Virginea mulget vbera.
His ego non ſtabulis auguſta palatia Romæ
Feliciora iudicem.
Non (operoſa licet) Solomonia templa, nec auream
Lydi tyranni regiam.
Salue clara domus, cœloque beatior ipſo,
Partus ſacrati conſcia.
Iure tibi Iouis inuideant Capitolia falſi,
Diuis ſuperba ſaxeis.

Ægyptus

Ægyptus ſancta inuideat cunabula, monſtris
  Crinem datura turpibus.
Nec minus apta Deo es, quod hiantibus vndique rimis,
  Imbres & Euros accipis.
Quod lodicis egens rigidoque incommoda fœno
  Fœtus rubenteis excipis.
Talia naſcentem decuere cubilia Chriſtum, vt
  Qui dedocere venerit
Faſtum nullaque non ſuadentem turpia luxum.
  Non heic renident purpuræ,
Sertave frondea non imitantes fulmina tædæ,
  Non menſa ſumptuoſior:
Nec ſtrepit officiis domus ambitioſa, nec alti
  Fouent puerperam thori.
Pannoſus iacet in duris præſepibus infans.
  Diuinus attamen vigor
Emicat, & patrios vagitu diſpuit ignes.
  Senſere præſentem Deum,
Quodque licet, puero iumenta tepentibus auris
  Frigus Decembre temperant.
Vpilio calamis iiſdem, quibus ante capellis,
  Agreſte, ſed pium canit.
Æthereiq; chori volitant cunabula circum,
  Vt menſibus vernis, apum
Degenerem ſimul ac pepulere examina regem,
  Regi nouo fauentibus.
Applaudunt alis, ſublimemq; agmine tollunt.
  Sic turma cælitum duci
Circumfuſa ſuo gaudens ſtupet, atque iacentem
  Pronis adorat vultibus:
Et natalitium ſonat ad præſæpia carmen,
  Coniux pudicus interim.
Fuſus humi, magnum trepidus veneratur alumnum,
  Porro puella nobilis
Pars bona ſpectacli, defixis hæret ocellis,

Primum-

Primumque ſeſe non capit,
Seq;, ſuumq; ſtupens genitrix virguncula partum,
Nulli marito debitum.
At ſimul eiecit pietas materna ſtuporem,
Prædulce pignus corripit.
Ac modò porrectis prohibet vagire papillis,
Modò tepente frigidum
Blanda fouet gremio, paruiſq; dat oſcula labris:
Nunc pectori adprimit ſuo,
Nunc blæſo teneros inuitat murmure ſomnos,
Amabili inuicem modo.
Lætam prole Deo videas geſtire parentem,
Prolem parente virgine.

Expoſtulatio Ieſu cum homine ſuapte culpa percunte.

Cum mihi ſint vni bona, quæ vel frondea tellus.
Vel Olympus ingens continet,
Dicite mortales, quæ vos dementia cepit?
Hæc aucupari vt vnde vis
Malitis, quam de proprio depoſcere fonte,
Adeo benigno & obuio?
Mendaceſq; iuuet trepido, miſeroq; tumultu
Vmbras bonorum perſequi?
Pauci me, qui ſum veræ largitor & auctor
Felicitatis, expetant?
Forma rapit multos, me nil formoſius vſquam eſt,
Formam ardet hanc nemo tamen.
Suſpiciunt ceras, antiqua ſtemmata multi,
At me quid eſt illuſtrius?
Vt qui ſim genitore Deo Deus ipſe profectus,
Genitrice natus virgine.
Vnde fit, vt mecum vix geſtiat vnus & alter
Affinitatem iungere?
Maximus ille ego ſum cœliq; ſoliq; monarcha,
Seruire nobis cur pudet?

Diues item, & facilis dare magna, & multa roganti,
Rogari amo, nemo rogat.
Sumq;, vocorq; patris ſummi ſapientia, nemo
Me conſulit mortalium.
Ipſe ego ſum ætherei ſplendorq;, decuſq; parentis,
Me nemo ſtupet, aut ſuſpicit.
Sum firmus iuxta, ac iucundus amicus amico,
Me pariter, ac meas opes
Candidus atq; lubens charis impertio, nemo hanc
Ambit neceſſitudinem.
Sum via, qua ſola cœli itur ad aſtra, tamen me
Terit viator infrequens.
Cur tandem ignarum dubitat mihi credere vulgus?
Æterna cum ſim veritas.
Pollicitis cur ſtulte meis diffidere perſtas?
Cum ſit nihil fidelius.
Autor ad hæc vitæ cum ſim vnicus, ipſaq; vita,
Cur ſordeo mortalibus?
Lux ego ſum, cur huc vertunt ſua lumina pauci?
Dux, cur grauantur inſequi?
Viuendi recte certiſſima regula ſolus,
Aliunde formas cur petunt?
Ipſe ego ſum ſolus vera, & ſine felle voluptas,
Quid eſt quot ita faſtidior?
Vnica pax animi, quin huc deponitis ægri
Curas edaces pectoris?
Si benefacta truces etiam meminere leones,
Referuntq; beluæ vicem.
Reſpondere feri merito didicere dracones,
Si meminit officii canis,
Si redamant aquilæ, redamant delphines amantem,
Cur efferacior feris
Me me non redamas homo? cui ſemel omnia feci,
Quem condidi, quem ſanguine
Aſſerui proprio, propriæq; à morte recepi

Diſpen-

Diſpendio vitæ volens.
Si bos agnoſcit dominum, ſi brutus aſellus
Agnoſcit altorem ſuum,
Cum me ſolus homo male gratus, noſſe recuſas,
Et conditorem, & vindicem?
Vnus ego hic tibi ſum cunctorum ſumma bonorum,
Quid eſt quod extra me petas?
Quorſum diſtraheris per tot diſpendia graſſans
Laborioſa inertia?
Sum placabilis, & pronus miſereſcere, quin hoc
Miſer ad aſylum confugis?
Idem iuſtus, & implacabilis vltor iniqui,
Cur non times offendere?
Corpus ego, atq; animum nutu ſub Tartara mitto,
Noſtri metus vix vllum habet.
Proinde mei deſertor homo ſecordia ſi te
Adducet in mortem tua,
Præteritum nihil eſt, in me ne reiice culpam,
Malorum es ipſe autor tibi.
Nam quid adhuc ſupereſt? ſi te neq; prouocat ardens
Suiq; prodiga charitas.
O bis marmoreum pectus, neq; mitigat vnquam
Adeo profuſa benignitas,
Si neq; tantarum vel ſpes certiſſima rerum
Expergefacit & allicit.
Si neq; Tartareæ cohibet formido gehennæ,
Nec vllus admonet pudor.
Immo ſi durant magis hæc, adduntq; ſtuporem
Tam multa, tamq; inſignia,
Vt facile immaneſq; feras, chalybemq;, petramq;
Rigore victo molliant.
Quid faciat pietas, quibus artibus abſtrahit vltro
Deuota morti pectora?
Inuitum ſeruare, nec eſt mentis, puto, ſanæ,
Et patria prohibet æquitas.

P 2 Sub

Sub persona Pueri Iesu præsidentis Scholæ Coletica.

Non inuenusto antiquitas ænigmate
Studii magistram virginem
Finxit Mineruam ac literarum præsides
Finxit Camœnas virgines.
Nunc ipse virgo matre natus virgine,
Præsidio virgineo gregi,
Et sospitator huius, & custos scholæ.
Adsunt ministri virgines,
Pueros meos mecum tuentes, Angeli.
Mihi grata vbiq; puritas;
Deceitq; studia literarum puritas.
Procul ergo sacro à limine
Morum arceant mihi literatores luem,
Nihil huc recipiant barbarum.
Procul arceant illiteratas literas,
Nec regna polluant mea.

De eadem Schola.

Cœperit faustis auibus precamur,
Semper augescens meliore fato,
Hic nouæ sudor nouus officinæ,
Auspice Iesu.
Hic rudis (tanquam noua testa) pubes
Literas Graias, simul & Latinas,
Et fidem sacram, teneruq; Christum
Combibet annis.
Quid fuit læta sobolem dedisse
Corporis formam? nisi mens & ipsa
Rite fingatur, studiisq; castis
Culta nitescat?
Stirpe ab hac sensim noua pullulabit
Ciuium proles, pietate iuxta, ac

Literis

Digitized by Google

Literis pollens, breuiterq; regno
Digna Britanno.
Ludus hic ſiluæ pariet futuræ
Semina: hinc diues nemus vndequaque
Denſius ſurgens decorabit Anglum
Latius orbem.

Imago pueri Ieſu.

Diſcite me primum pueri, atq; effingite puris
Moribus; inde pias addite literulas.

De eadem Schola.

Sedes hæc puero ſacra eſt Ieſu,
Formandis pueris dicata, quare
Edico, procul hinc faceſſat, aut qui
Spurcis moribus, aut inerudita
Ludum hunc inquinet eruditione.

Aliud.

Quin hunc ad puerum pueri concurritis omnes?
Vnus hic eſt vitæ regula fonſq; piæ.
Hunc qui non ſapiat, huius ſapientia ſtulta eſt.
Abſq; hoc vita hominis mors (mihi crede) mera eſt.

Chriſtiani hominis inſtitutum, ad Galatas V, Valet in Chriſto fides, quæ per dilectionem operatur,

FIDES.

Credo. Articulus I.

Confiteor primum ore pio, veneror q; fideli
Mente Deum patrem, vel nutu cuncta potentem.
Hunc, qui ſtelligeri ſpacioſa volumine cœli,
Et ſolidum omnipara telluris condidit orbem.

Et in Ieſum II.

Eius item gnatum Ieſum, cognomine Chriſtum.
Quem dominum nobis agnoſcimus ac veneramur.

Qui conceptus. III.

Hunc *Maria* afflatu diuini numinis, aluo
Concepit virgo. peperit puriſſima virgo.

Paſſus ſub Pontio. IV.

Et graue ſupplicium immeritus damnante Pilato
Pertulit, infami ſuffixus in arbore mortem
Oppetiit, tumulatus homo eſt, clauſuſq; ſepulchro.
Interea penetrat populator ad infera regna.

Tertia die. V.

Mox vbi tertia lux mœſto ſe prompſerat orbi,
Emerſit tumulo ſuperas rediuiuus in auras.

Aſcendit. VI.

Inde palàm æthercam ſcandit ſublimis in arcem,
Illic iam dexter patri aſſidet omnipotenti.

Iterum venturus eſt. VII.

Idem olim rediturus, vt omnem iudicet orbem,
Et viuos pariter, vitaq; ac lumine caſſos.

Credo in Spiritum. VIII.

Te quoq; credo fide ſimili ſpirabile numen
Halitus, afflatuſq; Dei ſacer, omnia luſtrans.

Sanctam Eccleſiam. IX.

Et te confiteor ſanctiſſima concio, qua gens
Chriſtigena arcano nexu coit omnis in vnum
Corpus & vnanimis capiti ſociatur Ieſu.
Hinc proprium neſcit, ſed habet communia cuncta.

Remiſſio-

Digitized by Google

Remiſſionem peccatorum. X.

Hoc equidem in cœtu ſancto, peccata remitti
Credo, vel iis ſacro fuerint qui fonte renati.
Vel qui diluerint vltro ſua crimina fletu.

Carnis reſurrectionem. XI.

Nec dubito, quin exanimata cadauera ſurſum
In vitam redeant, animas ſortita priores.

Vitam æternam. XII.

Vtraq; pars noſtri corpuſq;, animuſq; deinceps
Iuncta ſimul, vitam ducent ſine fine perennem.

Sacramenta. VII.

Hoc quoq; perſuaſum eſt, eccleſia myſtica ſeptem
Munera diſpenſat, quæ ſacramenta vocantur.
Hinc variæ dotes, & gratia plurima menti
Cœlitus inſeritur, ſi quis modo ſumpſerit apte.

Ordo. I.

Ordine namq; ſacro confertur ſacra poteſtas,
Vt fundare miniſteriis, Chriſto auſpice, ſanctis.

Matrimonium. II.

Munere coniugii nati hunc prodimus in orbem,
Vſq; adeo pulchri, pulcherrima portio, mundi.

Baptiſmus. III.

Munere baptiſmi longe felicius iidem
Quam prius, in te Chriſte renaſcimur, atq; nouamur.

Confirmatio. IV.

Deinde in amore Dei nos confirmatio ſacra
Conſtabilit, mentemq; inuicto robore durat.

Euchariſtia. V.

Myſticus ille cibus (Græci dixere ſynaxin)
Qui panis viniq; palam ſub imagine Chriſtum
Ipſum præſentem vere exhibet. intima noſtri
Viſcera, cœleſti ſaginat & educat eſca,
Inq; Deo reddit vegetos, & reddit adultos.

Pœnitentia. VI.

Si quem forte Deo capitalis reddidit hoſtem
Noxia continuo metanœa medebitur illi.
Reſtituet lapſum, reſciſſaq; fœdera rurſum
Sarciet, offenſi placabit numinis iram,
Commiſſi modo pœniteat, pigeatq; nocentem,
Iſq; volens peragat præſcripta piamina culpæ.

Vnctio. VII.

Vnguinis extremi munus nos munit & armat,
Migrantemq; animam per ſumma pericula tuto
Tranſmittit patriæ, & ſuperis commendat euntem,

Amor Dei.

Hæc eſt indubitata fides, cui pectore certo
Nixus, amabo patrem ſuper omnia cunctipotentem,
Qui me condideritq; ; & in hunc produxerit orbem.
Rurſus amore pari dominum complectar Ieſum,
Qui nos aſſeruit. precioq; redemit amico.
Spiritum item ſanctum, qui me ſine fine benigno
Afflatu fouet, atq; animi penetralia ditans,
Dotibus arcanis vitali recreat aura.
Atq; hic ternio ſanctus & omni laude ferendus,
Toto ex corde mihi, tota de mente ſupremis
Viribus, obſequio, meritoq; coletur honore.
Hunc vnum reuerebor & hoc ſemel omnis in vno
Spes mea figetur, hoc omnia metiar vno,

Hic

Hic propter ſeſe mihi ſemper amabitur vnus.
Poſt hunc haud alia ratione, ac nomine charus
Ipſe mihi fuero, niſi quatenus omnis in illum
Ille mei referatur amor, fontemq; reuiſat.

Fuga peccati.

Culpam præterea fugiam pro viribus omnem,
Præcipue capitale tamen vitauero crimen.
Quod necat atq; animam letali vulnerat ictu.

Superbia. Inuidia. Ira.

Ne faſtu tumeam, ne vel liuore maligno
Torquear, aut bili rapiar feruente, cauebo

Gula. Luxuria. Pigritia.

Ne vel ſpurca libido, vel inſatiabilis aluus
Imperet, enitar, ne turpis inertia vincat.

Auaritia.

Ne nunquam ſaturanda fames me vexet habendi,
Plus ſatis vt cupiam fallacis munera mundi.

Fuga malorum hominum.

Improba peſtiferi fugiam commercia cœtus
Omnia, ſummo animi conatu, proq; virili.

Studium pietatis.

Atq; huc incumbam neruis ac pectore toto,
Vt magis ſuperet mihi gratia virtus,
Augeſcatq; piæ diuina ſcientia menti.

Oratio.

Orabo, ſuperoſq; precum libamine puro
Placare adnitar, cum tempore ſedulus omni,
Tum vero eximie, quoties lux feſta recurret.

Frugalitas victus.

Frugales epulæ semper, mensæq; placebit
Sobria mundities, & auari nescia luxus.

Ieiunium.

Seruabo reuerens, quoties ieiunia nobis
Indigit certis ecclesia sancta diebus.

Mentis custodia.

Sancta vti sint mihi secretæ penetralia mentis,
Ne quid eo subeat fœdumue, nocensue studebo.

Linguæ custodia.

Ne temere iuret, ne vnquam mendacia promat,
Turpia ne dictu dicat mea lingua, cauebo.

Manus custodia.

A furto cohibebo manus, nec ad vlla minutæ
Viscatos mittam digitos: & si quid ademptum
Cuiquam erit, id domino properabo reddere iusto.

Restitutio rei forte repertæ.

Id quoq; restituam, si quid mihi forte repertum est.
Me penes haud patiar prudens aliena morari.

Amor proximi.

Nec secus atq; mihi sum charus, amabitur omnis
Proximus, est autem (ni fallor) proximus ille
Quisquis homo est, ac sic vt amor referatur amici
In Christum, vitamq; piam veramq; salutem,
Huic igitur fuerit quoties opus, atq; necesse,
Sedulus officio corpusq;, animumq; iuuabo,
Vt mihi succurri cupiam, si forsan egerem.
Id tamen in primis præstabo vtriq; parenti,
Per quos corporeo hoc nasci mihi contigit orbe.
Tum præceptori, qui me erudit, instituitque

Morige-

Morigerus fuero, ac merito reuerebor honore.
At rursusque dulcisq; scholæ, studiisq; sodales,
Semper (vti par est) syncero amplectar amore.

Assidua confessio.

Si quando crimen fuero prolapsus in vllum,
Protinus enitar, pura vt confessio lapsum
Erigat, ac iusta tergatur noxia pœna.

Sumptio corporis Christi in vita.

Ast vbi sacrati me ad corporis atque cruoris
Cœlestes epulas pietasq;, diesq; vocabit,
Illotis manibus metuens accedere, pectus
Ante meum, quanta cura, studioque licebit,
Purgabo maculis, virtutum ornabò nitelis.

Morbus.

Porro vbi fatalis iam terminus ingruet æui,
Extremumque diem cum morbus adesse monebit,
Mature sacramentis me armare studebo,
Atque his muneribus, quæ ecclesia sancta ministrat
Christigenis, reteget confessio crimina vitæ
Sacrifico, sumam Christi venerabile corpus.

Mors.

Quod si vicinæ propius discrimina mortis
Vrgebunt, supplex accersam, qui mihi rite
Oblinat, ac signet sacro ceromate corpus,
Atq; his præsidiis armatus, sic vti dignum est
Christicola forti ac fidenti pectore, vita
Decedam, bonitate Dei super omnia fretus.

Hoc fac, & viues.

In laudem Michaelis & Angelorum omnium, in templo Michaeli sacro.

Cœlitum Princeps Michaële, & omnes
Spiritus sacri, libeat precamur

Suppli-

Supplicum votis tribuiſſe pronas
Cœlitus aures.
Sordidæ ſed ne merito canentum
Sordeant odæ, citus huc ab arce
Deuolet fulgente Seraph decoris
Igneus alis.
Quo foco ſacro vſq; calentis aræ
Calculum viuum rapiens (vt olim)
Applicet noſtris placidus labellis
Oraq; tergat.
Luridæ quicquid maculæ, perurat,
Deſidem pellens animo teporem.
Igneas cantent acies (vt æquum eſt)
Ignea verba.
Porro tu primas tibi vendicato
Carminis partes Michael beate.
Primipilari duce quo triumphant
Agmina cœli.
In quibus luces, itidem vt Pyropus
Nobiles inter radiat lapillos,
Vtue formoſus ſocia inter ardet
Lucifer aſtra.
Ius tibi ſummum necis atq; vitæ,
Tradidit magni moderator orbis,
Tu potes ſeruare probos, & idem
Perdere ſontes.
Tu piorum tutor & aduocatus.
Tu Dei in templo nitidas ad aras,
Viſus es dextra tenuiſſe plenam
Thuris acerram.
Inge ſurgens fumus odore multo,
Ibat ad ſummi ſolitum tonantis,
Ac Dei nares liquidi iuuabant
Dona vaporis.
Tu pias lætis animas reponis

Sedibus

Sedibus, cantu procul audiendo
Squalidis olim gelida exciebis
Funera buſtis.
Quam dedit lætos pia turba plauſus,
Cum graui cœlum quateret ruina,
Hoſtis & ſerpens veterator, acri
Non ſine pugna.
Illi ſublimes ſubito ſub auras
Emicans, ſeptem (ſtupuere cuncti)
Ora tollebat. colubris tumebant
Colla trecentis.
Flammeis ardens oculis, auernum
Virus efflabat furiale monſtrum,
Fulminiſq; inſtar, piceos vomebat
Faucibus ignes.
Te nihil terret rabies minacis
Beluæ, ſed vi domitam ſuperna,
Cogis abſorptam; ſuperas ad auras
Reddere prædam.
Quæ tuas fuluas fugiat ſub alas
Læta, præſenti ſed adhuc periclo
Palpitans, elapſa velut rapaci
Ales ab vngui.
Ergo ne quid iam trepident, cadauer
Triſte deturbas, labat, ac labantis
Pondus exhorrens, aperit profunda
Tartara tellus.
Non ſecus, quam ſi Siculo Peloro
Pendulum in fluctus abeat cacumen,
Territum cedit, refluumq; late
Diſſilit æquor.
Ferreis illic domitus catenis,
Horridum quaſſat caput, ac minatus
Multo nequicquam, furibundus iras
Voluit inanes.

Te

Te manet palma ô *Michael* ſuprema.
Te noui plauſus, tibi non iniquas
Impius pœnas dabit Antichriſtus,
Orbe leuato.
Lætus idcirco meritos vterque
Orbis, en hymnos canit, altus æther
Inclyto gaudet duce, gaudet æque
Præſide tellus.
At meri cantus celebrantur iſthic,
Hic (vti res ſunt variæ atque mixtæ)
Reddimus proni querulis remixta
Carmina votis.
En vides, quantis miſeri premamur
Cladibus (noſtro merito fatemur)
Tota proh cœci terimus nefandis
Secula bellis.
Si tibi haud fruſtra data cura noſtri eſt,
Si tibi pax non temere vocablum
Mutuat, belli procul ô cruentos
Pelle furores.
Fac tua lenis prece, rex olympi,
Vindicem condat miſeratus enſem,
Ferias donet, referatque feſſis
Ocia terris.

Laudes Gabrielis Angeli.

Te quibus digne recinemus odis
Gabriel, quem rite chorus ſupernus
Proximum primo colit? O tonantis
Armiger alti.
Illius tu ſtrennuus adminiſtrans
Bella, nec quiſquam melior, piorum
Caſtra tutari, & rabidas nocentum
Frangere vires.
Tu tenes oracula ſacra, te olim

Nuncio

Nuncio, caſus didicit futuros,
Ille quem inſont leo gaudet atrox
Lambere rictu.
Tu Zachariæ vetulo marito,
Thura dum feſtis adolet ſacellis,
Pignoris ſeri ſubitus ſtupenti
Nuncius adſtas.
Cuncta quid fruſtra ſequimur canendo?
Illius dulce eſt meminiſſe nunci,
Lætius quo nil lachrymoſus vnquam
Audiit orbis.
Nec ſalus olim, deque ſpes ſalutis
Vlla erat, ſed mors ſtygiis profecta
Sedibus, gentem rapiebat omnem,
Vindice nullo.
Tum nouas autor meditatus artes,
Ipſe vt inuiſat homo factus orbem,
Te rei tantæ Gabriel, miniſtrum
Deligit vnum.
Aduola terris, ait, & ſaluta
Virginem, matrem mihi mox futuram,
Fac ſacramentum tege, ne ille ſciſcat
Callidus hoſtis.
Sic opus facto, neque plura fatus
Ille, tu lapſu placido volucres
Diſſecas nubes, decoraſque pictis
Æthera pennis.
Qualis aduerſos feriente nimbos
Sole, reſplendet (monumenta pacti
Iris antiqui) varioque cœlum
Cingit amictu.
Vidit obliquis oculis volantem
Dextero cœlo, metuitque latis
Incubans terris draco, luridoque
Palluit ore.

Tecta

Tecta tu pernix Nazaræa tangis,
Mox & illapsus thalamis pudicæ
Virginis, mandata refers sereno
Regia vultu.
Nostra cui primum hic lyra gratuletur,
Hæsitat, mundo ne malis leuato,
An Deo fœtæ potius puellæ,
An tibi diue
Conscio mentis, meritoq; summis
Rebus accersi tibi tam sacrato,
Tamq; felici licuit vel vni
Munere fungi.
Noster ô salue bone pacifer qui
Surculum adportans oleæ virentem,
Nuncias primus meliora mersis
Secula terris.

De laude Raphaelis.

Proxime primis Raphaël canere,
Ordinis pars non humilis superni,
Tute nam clarum comitem duobus,
Tertius addis.
O salus, ac certa hominum medela
Rebus afflictis, ope cuius olim
Reddito vidit reducem Thobias
Lumine gratum.
Nec modò saluum, sed & ære largo
Diuitem, multa serie clientum
Diuitem, ac longis gregibus, nouaq;
Coniuge lætum.
Ethnici Phœbumq; genusq; Phœbi,
Saxeos olim coluere diuos,
Hos rati morbis dubiis rogatam
Ferre salutem.
Nos magis nos te colimus, potentem

Vel

Vel nigro manes reuocare ab Orco,
Ruſus & pigris animam liquentem
Spargere venis.
Tu ſimul membris, ſimul ò medere
Mentibus præſens opifer luemque
In tuos euheu male ſæuientem
Exige terris.

De omnibus Angelis.

Nec tacendi eſtis proceres duceſque
Cæteri nobis breuiterque cuncti
Milites regis, ditione late
Cuncta tenentis.
Ambitu quem ter triplici triformem
Dextera leuaque, frequentiores
Cingitis quàm nocte ſilente plenam
Sydera lunam.
O ſalutandi nouies beati,
Ocium quorum mala nulla terrent,
Certa quos diui beat intuentes
Copia vultus.
Inuidet veſtræ miſer ille ſorti,
Eminus ſedes quoties ademptas
Suſpicit frendens & inauſpicati
Pœnitet auſus.
Veſpero quondam ſimilis rubenti
Inter æternos rutilabat ignes.
At ſimul regis diadema miles
Ambiit audax,
Iam pares voluens animo cathedras
Flammeo telo grege cum ſequaci
Ictus eiectuſque, eadem ruina
Terruit cæteros.
Excipit partim cæca Styx ruenteis,

Abditur lucis bona pars opacis,
Curſitat magnum per inane, multo
Plurima turba
Denſior, quam Cecropiis in hortis,
Tinnulos æris crepitus ſecuta,
Euolant examina, quamque cœlo
Decidit imber.
Pugnat hoc vnum hæc vigil, improboque
Omnis incumbit ſtudio, pios vt
Diſtrahat: tundat, geminoque raptos
Funere perdat.
Ah nefas, quantum daret illa ſtragem?
Cui ſatus tandem? niſi frangeretur
Obuiis vobis furor, & nocendi
Dira libido?
Veſtra nos tutela fidelis ortos
Excipit, nec luce prius relinquit.
Semper hac freti [illegible] furentem
Ducimus hoſtem.
Imus hac tuti tumidum per æquor,
Aſperas tuti penetramus alpeis,
Viuimus veſtro, morimurque demum
Munere tuti.
Vos parum firmis dare robur, iidem
Anxios noſtis gemitus leuare
Nunciis felicibus, ac ſubinde
Viſere caſtos.
Cœlici ciues, adeò ne vobis
Exules curæ ſumus vt vacet ſic
Obſequi uobis, pigeatque nunquam
Sortis iniquæ?
Nuncii crebri volitatis, inter
Arduos cœlos, humileſque terras,
Hinc preces fertis querulas, at iſtinc
Dona refertis,

Porrò

Porrò nos tantis meritis (quod vnum
Poſſumus) gratos memori camœna
Reddimus cantus, ferimuſque templis
Dona dicatis;
Ferias anno referente ſacras,
Cælat hic feſtus ſimulacra fumus.
Hic chorus ſupplex manibus faceſſit
Vota ſupinis:
Quæ patris ſummi penetrent ad aures.
Semper, ac per vos rata ſint precamur,
O patroni præſidiumque felix
Chiſtigenarum.

E Liturgia virginis Lauretanæ,

Laurus odore iuuat ſpecioſa virore perenni:
Sic tua, Virgo parens laus omne virebit in æuum:

Ad virgines.

Sume nablum, ſume cit haram virginum decens chorum.
Virgo mater eſt canenda virginali carmine:
Vocemque referent acc nentes Angeli
Nam virgines, amant & ipſi virgines.
Iungent carmina Laureata turba.
Vita prodiga ſanguiniſque quondam.
Martyr carnificem vincit, & edomat
Carnem virgo: decet laurus & hunc & hanc:
Cœlitum plandet nnmeroſa turba: .
Virginem ſacram canet omne cœlum.
Nato virginis vnico
Nulla eſt cantio gratior.
Vt cedens inter arbores quas Libanus edit eminet,
Sic inter omnes Cœlites virgo refulget nobilis
Vt inter aſtra Lucifer èmicat,

Sic inter omnes lucida virgines.
Inter cunctorum stellantia lumina florum
Lilia præcellunt candore rosæq; rubore;
Nec gratior vlla corona
Iesu niueæ genitrici.
Inter odoriferas non gratior arbor vlla lauro:
Pacifera est, dirimens fera prælia, fulmen arcet ardens;
Baccas habet salubreis,
Iugi nitet vigore
Esto virgo fauens, qui modulis te celebrant piis:
Iram auerte Deline feriat fulmine noxios:
Laurus esto, gaudeasque
Vsque Lauretana dici
Licet in fasti finibus orbis
Plurima passim fumiger ara.

D. Genovefa.

Diua pii vatis votiuum soluere carmen
Qui cupit aspirans votis sterilem imbue venam
Mentis, & vt te digna canat, tu suggere vires
Protectrix Genovefa tuæ fidissima gentis,
Gallia quàm late triplici discrimine secta
Porrigitur sed præcipue tibi pars ea cordi est,
Sequana qua hospitibus factus animosior vndis,
Matrona quas defert, fluuioque admiscet amico,
Pomiferos per agros per prata virentia, perque
Vitiferos colles adopertaque frugibus arua,
Vitreus incedit, & ad amplam Parisiorum
Metropolim properans, ad læuam pronus adorat
Arcem virgo tuam, mox brachia diuidit, atque
Virgineæ matris spatiosam amplectitur ædem;
Ac flexu augustam veneratus supplice Diuam,
In sese redit atque in cunabula partus,
Ac prædulce solum, quo sacra infantula, primos
Vagitus

Vagitus dederas, feſtinat alacriore amnis
Viculus eſt humilis ſed tali prole beatus:
Huc igitur properans, obiter vicina ſalutat
Fana dicata tibi, celtarum lux Dioniſi.
Hac regione diu ſinuoſis flexibus errans
In ſe voluitur; atque; reuoluitur, ora ſubinde
Ad cunas Genovefa tuas, vrbemque relictam
Reflectens, dicas inuitum abſcedere flumen.
Eſt merito cunctis venerabile Nametodorum,
Cum licet hoſpitibus monumenta oſtendere priſca
Ortus Diua, tui fontemque liquori ſalubri
Vndantem at potius te terque quaterque videtur
Præſide te felix populoſa Lutetia, virgo;
Cuius tutelam pariter cum virgine matre
Iugibus excubiis peragis nec enim illa grauatur
Muneris eiuſdem collegam. tu quidem in alta
Sublimi ſpecula late circumſpicis agros,
Ac mala propulſas caris minitantia Gallis:
Illa fauet gremio miſeros, mediamque per vrbem
Audit egenorum ploratus: heic quoque natum
Clementem mater referens, nihilo ſecus ac tu
Sponſa tuum Genovefa refers mitiſſima ſponſum.
Interea paribus ſtudiis defenditis ambæ
Germanos Druydas, ac maieſtate ſenatum
Regali ſed Chriſtophilum ſuper omnia regem:
Illos quei populo referent oracula mentis
Diuinæ, hos variis ut mixtam gentibus vrbem
Æquo iure regant eſt veſtri muneris ergo
Nulla quod hoc æuo res puplica floreat uſquam
Proſperius. Sed tempus adeſt vt carmine grates
Perſoluam Genovefa, tibi pro munere vitæ,
Ac pœana canam multis è millibus vnus,
Quos ope præſenti ſeruaſti. Languida febris,
Triſte tenaxque malum quod quarto quoq; recurrit
Vſque die, miſeros penitus peruaſerat artus.

 Con-

Conſultus medicus ſic conſolatur abeſſe
Diceret vt vitæ diſcrimen ſed fore morbum
Lentum mox hæc vox non me ſecus enecat ac ſi
Dixiſſet, prius atque quater Sol occidat. alta
In cruce pendebis: ſi quidem eſt renouata cicatrix,
Dum mihi poſt multos animus reminiſcitur annos,
Quod puerũ toto febris hæc me torſerat anno.
Proin erat in votis mihi mors: quia triſtius omni
Morte malum medicus denunciat. heic mihi numen
Diua, tuum venit in mentem: ſimul optima quædam
Spes animum reficit tacitoque hæc pectore voluo:
Virgo ſponſa Deo gratiſſima corpore terram
Cum premeres ſemper miſeris ſuccurrere ſueta,
Et nunc plura poteſt poſtquam te regia cœli
Cepit. & es Chriſto ſponſo vicinior. huc huc
Flecte oculos, Genovefa tuos. & corpore febrim
Pellito: me ſtudiis ſine queis nec viuere dulce eſt,
Obſecro reſtituas. etenim leuius puto vitam
Exhalare ſemel, quam lento areſcere morbo.
Quod tibi pollicear, nihil eſt: nec tu indiga noſtri es.
Quod ſupereſt grato recinam tibi carmine laudes.
Vix ea fatus eram, nullo cum murmure linguæ,
Verum intra arcanæ mecum penetralia mentis:
Prodigioſa loquar ſed compertiſſima ſtratis
Exſilio, reddor ſtudiis, veſtigia nulla
Sentio languoris, nec inertis tædia febris
Septima lux aderat qua ſe quartana recurrens
Prodere debuerat ſed corpus alacrius omne
Quam fuit ante viget: medicus venit atq; quid actum
Miratur, vultum ſpeculatur & ore latentem
Explorat linguam; tum quem veſica liquorem
Reddiderat poſcit: quin brachia denique ſummis
Pertentat digitis, vbi nullas comperit vſquam
Morbi relliquias: & quis Deus, inquit. Eraſme,
Te ſubito fecit alium? quis corpore febrim

De-

Depulit? ac vatem me, quo de gaudeo, vanum
Reddidit? is quiſquis Diuûm fuit arte medendi
Noſtra opus eſt. nomen medici vis noſſe? Gulelmus
Copus erat. iam tum florens iuuenilibus annis
Me quamuis ætate prior perfectus ad vnguem
Dotibus ingenii, Sophiæque mathemata callens,
Vt ſi quiſquam alius; ſenio nunc feſſus in aula
Franciſci Regis, Procerum inter lumina, cunctis
Carus adoratur, fruiturque laboribus actis.
Hic igitur mihi teſtis erit grauis atque locuples
Munere diua tuo reuocatæ virgo ſalutis.
Quanquam quidquid id eſt, auctori gloria Chriſto
In ſolidum debetur honoſque perennis in æuum.
Muneris huius erat quod viua Deo placuiſti:
Muneris eiuſdem eſt quod mortua pluribus ægris
Præſidio es, ſponſo ſic viſum eſt omnipotenti:
Per te largiri gaudet ſua munera: per te
Gaudet honorari: veluti lux ignea Phœbi
Per vitrum ſplendet iucundius, ac veluti fons
Per puras transfuſus amat manare canales.
Hoc vnum ſupereſt, vt te precer optima virgo,
Ne mihi ſit fraudi, quod tanto tempore votum
Soluere diſtulerim, pate e hanc accedere laudem
Tot titulis, Genovefa, tuis vt caſtior vſquam
Nulla fuit toto non vlla modeſtior Orbe;
Sic nec in æthereis clementior vlla feratur

PHILIPPO CÆSARIS MAXIMILIA-LIANI FILIO FELICITER IN PAtriam redeunti gratulatorium ſub perſona patriæ.

Semper memoranda dies plaudendaque ſemper,
Quam niueo faciles ducunt mihi vellere Parcæ,
Ecquis Erithræis tam candidus vnio conchis
Innitet, vt merita queat huius munera lucis

Inſignire nota? quæ te optatiſſime Princeps,
Iam laſſis deſideris notisque tuorum
Reſtituit: nunc videor mihi reddita demum,
Te, mea ſpes, decus, votorum ſumma recepto,
Scilicet una parum eſt, tam feſtæ gemma diei,
Quę ſemel anteactæ nouat omnia commoda vitæ.
Quę tot læta ſimul cumulo mihi congerit uno,
Lingua deeſt animo, neque enim in ſua gaudia pectus
Sufficit ad iuſtos deſunt ſua brachia plauſus.
Soſpes ab Hiſpano rediit meus orbe Philippus.
Soſpes cumque meo redierunt cuncta Philippo.
Ecce canunt reducem populuſque patresque Philippũ.
Clamat io reducem læta undique turba Philippum.
Reſponſant reducem vocalia tecta Philippum,
Nec fallax iſta eſt iteratæ vocis imago.
Saxa etiam reducem ſentiſcunt muta Philippum,
Et recinunt reducem minime iam muta Philippum,
Cum procul hinc aberas ſqualebant omnia luctu,
Mox ut ſaluus ades, reniteſcunt omnia cultu.
Sic ubi triſtis hyems aquilonibus aſperat auras,
Nuda ſeneſcit humus, mœrent ſine floribus horti.
Torpeſcunt amnes, languet ſine frõdibus arbos.
Stat ſine fruge ſeges, marcent ſine gramine campi.
Rurſus ubi zephiris tepidum ſpirantibus anni
Læta iuuenta redit gemmantur floribus horti.
Effugiunt amnes reuireſcit frondibus arbos.
Fruge nitent ſegetes hilareſcunt gramine campi:
Sic ſimul auricomus ſe condidit æquore Titan.
Mox perit hæc nitidi facies pulcherrimia mundi.
Pigra quies ſubit nigrantibus horrida pennis
Nox operit, mortique ſimillimus omnia torpor.
Rurſum vbi purpureis aurora reuecta quadrigis,
Rorantes tenero detexit lumine terras,
Cuique repente ſua ſpecies redit, atque renaſci
Cuncta putes, blandoque magis iuueneſcere vultu,

Tu

Tu ver dulce meum tu lumen amabile ſolus
Cuncta rapis fugiens,ac redditus omnia reddis.
Quam miſere abſentem lugebant cuncta Philippum,
Quam mihi ſollicitis trepidabant viſcera curis,
Dum tibi nunc iterum peragratur Gallia triplex,
Nunc magni luſtras ſoceri latiſſima regna.
Nunc tumidum viſis Rhodanum, gelidiſq; propinqua
Arua iugis dulci placide regnata ſorori.
Nunc rapidum ſuperans Rhenum, petis ampla parentis
Imperia & varias genteſque vrbeſq; pererras.
Maſum ſtudio,ac pro rerum pondere velox.
Ad mea vota tamen lentiſſimus. Vt mihi ſegnes
Torpidius ſolito viſi prorepere menſes.
Vt geminæ noctes, vt tardius ire videri
Inuitis ſol feſſus equis. Quin ſæpe fathiſcens,
Impatienſque moræ pietas hæc eminus in te
Latrabat calidis conuitia mixta querelis.
O nimium ſecure mei, iam tertia bruma
Appetit & ceſſas etiam lentuſque lubenſque.
Atque oculos ſine fine tuos peregrina morantur,
Nec ſentis,quod ſola maliſque metuque fatigor.
Num tibi nuper ineſt adamas in pectore natus?
Nunc vbi ſomniferæ guſtaſti flumina Lethes?
Qui dulcis patriæ,terræque altricis alumnus
Non meminiſſe potes? tam longo ferreus æuo
Non meminiſſe potes; Sic te regna extra tangunt?
Eſto bis affinis ſe tollat In æthera Betis,
Et geminis tumeat titulis Germania iure.
Haud ego diffiteor,magno genitore ſuperbit:
Nec domina temere Sabaudia læta ſorore eſt,
Francia iam tritauos,cognataque ſtemmata centum
Oſtentare poteſt. Vno hoc ego nomine primas
Aſſero,nec cedo ſocero,neque cedo ſorori,
Nec centum cedo vinclis, neque cedo parenti.
Numinibus tantum,ſuperiſque ſecunda beatis,

Repentè deſinamus.
At cerui volucres & cornix garrula viuunt
Tot ſeculis, vigentque:
Vni porro homini poſt ſeptima protinus, idq;
Vix dum peracta luſtra:
Corporeum robur carioſa ſenecta fatigat.
Neque id ſatis: ſed ante
Quam decimum luſtrum volitans abſoluerit ætas,
Tentare non veretur
Immortalem hominis, ductamq; ex æthere partem:
Et hanc laceſſit audax
Nec timet ingenii ſacros inceſſere neruos,
Sua ſi fides probato
Conſtat Ariſtoteli. ſed quorſum opus, obſecro, tanto
Auctore, quando certam
Ipſa fidem, heu, nimium facit experientia certam.
Quam nuper hunc Eraſmum
Vidiſti media viridem florere iuuenta?
Nunc is repentè verſus,
Incipit vrgentis ſenii ſentiſcere damna.
Et alius eſſe tendit,
Diſſimiliſque ſui: nec adhuc Phœbeius orbis
Quadragies reuexit
Natalem lucem quæ bruma ineunte Calendas
Quinta anteit Nouembreis.
Nunc mihi iam raris ſparguntur tempora canis,
Et albicare mentum
Incipiens iam præteritis vernantibus annis.
Vitæ monet cadentis
Aduentare hyemem, gelidamque inſtare ſenectam.
Eheu fugacis, ohe.
Pars veluti melior, ſic & properantior æui.
O ſeculi caduci
Flos nimium breuis, & nulla reparabilis arte!
Teneræ ô vigor iuuentæ!

O dul-

O dulces anni, ô felicia tempora vitæ
Vt clanculum excidiſtis!
Vt ſenſum fallente fuga lapſuque volucri
Furtiua auolaſtis ohe!
Haud ſimili properant vndoſa relinquere curſu,
Virideis flumenta ripas.
Impete nec ſimili fugiunt caua nubila ſiccis
Quoties aguntur Euris,
Sic ſic effugiunt tacitæ vaga ſomnia noctis
Simul auolante ſomno.
Quæ deſiderium, curas & præter inaneis,
Sui nihil relinquunt,
Sic roſa, quæ tenerò murice tincta rubebat
Tenui ſeneſcit Auſtro.
Atque ita, me miſerum, nucibus dum ludo puellus,
Dum literas ephebus
Ardeo, dum ſcrutor pugnaſque viaſque Sophorum
Dum Rhetorum colores.
Blandaque melliſluæ deamo figmenta Poeſis;
Dum necto ſyllogiſmos:
Pingere dum meditor tenueis ſine corpore formas;
Dum ſedulus per omne
Auctorum voluor genus impiger vndique carpo.
Apis in modum Matinæ,
Tædias ſolidum cupiens abſoluere cyclum,
Sine fine geſtiendi.
Singula correptus dum circumuector amore,
Dum nil placet relinqui;
Dumque profana ſacris, dum iungere Græca Latinis
Studeoque molior que;
Dum cognoſcendi ſtudio, terraque marique
Volitare, dum niuoſas
Cordi eſt & iuuat & libet erepere per alpeis,
Dulceis parare amicos
Dum ſtupeo, atque viris iuuat innoteſcere doctis,

Fur-

Furtim inter ista pigrum
Obrepsit senium, & subitò segnescere vireis
Miror que sentioque.
Vixque mihi spatium iam defluxisse valentis
Persuadeo iuuentæ.
Quur adeò circumspectè parceque lapillis,
Quur purpuris & ostro
Mortales vtuntur & ætas aurea, tanto
Preciosior lapillis,
Et quouis auro, quouis preciosior ostro,
Prodigitur, inque nugis
Conteritur miseris nullo vecorditer vsu,
Siniturque abire frustra?
Adde quod illa queant sarciri perdita. Crassos
Speres tibi licebit,
Et Lydos speres Crœsos, iam Codrus, & Irus:
Sed quod semel seuera
Pensilibus fusis Clotho deuoluerit æuum,
Id nec venena Circes,
Nec magicum Maia nati gestamina, sceptrum
Neque dira Thessalorum.
Medeæ succis reuocare precamina possint.
Non si vel ipse Diuûm
Nectare te saturet pater, ambrosioque liquore,
(Namque his ali iuuentam,
Arceri senium scripsit nugator Homerus.)
Non si tibi efficaci
Rore riget corpus Tithoni lutea coniunx:
Non si ter, octiesque
Phaon per Chias Venerem transvexeris vndas:
Non si tibi ipse Chiron
Omneis admoueat, quas tellus proferit, herbas.
Nec anulus, nec vlla
Pharmaca, cum neruis annos remorantur eunteis.

Atqui

Atqui ferunt Magorum
Monſtrifico ſiſti torrentia flumina cantu:
Iiſdem ferunt relabi
Præcipites amnes. verſo in contraria curſu.
Et Cynthiæ volucres.
Et rapidas Phœbi ſiſti, figique quadrigas.
Sed vt hæc ſtupenda poſſint
Carmina; non ſperes tamen improbus, vt tibi quondam.
Aut iam peracta vitæ
Secla iterum referant aut prætereuntia ſiſtant.
Sol mergitur, viciſſimque
Exoritur nouus, & nitido redit ore ſerenus.
Extincta Luna rurſum
Naſcitur inque vices nunc decreſcente minuta
Senſim ſeneſcit orbe:
Nunc vegeta arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad ſuam iuuentam.
Bruma vbi conſenuit, Zephyris redeuntibus, annus
Et poſt gelu, niueiſque
Ver nitidum floreſque reuerſa reducit hirundo.
At noſtra poſteaquam
Feruida præterit ſeclis labentibus æſtas;
Vbi triſtis occupauit
Corpus hyems, capitiſque horrentia tempora poſtquam
Niue canuere denſa;
Nulla recurſuri ſpes, aut ſucceſſio veris:
Verûm malis ſupremum
Imponit mors vna, malorum maxima finem.
More Phrygum inter iſta
Incipimus ſero ſapere, & diſpendia vitæ
Incogitanter actæ

Flora-

Furtim inter iſta pigrum
Obrepſit ſenium, & ſubitò ſegneſcere vireis
Mirorque ſentioque.
Vixque mihi ſpatium iam defluxiſſe valentis
Perſuadeo iuuentæ.
Quur adeò circumſpectè parceque lapillis,
Quur purpuris & oſtro
Mortales vtuntur & ætas aurea, tanto
Precioſior lapillis;
Et quouis auro, quouis precioſior oſtro,
Prodigitur, inque nugis
Conteritur miſeris nullo vecorditer vſu,
Siniturque abire fruſtra?
Adde quod illa queant ſarciri perdita. Craſſos
Speres tibi licebit,
Et Lydos ſperes Crœſos, iam Codrus, & Irus:
Sed quod ſemel ſeuera
Penſilibus fuſis Clotho deuoluerit æuum,
Id nec venena Circes,
Nec magicum Maiæ nati geſtamina, ſeptrum
Neque dira Theſſalorum.
Medeæ ſuccis reuocare precamina poſſint.
Non ſi vel ipſe Diuûm
Nectare te ſaturet pater, ambroſioque liquore,
(Namque his ali iuuentam,
Arceri ſenium ſcripſit nugator Homerus.)
Non ſi tibi efficaci
Rore riget corpus T[illegible]
Non ſi te[illegible]
Phaon p[illegible]
Non[illegible]
O[illegible]

Atqui ferunt *Magorum*
Monſtrifico ſiſti torrentia flumina cantu:
Iiſdem ferunt relabi
Præcipites amnes. verſo in contraria curſu.
Et *Cynthiæ* volucres,
Et rapidas Phœbi ſiſti, figique quadrigas.
Sed vt hæc ſtupenda poſſint
Carmina; non ſperes tamen improbus, vt tibi quondam.
Aut iam peracta vitæ
Secla iterum referant aut prætereuntia ſiſtant.
Sol mergitur, viciſſimque
Exoritur nouus, & nitido redit ore ſerenus:
Extincta Luna rurſum
Naſcitur inque vices nunc decreſcente minuta
Senſim ſeneſcit orbe:
Nunc vegeta arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad ſuam iuuentam,
Bruma vbi conſenuit. Zephyris redeuntibus, annus:
Et poſt gelu, niueiſque
Ver nitidum floreſque reuerſa reducit hirundo.
At noſtra poſteaquam
Feruida præterijt ſeclis labentibus æſtas;
Vbi triſtis occupauit
Corpus hyems, ca[illegible] entia tempora poſt-
[illegible]
den[illegible]
pe[illegible]
[illegible]
na[illegible]
[illegible]
lora-

Furtim inter iſta pigrum
Obrepſit ſenium, & ſubitò ſegneſcere vireis
Miror que ſentioque.
Vixque mihi ſpatium iam defluxiſſe valentis
Perſuadeo iuuentæ.
Quur adeò circumſpectè parceque lapillis,
Quur purpuris & oſtro
Mortales vtuntur & ætas aurea, tanto
Precioſior lapillis,
Et quouis auro, quouis precioſior oſtro,
Prodigitur, inque nugis
Conteritur miſeris nullo vecorditer vſu,
Siniturque abire fruſtra?
Adde quod illa queant ſarciri perdita. Craſſos
Speres tibi licebit,
Et Lydos ſperes Crœſos, iam Codrus, & Irus:
Sed quod ſemel ſeuera
Penſilibus fuſis Clotho deuoluerit æuum,
Id nec venena Circes,
Nec magicum Maiæ nati geſtamina, ſeptrum
Neque dira Theſſalorum.
Medeæ ſuccis reuocare precamina poſſint.
Non ſi vel ipſe Diuûm
Nectare te ſaturet pater, ambroſioque liquore,
(Namque his ali iuuentam,
Arceri ſenium ſcripſit nugator Homerus.)
Non ſi tibi efficaci
Rore riget corpus Tith[illegible]
Non ſi ter [illegible]
Phaon[illegible]
N[illegible]
O[illegible]

Atqui ferunt *Magorum*
Monſtrifico ſiſti torrentia flumina cantu:
Iiſdem ferunt relabi
Præcipites amnes, verſo in contraria curſu.
Et *Cynthiæ* volucres.
Et rapidas *Phœbi* ſiſti, figique quadrigas.
Sed vt hæc ſtupenda poſſint
Carmina; non ſperes tamen improbus, vt tibi quondam.
Aut iam peracta vitæ
Secla iterum referant aut prætereuntia ſiſtant.
Sol mergitur, viciſſimque
Exoritur nouus, & nitido redit ore ſerenus.
Extincta Luna rurſum
Naſcitur inque vices nunc decreſcente minuta
Senſim ſeneſcit orbe:
Nunc vegeta arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad ſuam iuuentam,
Bruma vbi conſenuit, Zephyris redeuntibus, annus:
Et poſt gelu, niueiſque
Ver nitidum floreſque euerſa reducit hirundo.
At noſtra poſteaquam
Feruida præterit ſeclis labentibus æſtas;
Vbi triſtis occupaui[illegible]
Corpus hyems, [illegible] entia tempora poſtquam
[illegible]anuere d[illegible]
[illegible]

Flora-

Insignire notaʾ quæ te optatissime Princeps,
Iam lassis desideris notisque tuorum
Restituit: nunc videor mihi tradita demum,
Te, mea spes, decus, votorum summa recepto,
Scilicet una parum est, tam festæ gemma diei,
Quę semel anteactæ nouat omnia commoda vitæ.
Quę tot læta simul cumulo mihi congerit uno,
Lingua deest animo, neque enim in sua gaudia pectus
Sufficit ad iustos desunt sua brachia plausus.
Sospes ab Hispano rediit meus orbe Philipus.
Sospes cumque meo redierunt cuncta Philippo.
Ecce canunt reducem populusque patresque Philippũ.
Clamat io reducem læta undique turba Philippum.
Responsant reducem vocalia tecta Philippum,
Nec fallax ista est iteratæ vocis imago.
Saxa etiam reducem sentiscunt muta Philippum,
Et recinunt reducem minime iam muta Philippum,
Cum procul hinc aberas squalebant omnia luctu,
Mox ut saluus ades, renitescunt omnia cultu.
Sic ubi tristis hyems aquilonibus asperat auras,
Nuda senescit humus, mœrent sine floribus horti.
Torpescunt amnes, languet sine frõdibus arbos.
Stat sine fruge seges, marcent siue gramine campi.
Rursus ubi zephiris tepidum spirantibus anni
Læta iuuenta redit gemmantur floribus horti.
Effugiunt amnes reuirescit frondibus arbos.
Fruge nitent segetes, hilarescunt gramine campi:
Sic simul auricomus se condidit æquore Titan.
Mox perit hæc nitidi facies pulcherrimia mundi.
Pigra quies subit, nigrantibus horrida pennis
Nox operit, mortique simillimus omnia torpor.
Rursum vbi purpureis aurora reuecta quadrigis,
Rotantes tenero detexit lumine terras,
Cuique repente sua species redit, atque renasci
Cuncta putes, blandoque magis iuuenescere vultu,

Tu

Tu ver dulce meum tu lumen amabile ſolus
Cuncta rapis fugiens, ac redditus omnia reddis.
Quam miſere abſentem lugebant cuncta Philippum,
Quam mihi ſollicitis trepidabant viſcera curis,
Dum tibi nunc iterum peragratur Gallia triplex,
Nunc magni luſtras ſoceri latiſſima regna.
Nunc tumidum viſis Rhodanum, gelidiſq; propinqua
Arua iugis, dulci placide regnata ſorori.
Nunc rapidum ſuperans Rhenum, petis ampla parentis
Imperia & varias genteſque vrbeſq; pererras.
Illarum ſtudio, ac pro rerum pondere velox
Ad mea vota tamen lentiſſimus. Vt mihi ſegnes
Torpidius ſolito viſi protepere menſes.
Vt geminæ noctes, vt tardius ire videri
Inuitis ſol feſſus equis. Quin ſæpe fatiſcens,
Impatienſque moræ pietas hæc eminus in te
Latrabat calidis conuitia mixta querelis.
O nimium ſecure mei, iam tertia bruma
Appetit & ceſſas etiam lentuſque lubenſque.
Atque oculos ſine fine tuos peregrina morantur,
Nec ſentis, quod ſola maliſque metuque fatigor.
Num tibi nuper ineſt adamas in pectore natus?
Nunc vbi ſomniferæ guſtaſti flumina Lethes?
Qui dulcis patriæ, terræque altricis alumnus
Non meminiſſe potes? tam longo ferreus æuo
Non meminiſſe potes; Sic te regna extra tangunt?
Eſto bis affinis ſe tollat in æthera Betis,
Et geminis tumeat titulis Germania iure.
Haud ego diffiteor, magno genitore ſuperbit:
Nec domina temere Sabaudia læta ſorore eſt,
Francia iam tritauos, cognataque ſtemmata centum
Oſtentare poteſt. Vno hoc ego nomine primas
Aſſero, nec cedo ſocero, neque cedo ſorori,
Nec centum cedo vinclis, neque cedo parenti.
Numinibus tantum, ſuperiſque ſecunda beatis,

Hoc, inquam titulo, quod te mihi protinus vni
Elapſum arcanis vteri Lucina latebris
Tradidit in gremium, quod dulcia murmura primæ
Auribus vna meis hauſi læatiſſima vocis,
Reptaſti ſinu generoſus puſio noſtro.
Qualibus ô mihi tum ſaliebant pectora votis.
Qualibus ô mihi nunc ſaliunt præcordia votis.
Tunc ego plaudebam natum feſtiua Philippum,
Nunc ego plaudo magis reducem feſtiua Philippum
Illo quanta die præſenſi gaudia mente.
Hoc maiora die perſentio gaudia mente,
Viciſti mea vota bonis gratiſſime diuis,
Optatis mihi maior ades. nunc thure Sabæo
Templa vaporentur nunc omnis luceat ara.
Victima nunc dextro properet votiua tonanti.
Is mihi te quondam dederat, mihi reddidit idem,
Et dederat magnum, at maiorem reddidit idem.
Perge precor Lacheſis ſimili de vellere totam
Principis, in longumque velis deducere vitam,
Nec pullis vnquam vities bona ſtamina filis.
Tuque pater qui digna ſoles immittere dignis.
Eque pithis miſces mortalia fata duobus.
Huic nihil, aut certe minimum de triſtibus addas,
Sed mihi perpetuo ſit, vt eſt, lætiſſimus ille:
Contra ego perpetuo ſim, vt ſum, lætabilis illi,
Mutuaque hæc nobis ac tam pia gaudia nunquam
Humanis infeſta bonis turbauerit Ate.

Ad Guilielmum Copum Baſileienſem, de ſenectutis incommodis.

Vnica nobilium medicorum gloria, Cope,
  Seu quis requirat artem.
Siue fidem ſpectet, ſeu curam, in quolibet horum
  Vel iniquus ipſe noſtro

Præci-

Præcipuos tribuit Gulielmo Liuor honores.
  Cedit fugitque morbi
Ingenio genus omne tuo. Teterrima porrò
  Senecta morbus ingens.
Nullis arceri verò poteſt, pelliue medelis:
  Quin derepente oborta
Corporis expotet ſuccos, animique vigorem
  Hebetet, ſimul recentis
Hinc atque hinc ſtipata, malis; quibus omnia carptim
  Vellitque deteritque
Commoda, quæ ſecum ſuboleſcens vexerit ætas
  Formam, ſtaturam, colorem:
Partem animi memorem cum pectore, lumina, ſomnos,
  Vires, alacritatem.
Auctorem vitæ igniculum decerpit & huius
  Nutricium liquorem.
Vitaleis adimit flatus, cum ſanguine corpus,
  Riſus, iocos, lepores:
Denique totum hominem paulatim ſurripit ipſa:
  Neque de priore tandem
Præterquam nomen, titulumque relinquit inanem.
  Cuiuſmodi tuemur
Paſſim marmoreis inſcalpta vocabula buſtis.
  Vtrum hæc ſenecta, quæſo,
An mors lenta magis dicenda eſt? inuida fata, &
  Impendio maligna.
Vt quæ deteriora labantis ſtamina vitæ,
  Pernicitate tanta
Accelerare velint, rapidiſque allabier alis.
  At floridam iuuentam
Vſque adeò male præcipiti decurrere filo,
  Tu illius priuſquàm
Cognita ſat bona ſint, iam non fugitiua relinquant.
  Et citius atque noſmet
Plane viuere ſenſerimus, iam viuere fracti

Re-

Repentè desinamus.
At cerui volucres & cornix garrula viuunt
Tot seculis, vigentque
Vni porro homini post septima protinus, idq;
Vix dum peracta lustra;
Corporeum robor cariosa senecta fatigat.
Neque id satis: sed ante
Quam decimum lustrum volitans absoluerit ætas,
Tentare non veretur
Immortalem hominis, ductamq; ex æthere partem:
Et hanc lacessit audax.
Nec timet ingenii sacros incessere neruos,
Sua si fides probato
Constat Aristoteli sed quorsum opus, obsecro, tanto
Auctore, quando certam
Ipsa fidem, heu, nimium facit experientia certam,
Quam nuper hunc Erasmum
Vidisti media viridem florere iuuenta?
Nunc is repentè versus.
Incipit vrgentis senii sentiscere damna.
Et alius esse tendit,
Dissimilisque sui nec adhuc Phœbeius orbis
Quadragies reuexit
Natalem lucem quæ bruma ineunte Calendas
Quinta anteit Nouembreis.
Nunc mihi iam raris sparguntur tempora canis,
Et albicare mentum
Incipiens iam præteritis vernantibus annis,
Vitæ monet cadentis
Aduentare hyemem, gelidamque instare senectam.
Eheu fugacis, ohe.
Pars veluti melior, sic & properantior æui.
O seculi caduci
Flos nimium breuis, & nulla reparabilis arte!
Teneræ ô vitor iuuentæ!

O dul-

O dulces anni, ô felicia tempora vitæ
Vt clanculum excidiſtis!
Vt ſenſum fallente fuga lapſuque volucri
Furtim auolaſtis ohe!
Haud ſimili properant vndoſa relinquere curſu,
Virideis fluenta ripas.
Impete nec ſimili fugiunt caua nubila ſiccis
Quoties aguntur Euris,
Sic ſic effugiunt tacitæ vaga ſomnia noctis
Simul auolante ſomno.
Quæ deſiderium curas & præter inaneis,
Sui nihil relinquunt,
Sic roſa, quæ tenero murice tincta rubebat
Tenui ſeneſcit austro.
Atque ita, me miſerum, nucibus dum ludo puellus,
Dum literas ephebus
Ardeo dum ſcrutor pugnaſque viaſque Sophorum
Dum Rhetorum colores.
Blandaque melliſluæ deamo figmenta Poeſis;
Dum necto ſyllogiſmos:
Pingere dum meditor tenueis ſine corpore formas;
Dum ſedulus per omne
Auctorum voluor genus impiger vndique carpo.
Apis in modum Matinæ,
Tædias ſolidum cupiens abſoluere cyclum,
Sine fine geſtiendi.
Singula correptus dum circumuector amore,
Dum nil placet relinqui:
Dumque profana ſacris, dum iungere Græca Latinis
Studeoque molior que;
Dum cognoſcendi ſtudio, terraque marique
Volitare dum niuoſas
Cordi eſt & iuuat & libet erepare per alpeis,
Dulceis parare amicos
Dum ſtupeo, atque viris iuuat innoteſcere doctis,

Fur-

Furtim inter ista pigrum
Obrepsit senium, & subitò segnescere vireis
Miror que sentioque.
Vixque mihi spatium iam defluxisse valentis
Persuadeo iuuentæ.
Quur adeò circumspectè parceque lapillis,
Quur purpuris & ostro
Mortales vtuntur & ætas aurea, tanto
Preciosior lapillis,
Et quouis auro, quouis preciosior ostro,
Prodigitur, inque nugis
Conteritur miseris nullo vecorditer vsu,
Siniturque abire frustra?
Adde quod illa queant sarciri perdita. Crassos
Speres tibi licebit,
Et Lydos speres Crœsos, iam Codrus, & Irus:
Sed quod semel seuera
Pensilibus fusis Clotho deuoluerit æuum,
Id nec venena Circes,
Nec magicum Maia nati gestamina, septrum
Neque dira Thessalorum.
Medeæ succis reuocare precamina possint.
Non si vel ipse Diuûm
Nectare te saturet pater, ambrosioque liquore,
(Namque his ali iuuentam,
Arceri senium scripsit nugator Homerus.)
Non si tibi efficaci
Rore riget corpus Tithoni lutea coniunx:
Non si ter, octiesque
Phaon per Chias Venerem transvexeris vndas:
Non si tibi ipse Chiron
Omneis admoueat, quas tellus proferit, herbas.
Nec anulus, nec vlla
Pharmaca, cum neruis annos remorantur eunteis.

Atqui

Atqui ferunt *Magorum*
Monſtrifico ſiſti torrentia flumina cantu:
Iiſdem ferunt relabi
Præcipites amnes. verſo in contraria curſu.
Et *Cynthiæ* volucres.
Et rapidas Phœbi ſiſti, figique quadrigas.
Sed vt hæc ſtupenda poſſint
Carmina; non ſperes tamen improbus, vt tibi quondam
Aut iam peracti vitæ
Secla iterum referant aut prætereuntia ſiſtant,
Sol mergitur, viciſſimque
Exoritur nouus, & nitido redit ore ſerenus.
Extincta Luna rurſum
Naſcitur inque vices nunc decreſcente minuta
Senſim ſeneſcit orbe.
Nunc vegeta arridet tenero iuueniliter ore.
Redit ad ſuam iuuentam.
Bruma vbi conſenuit Zephyris redeuntibus, annus:
Et poſt gelu niueiſque
Ver nitidum floreſque nouerſâ reducit hirundo.
At noſtra poſteaquam
Feruida præterit ſeclis labentibus æſtas;
Vbi triſtis occupauit
Corpus hyems, capitiſque horrentia tempora poſtquam
Niue canuere denſa;
Nulla recurſuri ſpes, aut ſucceſſio veris:
Verùm malis ſupremam
Imponit mors vna, malorum maxima finem.
More Phrygum inter iſta
Incipimus ſero ſapere, & diſpendia vitæ
Incogitanter actæ

Flora-

Ploramus miseri: & consumptos turpiter annos
Horremus execramur.
Quæ quondã heu nimium placuere,& quæ vehemẽter
Mellita visa dudum.
Tum tristi cruciant recolentia pectora felle;
Frustraque maceramur
Tam rarum sine fruge bonum fluxisse quod omni
Bene collocare cura
Par erat & nullam temerè dispertere partem.
At nunc mihi oscitanti
Qualibus heu nugis quanta est data portio vitæ.
Satis hactenus, misselle,
Cessatum, satis est dormitum pellere somnos
Nunc tempus est Erasme.
Nunc expergisci & tota resipiscere mente
Velis dehinc, equisque,
Et pedibus,manibusque & totis denique neruis
Nitendum, vt anteacti
Temporis & studio iactura volubilis æui
Vigilante sarciatur,
Dum licet ac dum tristis adhuc in limine primo
Consistimus senectæ
Dum noua canicies, & adhuc numerabilis & dum
Pilis notata raris
Tempora duntaxat, spatium effluxisse Virentis
Iam clamitant iuuentæ:
Nec tam præsentem iam testificantur adesse
Quam nunciant citatum
Ferre gradum & sterilem procul aduentare senectam,
Cuiusmodi videtur
Tum rerum facies, quum Autumni frigore primo
Iam vernus ille pratis
Decessit decor, ac languescunt florum.
Iam iam minus nitenteis
Herbas affirmes, Boreasque,geluque,nocentis

Iam

Iam prætimere brumæ.
Ergo animus, dum totus adhuc conſtatq; vigetq;
Et corporis puſillum
Detrimenta nocent, age iam meliora ſequamur.
Quidquid mihi deinceps
Fata æui ſupereſſe volent, id protinus omne
Christo dicetur vni
Quo cui vel ſolidam decuit ſacrarier, ut cui
Bis, terque debeatur,
Principio gratis donata, hinc reddita gratis,
Toties que vindicata,
Huic ſaltem pars deterior breuiorque dicetur.
Poſthac ualete nugæ,
Fucatæque uoluptates, riſusque, iocique.
Luſus. & illecebræ.
Splendida nobilium decreta valete Sophorum.
Valete ſyllogiſmi.
Blandæ Pegaſides animoſque trahentia Pithus
Pigmenta, floſculique.
Pectore iam ſoli toto penituſque dicato.
Certum eſt vacare Chriſto:
Hic mihi ſolus erit ſtudium, dulceſque Camœnæ,
Honos, decus voluptas,
Omnia ſolus erit, neq; quicquam ea cura (quod aiunt)
Mouebit Hippoclidem.
Terrea ſi moles, compagoque corporis huius
Marceſcet obſoleſcens.
Mens modò pura mihi, ſcelerumq; ignara per illum
Niteatque floreatque,
Donec ſumma dies pariter cum corpore mentem
Ad priſtinum nouata
Conuictum reuocabit, & hinc iam vere perenni
Pars vtraque fruetur.
Hæc facito vt rata ſint, vitæ exorabilis auctor,
Vitæque reſtitutor.

Quo ſine nil poſſunt vnquam mortalia vota, &
  Vires labant caducæ.

Ad Ioannem Sapidum.

Quando diſtrahimur abſens abſentis amici
  Candide Ioannes hoc tibi pignus, habe.
Quoque magis ſpatium ſeiunget corpora noſtra,
  Mutuus hoc propius pectora iungat amor.

Ode de laudibus Britanniæ regiſque Henrici ſeptimi, ac regiorum liberorum

BRITANNIA LOQVITVR.

Si iactare licet magnorum munera Diuûm.
  Sibique veris fas placere dotibus,
Cur mihi non videar fortunatiſſima tellus?
  Digna eſt malis, bona quæ parum nouit ſua.
Vltima lanigeris animoſa eſt India lucis;
  Suis ſuperbus eſt Arabs odoribus:
Thuriferis gaudet Panchaia diues arenis;
  Ibera flumen terra iactat aureum.
Ægypto faciunt animos ſeptem oſtia Nili;
  Laudata Rheni vina tollunt accolas.
Læta nec vberibus ſibi diſplicet Africa glebis;
  Hæc portubus ſuperbit, illa mercibus.
At mihi nec fontes, nec ditia flumina deſunt.
  Sulciue pingues, prata, nec ridentia,
Fœta viris, fœcunda veris, fœcunda metallis.
  Nec glorier, quod ambiens largas opes
Porrigit Oceanus, neu quod nec amicius vlla
  Cœlum, nec aura dulcius ſpirat plaga.

Setus

Serus in occiduas mihi Phœbus conditur vndas,
 Sororque noctis blanda ducit lucida,
Poſſem ego laudati contemnere vellera Betis:
 Vbi villus albis mollior bidentibus?
Et tua non nequeam miracula temnere, Memphi.
 Verum illa maior, iuſtiorque gloria,
Quod Latiis, quod ſum celebrata Britannia Graiis,
 Orbem vetuſtas quod vocauit alterum:
Non tamen hæc iacto nam ſunt antiqua, ſed inde
 Attollo criſtas, ac triumpho ſeriò;
Quod mihi rex pulchri pars eſt pulcherrima regni.
 Rex vnicum huius ſeculi miraculum.
Inſtructus pariter Martiſque, & Palladis armis,
 Belli peritus, pacis aſt amantior.
Indulgens aliis, ſibi nil permittit, habenas
 Suis relaxans ciuibus, ſtringit ſibi.
Hoc regnum ille putat, patriæ chariſſimus eſſe,
 Blandus bonis, ſolis timendus impiis.
Non Deciis ſua Roma, ſuo non Attica Codro,
 Pluris fuit, ſatis redempta mutuis.
Numinis ac cœli tanta eſt reuerentia, quanta
 Nec erat Metello, nec marito Ægeriæ,
Non mellita magis Pylio facundia regi,
 Nec Cæſari mens maior aut ſublimior.
Nec Mecœnati vel dextra benignior vnquam,
 Vel ſanguinis tam magna parſimonia,
Creditus Æneas Veneris de ſemine cretus;
 Dictus parente Scipio ſatus Ioue.
Quid ſi priſca meum vidiſſent ſecula regem,
 Hoc ore tam decente, tali pectore?
Nonne Iouem humanis ipſum ſuccurrere rebus,
 Noſtro latentem crediſſent corpore?
Atq, hic ſemper erit magni mihi numinis inſtar,
 Meus hic Apollo, ſeculi patet aurei.

A A

Hoc oriente, meis gens ferrea ceſſit ab oris;
Fraudes reuerſa Aſtrea diſtulit malas:
Non ſecus ac toto vaneſcunt ſidera cœlo
Simul ore Titan emicauit igneo.
Claudere iam Ianum fas eſt iam ducere longas,
Cuſtode rerum tam potente, ferias.
Me miſeram cur huic æternos Iuppiter annos
Non addidiſti? cuncta quum donaueris?
Nolunt noſtra ſuis æquari numina regnis.
At ſi qua magnos vota tangunt Cœlites,
Serus ſydereas certè referatur in arces:
Fatale ſera ſtamen amputet Attopos,
Finiit Alcides ſpecioſus morte labores:
Debetur à tum regibus cœlum bonis.
Hunc repetant Superi ſed tum, quum Neſtoris æuum.
Vbi ſenectam vicerit Tithoniam
Et viuet tamen vſque mihi, dum regia proles
Referet parentis nomen os, & indolem.
Quæ mihi purpureis iam quina adoleſcit in aulis
Regum futuri tres patres, matres duæ.
Non aliter pictis Pœſti vernantis in hortis,
Almo nitentis rore pubeſcunt roſæ:
Formoſæ Veneri flos acceptiſſimus, & quo
Nec ſpirat alter aut renidet blandius:
Nec cui nexilibus ſit gratia tanta coronis,
Ambire ſolus regiam dignis comam.
Hic vbi cultoris laſciua induſtria docti,
Miſcere gaudet punicanteis candidis;
Plurimaque in ſpina rutilat roſa, & albicat vna
Vt lacteum ſi murici iungas ebur:
Omnibus idem odor eſt, ros omneis educat idem,
Eadem iuuenta, forma par, idem frutex.
Atque eadem tellus ſucco nutricat eodem
Fouentur auris iiſdem eodem ſidere.
Sunt duo, quæ variant, cognataque germina pulchros

Ætas

Ætas colorque diuidunt diſcrimine.
Hæc modò nata, latet prope cortice tota virenti,
Tenuique rima tenera lucet purpura.
Hæc niuei tantum faſtigia protulit oris.
Senſim at dehiſcens turgidos rumpit ſinus.
Exerit hæc totum diſciſſa veſte mucronem,
Clauſas minata iam comas euoluere.
Illaque lactrolos nondum exſinuauit amictus;
Vix credit auris tam rudeis adhuc opes;
Candida ſed tenui ſuffunditur ora rubore,
Seu fratris hic eſt, ſiue ſideris color.
Maximo ter ſeno foliorum gaudet honore,
Tyrio micantes explicans oſtro comas,
Non ſic lana rubet bis concha imbuta marina,
Non ſic Eois Phœbus emergens aquis.
Nec ſolum arridet pulchro venientibus ore;
Luteola ſed iam pollicetur ſemina.
Hic meus arcturus qui nominis omine felix,
Virtute reddet, quem refert vocabulo.
Aſpice quod ſpecimen generoſæ frontis in illo eſt,
Vt lucet oculis viuidus mentis vigor.
Præcoqua nec tardam expectat ſapientia pubem,
Præuertit annos indoles a dens ſuos.
Talis Ieſſides, illique ſimillima proles,
Hic quum timendas diſſecat puer feras,
Hæc quando ancipitem potuit diſſoluere litem,
Malamque fraudem fraude docta prodere.
Proxima conſequitur Nymphen, quæ nomina ducit
Ab vnione Perſici fœtu maris.
Omine delector, blando candore lapillus
Placet, pudore Margarita lacteo.
Hic teres eſt, nec inæquali læuore rotundus;
In Margaritæ moribus ſcabrum nihil.
Eſt noua cum liquido gemmæ cognatio cœlo;
Claret ſereno ſole, pallet nubilo.

Errabam tacitæ per amica ſilentia ſiluæ,
Dulci tactus corda furore.
Iam nemora & fontes, iam ruſtica vita placebat,
Turbam & fumida tecta peroſo
Cumque Marone meo, gelidis in vallibus Hæmi
Siſti terque quaterque precabar.
Quum ſubito affulgens, Veneriq; ſimillima pulchræ:
Obuia fit tua Fauſte Thalia,
Protinus illa oculis eſt eminus agnita noſtris,
Comi arriſit molliter ore.
Vt cotam ſtetit, ecquid agit meus occupo, Fauſtus?
Quidve decus commune Gaguinus?
Viuit vterque, & vterq; ſuo deuinctus Eraſmo,
Aut eadem, aut meliora precatur.
Gaudeo verûm age dic, quidnam molitur vterque,
Quod cantet ſchola Franca legatue?
Quæ reo à tam ditibus atque feracibus aruis,
Iamdudum annua munera ſperat.
Autumnumq; ſuum? primum tuus ille Robertus
Exæquat ſermone ſoluto.
Stemmata Francorum, & decus & fera prælia regum.
Iam nihil eſt quod Gallia docto
Inuideat Latio; ſuus ipſi contigit alter
Liuius ac Salluſtius alter.
Quid tuus ille parat vates? quonam monumento
Fauſtum nigris inuidet vmbris?
An ſilet alterna cupiens recreare quiete
Longis hauſta laboribus arua?
Ille quidem felix agit ocia qualia quondam
Scipiades agitare ſolebat,
Vrbe procul tacitis ſolus, neque ſolus, in agris
Ocia pulchri plena negoci.
Quippe inter colles, vinetaque Gallica ſolus.
Parrhiſiis vagus errat in agris.
Sunt comites pingui gaudentes rure Camœnæ:

Illic

Illic raptus Apolline toto.
Et ſeſe & Muſis dignum. Phœboque poema
Agreſti meditatur auena.
Quale nec æquari doleat ſibi Tityrus ipſe,
Qui patulæ ſub tegmine fagi,
Silueſtrem tenui tentabat arundine Muſam:
Quale trahat campoſque pecuſque,
Quale queat rigidas deducere montibus ornos
Siſtere flumina, flectere ſaxa.
Reddere quale queat placidos tigreſq; lupoſq;
Quale feros euincere manes.
Deniq; (quod proprie tecum lætabere) caſtum:
Nulla hic Liuia, nulla Columba.
Nuſquam hic formoſum Corydon ardebit Alexin,
Phyllis toto in carmine nulla.
Quod neque Sorbonæ neqneat cenſura probare.
Et multos habet illa Catones.
Quod neque grammaticus teneræ dictare iuuentæ,
Plagoſo vereatur in antro:
Nec tetrico Hippolytum pudeat recitare parenti.
Felicem ter & amplius illum,
Quiſquis Fanſtina dicetur arundine Gallus!
Vel Varus vel Pollio quiſquis,
Viuet & æternum pulchro cum carmine notus,
Quadrifido cantabitur orbe.

In morbo, de fatis ſuis querela.

Miror quæ mihi ſydera
Naſcenti implacido lumine fulſerint,
O Gaguine meum decus.
Nam ſeu iure aliquo noſtra negotia
Ignes ætherei regunt;
Me primum teneras lumen ad inſolens
Edentem querimonias,

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deiectem,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul. iniquius
Fortunam inſimulat ſuam.
Quæ tot proſpera, tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius uti ier,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala.
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim proruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Nigri

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite proſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
Reſponſans aeri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis
Emicet

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deiectem,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul. iniquius
Fortunam inſimulat ſuam.
Quæ tot proſpera, tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius uti er,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala.
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim próruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Nigri

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite proſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
Reſponſans æri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis
Emicet

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deierem,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul. iniquius
Fortunam inſimulat ſuam,
Quæ tot proſpera tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius vtier,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala.
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab vbere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim proruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Nigri

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite proſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
Reſponſans aeri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis

Emicet

Hoc oriente, meis gens ferrea ceſſit ab oris;
Fraudes reuerſa Aſtrea diſtulit malas:
Non ſecus ac toto vaneſcunt ſidera cœlo
Simul ore Titan emicauit igneo.
Claudere iam Ianum fas eſt iam ducere longas,
Cuſtode rerum tam potente, ferias.
Me miſeram, cur huic æternos Iuppiter annos
Non addidiſti? cuncta quum donaueris?
Nolunt noſtra ſuis æquari numina regnis.
At ſi qua magnos vota tangunt Cœlites,
Serus ſydereas certè referatur in arces:
Fatale ſera ſtamen amputet Attopos,
Finiit Alcides ſpecioſus morte labores:
Debetur a tum regibus cœlum bonis.
Hunc repetant Superi ſed tum, quum Neſtoris æuum,
Vbi ſenectam vicerit Tithoniam
Et viuet tamen vſque mihi, dum regia proles
Referet parentis nomen os, & indolem.
Quæ mihi purpureis iam quina adoleſcit in aulis
Regum futuri tres patres, matres duæ.
Non aliter pictis Pœſti vernantis in hortis,
Almo nitentis rore pubeſcunt roſæ:
Formoſæ Veneri flos accepriſſimus, & quo
Nec ſpirat alter aut renidet blandius:
Nec cui nex libus ſit gratia tanta coronis,
Ambire ſolus regiam dignis comam.
Hic vbi cultoris laſciua induſtria docti,
Miſcere gaudet punicanteis candidis;
Plurimaque in ſpina rutilat roſa, & albicat, vna
Vt lacteum ſi murici iungas ebur:
Omnibus idem odor eſt, ros omneis educat idem,
Eadem iuuenta, forma par, idem f ute x.
Atque eadem tellus ſucco nutricat eodem
Fouentur auris iiſdem eodem ſidere.
Su nt duo, quæ variant, cegnataque ge rmina pulchros

Ætas

Ætas colorque diuidunt diſcrimine.
Hæc modó nata, latet prope cortice tota virenti,
Tenuique rima tenera lucet purpura.
Hæc niuei tantum faſtigia protulit oris.
Senſim at dehiſcens turgidos rumpit ſinus.
Exerit hæc totum diſciſſa veſte mucronem,
Clauſas minata iam comas euoluere.
Illaque lacteolos nondum exſinuauit amictus;
Vix credit auris tam rudeis adhuc opes;
Candida ſed tenui ſuffunditur ora rubore,
Seu fratris hic eſt, ſiue ſideris color
Maximo ter ſeno foliorum gaudet honore.
Tyrio micantes explicans oſtro comas,
Non ſic lana rubet bis concha imbuta marina,
Non ſic Eois Phœbus emergens aquis.
Nec ſolum arridet pulchro venientibus ore;
Luteola ſed iam pollicetur ſemina.
Hic meus arcturus qui nominis omine felix,
Virtute reddet, quem refert vocabulo.
Aſpice quod ſpecimen generoſæ frontis in illo eſt,
Vt lucet oculis viuidus mentis vigor.
Præcoqua nec tardam expectat ſapientia pubem,
Præuertit annos indoles a deus ſuos.
Talis teſſides, illique ſimillima proles,
Hic quum timendas diſſecat puer feras,
Hæc quando ancipitem potuit diſſoluere litem,
Malamque fraudem fraude docta prodere.
Proxima conſequitur Nymphen, quæ nomina ducit
Ab vnione Perſici fœtu maris.
Omine delector, blando candore lapillus
Placet, pudore Margarita lacteo.
Hic teres eſt, nec inæquali læuore rotundus;
In Margaritæ moribus ſcabrum nihil,
Eſt noua cum liquido gemmæ cognatio cœlo;
Claret ſereno ſole, pallet nubilo.

At mea virgo piis eſt addictiſſima Diuis.
  Cœlumque mauult, quam vagum pelagus ſequi.
Hanc qui cum ſociis vidiſſet ludere Nymphis.
  Habilique fratrem tela torquentem manu;
Aureus hic Phœbus, ſoror hæc argentea Phœbi eſt,
  Per ipſa iuret alma Phœbi lumina.
Iam puer Henricus genitoris nomine lætus,
  Monſtrante fonteis vate Skeltono ſacros.
Palladias teneris meditatur ab vnguibus arteis,
  Quam multus illi lucet in vultu pater!
Talis in Aſcanio renitebat imago parentis:
  Sic pulchram Achilles ore reddebat Thetin.
Neſcio quid Maria præclari ſpondet ab ipſo
  Nunquam occidentis ſideris cognomine.
Sed cunas, Edmonde, tuas quo carmine dicam?
  Adeſte plectris huc ſorores aureis.
Et puero fidibus placidos accerſite ſomnos
  Ac Feſceninis inſonate verſibus.
Muneribus blandis cunabula ſpargite Nymphæ.
  Aggerite, quidquid eſt odori graminis.
Ambroſiam, caſiam, calthamque, thymumque crocūq;
  Et Syra amoma, nec inſuauem amaracum.
Tum florum mille ſpecies, ac mille colores:
  Sed plurima omneis inter ardeat roſa.
Hanc rubram hanc niueam pulchris miſcete corollis:
  Gaudet paternis parua proles floribus.
Vos precor ó puero date vellera candida, parcæ,
  Atque fauſto molle ſtamen pollice.

Deſ. ad Gaguinum nondum viſum.

Alloquitur Muſas ſuas.

Quid dum mittimini verenda ad ora
Gaguini, laceræ ad leues Camœnæ,

Re-

Reſtatis trepidæque pallidæque,
Nec non, Parmeno vti Terentianus,
Cauſas nectitis, ecquis? ecquid? ecquo?
Vos ſolas adeo fugit Roberti
Nomen: ſcripta diſerta cuius ingens
Nouit, ſuſcipit, ac adorat orbis?
Ergo nos humileſque barbaræque
Ad tanti patris irruemus altas
Docti, nobilis, ac potentis ædes?
Magna eſt ruſticitas, nihil pudere.
Summa eſt ruſticitas nimis pudere.
Ecquam fingitis obſecro, Robertum?
Perſonam tragicam? cauete cultum
Tam raris ſtudiis, & expolitum,
Vulgi moribus æſtimare pectus.
Sunt faſtidia tetra barbarorum,
Sunt commercia Gratiis ſolutis
Cum blando Aonidum choro ſororum.
Vanum ponite pectoris timorem;
Et doctum celeres adite vatem.
Vos quamuis humileſque barbaraſque
Blando comiter ille, candidoque
Exceptabit vt eſt benignus, ore.
Si dictaque ſalute, redditaque
Percontabitur illico, vnde, cuiæ?
Ne craſſum pudeat ſolum fateri,
Obſcuriue vocabulum magiſtri.
Si quid veneritis rogabit: hoc ô
Ratum, carminis huius vt Poetam
Commendatum habeat, ſuumque ſcribat.

In Annales Gaguini, Et Eglogas fauſtinas

Nuper quum viridis numeroſo in margine ripæ.
Irrigua ſpatiarer in herba,

Errabam tacitæ per amica ſilentia ſiluæ,
Dulci tactus corda furore.
Iam nemora & fontes, iam ruſtica vita placebat,
Turbam & fumida tecta peroſo
Cumque Marone meo, gelidis in vallibus Hæmi
Siſti terque quaterque precabar.
Quum ſubito affulgens, Veneriq; ſimillima pulchræ:
Obuia fit tua Fauſte Thalia.
Protinus illa oculis eſt eminus agnita noſtris,
Comi arriſit molliter ore.
Vt coram ſtetit, ecquid agit meus occupo, Fauſtus?
Quidve decus commune Gaguinus?
Viuit vterque, & vterq; ſuo deuinctus Eraſmo,
Aut eadem, aut meliora precatur.
Gaudeo verùm age dic, quidnam molitur vterque,
Quod cantet ſchola Franca, legatue?
Quæ reo à tam ditibus atque feracibus aruis,
Iamdudum annua munera ſperat.
Autumnumq; ſuum? primum tuus ille Robertus
Exæquat ſermone ſoluto
Stemmata Francorum, & decus & fera prælia regum.
Iam nihil eſt quod Gallia docto
Inuideat Latio: ſuus ipſi contigit alter
Liuius ac Salluſtius alter.
Quid tuus ille parat vates? quonam monumento
Fauſtum nigris inuidet vmbris?
An ſilet alterna cupiens recreare quiete
Longis hauſta laboribus arua?
Ille quidem felix agit ocia qualia quondam
Scipiades agitare ſolebat,
Vrbe procul, tacitis ſolus, neque ſolus, in agris
Ocia pulchri plena negoci.
Quippe inter colles, vinetaque Gallica ſolus.
Parrhiſiis vagus errat in agris.
Sunt comites pingui gaudentes rure Camœnæ:

Illic

Illic raptus Apolline toto.
Et ſeſe & Muſis dignum, Phœboque poema
Agreſti meditatur auena.
Quale nec æquari doleat ſibi Tityrus ipſe,
Qui patulæ ſub tegmine fagi,
Silueſtrem tenui tentabat arundine Muſam:
Quale trahat campoſque pecuſque,
Quale queat rigidas deducere montibus ornos
Siſtere flumina, flectere ſaxa.
Reddere quale queat placidos tigreſq; lupoſq;
Quale feros euincere manes.
Deniq; (quod proprie tecum lætabere) caſtum:
Nulla hic Liuia, nulla Columba.
Nuſquam hic formoſum Corydon ardebit Alexin,
Phyllis toto in carmine nulla.
Quod neque Sorbonæ nequeat cenſura probare.
Et multos habet illa Catones.
Quod neque grammaticus teneræ dictare iuuentæ,
Plagoſo vereatur in antro:
Nec tetrico Hippolytum pudeat recitare parenti.
Felicem ter & amplius illum,
Quiſquis Fauſtina dicetur arundine Gallus!
Vel Varus vel Pollio quiſquis,
Viuet & æternum pulchro cum carmine notus,
Quadrifido cantabitur orbe.

In morbo, de fati ſui querela.

Miror quæ mihi ſydera
Naſcenti implacido lumine fulſerint,
O Gaguine meum decus.
Nam ſeu iure aliquo noſtra negotia
Ignes ætherei regunt;
Me primum teneras lumen ad inſolens
Edentem querimonias,

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deiectem,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul. iniquius
Fortunam inſimulat ſuam.
Quæ tot proſpera tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius vtier,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala.
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim próruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Nigri

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite puoſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
Reſponſans æri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis
Emicet

Emicet & clarum lux agat alma diem,
Adde quod hic miles tam fidus & impiger annos
Complures, nullo iam meret ære mihi

EPITAPHIVM ODILIÆ. FIGENgendum in Cœmiterio ſub ſigno crucifixi.

Sepulta viuum te ſalutat Odilia.
Quid ad ſepultæ verba mox fugit color?
Viuum ſaluto viua quur lubitum eſt rei
Placidæ bonæque dira dare vocabula?
Mala vita mors eſt & ſepulchrum & inferi.
Vna hæc tibi timenda, ſi mortem times.
Nam quod vocant mori, eſt piis renaſcier.
Noſtri peribit nihil. & haud pilus, niſi
Perit, feraci ſemen abditum ſcrobe,
Mox ſe benigno redditurum fœnore.
Si rem putaris, quid mori eſt niſi ſeri?
Condi ſepulchro, quid? niſi occari ſata?
Iamque in propinquo eſt ille fatalis dies,
Quum vere noſtro flantibus Fauoniis
Rediuiua putri pullulabunt è cauo.
Moxque emicabit læta corporum ſeges,
Quorum viror perennis, haud vnquam amplius
Marceſcet hanc in ſpem fidelis interim
Sopita gremio terra ſeruat fragmina.
At mens caducis expedita vinculis
Inuiſa quanquam, viuit. ac te cominus
Sentit, viderque. triplici diſcrimine
Vitæ anteactæ merita carpens præmia,
Meſſemque pro ſemente quam fecit metens.
Bona pars relictis artubus circumuolans
Captat. pias hac commeantium preces,
Vt à luendis expiata noxiis,

Quas

Quas terreo contraxit è contagio
Iam pura purum adire poſſit æthera.
Has flagitato ſubleua precamine.
Memor, vices te mox manere mutuas.
Pendentis alto victimæ de ſtipite
Mors obſecranda eſt. obſecranda vulnera.
Hoc fonte, ſi quod efficax piaculum,
Viuiſque manat, manat hinc & mortuis.
Si porro properas, tum precatus verbulo
Lucem & quietem perge curſum te quoque
Para ſepulchro, mox ſecuturus. vale.

Eiuſdem querela de filio ſuperſtite.

Dictum erat ad ſacras mihi nomen Odilia lymphas:
Idque mei ſolum, iam ſupereſſe vides.
Cætera mors rapuit. cineres atque arida tantum
Terra parens gremio conſouet oſſa ſuo.
Quid tibi te dignum niſi te Mors ſæua precemur,
Scindere cui cordi eſt. quæ bene iunxit amor?
Iam nihil eſt charam à membris diſcerpere vitam;
Quiddam etiam duli dulcius eſt anima.
Tu potes à gnato dilectum auellere matrem
Impia: vel centum rumpere vincla potes,
Quos natura potens, te præter in omnia victrix,
Mutua quos pietas, quos ita rara fides!
Quos mores placiti & dulcis concordia vitæ
Tam bene, tam multis nexibus vnierant:
Hos tu vt diſtraheres, tollis ſine pignore matrem
Atque ita pars melior orba relicta mei eſt.
Sed bene quod mors noſtra ſcidit, tua Chriſte reſarcit
Pluſque boni reddit, quam dedit iſta mali.

RE-

Duo salina Abbati cuidam dono missa, à monialibus monasterii, vulgo dicti, Vallis virginum.

Virginea de valle, duo sine labe salilla
Adsumus: hanc mensam non nisi pura decent.

In altero Salino.

Virginitas nitor argenti, sapientia sal est.
Virgo dat argentum: tu pater adde salem.

In sex tintinnabula restituta quæ fulmine conflagrarant.

Concinimus sex æra at ego cui maxima vox est
Alpha & Ω, Triadi ritè dicata vocor.
Nos ædemque sacram, Scasti pia cura Girardi
Præsulis absumptam fulmine restituit.

In tintinabulum Mariæ sacrum.

Ænea mi vox est, ac sic nulla ænea vox est,
Vt par Christiparæ laudibus esse queat.

In idem.

Maria nomen inditum est mihi mutuum;
Qua trinitati nil sedet vicinius.

Tertium Baptistæ sacrum.

Vox clamantis erat, cuius gero nomina: plebem
Ad Christi cultum nocte dieque voco.

Quartum Petro sacrum.

Petro sacra fugo cacodæmonas, arceo fulmen,
Funeraque, & festos cantibus orno dies.

Quintum

Digitized by Google

Quintum Magdalenæ ſacrum.

Sum Magdalenæ: iuuit impium fulmen,
Meliora quando cuncta dat pius præſul.

Sextum omnibus ſanctis ſacrum.

Exilis mihi vox ſed quæ ferit eminus aures,
Dat mihi cœlicolum nomina tota cohors.

Aliter.

Non mihi Dodones, non æra prophana Corinthi
Certent, nam cunctis tinnio cœlitibus.

In aulicum quendam clero infeſtum.

Vrſalus ecce Midas ſed Lydo ſtultior illo,
Se properat quouis nobilitare modo.
Et furit in clerum, capit hinc exordia famæ,
Eq; Mida ſubito vertitur in Phalarim.
Sic quondam exuſto, peperit ſibi nomina, templo,
Credo, autor generis Græculus ille mali.
Tam ſtolidam mentem nullis aboleueris vndis:
At rabiem ſolus tollere mucro queat.

In eundem.

Tam ſtolidum credo, nec te, Mida, pectus habebat,
Malce nec in clerum tam violentus eras,
Quam quidam, non eſt ſententia dicere nomen.
Nam famam affectat qualibet ille via.
Huic vtinam aut aliquis aſininas addat Apollo,
Aut ambas Petrus demerat auriculas.
Aut certe crepet ipſe magis, faciatq; paterni
Quod cognomenti ſyllaba prima monet.

In eundem.

Bacchanti in clerum tibi dixerat, Vrſale, quidam,

Errabam tacitæ per amica ſilentia ſiluæ,
Dulci tactus corda furore.
Iam nemora & fontes, iam ruſtica vita placebat,
Turbam & fumida tecta peroſo
Cumque Marone meo, gelidis in vallibus Hæmi
Siſti terque quaterque precabar.
Quum ſubito affulgens, Veneriq; ſimillima pulchræ:
Obuia fit tua Fauſte Thalia.
Protinus illa oculis eſt eminus agnita noſtris,
Comi arriſit molliter ore.
Vt coram ſtetit, ecquid agit meus occupo, Fauſtus?
Quidve decus commune Gaguinus?
Viuit vterque, & vterq; ſuo deuinctus Eraſmo,
Aut eadem, aut meliora precatur.
Gaudeo verùm age dic, quidnam molitur vterque,
Quod cantet ſchola Franca, legatue?
Quæ reo à tam ditibus atque feracibus aruis,
Iamdudum annua munera ſperat,
Autumnumq; ſuum? primum tuus ille Robertus
Exæquat ſermone ſoluto
Stemmata Francorum, & decus & fera prælia regum.
Iam nihil eſt quod Gallia docto
Inuideat Latio, ſuus ipſi contigit alter
Liuius ac Salluſtius alter.
Quid tuus ille parat vates? quonam monumento
Fauſtum nigris inuidet vmbris?
An ſilet, alterna cupiens recreare quiete
Longis hauſta laboribus arua?
Ille quidem felix agit ocia qualia quondam
Scipiades agitare ſolebat,
Vrbe procul tacitis ſolus, neque ſolus, in agris
Ocia pulchri plena negoci.
Quippe inter colles, vinetaque Gallica ſolus.
Parrhiſiis vagus errat in agris.
Sunt comites pingui gaudentes rure Camœnæ:

Digitized by Google

Illic raptus Apolline toto.
Et ſeſe & Muſis dignum. Phœboque poema
Agreſti meditatur auena.
Quale nec æquari doleat ſibi *Tityrus* ipſe,
Qui patulæ ſub tegmine fagi,
Siluestrem tenui tentabat arundine Muſam:
Quale trahat campoſque pecuſque,
Quale queat rigidas deducere montibus ornos
Siſtere flumina, flectere ſaxa.
Reddere quale queat placidos tigreſq; luposq;
Quale feros euincere manes.
Deniq; (quod proprie tecum lætabere) caſtum:
Nulla hic Liuia, nulla Columba.
Nuſquam hic formoſum Corydon ardebit Alexin,
Phyllis toto in carmine nulla.
Quod neque Sorbonæ nequeat cenſura probare.
Et multos habet illa Catones.
Quod neque grammaticus teneræ dictare iuuentæ,
Plagoſo vereatur in antro:
Nec tetrico Hippolytum pudeat recitare parenti.
Felicem ter & amplius illum,
Quiſquis Fauſtina dicetur arundine Gallus!
Vel Varus vel Pollio quiſquis,
Viuet & æternum pulchro cum carmine notus,
Quadrifido cantabitur orbe.

In morbo, de fatis ſuis querela.

Miror quæ mihi ſydera
Naſcenti implacido lumine fulſerint,
O Gaguine meum decus.
Nam ſeu iure aliquo noſtra negotia
Ignes ætherei regunt;
Me primum teneras lumen ad inſolens
Edentem querimonias,

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deiectam,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul, iniquius
Fortunam inſimulat ſuam.
Quæ tot proſpera, tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius uti er,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala.
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim próruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Nigri

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite proſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
    Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
    Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
    At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
    Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
    Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
    Reſponſans acri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
    Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
    Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
    Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
    Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis
Emicet

Emicet, & clarum lux agat alma diem,
Adde quod hic miles tam fidus & impiger annos
Complures, nullo iam meret ære mihi

EPITAPHIVM ODILIÆ. FIGENgendum in Cœmiterio ſub ſigno crucifixi.

Sepulta viuum te ſalutat Odilia.
Quid ad ſepultæ verba mox fugit color?
Viuem ſaluto viua quur lubitum eſt rei
Placidæ bonæque dira dare vocabula?
Mala vita mors eſt & ſepulchrum & inferi.
Vna hæc tibi timenda, ſi mortem times.
Nam quod vocant mori, eſt piis renaſcier.
Noſtri peribit nihil. & haud pilus, niſi
Perit, feraci ſemen abditum ſcrobe,
Mox ſe benigno redditurum fœnore.
Si rem putaris, quid mori eſt niſi ſeri?
Condi ſepulchro, quid? niſi occari ſata?
Iamque in propinquo eſt ille fatalis dies,
Quum vere noſtro flantibus Fauoniis
Rediuiua putri pullulabunt è cauo.
Moxque emicabit læta corporum ſeges,
Quorum viror perennis, haud vnquam amplius
Marceſcet hanc in ſpem fidelis interim
Sopita gremio terra ſeruat fragmina.
At mens caducis expedita vinculis
Inuiſa quanquam, viuit, ac te cominus
Sentit, viderque, triplici diſcrimine
Vitæ anteactæ merita carpens præmia,
Meſſemque pro ſemente quam fecit metens.
Bona pars relictis artubus circumuolans
Captat pias hac commeantium preces,
Vt à luendis expiata noxiis,

Quas

Quas terreo contraxit è contagio
Iam pura purum adire poſſit æthera.
Has flagitato ſubleua precamine,
Memor, vices te mox manere mutuas.
Pendentis alto victimæ de ſtipite
Mors obſecranda eſt, obſecranda vulnera.
Hoc fonte, ſi quod efficax piaculum,
Viuiſque manat, manat hinc & mortuis.
Si porro properas, tum precatus verbulo
Lucem & quietem perge curſum te quoque
Para ſepulchro, mox ſecuturus. Vale.

Eiuſdem querela de filio ſuperſtite.

Dictum erat ad ſacras mihi nomen Odilia lymphas:
Idque mei ſolum, iam ſupereſſe vides.
Cætera mors rapuit. cineres atque arida tantum
Terra parens gremio conſouet oſſa ſuo.
Quid tibi te dignum niſi te Mors ſæua precemur,
Scindere cui cordi eſt, quæ bene iunxit amor?
Iam nihil eſt charam à membris diſcerpere vitam;
Quiddam etiam duli dulcius eſt anima.
Tu potes à gnato dilectum auellere matrem
Impia: vel centum rumpere vincla potes.
Quos natura potens, te præter in omnia victrix,
Mutua quos pietas, quos ita rara fides!
Quos mores placiti, & dulcis concordia vitæ
Tam bene, tam multis nexibus vnierant:
Hos tu vt diſtraheres, tollis ſine pignore matrem
Atque ita pars melior orba relicta mei eſt.
Sed bene quod mors noſtra ſcidit, tua Chriſte reſarcit
Pluſque boni reddit, quam dedit iſta mali.

RE-

Reſpondet Filius, ſub pictura Chriſti crucifixi, Moyſi, & Serpentis.

Vita fugax haud longa dedit diuortia noſtri;
En mors æqua tibi, quod tulit ipſa refert.
Vna duos pietas viuos bene iunxerat, vt nunc
Amborum cineres una recondit humus.
Amborum vultus tabula viſuntur eadem,
Supripuit læto hoc ingenioſa manus.
At tu ſpectator, ſortis memor omnibus æquæ,
Hæc ſaltem ex animo fundito vota ſitis.
Chriſte necis domitor ac uitæ perpetis autor,
Iugem animis vitam morte repone tua.
Tu ſacra illa ſilex, teretis quæ verbere virgæ
Vitaleis ſcatebras gentibus icta dedit.
Tūque ſalutiferum ſerpentis in arbore ſignum,
Quod ueteris colubri cuncta uenena domat.
Quin hodieque piis uitæ fons ille perennis
Pectore defoſſo ſanguis & unda ſcatet.
Ille dat exanimes reduci recaleſcere flatu.
Hæc animæ maculas abluit omnigenas.
His age muneribus dulci cum pignore matrem
In dextrum referens aſſere Chriſte gregem.

In filiam Bekæ, quod ſonat riuum lingua noſtrate.

Sum Gulielma, patre Arnoldo cognomine Bekæ. is
Iuris fons gemini, non modo riuus erat.
Cui gener Antoni placuiſti ex omnibus vnus.
Isbrandum referens ore animoque patrem.
Nec minus eſt mea vita tibi, quam forma probata.

Templa

Templa, domus, proles, hæc mea cura fuit,
Quatuor enixam pueros totitemque puellas.
Mors rapit, intra æui ſeptima luſtra mei.
Lector age huic requiem cinerique, animęque precatus,
Viue diu, imo diu eſt hic nihil, ergo bene.

Epitaphium Margaretæ Honoræ.

Hic ſita Margareta eſt, merito cognomine Honora,
Fitcini tædis ſigna Gulielme tuis,
Quam bene congruerant, & forma & pectus, & anni,
Et ne morte quidem diſſoluendus amor.
Rapta ſed eſt viridis Primæuo in flore iuuentæ,
Vt roſa lacteolis ſemadaperta comis
Dimidius ſupereſt dulci ſine coniuge coniunx
Mœrens, vt uiduus compare turtur aue.

Epiſcopo Traiectenſi Dauid Notho Philippi Ducis Burguntionum.

Hic ſitus eſt præſul, nõ tantum nomine Dauid,
Digna patre proles, magne Philippe tua:
Iſte gregem Pluſquam patria pietate fouebat
Pacis amans, virtuti ingeniiſque fauens.

Eidem.

Hic Dauid ille duci proles iactanda Philippo,
Commiſſum patrio fouit amore gregem.

Iacobo Batto.

Iacobe Batte ne time;
Bene moriens renaſcitur.

In Tergo Codicis Battici.

Sum Batti qui me manibus ſubduxerit uncis,
Huic ne quo Battus deſuat opto loco.

Quo

At mea virgo piis eſt addictiſſima Diuis,
  Cœlumque mauult, quam vagum pelagus ſequi.
Hanc qui cum ſociis vidiſſet ludere Nymphis,
  Habilique fratrem tela torquentem manu;
Aureus hic Phœbus, ſoror hæc argentea Phœbi eſt,
  Per ipſa iuret alma Phœbi lumina.
Iam puer Henricus genitoris nomine lætus,
  Monſtrante fonteis vate Skeltono ſacros,
Palladias teneris meditatur ab vnguibus arteis,
  Quam multus illi lucet in vultu pater!
Talis in Aſcanio renitebat imago parentis:
  Sic pulchram Achilles ore reddebat Thetin.
Neſcio quid Maria præclari ſpondet ab ipſo
  Nunquam occidentis ſideris cognomine.
Sed cunas, Edmonde, tuas quo carmine dicam?
  Adeſte plectris huc ſorores aureis,
Et puero fidibus placidos accerſite ſomnos
  Ac Feſceninis inſonate verſibus.
Muneribus blandis cunabula ſpargite Nymphæ,
  Aggerite, quidquid eſt odori graminis.
Ambroſiam, caſiam, calthamque, thymumque crocũq;
  Et Syra amoma, nec inſuauem amaracum.
Tum florum mille ſpecies, ac mille colores:
  Sed plurima omneis inter ardeat roſa.
Hanc turbam hanc niueam pulchris miſcete corollis:
  Gaudet paternis parua proles floribus.
Vos precor ó puero date vellera candida, parcæ,
  Eatque fauſto molle ſtamen pollice.

Deſ. ad Gaguinum nondum viſum.

Alloquitur Muſas ſuas.

Quid dum mittimini verenda ad ora
Gaguini, laceræ ad leues Camœnæ,

Re-

Reſtatis trepidæque pallidæque,
Nec non, Parmeno vti Terentianus,
Cauſas nectitis, ecquis? ecquid? ecquo?
Vos ſolas adeo fugit Roberti
Nomen, ſcripta diſerta cuius ingens
Nouit, ſuſcipit, ac adorat orbis?
Ergo nos humileſque barbaræque
Ad tanti patris irruemus altas
Docti, nobilis, ac potentis ædes?
Magna eſt ruſticitas, nihil pudere.
Summa eſt ruſticitas nimis pudere.
Ecquam fingitis obſecro, Robertum?
Perſonam tragicam? cauete cultum
Tam raris ſtudiis, & expolitum,
Vulgi moribus æſtimare pectus.
Sunt faſtidia terra barbarorum,
Sunt commercia Gratiis ſolutis
Cum blando Aonidum choro ſororum.
Vanum ponite pectoris timorem;
Et doctum celeres adite vatem.
Vos quamuis humileſque barbaraſque
Blando comiter ille, candidoque
Exceptabit vt eſt benignus, ore.
Si dictaque ſalute, redditaque
Percontabitur illico, vnde, cuias?
Ne craſſum pudeat ſolum fateri,
Obſcuriue vocabulum magiſtri.
Si quid veneritis rogabit: hoc ò
Ratum, carminis huius vt Poetam
Commendatum habeat, ſuumque ſcribat.

In Annales Gaguini, Et Eglogas fauſtinas.

Nuper quum viridis numeroſo in margine ripæ.
Irrigua ſpatiarer in herba,

Errabam tacitæ per amica ſilentia ſiluæ,
Dulci tactus corda furore.
Iam nemora & fontes, iam ruſtica vita placebat,
Turbam & fumida tecta peroſo
Cumque Marone meo, gelidis in vallibus Hæmi
Siſti terque quaterque precabar.
Quum ſubito affulgens, Veneriq; ſimillima pulchræ:
Obuia fit tua Fauſte Thalia.
Protinus illa oculis eſt eminus agnita noſtris,
Comi arriſit molliter ore.
Vt coram ſtetit, ecquid agit meus occupo, Fauſtus?
Quidve decus commune Gaguinus?
Viuit vterque, & vterq; ſuo deuinctus Eraſmo,
Aut eadem, aut meliora precatur.
Gaudeo verùm age dic, quidnam molitur vterque,
Quod cantet ſchola Franca, legatue?
Quæ iecit à tam ditibus atque feracibus aruis,
Iamdudum annua munera ſperat,
Autumnumq; ſuum? primum tuus ille Robertus
Exæquat ſermone ſoluto
Stemmata Francorum, & decus & fera prælia regum.
Iam nihil eſt quod Gallia docto
Inuideat Latio, ſuus ipſi contigit alter
Liuius ac Salluſtius alter.
Quid tuus ille parat vates? quonam monumento
Fauſtum nigris inuidet vmbris?
An ſilet, alterna cupiens recreare quiete
Longis hauſta laboribus arua?
Ille quidem felix agit ocia qualia quondam
Scipiades agitare ſolebat,
Vrbe procul, tacitis ſolus, neque ſolus, in agris
Ocia pulchri plena negoci.
Quippe inter colles, vinetaque Gallica ſolus,
Parrhiſiis vagus errat in agris.
Sunt comites pingui gaudentes rure Camœnæ:

Illic

Illic raptus Apolline toto.
Et ſeſe & Muſis dignum, Phœboque poema
Agreſti meditatur auena.
Quale nec æquari doleat ſibi Tityrus ipſe,
Qui patulæ ſub tegmine fagi,
Siluestrem tenui tentabat arundine Muſam:
Quale trahat campoſque pecuſque,
Quale queat rigidas deducere montibus ornos
Siſtere flumina, flectere ſaxa.
Reddere quale queat placidos tigreſq; lupoſq;
Quale feros euincere manes.
Deniq;(quod proprie tecum lætabere)caſtum:
Nulla hic Liuia,nulla Columba.
Nuſquam hic formoſum Corydon ardebit Alexin,
Phyllis toto in carmine nulla.
Quod neque Sorbonæ nequeat cenſura probare.
Et multos habet illa Catones.
Quod neque grammaticus teneræ dictare iuuentæ,
Plagoſo vereatur in antro:
Nec tetrico Hippolytum pudeat recitare parenti.
Felicem ter & amplius illum,
Quiſquis Fanſtina dicetur arundine Gallus!
Vel Varus vel Pollio quiſquis,
Viuet & æternum pulchro cum carmine notus,
Quadrifido cantabitur orbe.

In morbo, de fatis ſuis querela.

Miror quæ mihi ſydera
Naſcenti implacido lumine fulſerint,
O Gaguine meum decus.
Nam ſeu iure aliquo noſtra negotia
Ignes ætherei regunt;
Me primum teneras lumen ad inſolens
Edentem querimonias,

Nec mitis rutilo ſidere Iuppiter
Aſpexit, neque proſpera
Arriſit radiis mi Venus aureis.
Tantum Mercurius celer
Adfulgens nitidis eminus ignibus,
Adflarat ſua munera.
Sed ſtella vetuit falcifer inuida,
Vulcanique minax rubens,
Riualis calidus cum gelido ſenex.
Seu tres terrigenum Deæ
Fortunas triplici numine temperant,
Sum duriſſima ſtamina
Sortitus. Volucrem ſeu potius deam
Verſare omnia credimus:
Hanc in perniciem, certè ego deiicem,
Coniuraſſe meam miſer
Felicis mihi nec fata Polycratis,
Nec Scyllæ precor improbus.
Arpinas toties Conſul. iniquius
Fortunam inſimulat ſuam.
Quæ tot proſpera, tot dulcia, paullulo
Fermento vitiauerit,
Ingrate ille quidem ruſticus, ac foro
Rerum neſcius uti er,
Alterius dominæ qui queritur vices.
Sat felicem ego iudico,
Qui preſentia lenire poteſt mala,
Actis proſperius memor,
Ac ſperare iterum iam fore, quod fuit.
At me matris ab ubere
Fati perſequitur triſtis & aſperi
Idem ac perpetuus tenor
In me crediderim próruit improbi
Pixis tota Promethei;
Ecquicquid ſtabulat triſte vel aſperum

Digitized by Google

Nigri in limine Tartari.
Heu quid ſimplicibus vatibus inuidum
Numen, quis Genius malus?
Quæve infeſta nouem Iuno ſororibus
Sic noſtrum caput impetit?
O fatis genite pro ſperioribus
Bis Gaguine meum decus.
Hunc ſi tu minimè temnis amiculum
Non totus fuero miſer.
Nec cedent grauibus pectora caſibus.

Arx vulgo dicta Hammenſis.

Me qua ſim non magna caue contempſeris hoſtis:
Arx Tarpeia Remi non mage tuta fuit.
Quàm bene defenſat primum hic, qui ſuſtinet agger.
Tum quæ me cingit non inamœna palus.
Iſta quidem omnigenos mihi commoda ſeruit in vſus,
At ſubitò infuſis, quum volo ſtagnat, aquis.
Iam verò, vt ceſſet, vigilum cuſtodia pernox,
Stertat vt aerea Lynceus in ſpecula:
Attamen excubias Grus officioſa diurnas
Intus, nocte foris peruigil Anſer agit.
Grus neque docta, nec admonita, ſpeculantis ad æra
Reſponſans æri clangit in aſtra tuba.
Et procul inſidias (iam præſentire videtur)
Fida ſono vigili prodit & arcet auis.
Anſer idem non doctus obit ſua munia quum fas,
Pabulat, & nota ad ſymbola rurſus adeſt.
Aſt vbi vicino ſe condidit æquore Titan,
Milite dum denſo mœnia noſtra ſubit,
Partiturque, aliquis mira arte locoſque, viceſque,
Quive ætate prior ſorteve lectus erit.
Nec cedunt ſtatione ſua, dum rurſus ab vndis

Emicet

Emicet, & clarum lux agat alma diem,
Adde quod hic miles tam fidus & impiger annos
Complures, nullo iam meret ære mihi

EPITAPHIVM ODILIÆ. FIGENgendum in Cœmiterio ſub ſigno crucifixi.

Sepulta viuum te ſalutat Odilia.
Quid ad ſepultæ verba mox fugit color?
Viuum ſaluto viua quur lubitum eſt rei
Placidæ bonæque dira dare vocabula?
Mala vita mors eſt & ſepulchrum & inferi.
Vna hæc tibi timenda, ſi mortem times.
Nam quod vocant mori, eſt piis renaſcier.
Noſtri peribit nihil. & haud pilus, niſi
Perit, feraci ſemen abditum ſcrobe,
Mox ſe benigno redditurum fœnore.
Si rem putaris, quid mori eſt niſi ſeri?
Condi ſepulchro, quid? niſi occari ſata?
Iamque in propinquo eſt ille fatalis dies,
Quum vere noſtro flantibus Fauoniis
Rediuiua putri pullulabunt è cauo.
Moxque emicabit læta corporum ſeges,
Quorum viror perennis, haud vnquam amplius
Marceſcet hanc in ſpem fidelis interim
Sopita gremio terra ſeruat fragmina.
At mens caducis expedita vinculis
Inuiſa quanquam, viuit, ac te cominus
Sentit, viderque, triplici diſcrimine
Vitæ anteactæ merita carpens præmia,
Meſſemque pro ſemente quam fecit metens.
Bona pars relictis artubus circumuolans
Captat. pias hac commeantium preces,
Vt à luendis expiata noxiis,

Quas

Quas terreo contraxit è contagio
Iam pura purum adire poſſit æthera.
Has flagitato ſubleua precamine.
Memor, vices te mox manere mutuas.
Pendentis alto victimæ de ſtipite
Mors obſecranda eſt. obſecranda vulnera.
Hoc fonte, ſi quod efficax piaculum,
Viuiſque manat, manat hinc & mortuis.
Si porro properas, tum precatus verbulo
Lucem & quietem perge curſum te quoque
Para ſepulchro, mox ſecuturus. Vale.

Eiuſdem querela de filio ſuperſtite.

Dictum erat ad ſacras mihi nomen Odilia lymphas:
  Idque mei ſolum, iam ſupereſſe vides.
Cætera mors rapuit. cineres atque arida tantum
  Terra parens gremio conſouet oſſa ſuo.
Quid tibi te dignum, niſi te Mors ſæua precemur,
  Scindere cui cordi eſt, quæ bene iunxit amor?
Iam nihil eſt charam à membris diſcerpere vitam;
  Quiddam etiam dulci dulcius eſt anima.
Tu potes à gnato dilectum auellere matrem
  Impia: vel centum rumpere vincla potes,
Quos natura potens, te præter in omnia victrix,
  Mutua quos pietas, quos ita rara fides!
Quos mores placiti, & dulcis concordia vitæ
  Tam bene, tam multis nexibus vnierant:
Hos tu vt diſtraheres, tollis ſine pignore matrem
  Atque ita pars melior orba relicta mei eſt.
Sed bene quod mors noſtra ſcidit, tua Chriſte reſarcit
  Pluſque boni reddit, quam dedit iſta mali.

RE-

Reſpondet Filius, ſub pictura Chriſti crucifixi, Moyſi, & Serpentis.

Vita fugax haud longa dedit diuortia noſtri;
En mors æqua tibi, quod tulit ipſa refert.
Vna duos pietas viuos bene iunxerat, vt nunc
Amborum cineres una recondit humus.
Amborum vultus tabula viſuntur eadem,
Supripuit læto hoc ingenioſa manus.
At tu ſpectator, ſortis memor omnibus æquæ,
Hæc ſaltem ex animo fundito vota ſitis.
Chriſte necis domitor ac uitæ perpetis autor,
Iugem animis vitam morte repone tua.
Tu ſacra illa ſilex, teretis quæ verbere virgæ
Vitaleis ſcatebras gentibus icta dedit.
Tūque ſalutiferum ſerpentis in arbore ſignum:
Quod ueteris colubri cuncta uenena domat.
Quin hodieque piis uitæ fons ille perennis
Pectore defoſſo ſanguis & unda ſcatet.
Ille dat exanimes reduci recaleſcere flatu.
Hæc animæ maculas abluit omnigenas.
His age muneribus dulci cum pignore matrem
In dextrum referens aſſere Chriſte gregem.

In filiam Bekæ, quod ſonat riuum lingua noſtrate.

Sum Gulielma, patre Arnoldo cognomine Beka. is
Iuris fons gemini, non modo riuus erat.
Cui gener Antoni placuiſti ex omnibus vnus.
Iſbrandum referens ore animoque patrem.
Nec minus eſt mea vita tibi, quam forma probata.

Templa

Templa, domus, proles, hæc mea cura fuit,
Quatuor enixam pueros totitemque puellas.
Mors rapit, intra æui ſeptima luſtra mei.
Lector age huic requiem cinerique, animęque precatus,
Viue diu, imo diu eſt hic nihil, ergo bene.

Epitaphium Margaretæ Honoræ.

Hic ſita Margareta eſt, merito cognomine Honora.
Filcini tædis ſigna Gulielme tuis,
Quam bene congruerant, & forma & pectus, & anni,
Et ne morte quidem diſſoluendus amor.
Rapta ſed eſt viridis Primæuo in flore iuuentæ,
Vt roſa lacteolis ſemiadaperta comis
Dimidius ſupereſt dulci ſine coniuge coniunx
Mœrens, vt uiduus compare turtur aue.

Epiſcopo Traiectenſi Dauid Notho Philippi Ducis Burguntionum.

Hic ſitus eſt præſul, nō tantum nomine Dauid,
Digna patre proles, magne Philippe tua:
Iſte gregem Pluſquam patria pietate fouebat
Pacis amans, virtuti ingeniiſque fauens.

Eidem.

Hic Dauid ille duci proles iactanda Philippo,
Commiſſum patrio fouit amore gregem.

Iacobo Batto.

Iacobe Batte ne time;
Bene moriens renaſcitur.

In Tergo Codicis Battici.

Sum Batti qui me manibus ſubduxerit uncis,
Huic ne quo Battus deſuat opto loco.

Duo

Duo ſalina Abbati cuidam dono miſſa, à monialibus monaſterii, vulgo dicti, Vallis virginum.

Virginea de valle, duo ſine labe ſalilla
Adſumus. hanc menſam non niſi pura decent.

In altero Salino.

Virginitas nitor argenti, ſapientia ſal eſt.
Virgo dat argentum: tu pater adde ſalem.

In ſex tintinnabula reſtituta quæ fulmine conflagrarant.

Concinimus ſex æra. at ego cui maxima vox eſt
Alpha & Ω, Triadi ritè dicata vocor.
Nos ædemque ſacram, Scaſti pia cura Girardi
Præſulis abſumptam fulmine reſtituit.

In tintinabulum Mariæ ſacrum.

Ænea mi vox eſt, ac ſic nulla ænea vox eſt,
Vt par Chriſtiparæ laudibus eſſe queat.

In idem.

Maria nomen inditum eſt mihi mutuum;
Qua trinitati nil ſedet vicinius.

Tertium Baptiſtæ ſacrum.

Vox clamantis erat, cuius gero nomina: plebem
Ad Chriſti cultum nocte dieque voco.

Quartum Petro ſacrum.

Petro ſacra fugo cacodæmonas, arceo fulmen,
Funeraque, & feſtos cantibus orno dies.

Quintum

Quintum Magdalenæ ſacrum.

Sum Magdalenæ iuuit impium fulmen,
Meliora quando cuncta dat pius præſul.

Sextum omnibus ſanctis ſacrum.

Exilis mihi vox ſed quæ ferit eminus aures,
Dat mihi cœlicolum nomina tota cohors.

Aliter.

Non mihi Dodones; non æra prophana Corinthi
Certent, nam cunctis tinnio cœlitibus.

In aulicum quendam clero infeſtum.

Vrſalus ecce Midas ſed Lydo ſtultior illo,
Se properat quouis nobilitare modo.
Et furit in clerum, capit hinc exordia famæ,
Eq; Mida ſubito vertitur in Phalarim.
Sic quondam exuſto, peperit ſibi nomina, templo,
Credo, autor generis Græculus ille mali.
Tam ſtolidam mentem nullis aboleueris vndis:
At rabiem ſolus tollere mucro queat.

In eundem.

Tam ſtolidum credo, nec te, Mida, pectus habebat,
Malce nec in clerum tam violentus eras,
Quam quidam, non eſt ſententia dicere nomen.
Nam famam affectat qualibet ille via.
Huic vtinam aut aliquis aſininas addat Apollo,
Aut ambas Petrus demetat auriculas.
Aut certe crepet ipſe magis, faciatq; paterni
Quod cognomenti ſyllaba prima monet.

In eundem.

Bacchanti in clerum tibi dixerat, Vrſale, quidam,

Et ius Cæsareum lædier atq; sacrum.
Hic tu ridebas hominem multumq; diuq; :
Et meritò : quid enim hoc stultius ac leuius?
Qui præter tibi iura coqui notissima, iuris
Auditum nomen crederet esse aliud.

In picturam fabulæ Giganteæ.

Et stolida sine patre sati Tellure Gigantes,
Montibus accumulant montes, ipsumq; minantur
Cœlicolûm regem supera detrudere ab arce.
Sed male væsanæ cedent sine pectore vires.

In eosdem fulmine depulsos.

Iuppiter extructas disturbat fulmine moles,
Ignibus inuoluens rapidis, monteisq; virosq;.
Sic sic vis sine consilio, sic impia facta
Præcipitata ruunt Superis vltoribus vsq;

In tabulam Penthei Trucidati.

Penthea cernis Echioniden
Hospitis Orgia qui Bromii
Spreuerat. impius ecce Deo
Vindice iam malefacta luit.
Matris enim, Orgiadûmq; manu,
Dum fera creditur esse, perit.
Quam sceleri bene pœna suo
Congruit, & mala digna malis.

In picturam Europæ stupratæ.

Hic qui à monte boues ad proxima littora vertit,
Aurea te, quis sit, virga monere potest.
Tum testes alæ, neq; non talaria testis
In flauo bicolor crine galerus erit.
Si rogitas quid agat, patrio subseruit amori,
Inscius : obsequio, furta dolosa tegens.

Raptor

Digitized by Google

Raptor enim niuei latitat ſub imagine tauri
  Improbus ac prædam per freta longa vehet.
Vt Cretam attigerit, mox taurus deſinet eſſe
  Iuppiter & virgo non erit iſta diu.
Quid non cœcus amor mortalia pectora cogat,
  Si taurum æthereum non piget eſſe Iouem?
Aut quæ formoſis ſatis eſt cautela puellis,
  Hic quoq; ſtuprator ſi metuendus erat?

In fronte libelli, miſſi Epiſcopo Atrebatenſi.

Auibus ſecundis vade charteum munus,
Exile quanquam te breuis dicat vates.
Liceat modo placere Præſuli docto,
Precio lapillos viceris & Erythreos.

In fronte libelli, de Imparatoria maieſtate.

Chriſtianum orbem tuenti qui fauetis Cæſari,
Huic fauebitis libello, qui tuetur Cæſarem.

In fronte Odarum Guilielmi.

Huc ſiquidem pia, ſi pudica Muſa
Delectat, nihil hi vel inquinatum,
Vel quod melle nocens tegat venenum.
Chriſtum tota ſonat chelis Guilelmi.

In fronte libelli Buslidio miſſi.

Non ego Buslidiæ decus adfero bibliothecæ:
  Sed decus apponit bibliotheca mihi.

In fronte alterius:

Non equidem ornabis tu Antoni bibliothecam:
  Te magis ornabit bibliotheca liber.

In cæcum Tragœdiarum caſtigatorem.

Cur adeo lector crebris offendere mendis?
  Qui caſtigauit, lumine captus erat.

Sub pictura vultus Chriſti.

Hic intuetur & intimos mentis ſinus:
Fac tota niteant pectoris penetralia.

Agit carmine gratias, pro Miſſo munere.

Antiſtes ſacer elegantiorum, ac
Princeps Carmiliane literarum,
En verſus tenuis tibi Poëta
Hos pro munere ſplendido rependit.
Hoc eſt ſcilicet, ære mutat aurum.
At quid tandem aliud Deis vel ipſis,
Gratus ſed tenuis referre vates
Poſſit, quam numeros modoſq; verum
Largiri numeros tibi Petre, hoc eſt
Siluæ ligna, vago mari addere vndas.

In fronte Enchiridii,

Nil moror aut laudes, leuis aut conuicia vulgi:
  Pulchrum eſt vel doctis, vel placuiſſe piis.
Spe quoq; maius erit mihi ſi contingat vtrumq;:
  Cui Chriſtus ſapit, huic ſi placeo, bene habet.
Vnicus ille mihi venæ largitor Apollo,
  Sunt Helicon huius myſtica verba meus.

Libellus dono miſſus.

Mittere cur verear magno leue munus amico,
  Quum capiant ſummos thuſcula pauca Deos?

Ioanni Okego Muſico ſummo.

Ergo ne conticuit
Vox illa quondam nobilis,
Aurea vox Okegi?
Sic Muſicæ extinctum decus?
Dic age, dic fidibus

Triſtes

Triſtes Apollo nænias.
Tu quoq; Calliope
Pullata cum ſororibus
Funde pias lachrymas.
Lugete, quotquot Muſicæ
Dulce rapit ſtudium:
Virumq; ferte laudibus.
Artis Apollineæ
Sacer ille Phœnix occidit.
Quid facis inuida mors?
Obmutuit vox aurea
Aurea vox Okegi.
Vel ſaxa flectere efficax,
Quæ toties liquidis
Et arte flexilibus modis
Per ſacra tecta ſonans,
Demulſit aures Cœlitum
Terrigenûumq; ſimul
Penituſq; mouit pectora?
Quid facis inuida Mors?
Vel hoc iniqua maximè,
Æqua quod omnibus es.
Sat erat tibi promiſcuè
Tollere res hominum,
Diuina res eſt Muſica
Numina quur violas?

Henrici Epiſcopi Cameracenſis Epitaphium.

Henricus hic eſt, Bergicæ ſtirpis decus,
Qui laude morum auita vicit ſtemmata.
Gregis ſalute nil habuit antiquius,
In quem pius paterna geſſit viſcera.
Hic incitatus amore miro cœlitum,
Iacobe ſedem viſit impiger tuam,
Arcemq; Petri viſit, & Solymas ſacras.

De eodem.

Bergana ſtirpis ſeptem de fratribus vnum
Condidit Henricum hoc inuida Parca loco.
Ille gregis Cameracini præſulq; paterque;
Cui ſimul & patriæ non ſibi natus erat,
Biſq; Iacobæam viſit pius aduena ſedem,
Dehinc Romam, & Solymas vectus aduſq; ſacras,
Sic pietate vagus, virtute grauiſſimus, æuum
Exegit felix & ſine labe ſuum.

In magnatem quendam, qui laudes ſuas exiguo munuſculo penſarat.

Correxit errorem meum
Lepide Marullus. nam mihi
Laudatus æquo largius,
Nimium puſillo prodigum
Vatem redonat munere.
O pectus, ô memorabilem
Huius modeſtiam viri!
Non vult cani, quæ non facit;
Vult & ſileri quæ facit.
Proin prudendis præmiis
Inuitat ad palinodiam,
Inuitat ad ſilentium.
Non ſuadet hoc frugalitas
Tenaxq; parſimonia:
Quum Sannionibus quoq;
Fœdiſq; Morionibus
Prolixa donet munera.
Quod iſta donat vatibus,
Quæ dare minus quam nil dare eſt,
Pudore non vitio facit.

Epitaphium Scurrulæ temulenti.

Pax ſit viator, tacitus hos legas verſus,

Vt

Vt ſacra verba muſſitant ſacerdotes,
Ne mihi ſuauem ſtrepitus auferat ſomnum,
Repetatq; vigiles ilico ſitis fauces.
Nam ſcurrula hocce ſterto conditus ſaxo.
Quondam ille magni magni clarus Euii myſtes,
Vt qui bis octo luſtra perbibi tota,
Oculis profundus, deinde ſomnus obrepſit.
Vt fit benigno membra cum madent Baccho.
Atq; ita peractis ſuauiter bonis annis,
Idem bibendi finis atq; viuendi
Fuit ſed etiam me aliquis ebrium credat,
Aut ſomniare, qui iſta dormiens dicam.
Vale viator, iam ſilenter abſcede.

Encomium Sleſtadii.

Nobile Sleſtadium, tua quis pomeria primus
Signans, tam dextris condidit auſpiciis?
Vnde tibi Genius tam felix, tamq; benignus?
Sidera naſcenti quæ micuere tibi?
Cum videaris enim, neq; muro inſigne capaci,
Plebe nec innumera diuitiiſque ſcatens:
Vrbibus in cunctis tamen haud felicior vlla eſt,
Quotquot Cæſarea ſub ditione vigent.
Non ego iam memoro quod fertilis vndiq; campus
Adiacet, & ſegetem proſperat alma Ceres.
Quodq; hinc vitiferos monteis, hinc ditia Rheni
Flumina proſpectas, grata quod aura fouet.
Commoda bella, ſed hæc tecum communia multis:
Dotibus hiſce ſimul vinceris, & ſuperas.
Illa tibi propria eſt quod & vna & parua, tot edis
Virtute inſigneis ingenioq; viros.
Tot pariter gemmas, tot lumina fundis in orbem,
Quot multis aliis vix genuiſſe datum eſt.
Doctrinæ proceres tot habes, quot proditor ille

Vix belli proceres occuluiſſet equus.
Quam non VVimphlingus, quam non Spiegellius vrbe,
Quam non Kitherus nobilitare queat?
Vnde tibi Sapidus, doctis quoq; dignus Athenis?
Vnde ſacer Phrygio, Storkius vnde tibi?
Vnde tibi Arnoldus, Muſis excultus, & vnde
Matthias niueo pectore Schurerius?
Vt ſileam reliquos, non te ſatis ille Beatus
Rhenanus, lingua doctus vtraq; beat?
Quæ tibi cum liquido tacita eſt cognatio cœlo?
Num quod Palladia Numen ab vrbe fauet?
Corpora gignit humus, mens æthere manat ab alto,
Membra aliæ pariunt, tu paris ingenia.
Quis non inuideat tam ſplendida commoda? ni quod
Non tibi, ſed mundo fertilis, iſta paris.
Gloria te penes eſt vnam, ſed fructus ad omneis
Peruenit, humanum quâ patet orbe genus.
Hæc memor hoſpitii, tibi carmina panxit Eraſmus;
Haud lepida, at grata qualiacunq; cheli.

Ad Sebaſtianum Brant Archigrammaticum Argentinen.

Ornarunt alios ſuæ Camœnæ,
Ornas ipſe tuas magis Camœnas.
Multos patria reddidit celebres;
Vrbem tu celebrem, celebriorem
Multo conſtituis, Sebaſtiane,
Lingua, moribus, eruditione,
Libris, conſilio, ſeueritate.
Sic cum fœnore plurimo rependis
Acceptum decus, è tuo viciſſim
Illuſtrans patriamq;, literaſq;.

Ad Thomam Didymum aucuparium, Poetam Laureatum.

Quas mihi tranſcribis, doctiſſime Didyme laudes,

Vt

Vt ſunt maiores, quam quas agnoſcere poſſim,
Ni prorſus frons nulla foret: ſic rurſus eædem
Sunt adeo doctæ, talique è pectore natæ,
Vt minime libeat, quas das reſcribere: veras
Eſſe perinde optans, quam ſunt lepidæ, atq. venuſtæ.
His ego non ſane placeo mihi. Tu mihi *Vates*
Lauro digne places: nam dum me reddere magnum
Carmine magnifico docte conniteris, ipſum
Te vere oſtendis magnum, vereq; ſtupendum.
Vt qui viribus ingenii poſſis elephantum
Reddere de muſca, nihiliq attollere tricas.
Sed quo iudicium minus approbo, maxime Vates,
Hoc mage lætor amore tuo, candoreq; mentis.

Ad Andream Ammonium Lucenſem, Regis Anglorum à libellis.

Quicunq; dotes reputet, Ammoni, tuas,
Oculiſq; totum luſtret admotis prope
Oris decus, proceritatem heroicam,
*V*ultuq; toto & vniuerſo corpore
Bene temperatam dignitate gratiam,
Nitentium blandum vigorem luminum,
Linguæq; plectrum tam ſuaue tinniens,
Mores dehinc horas ad omneis commodos,
Facileis amicos, melle melleos magis,
Veneres lepores gratias, riſus, iocos,
Mitem indolem, mentiſq; candorem nouum,
Mireq; mixtam ſimplicem prudentiam.
His pectus adde ſordido auerſum lucro,
Dextramq; quam pro ſorte largiuſculam.
Iam quam benigni vena diues ingeni?
Quot animus vnus expolitus literis?
Ac rurſus his par addita eſt facundia.
Demum vniuerſa hæc rara condit comitas,

S 5 Et

Et improbi liuoris arcet fascinum
Modestiæ iucunditas, cum dotibus
In tam superbis, nil superbum in moribus.
Hæc quisquis inquam pensitet tot affatim
Congesta in vnum nonne merito dixerit?
Soli parentem fuisse naturam tibi,
Contra nouercam cæteris mortalibus.
Horum licet tibi ipse debes pleraq;
Restant tuæ Fortunæ iam partes, vti
Dotes ita amplas, opibus exæques tuis,
Nisi vis videri aut cœca plane aut inuida.

Ad Lucam Paliurum Rubeaquensem Episc. Basileiensis Cancellarium.

Exhaustum immodico nouale cultu
Mentitur queruli spei coloni.
Effœtum ingenium labore longo,
Nil dignum parit hoc amore nostro
Quo te prosequor vnice, inter omneis
Mellitissime Paliure amicos,
Neo dignum meritis tuis nec ipsi
Quod respondeat eruditioni.
Quod solum licet hoc in omne tempus
Præstabo, ex animo medullitusq;
Nostrum (sic meritum est) amabo Lucam.

In fugam Gallorum insequentibus Anglis apud Morinum, ann. M. D. XIII.

Audiuit olim censor ille Romanus
Ludos iocosæ quando noueras Floræ:
Cur in theatrum Cato seuere venisti?
An ideo tantum veneras vt exires?
At iure nunc imbellis audiat Gallus,

Ludum

Enſum cruenti quando noueras Martis?
Animos ferocis quando noueras Angli?
Quid quæſo in aciem, timido Galle, prodiſti.
Ferro minaci ſplendidas agens turmas?
An ideo tantum veneras, vti fœdè
Fugiens ſequenti terga verteres hoſti?
Ac ſi pedum certamen eſſet haud dextræ.
Cato fœminas videre non poteſt, Gallus
Viros. Cato mutare poteſt non vultum.
Gallus nequit mutare pectus ignauum.

In Iouem, Ann. M. D. X V.

Menſes cum prope Iuppiter per octo
Vota ſurdus ad omnium pluiſſet,
Agros iam male perdidiſſet omneis,
Vexaſſet ſegeteſq;, vineaſque,
Tandem deſierat, pudore credo,
Et tandem licuit videre ſolem,
Quem migraſſe polo, timebat orbis,
Æternam ratus imminere noctem.
Vixdum ſeſquidiem nitere paſſus
Obducit nebuliſq; nubibuſq;
Totum qua patet vndequaq; mundum.
Ac rurſum ſimilis ſui eſſe pergit.
Iſtoc ſi moderere pacto Olympum,
Nec quicquam es niſi nubium coactor,
Quis non officium probet Gigantum?
Et cognomina conſueta vertens,
Peſſimum vocet, infimumq; Diuum?

Epitaphium Philippi Cœuabita Cluniacenſis.

Iſti cur lubet aſſipere ſaxo,
Cum toto Pietas choro ſororum?
Hic noſter iacet vnicus cateruæ
Vindex, ille Philippus, ille dudum

Cœtus

Cœtus gloria prima Cluniaci.
Luctum at pulla ſolet decere veſtis,
Vos albis video nitere totas.
Cuius tam niuei fuere mores,
Cui tam candida ſit peracta vita,
Huius funera non puto decere
Aut pulla, aut lachrymis nigrentur vllis.

Guilielmo Neſeno Calamum dono dat.

Calamus loquitur.

Tantillus Calamus, tot, tanta volumina ſcripſi
Solus, at articulis ductus Eraſmiacis.
Ædiderat Nilus, dederat Reuchlinus Eraſmo
Nunc rude donatum me Gulielmus habet.
Iſq; ſacrum Muſis ſeruat, Phœboq; dicatum,
Æternæ charum pignus amicitiæ,
Ne peream obſcurus, per quem tot nomina noſcet
Poſteritas, longo nunquam abolenda die.

In Brunonem Amerbachium.

Heic iacet ante diem fatis ereptus iniquis,
Gentis Amerbachiæ gloria prima Bruno.
Non tulit vxori ſupereſſe maritus amatæ;
Turtur vt ereptæ commoriens ſociæ.
Hunc blandæ lugent Charites, Muſæq; trilingues,
Canaq; cum caſta ſimplicitate fides.

Epitaph. Vlrichi Zaſii.

Siccine, Mors crudelis & inuida præripis Orbi
Vlricum Zaſium decus admirabile iuris
Cæſarei ſimul & ſacri? parciſſima dixi
Imo doctrinæ totius & artis honeſtæ
Theſaurum ac mundum locupletem: cuius ab ore
Manabat ſermo vel melle ſuauior omni.

Quid

Quid nunc collaudem ſummum pietatis amorem,
Et mentem cœlo dignam, quo iam illa ſoluta
Corporis inuolucris fruitur ſine fine beata?
Quod ſupereſt: te compello, ſtudioſa iuuentus,
Tandem pone modum lacrimis, iuſtoq; dolori:
Vocis adempta tibi eſt Zaſianæ copia. Verum
Exſtant ingenii monumenta perennia quæ ſi
Aſſidue manibuſq; teras oculiſq; frequentes;
Spirat in his loquiturq; viri pars optima ſemper.

ALBERTI EVPHRÆNII AMSTELRODAMENSIS.

Amor.

Eſt durum nullis faculis ardeſcere amoris,
  Et durum eſt Veneris corda calere face.
Verum præ reliquis longè duriſſima res eſt;
  Nec mage quid iuueni triſtius eſſe poteſt:
Quam pulcram ſemper conſtanter amare puellam;
  Nec tamen optati gaudia ferre tori.
Dum nimium faciles perſtringunt pectora flammæ,
  Pro libitu & iuueni cuncta ſerena fluunt,
Turgeſcens faſtu nimio faſtidit Amatam:
  Pectora tunc illi frigidiora niue:
At ſi dura nimis virgo contemnit amantem,
  Et ſurda cunctas combibit aure preces,
Longa nimis rutilas depellunt tædia flammas;
  Et ſæpe excuſus tergora vertit amor.
Tu, mea lux, verum inter vtrumq; manere memento:
  Nec mihi ſis facilis, nec mihi dura nimis.
Cara, Iſabella, tuo da talia baſia vati,
  Quæ nec rapta tibi, nec data ſponte mihi.

Amo-

Amor ligatus crine Iſabellæ.

Dum cernit ſparſos ad frontem ludere crines,
  Cincinnoſq; videt, pulcra Iſabella tuos,
Arcum tendit amor, iaculumq; imponere tentet
  Vt iecori ferret vulnera certa tuo.
Sed capiens arcum, corpus dum flectit in arcum,
  Stringitur à rutilis crinibus acer amor:
Idaliuſq; puer religatus compede forti
  Non potis eſt diæ ſoluere vincla comæ.
Erubuit, fletuq; madet captiuus acerbo,
  Temnere qui ſuetus Numina cuncta fuit.
Qui potuit ſummi contemnere tela tonantis,
  Vincitur à Dominæ crinibus ille meæ.

Iuuentus fluxa.

Vt flos in viridi laſciuit gramine verno
  Temporo cum frondes educat omnis ager.
Sic etiam vernat petulans quandoque iuuentus,
  Caſtra voluptatum dum male ſana tenet
Sed breuis & floris ætas ſic dona iuuentæ,
  Vt cito naſcuntur, ſic ſubito intereunt.

IACOBI EYNDII AB HÆMSTEDE ZELANDI.

Martis Exulis πρόφασις,

Ad Carolum IX. Sueciæ, Gothiæ, &c. Regem.

Inclyte Rex belli, maieſtatiſque verendæ
Iuſtitiæq; potens; ego, regni finibus exul
Magnâ parte mei, quod adhuc de nomine nomen
Seruat Agenoreo; veteri regnata Magogo
Oppida, Suenonis præclaras nomine gentes,
Et formidatos Aſiæ Lybiæque Gothinos,

Præſidii

Præſidii, antiquo & meritorum iure reuiſo.
Non equidem extimui, quod ſeruantiſſimus æqui,
Pace tuos optes ſtabili defendere ciues.
Quodq; ſenex olim, haud facile turbare quietem
Scandiacam monuit ſibi ſucceſſura nepotum
Stemmata Erichſonius cogit te turbidus armis
Tela manu populi pro libertate tuenda
Sumere, & accepta pro relligione, Polonus.
Cauſa tua, hoſpitiiſque ſacrum, me nulla paciſci
Tentamenta tui ſolitas fecere per artes:
Sed me ſponte mea fati irreuocabilis ordo
Pacem lege tenens & bellum, has miſit in oras.
Ad tua confugio, nullis temerata ſiniſtri
Fœderis auſpiciis exque omnibus integra pene
Caſtra relicta mihi, Regis ſeruantia ſceptrum.
Sum Deus ex genetrice Dea: mihi tertius orbis
Militat errantum ſtellarum, hinc prælia terræ
Incutio, magnoq; mari, cœloq; profundo.
Hinc mihi ſub pedibus paruæ veſtigia ſphæræ
Cincta mari tellus, nullo molimine fulta,
Præbet, & æquali pendet librata rotundo.
Cernimus Oceanum mundi circum abdita veſtrum
Serpere Cœlicolæ modici ſub imagine riui.
Pars quota totius, ſed enim pars infima ſceptri
Mole ſui, ſoliſq; olim præſtantior armis,
Germanis Europa tribus, quo pellicis exſtent
Crimina Phœniſſæ matri fatalia noſtræ,
In generis ſocios odium transferre recenti
Culpa vindictæ decus & ſpolia ampla putauit?
Ex omni ſtatuens Martis depellere numen
Imperii ditione ſui; & ſic pace petita,
Naturæ & Superis funeſtum indicere bellum.
Quin recti ſpecie, & cœleſtis imagine pacis,
Nec profecturis votis, infamia monſtri
Tollitur, & ſummis marcent erepta monarchis

Arma

Arma, ſuo vt ſceleri ſemper prætexere cauſſas
Terrigenæ audaces: quos Phlegram è cæde gigantum
Progenuiſſe puto, calidumque animaſſe cruorem
In genus hoc hominum cui cœlum exſcindere votum
Durat adhuc proauorum animis non viribus iiſdem.
Tu, cui perpetuam promittunt fata coronam,
Sed mea pro niueis criſtata caſſide pennis
Numina honoratis imponunt vertice canis:
Seu torques valida librata haſtilia dextra,
Et premis, armatus ſtratis inſignia pictis
Terga ferocis equi ſpumantiaque ora fatigas:
Seu rerum, regnique tui moderaris habenas,
Iure regens populos ſolio ſublimis auito:
Legibus, ambiguum, validiſne illuſtrior armis
Rex; cauſſam cognoſce Dei, cui neſcia virtus
Parere eſt, ſoluſque pudor non vincere bello:
Sed poſcit qui iura tui ſub nomine ſceptri,
Nunquam nata ſibi, quia Dîs irata ſibique,
In ius turba vocat, meritorum ingrata, patronum.
Nec me prætoris, vel iudicis ante tribunal
Siſtit, at eſt iudex, proprio in certamine, & actor.
Exige inæquales æquali examine lites,
Et Marti nunquam fœlicia prælia linguæ.
Quanquam etiam patruum ferro ſua pignora queſtum
Occubuiſſe meo, magnorum iudice diuûm
Concilio, ſimili quondam diſcrimine vici.
Tu iudex fieri meritus de lite ſecundus
Numinis armigeri: ſed erat tunc iuſtior eius
Actio, qui dignas expreſſit numine voces.
Nunc ſit turpe mihi, niſi te ſub vindice, verbis
Cernere cum vulgo, cui ſic modo cernere tutum:
Cedere ſed ne ſit mihi turpius accipe, Princeps,
Accipe, quæ valeant meritum, decus, arma, ſalutem
Commendare meam, quæ vi defendere poſſim.
Prima petas ſi forte mei monumenta laboris,

Et

Digitized by Google

Et mundo quæ iura dedi; repete omnia ſecla,
Annaleſque euolue Deûm. quo Iuppiter æuo
Diſcordem textum, ſuperi ſpatia auia cœli,
Et maſſam terræ informem digeſſit & æquor
Conficiens vndis vndas, cœloque refluxu
Telluriq; minax, per me, diſcordia rerum
Semina, concordi coïerunt lite reuincta.
Nam primum æternis ſuſpenſam hanc adſpice clauſtris
Congeriem, variatam oculis rutilantibus æthram:
Sunt hîc diuerſis fulgentia ſigna maniplis,
Sideraque aduerſum contra nitentia mundum.
Hîc furor Arcturi turbans hîc ſæua Leonis
Ira tremit, plauſtro crebra hîc intermicat Arctos
Indignata tegi, clarus fulgentibus armis
Hîc ruit Orion cetrâ metuendus & enſe.
Sed quicquid mortale Dei. Titaniaq. aſtra
Deſuper adſpiciunt, deuictâ in corpore formâ
Materies aliam in faciem mutata reducit
Occaſu arceſſens ortus; ſeu rebus inane
Diffuſum eſt cunctis, omnes excedere metas
Quod perhibent infinitum, quo corpora paſſim
Parua natent non in partes findenda minores;
Seu terra limphaq; creator & aëre & igne
Omnia compoſuit Deus, & compoſita ligauit,
Diſſocians tamen ipſa locis: nam ſi vaga motu
Corpora præcipitent atomûm, concurrere ſæpe
Nexibus inter ſe validis lædique neceſſe eſt,
Cunctarum quo naſcantur primordia rerum
Concilijs: ſed ſi puris conſiſtere verum
Principijs quatuor naturæ opera atque labores;
Ecce quatergeminis affectibus omnia pugnant
Semina & inter ſe genitalia prælia miſcent.
Per me bella mouent venti, nubeſque rotantes
Concutiunt, rapidaſque trabes. inimicaq; iactant
Fulmina, & humanas motura tonitrua mentes,

Non etiam ſine me terræ clementia veris
Euenit; aut ſine me radijs ſol aureus arua
Puluerulenta coquens cœlo infert ſuda ſerena,
Non hiemem contingit equis; non horrida bruma
Rura gelu claudit, naturalique tepore
Depreſſo, curſus ſummarum frenat aquarum:
Oceanus mea bella trahit, dum feruidus irâ
Nititur egreſſus varios, terramque fatigat
Accubitu æterno, ſcopulis illiſa reclamant
Æquora, & alternis tremit vndis concitus agger.
Sæpe igitur decimus pelago interiore petitos
Denſauit fluctus cuneos, vtque impulit agmen;
Oppugnata diu terræ confinia rupit.
Haud aliter vaſta Nereî diſcluſa ruinâ
Diſſiluiſſe ferunt Ætnæi incendia montis:
Diuidit Auſonio diram de limite Zanclen,
Diuidit Euboeo rabies Neptunia Macrim,
Iliaco Tenedon: diſiecit littore, quondam
Leucada continuam triplicique interluit æſtu.
Cætera ne memorem tellus, diuûm inuida regnis,
Bellis delectata meis, informia monſtra
Inuiſam genuit ſobolem, Cæum, Enceladûmque,
Centimanum Briarëa, Typhoëa, cumque Ephialte
Iapetum, Tityumque trucem, ſeſeque retexit
Tanta prole tumens, ſuperas quam miſit in auras
In Iouis exitium, cœli reſcindere ſedes.
Ter ſonuit tuba nimborum, ter concitus æther
Argumenta dedit nobis non vana timoris.
Extimuit natura Chaos: maneſque reuulſis
Montibus, & tractis terræ de viſcere truncis,
Viderunt trepidi inſuetam deſcendere lucem:
Tunc caput arboreæ nudatum frondis honore
Pelion exſeruit, radioſque minoribus aſtris
Abſtulit, & currus errantibus interclusit.
Terra mihi hoc debet. Superûm rex plurima noſtri

Commo-

Commoda ſeruitij, tanto in diſcrimine, ſenſit.
Auſus ego anguipedum vires, immaniaque arma
Tentare, & vaſtum primus procurrere in agmen
Odryſijs inuectus equis; dedit enſe Pelorum
Enſe meo ante omnes animam, pœnaſque merentem.
Ille ſua, adnixus, Cynthum concuſſit ab imo
Terq; quaterq; manu, tenuitq; in miſſile telum;
Atq; etiam valida contorta phalarica dextra
Læſiſſet ſuperûm muros, niſi debile corpus
Et ſolitæ nimio profuſo ſanguine vires
Liquiſſent atrocem animum, manibuſque relapſa
Inſula in æquoreo natitaſſet marmore, vt olim
Oceani cunctis erratica Delos in vndis.
Occubuit cum fratre Mimas, dum Lemnia ſaxa
Vulcani hoſpitium, medij de gurgite ponti
In Martem torquere parat; ſuccurrere Pallas
Tum primum mihi Cœlicolas, motumque periclo
Et noſtra virtute, Iouem capere arma coëgit.
Me duce, nunc etiam diſiecta ex æthere monſtra,
Sicania æternas pendunt ſubter iuga pœnas,
Tartareoque ſinu. Videor per tecta tonantis
Cernere adhuc multa ſuffultos rupe gigantes,
Expletos animis terræ omniparentis alumnos,
Aduerſuſque Deos, medijſque volantia ſigna
Nubibus, & cœli concuſſas ariete portas
  Hæc noſtro genere, & Mauortis digna triumphis
Prælia nunc, olim. Naturæ ſparſa per omnes
Seceſſus, quorum ſimulacra & parua reſeruat
Indica, hoc hominum genus inualidumq; feroxque;
Quod nunc terra creat; diuini hic ſpiritus ignis
Quem cœlo auertit, glebas animare Prometheus,
Imbuere & venas auſus vitalibus auris.
Nam poſtquam varios glebaque & flumine partes
Iunxit in effigiem diuûm, miratus & artem,
Et ſtudium, noſtris ea ſigna accendere flammis

Adiuui & duro ſcintillam excudere cordi;
Quæ pulcras animas, noſtrumque in nomen ituras
Perpetuo tereret bello, atque ex æthere ſumta,
Pugnaci æthereum ſequeretur pectore ſemen.
Aſt homo, maſſa diu, ſenſus, rationis egena,
Ipſi ignota ſibi vixit, tardéque recenti
Luminis ætherei fomenta in corpore ſenſit.
Scilicet ante Iouem, fœlici, vt dicitur, æuo,
Mundus opes nullas, nec opum pauperrimus, vſum
Nouerat, è ſolido quamuis conſiſteret auro.
Poſt, animi inſtinctus, indocta arbitria regum,
Sponte ſuâ populus ſumma pro lege colebat.
Virtus imperio imperium virtute tueri
Seq; ſuoſq; potens, ſummo fulgebat honore.
Non pulcrum, non magnanimnm, non nomen habebat
Vtile, ſordebat paucis opulentia mundi,
Vel celabat opes rudis ignorantia rerum.
Sed ſimulac Beli ditione ſagacior ætas
Extulit orbe caput, pretiumque, & debita merces
Rebus, & vtilitas animis, & blanda voluptas
Incidit ex illo geminatos ignibus ignes
Nobile pectus habet. quod quamuis tardius arma
Indueret, duris dirimebat cuncta lacertis.
Sic vt præcipites vigor entheus egit in hoſtem
Terrigenas, ſiue his innati erat anſa duelli
Ambitio, ſiue ira fuit, ſiue impulit auri
Sacra fames, ſeu vindictæ generoſa cupido,
In pugnas coiëre rudes; quippe ordine nullo
Elegit ſibi quiſque parem, ſibi quiſque virum vir.
His primum promta arma dedi, rupeſque reuulſas.
Lignaque carnificéſque manus quod cuique repertum
Rimanti telum fuit; & non denſus acuti
Vultus erat cunei, non iuncto vmbone, phalangis;
Pro ſe quiſq; truces animos; & inermia corda
Exſtimulata meis acuebat pectore flammis.

Poſt

Poſt etiam docui ſcrutari in viſcera terræ
Vulnificum chalybem, & crepitantem incudibus æra:
Sceptraque [illegible] gladijs, galeaſque coronas.
Vtque nihil deeſſet vitæ communis [illegible]
Oppida cincturus populis de[illegible]
Tempore quo Finnos & duris [illegible] armis,
Contundens [illegible] conuertere [illegible],
Molitus primam Suenonum [illegible] arcem
Limen ad [illegible] piſcoſis [illegible]
Littore Scandiaco [illegible] Marte [illegible]
Horruit [illegible]
Stricta, [illegible] in diſpendia mundi,
Cædibus [illegible]
Arte mea [illegible]
Caſtra [illegible] ante ſecundis.
Bellorum [illegible]
Solis ab [illegible] radijs [illegible] diei,
Præcipue [illegible] puluere nubes.
Monſtrauique acies hoſti concurrere [illegible],
Siue ſimul campis vires denſentur apertis,
Seu ſtat diuiſis triplex ex[illegible]
Seu totam referat, ſeu formet cornua lunæ;
Seu melius varijs certa interualla maniplis
Ordinibus poſitis diuiſo [illegible] quærent
Deniq; [illegible] tuos o Rex [illegible]
Nudo [illegible] ſeu bellum [illegible] dres,
Inuentum [illegible] meum eſt [illegible] ſæpe
Caſtraque, & hoſtiles [illegible]
Ecquis erit Superûm [illegible] tempore tanto
In cœlo in terra in pelago, [illegible]
Tot retro ſeclis, mihi qui poſſit [illegible]
Eripere aut titulos auſit corrumpere noſtros?
Non ea vis animo, non hæc fiducia genti
Æthereæ, quæ conſilijs adiuta fuiſſe,
Auxilijs defenſa meis, cœleſtia fata.

Et pacem æternam mihi ſe debere fatetur,
In ſeſe ferrum diſtrinxit ferreus orbis,
Admouitque deos armis, ſonitumq; metumq;
Fulminibus mixtum, flammiſq; ſequacibus iram
Deijcere in terras, tot iam per ſecla coëgit;
Quid vos poſteritas, cui iam natura metallo
Amplius à nullo potuit dignum indere nomen,
Clamatis mea bella procul fugienda? rebelles,
Imbelles, fugitis bellum, in me bella paratis?
Quos ego: ſupplicijs ſed vultu digna ſereno
Deſpicio in Gyaris non ſe probat Æolus vndis,
Non depreſſus habet Boreæ certamina collis;
Ionium ille premit, Rodopeia hîc ſaxa laceſſit.
Incubuit nunquam cœleſtis flamma ſalictis,
Non arbuſta Iouis dextram meruere rubentem.
Eductas cælo quercus, rupéſque ſuperbas,
Intonſoſq; ferit ſcopulos. ſic omnia magno
Ne dubitate metu turbare. & poſcere pacem.
Nunquàm animas iſtas dextrâ hac, hoc enſe decoras
Efficiam. vobiſcum habitent, ſint pectore in iſto.
Nec dabit vlla meæ robur facundia cauſſæ.
Vis etenim perit imperij ſuadere paranti
Sed vos, illuſtres, fortunatiq; laborum,
Egregijq; animis, veſtro qui ſanguine famam
Æternam paritis generi, patriæq; ſalutem;
Eſte viri fortes, ac pulcra capeſſite bella.
Suadet amor procerum laudiſq; immenſa cupido;
Vos ſtimulis Mars idem agito, vos pectore verſo
In medio, bellum inſpirans, neſcitis abactis
Mentibus inſideat quantus deus, omnia ſecla,
Cui fecere ſuo atq; hoſtili ſanguine fuſo.
Cuius, nobilitas, & fama, & gloria, nutu
Pendet, opis propriæ, nil externæ indiga laudis.
Cernite terrarum dominos; quanquam inclita regna
Imperio teneant, latis dominentur in oris,

Bellandi

Bellandi ſtudio, & fatali Martis amore,
Naturæ monitu, vicina in regna minaces
Igne ruunt ferroque, & cædibus omnia miſcent.
Sæpe etiam hoc noſtri ſtudium nec regna nec orbis
Imperium extinxiſſe poteſt; ſed nauibus æquor
Sulcarunt aliqui, tempeſtatiſque tulêre
Ventorumq; minas, pelagiq; informia monſtra,
Dum terræ noua ſceptra nouæ, dum quærere mundos
Feſtinant alios, vt tantum bella ſuperſint,
Extra anni ſoliſq; vias, incognita noſtris
Sideribus qua terra iacet, ſinus vltimus orbis.
Hinc memori laudes à poſteritate reportat
Alcmenâ genetrice ſatus, fuit ille tonantis
Filius at dignus credi poſt funera Numen,
Facta de genitore fide, cum exercita virtus
Degeneremq; rogum ſemiuſtaq; membra relinquens,
Adſcendit belli per tot diſcrimina, cœlum.
Hinc non Hemonius regali ſplendidus aula
Viuere ſuſtinuit iuuenis, ſed puppe ſuperbus
Æquora fatidica nunquam tentata cucurrit,
Et Scythicum aurato ſpoliauit vellere Phaſin:
Miſcenſq; ignotas, temerato littore, gentes,
Fluctibus in medijs bellorum ſemina iecit.
Vellus erat pretium tantorum vile laborum,
Ni mens, bellatorq; animus diffundere facto
Speraſſet ſeros memorabile nomen in annos.
Mœnia fraterna maduêre recentia cæde
Romulidum, fuluo nondum laqueata metallo
Montibus aut latè Graijs effuſa nitebant
Atria, non gemmis erat ars committere vinum,
Non aurum temerare cibis, natura ſecundi
Impatiens, ſocijſq; comes diſcordia regni
Fratribus inuidiam de paupere fecit aſylo:
Quin etiam pueri, nulla ambitione, feruntur
Affectaſſe lupæ nutrici regna ſub aluo.

Tantus honoris amor, tantæ Victoria curæ eſt!
Vſq; adeò vt, requies ſi ſit poſt omnia bella
Facta viris, animo non deſit Martius ardor
Flagranti, ſubeant ſiluas ſaltuſq; peragrent,
Læti bella gerant ſæuarum cæde ferarum;
Nec prædâ quam cæde magis: ſunt qui caput ære
In mortes vendunt, & nobile funus arenæ.
Quin miſcere epulis iuſti ſpectacula belli
Mos fuit, inſolitas vidére triclinia cædes,
Vulneráque adſparſis non parco ſanguine lectis.
Aſt alijs hebetes gladij, & ſimulacra duelli
Ficta placent, ictus vitare, aut fallere ſcuto,
Et plagæ præſcire locum, nutuque loquaces
Præuertiſſe oculos, eludere ſaltibus haſtas
Compoſitis; vt quiſque ſibi dum bella quieſcunt,
Bella parat, teriturque meis pax ſemper in armis.
Namque etiam, qui non audent emergere in altum,
Quos lethi metus ille vetat, timor ille timorum
Maximus ætherea faſtigia ſcandere mentis;
Bellorum in lucem tenuiſſima pignora produnt,
Edita naturæ inſtinctu, quam expellere fruſtrà
Tentant, imbelles animi, nil fortiter auſi.
Hi quibus Aſtrææ placita eſt interprete linguâ
Conceſſum reſerare, & nodos ſoluere litium,
Quamuis cauſſarum iubeat componere fata
Iuſtitia haud ceſſant ſecum committere leges,
Prælia tuta parant; nam non hic ſanguine inundat
Campus, at impletur pugnantibus area verbis
Comœdumque iocis: quo tandem pergitis vltra
Cultores pacis, bellatoreſque togati?
Veſtra Themis populis vos vult decernere lites,
Litibus inter vos hæc non decernere iuſſit.
Iuſtum vnum & ſimplex; tu, pugnaciſſime iudex,
Vt partes facias, diffindis candida iura.
Vos quoque, queîs vires herbarum, vſumque medendi,
Pallen-

Pallentumque anſas morborum, & ſigna ſalutis
Noſſe placet, lingua armat, ſed pectore inermes,
Qui facitis mercede fidem, quo trudere multas
Et ſine ſuſpicione, animas poſſitis ad Orcum,
Mortibus experti: vos ſine milite bella
Sæua iuuant, cur vos ſine pulcro funera bello?
Arma, viri, ferte arma, acies effundite campis,
Tot iuuenes ſpectatei meos, meaque agmina tanta,
Agmina, queîs fortes animat deuotio mentes.
Inſtaurati animis, longè melioribus auſis,
Vulnera cruda manu medios ſpargatis in hoſtes:
Vel ſuprema virûm ſaltem permittite ſolis
Fata viris, vos, cæde humana & cedite ferro.
Nempe mea es, ſolido cui conſtant robore vires
Integer atque æui ſanguis, mea turba iuuentus:
Diripias Laribus ſuſpenſa, ingloria diuis
Quæ pax arma dedit, iam cuſpide pila retuſa
Aruina ſtillent pingui, iam ſplendeat vmbo,
Et ſi quis ſcaber eſt morſu rubiginis enſis.
Vota tibi pulcris veniant euincere rebus
Quæ meminiſſe iuuet, durumque capeſcite callem,
Ardua ſaxoſo qua ducit ſemita cliuo
Ad diuum ſocios: hic callis vertice trita,
Ad diadema venit, ſplendens hic Cæſaris oſtrum
Pro thorace datur, ſceptrum fert dextera nulla
Indignè, hoſtili quondam madefacta cruore.
Tu licet Auſonijs deducas gentibus ortum
Dardaneiſque tuum, vel, ſi vlteriora tumentem
Nomina delectent, Pyrrham quæ ſecla animantum
Iactis reſtituit ſua poſt veſtigia ſaxis,
Atque inter proauos ipſum Titana reponas;
Si pacis vitio, & torpedine deſidis oti
Marcet vita tibi, merito cadet omnis auitæ
Gentis honos; ſi fama tua eſt in origine ſola
Nil proſit longo cenſeri ſtemmate, pictum.

Digitized by Google

Maiorum oſtentare decus: quod feceris ipſe
Eſto tuum, vile eſt aliorum incumbere factis.
Non proauum inſignis titulis, ſed ſanguine clarus
Scæua ſuo fuerat, perq. omnia munia merſus
Militiæ, Latiam tulerat longo ordine vitem;
Nomina poſt etiam primiq. inſignia pili:
Sed nomen tulit æternum. quod nulla ſilebunt
Secla, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas,
Cùm vallum ad Minucî. pectus fatale ſub ipſum,
Telorum nemus omne tulit. cumq; eminus acta
Expleuére vnam tardè tot vulnera mortem.
Principium eſt generis. ſed magnæ gentis origo
Mutius. igne adolens quam non Porſenna ſuperbus
Suſtinuit ſpectare, manum, ſibi fata minantem.
Albus erat clypeus, nec imagine clarus auita
Sed domini meritis, qui tantum præſtitit vrbi
Præſidium, quantum Tybris pater attulit alueo,
Coclitis, oppoſitus, magni agminis inſtar, in hoſtem.
Integra poſteritas, proauum non clara triumphis,
Conſule non crebro, propriæ ſed laudis haberi
Augmento voluit, dupliciq; niteſcere luce.
Adſpicis Auſonij clariſſima fulmina belli
Marcellos, Decioſq; duos. gnatumque patremque;
Vt modicis eſſent maioribus incrementum,
Offenſos patriæ diuos, & numina iniqua
In proprium vertêre caput, vitamque ſuorum
Morte ſuâ peperére pij. Ditiq; verenda
Pro Latijs quondam ceciderunt victima rebus.
Tantos pectoribus motus vigor igneus adflat
Ille meus, pleniſq; deo, in ſua funera promtis
Ignauæ timidum vitæ depellit amorem.
Nam Dî viuentes cælant, ne decidat orbis,
Quid felix, miſerumve viris, num viuere mors ſit
Num ſit vita mori: ſed noſtro munere, gentes
Percipite hæc animis, famam protollere vitæ

Contem-

Digitized by Google

Contemtum ſolumq; mori, qui viuere ſemper
Optet; & ingeniis inſpargi ſemina magnis,
Seruitium fugiſſe manu: quid iniqua tyranni
Munitis ferro regna, extortoſq; triumphos
Quid libertatem mendacibus vritis armis?
Oſtendi Mundo, ne quiſquam ſeruiat, enſes.
Nec vita eſt, trahere ignotum ſine nomine corpus,
Aſt vnum verumq; mori eſt, in ſede morari
Tranquillum patriâ, & ſi quis ſis, neſciat vlla
Gens hominum: peius quoq; morte eſt, cernere lethum
Et patris, & patriæ fœdatum funere vultum,
Et deflere ſuo merſos in ſanguine natos:
Mortuus & miſer eſt, cui laus, cui gloria ceſſit
Pulſa metu, mutas agitat qui vmbr[illegible]tilis artes.
Nam damnanda magis ſint morte ſilentia vitæ
Vt vacet à ferro. Mars expellatur, & vltra
Sauromatas, Thulentq;, & ponti extrema gelati,
Vt reptet mortale genus per luſtra ferarum,
Ignauâ ſub pace iacens; mors vna futuros
Obruet, & cunctos vrnam Minoe mouente,
Serius aut citius ſors exitura reducet
Communem tandem ad metam, quæ terminus æui eſt.
Aut nihil eſt animis poſt funera ſumma ſuperſtes,
Aut mors ipſa nihil; ſi non eſt ſenſus ademtis
E vitâ Hectoridâ nil diſtat ab Aſtyanacte
Expleuit ſerie qui tertia ſæcula longâ,
At ſi quid ſupereſt à morte, vt credere dignum,
Non eſt mors animæ melior mutatio vitâ;
Nec peior bello breuioris temporis ætas.
En mundi vindex, mediâ florente iuuentâ.
Mortali tulerat quodcunq; ab imagine matris
Impoſuit flam̃is, radiantibus intulit aſtris
Omnipotens quicquid fuerat ſe patre creatum
Diræ immune necis; ſenior de rupe Prometheus
Triſte pependit onus Scythicâ? tibi longius æuum

Tan-

Tantale quid refugas captanti profuit vndas?
Inſeruère dies puerum certamina Bacchum.
Illa etiam Heroum poſſunt juuenilibus annis
Tradere defunctis ſedes & amœna vireta
Fortunatorum nemorum; nam vita merentes
Exſoluit pœnas in terris turpiter acta.
Sed virtus belli pugnando vulnera paſſos
Mittit in Elyſium. quæ viuis gratia equorum
Armorumq; fuit, ſequitur poſt fata ſepultos.
Nec bellum interitum rebus, nec pugna cruenti
Fati, ſponte ſuâ properantes admouet horas,
Cuncta ætas populatur edax, & quicquid in orbe eſt
Tempora conſumunt. potius vel nil perit orbi,
Omnia cum varient faciem natumq; vocetur
Eductum ex aliis & maxima fata nouatrix
Regnorum alternis reparet natura figuris.
Vidi olim Albanos, Laurentinoſq; penates,
Et Veios Romam & Gabios migrare colonos.
Namque ingens rerum, dum noſtri munia belli,
Dum me cognouit regni gentiſq; parentem
Mundus Roma fuit: conceſſit Pallas Athenas,
Juppiter exceſſit Cretâ. Delphoſq; reliquit
Cynthius, Ægyptum dedit Iſis, & Euhyius Indos.
Ipſa ſuos tradi iuſſit Saturnia currus
Et ſua Dardaneis ſeruire nepotibus arma.
At poſtquam rediit cœli fauor actus in orbem,
Fortunæq; ſuæ ſpatium conſumſit in armis
Vrbs inuicta meis (vt votis plectere gentes
Quaſque ſuis faciles Superi, peiora ſequentes)
Ebria deliciis, blandoq; ſubacta veterno,
Vim paſſa illecebris Pacis, temerata virago eſt
Italia. & luxus & opum metuenda facultas,
Tranſuerſo dubias rapuerunt flumine mentes.
Ipſe pater populi centum conſtrictus ahenis
Poſt tergum nodis, Iani ſum clauſus in æde.

Digitized by Google

Ex illo fluere. & retro ſpes prona referri
Auſonia, fractæ vires, auerſa deûm mens.
Nam victi à victis & ſemiuiro comitatu
Appenninicolæ veſtes geſtare decoras
Vix nuribus pictaſq; croco illuſaſque veneno
Aſſyrio ſumſere viri: peregre intulit orbis
Dona, manu hoſtili. queîs ſe cecidiſſe putabat.
Prô dolor! exuuias quas vos ex hoſte, Quirites,
Biſq; triumphatas ex omni littore terras
Ducentes Diuis, votum immortale, ſacraſtis,
Perminxit tandem laurus latrator Anubis:
Atque adflixit humi tinnitu effœta Cybelle
Indecores, belloque Aſiam defendit inermi.
Senſi orbi poſt deeſſe caput. fuit inque per omnes
Currere mortis iter partes decliue ſenectà.
Multa tamen tanto de corpore Vandalus ignis
Et Gothicus furor, & ferrum tranſiuit Alani:
Ipſas relliquias tulit æuum. mœnia cippis
Semirutis pendent. lapſis ingentia muris
Saxa iacent, & ſi tectis fors putris in altis
Stet ruitura domus, non eſt vrbs moribus atque
Ciuibus antiquis. ſed mundi congrege nota.
Vt vix vmbra ſui atque ſui ſit Roma ſepulcrum,
Non tantum bello, cecidit quoque tempore, magnum
Ilion exuſtæ ſuperabant mœnia Troiæ,
Troiæ infœlicis; nil tanta è mole relictum,
Nullaq; Apollinei ſunt iam veſtigia muri,
Sed lolium, & ſiluæ ſteriles, hederæque ſequaces
Aſſaraci preſſere lares, delubra deorum
Diffindit caprificus iners. ac tota teguntur
Pergama carectis, etiam periêre ruinæ.
Obſidio ſecura ſuo poſt Hectora raptum,
Poſt duo luſtra, tamen Troia inſuperabilis armis
Argolicis fuerat. quin tot per damna neceſq;
Nobilior, venit fictæ ſub imagine pacis

Summa

Summa dies, ſomno, vino, fatiſq; ſepultæ:
Nam diras etiam facies, inimicaque captæ
Numina monſtrauit diuûm Cythereia nato:
Sic placitum Superis (vt ineluctabile tempus
Incidit imperiis) fundo regna omnia ab imo
Luxuriæ vitiis, & inerti vertere curâ.
Sic iidem Pharios fregerunt deſide luxu
Arſacidas, dum diffundunt Mareotica in auro
Noxiaque in gemmis ardentia vina propinant,
Narditerum que metunt Gangen, paciq; miniſtrant;
Sic quoque Cecroptos vicit Spartanus, & idem
Victus Echioniis cecidit, ſic regia Medus
Aſſyrij, Medique tulit moderamina Perſes,
Excepit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis; pace eneruet quoque fortior illos
Virtus poſt longi preſſit ſtata tempora fati.
Id fortuna poteſt tibi promiſiſſe videri
Hannibal, in Capuæ occurſu ni fortia bello,
Deliciis, Afrûm molliſſent pectora, Baiæ.
Ergo & opes & regna fluunt, pariterque ſequuntur
Et fugiunt, velut vnda parit dum extinguitur, vnda.
Nulla fides ſceptris. citro quaſſantur & vltro
Vt rerum ſpecies, ſummæ tamen omnia conſtant,
Atque eadem cognata ſibi: quin ergo leuate
Totque ſuper vacuis animos deplete querelis
Mortales miſeri: non noſtri regna fatiſcunt
Auſpiciis; non imperij tranſmittit habenas,
Non facit excidium, non eſt lacrimabile bellum:
Fata regunt orbem, dudum conſiſtere rebus
Magnis illa vetant, ſæpe hinc ſub pondere lapſus
Regna ſuo ſenſere graues, nec ſe ipſa tulere
In ſummo radiata loco: verum inuida ſi qua
Fatorum patitur ſeries adſcendere ſi qua
Numina læua ſinunt, (aliis indebita mortis
Præmia) reſtituto populis morientibus æuum.

Digitized by Google

Et victis laudem, & victoribus addo triumphum.
Non ego contemtor diuûm, Deus ipſe, nec aras
Exſcindo, noſtraſque domos latron.. us illud
Opprobrium, quibus iram, & inexſatiabile pectus
Cœlicolûm metus, aut pietas non mitigat vlla.
Sed, quoties vel non curare humana putauit
Vel non eſſe Deos populus, ſæuoſq; nec ipſi
Terrificant animos iaculati nubibus ignes;
Oſtendi ſimul ac mea ſigna, atque ære canoro
Inſonuêre tubæ & gemuere ſub ariete muri,
Dantur thura focis, templo indicuntur honores,
Noxiferos ritus, infectaq; tempora longâ
Deſidiâ, moreſq; feros, oblitaque veri
Sæcula, & inſanas pacis contagine gentes
Concilio Superis: per me deperdita pace
Imperiis ſua forma redit; me vindice, ſæuo
Carcere productæ, ius audent dicere leges.
Iuſtitiæ noſtris maieſtas pendet ab armis.
Illuſtres virtus proceres, atq; euehit ordo
Militiæ: quos pace pares inuoluit iniqua
Nube quies; mea vos inſtanti dextera letho
Eripit atq; e in tuta locat, formidine veſtrâ
Iam captæ gentes, noſtrâ virtute redemtæ.
Marti terga datis: timidos ille eligit in quos
Incidat, & certas fugientibus ingerit haſtas,
Otia, deſidiam, & pacem laudate ſedentes,
Forſitan arma mouent alij, melioribus auſis;
Qui tacitas, dudum intenti, ſpeculantur Amyclas.
Tela feram mecum mea, quæ ſe pectora digna
Inuenient, meritaſque manus; intacta iuuentus
Vſque mihi ſuperat bellis, & auida virtus.
Flumina, in interitum pelagi ſic cuncta minentur.
Viuaces longo amfractu diuertere fontes,
Dêrit terra fugæ, ſed ſi ſubducere poſſint,
Non minus, hoc damno, per littora ſurgeret æquor.

Quam

Quam nunc crescit aquis. sic nullius indigus armis
Mundus; Achemeniis densantur Medica fusis
Agmina. in Eoas Turcus fert signa pharetras,
Hinc Tangrolipices extendit nomina Soffi
Imperii, inde alius regalia sceptra Scriffi,
Dat latis leges terris Cingæia proles
Belli iure suas. Indos debellat Iberus,
Fundit Hyperboreo fortes ex axe Suëuos
Albis in excidium Tanais Scythicæq; paludis.
Et nostrâ de stirpe genus quod flumine natum
Iniicitur, certumq; patrem dubiumue fatetur
Nauigio clypei: qui si quem iudice Rheno
Seruat, in indicium vitæ seruatur ab illo.
Venatu pueri discunt præludia belli,
Et nando frangunt aduersi fluminis ictum.
Est quoq; quod matris nutritum pectore nunquam,
Lactatur per vulnus equi, cum lacte cruento
Horrida bella bibens; est quod iuuenilib. annis
Transmittit cursu campos & corpora saltu
Subiicit in nudûm terga exsultantia equorum,
Vicinos populatur agros. quatit oppida bello;
Sanguine dura madens simul & sudore senectus
Exigit hibernas Boreæ sub frigore luces;
Sunt aliæ gentes. queis multâ morte piandum
Dedecus, horrificumq; nefas, effundere turpem
In thalamis vitam, sunt, qui prohibere valenti
Arma viro; (nam causa sita est vitæ omnis in armis)
Opprobrium, summamq; putant pro crimine pœnam:
Multis blandus amor supremaq; gloria contra,
Ne, iam deterius. longo marcescat ab æuo
Robur, & excedat membris vigor, vtilis armis,
Imbelles, dudum ante, annos præuertere saxo,
Sed quid ego hæc memoro? nobis plenissima magni
Pectora sunt animi, mediâ de stirpe Suëcâ.
Imperij in magnos extendis limina Moscos

Scan-

Scandia. & infidos gemino ſub rege Liuones.
Parte altâ, Tanais quæriſti ſæpius armis
Oppida. Rhipæis nunquam viduata pruinis.
Vtque tot ingentis ſileam regna intima regni:
Gens Dalacarla gelu durata atq; aſpera bello,
Exercet patrias, pugnando fortiter artes;
Ardua qua veteres oſtentat Aroſia turres
Religione tuo ſacratas littore Meler.
Guſtauus genus hoc diſparſum montibus altis:
Compoſuit legeſq; dedit ferrique metalla,
Vicinis fodienda locis monſtrauit & æris,
Vſum in telorum, chalybiſq; liqueſcere riuos:
Ingenio ſuperante ſpecus ſcrutatus eodem
Argenti inuenit ſtricturas limite natas;
Diuitias Rex magne tuas, belloq; repôſta
Subſidia & duris genitalia cautibus arma.
Commoda bellorum noua, duri ſemina nitri
Viua viri, & ſolidas rimantur ſulphure venas:
Vaſta gemunt validis percuſſa ligonibus antra,
Auditique ſonum referunt conuallibus ictus.
Has mihi ſi dederis regnum clariſſime, ſedes,
Pacifici certe facilis iactura popelli eſt.
Nam mihi nec duras longis ambagibus aures
Tundere propoſitum eſt, nec flectere corda poteſtas
Lymfato percuſſa metu diroq; furore.
Pro me, non populi vota in contraria vilis
Extorſit dolor, & iuſta indignatio voces
Verbaq; non vrgenda Deo: quis Numina curam
Credat in indecores, imumq; extendere vulgus?
Aut morti indignæ, aut ingratæ intenta ſaluti?
Ira morâ voluit tali conſumere vires,
Et mea judicio regali cauſſa probari.
Di proceres, Regeſque ſuos; atque arma tuentur,
Hæc populum, plebi ſit regula, vita regentûm.
Ergo quibus vis eſt, & quorum nutibus ordo

Digitized by Google

Subditus inferior, tacitas accepit habenas,
Vos ſolos agnoſco duces, quos nulla fatigant
Prælia, nec victi poſitis abſiſtitis armis.
Quos iuuet indignam vitâ traducere vitam
Segnities alios, & turpi marcida luxu
Otia delectent; te, regum opus, inclite ſanguis,
Te iubeo egregios belli tolerare labores,
Dulceſque ærumnas, te ſtemmata clara parentum
Cognatis admota deis, virtute probare
Armatâ, & ſtudio, quo ſunt quæſita, tenere.
Ante alios; decus armorum, & tutela Suëci
Nominis, & regni per te florentis imago,
Carole, præſentes, quo certum eſt ſolpite, diuos
Curam, commiſſæ à fatis tibi gentis, habere.
Tot tua facta retro maiorum fulta triumphis
Oſtendo in ſpecimen miranti nomina mundo;
Exemplumque tibi te, vel ſuperabile nulli,
Vel ſoli virtute tibi; geminare paternâ
Quod Nato ſit mente tamen dextrâq; decorum.
Ergo age tam pulcros nunc iam exordire labores
Spes patriæ, & magni ſoboles, Guſtaue, parentis.
Debite Scandiacis ſceptris ſucceſſor & hæres.
O votis optate meis, ſic more priorum
Non mandes, ſed bella geras; te caſtra mouentem
Sic tellus, ſic vnda tremat, tua ſigna Polonûm
Agger, & aduerſæ metuent tua claſſica claſſes.
Hoc pro tot meritis vnum te nempe precatur,
Vti ſe, Mars ipſe, velis; tu ſuſcipe magni
Exulis inuidiam, ſed & hoſpitis arma probati.
Nec tantum exilio Latonæ nota fugatæ
Delos, nec tantum Latium ſub rege latenti,
Excepto quantum noſcêre Suëcia Marte.

Epicedium in acerbum funus Iani Duzæ Filii Patrem.

Duza Pater, geminas cui circum tempora laurus
Muneri-

Muneribus geminis decernit diua Virago
Eximiumque ſagi columen patriæq; columna
Cognite, cum miſeris viduauit ciuibus vrbes
Maurus atrox, Albâ duce cum miſeranda per agros
Iuit Cattigenûm tempeſtas, magnaque bellis
Perpetuis quaſſa, minata eſt vertice toto
Belgica, diruptâ procerum Compage, ruinam.
Vnde tibi dolor, & tacitæ mortalia curæ
Pectora pertentant infauſtoque humida fletu
Lumina rore tument; quur non diuina canentûm
Inde etiam pietas, poterit deiecta mouere
Corda tibi, & funeſtam oculis abſtergere limfam?
Hoc potius decuit nec enim fugientia rerum
Semina flebilibuſq; notis caſsâque querelâ
Terrigenis reparare datum, nec cura renaſcens
Ex vſu curarum, & amoris perpetis æſtu,
Funeris invidiam producere debet honeſti.
  Tuque malis olim fatiſq; excercite, diuûm
Imperio, vir magne, Deæ inconſtantis iniquis.
Conſtantis leuitate ſuà, defuncte periclis
Fortunæ; cui fortunas famularier omnes
Fata volunt noſtras: quam tu, ſeu læta refulſit
Seu tranſuerſa ruit, doctus ſuperare ferendo es:
Magne Heros, licet innumeras in pectore curas
Iam matura ferant iuuenis tibi funera, perfer
Hos caſus animo, quo deploranda tuorum
Excidia, imperiumque tuum, quo nominis vſum
Induperatoris, pateris caligine mergi.
Nam ſic fata volunt: quæ nunc te numine dextro
His poſuêre locis, abſentem Francia luget,
Et pater Adriacas Atheſis animoſus in vndas
Rex fluuiorum Atheſis quondam, cûi ſubdere colla
Debuit Eridanus, quo tempore ſanguinis autor
Scaligeri, Brennus depreſſa mapalia ſulco
Et muro herboſo in ripâ concluſit vtrâque:

Mens tua, Dîs patriis, patrio & contermina cœlo,
Diſſidium patriiq; ſoli diuiq; Parentis
Quæ tulit, omne feret, vincetq; hæc, cætera vincens.
Sed juuenes æquæua cohors quibus integer æui
Sanguis, & in ſolido validæ ſunt robore vires,
Spem ſi quam in primæ poſuiſtis flore iuuentæ,
Ponite; quiſque ſibi atque aliis quam anguſta videtis
Spes ſit, & vt facili procumbant magna ruinâ,
Ante oculos interque manus exempla ſuperſunt.
Nulla fides vitæ; ſed eodem tramite cuncti
Serius aut citius iuuenis te magne ſequemur:
Aut ſequimur potius namque omnes paſſibus æquis
Communem in patriam properamus, & impete magno,
Cottidie ad metam inuiſam, cunctiſque videndam
Sudamus ſponte in ſomno ſummâque quiete.
Ergo procul Cææ lacrimæ: mihi Biſtonis orbis
Iura placent, vbi compoſitos nec præfica leſſos
Vlla facit gemitu, nec fœmineos vlulatus
Vmbris & tumulis ſtudio decantat inani.
Nulla decent lamenta pios, tum flere tuorum
Inuidia eſt obitum quibus haud mora longa, viretis
Fortunatorum nemorum comes abditus ibis.
Humanæ mentis terrenâ fæce grauatæ
Indicium eſt plorare animas, quas altera fato
Vita manet melior; cum vere morte beatâ
Vitam infœlicem, & mutemus triſtia lætis:
Sit tamen humanum, miſeris affectibus ægras
Subiicere adgnatûm mentes, mortaleque pectus,
Aduerſis conſternari, & gaudere ſecundis.
Inuidiâ careat, magno ſolamine amantûm,
Luctibus indulgere ſuis, maneſque ſupremum
Voce ſequi tumuloq; nouiſſima dicere verba.
Ergo tibi quod, Duza patris ſpes maxima Duzæ,
Maxima ſpes patriæ faciamus funera fletu,
Non ideo eſt, quod lamentis tua gaudia crebris

Interru-

Interrupta velimus,& inuideamus opimâ
Te veſci ambroſiâ,menſiſq; accumbere diuûm;
Poſtquam læta dies tibi,lapſo tamporis orbe,
Exemit labem concretam, & ſedibus illum
Reſtituit patriis aurai ſimplicis ignem.
Non tua,quæ nulla eſſe queunt incommoda,noſtra
Sed deploramus,quis tantum oſtendere fata
Te voluêre,haud poſſe frui:veſtigia veſtra
Pone ſequi,aut certe in votis erat omnibus ire.
Nunc velut excuſſo nauis deprenſa magiſtro
Fluctuat,& fruſtra rectum ſurgentibus vndis
Tendere iter molitur,at ipſe effuſus in æquor
Rector quem tenuit clauum de puppe reuulſum
Præcipitans traxit ſecum ſubque æquore merſit:
Sic nos excidimus curſu,ſic protinus arma
Colligimus,teque è tranſtris,dum ſidera ſeruas,
Turbato,cunctæ caligant carbaſa claſſis.
Ergo ades huc in vota mihi, ſeu lora tenere
Debita flammiferos Phœbi conſcendere currus,
Telluremq; nihil ſibi,te Phaëthonte timentem
Luce nouâ irradiare paras; ſeu blanda Diones
Regna tenes,Paphioque micas decus additus aſtro.
Tu qocunque poli ſedem tibi legeris orbe
Incola gratus eris,nos reſpice deſuper inde,
Et menti præſens,externatoq; nefandâ
Clade animo inſolitas paulatim ſuffice vires.
Da tantum proferre dolorem:aſſueſce vocari
Voti, iam numen,chelyn in tua funera tendas
Tu mihi,dum cineri ingrato ſuprema ferentes,
Solamen nobis,nec quicquam dicimus vmbris.
Dum memor eſt igitur,dumq; eſt in vulnere primo
Pulla domus,gemitu vox intercluſa meatum
Inuenias,& vos obſtantia pectoris arcti
Denſatæ in cuneum perrumpite clauſtra querelæ:
Nec lacrimæ deſint;eſt quid pietatis in illis,

Egeriturq; dolor. nunc dum licet, iter per auras
Singultus longi pulſantes illa, & ipſas
Æthereas diuûm ſedes, & ſæua rubeſcant
Cognoſcantque ſuam crudelia ſidera culpam.
Huc miſeri accentus, miſerique infamia luctus
Ferte pedem, quîs diriguit Niobe obruta mater
Non abſtergendis irrorans marmora guttis.
Huc veniant gemitus, quos quondam in funere fudit
Eurydices ſiluis comitatus & amnibus Orpheus:
Qui cantus, quæ fila Deis pallentis Auerni
Eumenidumque audita comis, lacrimabile carmen
Atque vlulanda ſuis imitentur murmura buſtis.
Has voces, hos accipiant genteſq; remotæ
Luctificos gemitus, Oriens quas afflat anhelis
Primus equis, & quas nox prima humentibus vmbris
Decolor, innumeris ducens variata figuris
Syrmata, lucifugis tacite complectitur alis.
Quique truces alio poſitas ſub ſidere terras
Tunditis, exſpirate mea hæc ſuſpiria venti.
Siccine te decuit iuuenis, cui nulla ſecundum
Sæcla ferent, tuleruntve parem. poſt tanta pericla
Tot terrâ pridem exhauſtos pelagoq; labores,
In patriæ ſine labe animam, primamque iuuentam
Effudiſſe ſinu? te, Adulâ de monte volutus,
Cæruleoque caput canum de marmore tollens,
Proſpexit. ſecum voluens tot flumina, Rhenus;
Exſultanſq; vado, & decurrens grandior alueo
Obſtupuit, ſolitaſque exiuit gurgite ripas.
Te quoque piſciferi viderunt flumina Mœni,
Qui gemino de fonte cadens compeſcuit olim
Francorum genus indomitum, quod mœnia victis
Condidit & mores Gallis: tibi cognitus Iſter;
Romani quondam limes & terminus Iſter
Imperij, qui tot populos tot & alluit vrbes
Abnobio per plana iugo, tot ab amnibus auctus,
Cornua

Cornua in Euxina frangit ſeptena palude.
Eminus audaci, lunatis agmina peltis,
Caſtraque, prò dolor! ante ipſam prope fixa Viennam
Lumine luſtraſti; & quicquid plaga fertilis oræ
Pannoniæ, quicquid tractus complectitur orbis
Auſtriaci: tibi Carniolæ, vicinaque Boiis
Alpibus, & loca quæ placidus perlabitur Oenus,
Et Morauı. Herciniumque nemus peragrata: Boëmi
Praga caput Regni tandem tibi Cæſaris ora
Spectare Auguſti dedit, Imperiique Senatus.
Tu procul hauſiſti hæc oculis; verum optima mater
Interea te mane nouo, te veſpere ſero
Semper in oblito tenuit ſub pectore fixum.
Cumque è conſpectu ſeſe in ſecreta remôrat,
Mulcebat curaſque ſuas & tædia luctus
Venturi, his verbis nimium præſaga mali mens.
Cœlicolæ Superi, & diuûm tu maxime rector
Iuppiter, ad noſtras aures aduertite, voces;
Maternaſque audite preces: ſi numina veſtra
Duziadem incolumem nobis ſi fata reſeruant,
Si carum viſura caput reditumque ſuperſum,
Dî ſupereſſe velim; patiar durare dolorem,
Cuius nulla ſubeſt ratio, paruaſque ſubinde
Spes feret ægra moras euentus certa futuri.
Sin aliquem infandum (fatalia ſtamina nentes,
Quod prohibete Deæ) caſum Fortuna minatur,
Nunc, ô, nunc liceat vobis mihi debita vitæ,
Dum curis agor ambiguis, perſoluere penſa.
Sed meliora mihi, ſi vobis omina Diuæ
Nempe placent: liceat reducem, tuaque ora tueri
Nate mihi exoptata diu, expectata parenti.
Occurram tibi, nate, procul, te prima reuerſum
Agnoſcam, carumque caput complexibus arctis
Impediam, excutient hilares noua gaudia fletus.
Tales illa ſuo fingebat pectore caſus.

Vota metu duplicans: quorum ſuccedere partem
Nempe dedêre Dei, partem ſparſere per auras.
Cerneret vt nati, ſed non ſic expectari,
Languidulum vario quaſſatum turbine corpus
Conceſſere quidem; patriæ & ſupereſſe parenti
Non voluere. igitur reducem complexa tenebat
Mater, & immodicis ſe ſoluens priſtina curis,
Ceſſabat trahere ex imo ſuſpiria corde,
Neſcia mendacis gaudi ſortiſque futuræ.
Tu tamen, ô, mundo qui præbes lumina, Titan,
Cuius ad exortus velantur noctis opacæ
Sidera, non feſſos debebas tinguere currus,
Nec ſudore iubas fumantes mergere ponto
Heſperio; verum auerſus vultuque viaque
Tendere ad auroram, & te condere in ortu.
Vt quondam medio vidit te perdere cœlo
Terra diem, quamuis nondum nocturna vocaret
Nuntius occiduæ lucis Lunæ agmina veſper.
Tempore quo querulo infantûm iactauit aëno
Viſcera & in verubus ſemiuiua gementibus exta
Torruit ipſa ſeni gnatorum membra ſuorum
Tantalidæ apponens epulanda nefarius Atreus.
Tu quoque ad infernam debebas mergere tellus
Te Styga, & ingenti per temet limite ducto
Ad Chaos antiquum, & regni deſcendere Inanis
Intima, demittens altaque voragine vallem
Oppida cum populis Acheronte recondere diro.
Debuerat quoque portentis & murmure cœco
Admonuiſſe nefas tantum polus ignibus ardens:
Et tu, fraternis Phœbe non obuia flammis,
Teſtari inſignem obſcuratâ luce dolorem.
Quid queror? æterno præſcriptos fœdere fines
Aſtra tenent, Iouis imperio tot ſecula conſtant
Stellarum, & certi ſinuoſa volumina cœli:
Sed nos non vnis amfractibus vna reducit

In nihi-

Digitized by Google

In nihilum via : ſtat cunctis [illegible] æui,
Extremumque diem [illegible] ipſa [illegible]
In conuexa volans conſtanti machina lapſu
Incidet in ſenium: terra firmiſſima moles
Ibit in indomitas ruptâ compage fauillas:
Quid nos ſperemus miſeri. quibus eſt proprium nil?
Sed veluti cœli facies, & lucidus æther
Materiâque ſuâ formæque & molis honore
Exſuperat longe fæces terræque mariſque:
Sic mortale decus. quibus & fortuna peritis
Conſumat vireſque ſuas & munera dando,
Concedunt domus alta tibi ſuprema Tonantis
Regia ſupra orbes ſtellarum euecta, ſupremum
Corpus habens, tantoque polis ſublimior exſtans,
Quanto mens cauſas excedit prima ſecundas.
Quicquid id eſt, neque finitum, neque dicere poſſis
Immenſum, ſed lucis opus quod cuncta coercens
Circuitu ſtabili, nil ſeſe deſerit extra.
Diuitias hic nempe ſuas, ſeſeque videndum
Exhibet ipſe Deus. claraque in luce triformis
Explicat æternos vultus atque omnia ſecum.
Illo habuit quicquid deductum fomite tellus,
Rurſus abit. ſpernitque humilis faſtidia mundi,
Temporis exacto curſu: ſic redditur ipſi
Principio mens noſtra ſuo. vereque quieſcit
Auctori coniuncta Deo qui diuite fuſam
Fonte, ſinu rurſus recipit: velut omnia magnó
Gurgite per cunctas diffundens flumina terras
Oceanus, magno redeuntia ſuſcipit alueo.
Tantum hic quiſque tenet quantum virtute parauit.
Exemplum tu ſolus eris, laus cuius ab ortu
Didita ad occaſum magnis includitur aſtris
Duziades, Dis, doctarum te præmia frondium
Miſcebant ſuperis; naturæ arcana potentes
Menſuras, numeros, & cœli noſcere curſus

Conceſſit tibi, quæ muſta te reddidit arte
Inſignem, Iouis e cerebro ſata maſcula virgo.
Non tamen illa manum Parcarum inhibere cruentam,
Damnatæve ſemel fines extendere vitæ,
Vt voluit potuit: nec enim reſcindere cuiquam
Illarum licet acta Deo: licuit tibi, Duza,
Virtutique tuæ, quæ non popularibus auris
Verum cenſu animoſa ſuo, terreſtria temnens,
Annixa eſt paucis calcato inſiſtere calli.
Hoc faciunt (noli Diuæ lugere negatum)
Ingenii monumenta tui, quæ nulla vetuſtas
Arguet aut indigna cedro aut indigna cupreſſo.
Exſors interitus igitur dum docta manebit
Triga Poetarum, in priſcum tibi reddita cultum;
Dum Cypris, & Cypridis puer, acres ſpargere tædas
Gaudens, flexibili cornu vibranda, veneno
Plumbea ſpicla linet, dulci licet aurea melle;
Ille tuæ viuet nouus ignis ocellus Hyellæ.
Idalii ſtabulum pueri, vnde latentia ſæpe
Vulnera in aduerſum torſit, contraque tuentem.
Dum circum- gibbo & glomerato pondere tellus,
Mole ſua in centrum mundi depreſſa, tenebris
Inuoluet ſeſe, & primi laquearia cœli.
Dictynnæque vias vmbrâ pulſabit acutâ,
Vmbra tua vlterius ſcandet, magnique Tonantis
Atria peruolitans, in apertum lumen Olympi
Purgata, inſolita radiorum luce refulgens,
Incutiet fulgore ſuo felicibus vmbris,
Lethæum fluuium procul auerſata, ſtuporem.
Quid loquar ætherei quod te ſuper ardua cœli
Suſtulit Vraniε? quæ non temerarius orbis
Luſtrauit populator, equis & luce paterna,
Luce breui Phaethon; rapidis inſiſtere ouantem
Teque iubens biiugis, ſtellas cœlique remotos
Metiri, atque animo docuit deſcribere curſus.

Maius opus mox aggreſſus iuuenilibus auſis
Eruere è tenebris, & multa nocte ſepultam
Battauiæ formam veteris, magnique Batonis
Cattorumque manum, patriis quæ ſedibus acta
Arua diu tenuit bifido circumflua Rheno:
Ciuiliſque animos, formidatamque potenti
Progeniem Heſperiæ; ſed mors ingentia cœpta
Rupit, & ante diem iuſſit te dira ſilere.
Quin etiam in media cecinisti carmina morte,
Inſtantis fati ſolamen, & obuia blandis
Affudit morti ceſſanti vota ſuſurris
Mortis amor; quem viuentes, vt viuere durent,
Cœlicolæ cælant; ne prompto funere diſcant
Felix eſſe mori: miſeræ tu prælia vitæ
Difficileſque obitus carpens, cum Morte propinqua
Alternas Vitam feciſti reddere voces.
Idque etiam donec vocem vicina lethi
Eriperet tibi, Duza, color niueoſque per artus
Iret Tartareus, formæ populator honeſtæ.
Tunc Patri tam dulce caput, violataque ceruix
Marmoreum in iugulum, collo labente, reſedit.
Qualia contritos declinant lilia culmos
Pubenteſque roſæ primos ſoluuntur ad auſtros.
Aut velut, Oceano ſi quando Hyperionis ignis
Extulit os ſacrum, venientemque obuia nubes
Excipit, intempeſtiua ferrugine tectus
Decreſcit ſenſim, & languentia lumina condit.
Et nunc vota quidem ſollemneſque ordine pompas
Exequimur, cineri libantes triſtia dona:
Relliquias atque oſſa parenti debita terræ
Condidit exiguo pietas tua, maxime Duza,
In tumulo, ſed quam, miſcens terrena Prometheus
Æthereis, patri mentem furatus Olympo eſt,
Æternum intemerata manens, flammaque ſuperſtes
Emicuit ſubito, defunctaque membra reliquit

Degene-

Degeneremque rogum, ſuperûm conuexa ſecuta
Per campos æthræ liquidos, quibus ignea virtus
Immittit puras iterum, vitiiſque carentes
Corporeis animas, rapidoſque coarctat in orbes
Aſtrorum patrio redeuntia ſemina cœlo.
Tum demum iuuenis completus lumine vero
Sub pedibuſque polos, & quæ conceperat ante
Mente, videns oculis quanta ſub nocte lateret
Noſtra dies, riſit proprii lamenta ſepulcri,
Et curas patris eſt cœlo miſeratus inanes.

Epithalamium in nuptiis Iacobi Leevvii, & Catharinæ Hauteræ.

Feſtas connubii tædas, & dulcia matris
Vincula Acidaliæ canimus, iuueniſque beati
Feliciſque diu celatos virginis ignes.
Vos Erato, amborum iunxére vt fila ſorores
Lanificæ, & (quoniam non hæc ſine numine Diuûm
Proueniunt) parilis fautores dicite amoris.
Nox erat, & magnâ tellus ſeſeque, polique
Prima Dionæi laquearia texerat vmbrâ:
Turba hominum & dulcem carpebat feſſa ſoporem
Turba Deûm: ſed non oculis aut pectore noctem
Accipit almus Amor, matris capitique thoriſque
Deſuper impendens aulæum vt forte premebat.
Pone iacent, fluitans arcus neglectaque tela
Ambroſium auratis ſuccum ſpirantia pinnis.
Sed quos per cœlum ac terras camposque liquentes
Egerit in furias, recolit; numerumque recenſens,
Et ſecum memori percurrens ſingula mente,
Leevvi tranſactum pectus, tum vulnera quondam
Flammifero ſubiere animos inflicta metallo:
Vulnera! pro nimium denſis iterata ſagittis.
Quam poſtquam nullum vel poſt tot luſtra, tuliſſe
Exiguum pretium reminiſcitur, ante malorum;

Optatum

Optatum ſtatuit votis imponere finem.
Ergo rubens albeſcenti Matuta diei
Subdidit vt primum biiugos, Deus incidit alis
Maternum in thalamū (hic quondam ſpectacula Diuis
Mulciber exhibuit toto notiſſima cœlo)
Et matri ante oculos his ſe cum vocibus offert:
Omnipotens genetrix, genetrix quæ in pectore flam-
Spinoſas ſeris, & viuaces incutis ignes: (mas
Quorſum arcus telumque mihi quod miſſile libro?
Si Martis rabiem, ſi tela Typhoea temno,
Si potui caput hoc alternis ignibus vrens
Terras igne meo, & maioribus vrere flammis:
Cur ego non teneræ poſſim penetrare puellæ
Cor iaculis, quæ tu ſenſiſti ſæpius ipſa?
Et nunc ille meis qui vulnera ſenſit ab armis,
Cur non ſentit opem? Telepho hoc conceſſit Achilles,
Concedamus idem, ne ſimus Achille minores.
Vidi ipſe hunc longis ſingultibus ora rigare
Pallida, & eximo ſuſpiria ducere corde,
Me quoque cum gemitu crudelem voce vocantem.
Vidi atque indolui: & miſerum miſeratus amantem,
Flexibilem magnis intendi viribus arcum,
Viſcera conatus terebrare intacta, puellam
Sed leni tantum, præter ſpem, vulnere ſtrinxi.
Ex illo magis at iuuenis fomenta calori
Quod dederit radians dominæ ignipotentis ocellus
Teſtis ego: non ſic occultis viribus Indus
Se lapis Auſtralem magnes conuertit ad Arcton:
Non Clytie intento ſequitur ſic lumine Phœbum
Cuius amore mori nondum, quoque mortua, ceſſat;
Vt mens, atque animo iuuenis concepta voluptas
Attonitique vnâ ſunt fixi in virgine vultus.
Ni te, quæ nullos decet inclementia diuos,
Tranſuerſum genitrix egit, te ſæua tuorum
Supplicia, &, ſi non ſuccurris, funera tangant:

Hoc

Hoc ergo peto: da Leevvi quod pectore ferrum
Contudit, Hautenæ ſimili tranſuerberet ictu.
Ex æquo vt captis vrantur mentibus ambo.
Hæc effatus Amor, niueis hinc inde lacertis
Cunctantem amplexu fouit, colloque Parentis
Dulce pependit onus. tum ſe Venus aurea ſtratis
Nutricum tenus extulerat, reliquumque coruſcis
Luminibus, ſtrophio tergens & pollice ſomnum,
Oſcula libauit gnato, & ſic ore profata eſt:
Magna petis, noſtris (ſi ſit menti iſta voluntas)
Vix facibus puer, aut veſtris conceſſa pharetris.
Virgo, quam iuueni poſcis (qui maxima cura
Eſt tibi, nam dudum ſenſi, & iuſtiſſima cura eſt)
Scis quantum teneris diuæ ſit dedita ab annis
Cecropiæ ſtudiis: vt ſemper ſtamina, fuſi,
Et quali in manibus: nunc aut ſubtemine pingit,
Aut auro includit veſtes, nunc, corpora rerum
Omnia acu & lana diſtinguere docta ſequaci,
Arguto varias moderatur pectine telas.
O telæ! telis obſtacula certa Diones!
Sæpe illam viuo incautam præuertere amore
Tentaui, capere ante dolis & vincere flamma,
Sed ſenſi placidis operoſæ Pallados armis
Tutam, nec Veneris curantem premia noſſe
Aurea: nec facile intacti ſacra iura pudoris,
Seu cogente Deo, ſeu conciliante, reſoluet.
Tanta ſuperſtitio inceſſit plerumque decoris
Virginibus, tantumque audent confidere formæ!
Supra alias forma Hautenæ eſt, non illa meretur
Mortalis dici, ſed diua aut æqua Deabus.
Numina in arbitrium formæ cum venimus olim
Paſtoris Phrygii tria, ſi frons iſta fuiſſet,
Heu! ſine vi, noſtrûmque Phrygum ſine cæde, probatæ
Mercedem Paridi potuiſſem ſoluere formæ.
Naſcenti huic, memini, primos oſtendere ignes
Lucifer,

Lucifer, ante alios mihi carus Lucifer ignes,
Cum mundi radiauit honor maiore ſereno.
Et diuæ Charites, nodum diſſoluere ſegnes,
Arr ſere recens natæ, placidoſque dedere
Amplexus,& labra ſuis preſſere labellis:
Hinc animæ flos æthereæ, qui nectar anhelat
Aëra permulcens longe,& mortalia corda.
Ipſa etiam tanquam nutrix cunabula circum
Sedula deſedi, capiti lumenque iuuentæ
Purpureum,& lætos oculorum & frontis honores
Afflaui,legemque dedi laudemque capillis.
Sed quantum formæ accreuit creſcentibus annis!
Magna Iouis coniux diuini ſigna decoris
Tanta oculis vidit, ſummiſque inuidit ab aſtris.
Quam ſæpe egrediens thalamis, Pallantias, albis
Languidulo amplexu veruli reſoluta mariti,
Eoos Arabum ad populos Nabathæaque regna,
Ingemuit? quoties in virgine ſuſpirauit
Hautenâ, Oceani lacrymas & miſcuit vndis
Nireis? ambæ alto fixos ſub corde dolentes
Natos, Troiâ altâ, Troiâ infelice ſepultos:
Hancque nurum empturæ, ſi natûm fata fuiſſent
Omnibus hæc pelagus quæ vaſtum dona recondit,
Omnibus illa Oriens quæ diues munera mittit.
Sed ſi firmum animo ſedeat tibi, feruida Leevvî
Vota meo auxilio & præſenti numine firma
Reddere, ad optatum deducens ſingula finem;
Illam iunge viro, atque æterno fœdere iunge.
Si quis enim tantæ thalamos intrare puellæ
Dignus, & in roſeis erit oſcula figere malis,
Hîc erit is iuuenis: cui gaudia tanta reſeruant
Concordes Parcæ, nentes adamantina fata.
Riſit Amor, volucreſque excuſſit ſæpius alas
Reſponſo lætus matris, ſicque ora reſoluit:
Magna equidem petii, ſed quæ concedere tanto

Indignum

Indignum iuueni non eſſet numine noſtro.
Illum ſancta fides non conciliata ſecundo
Fortunæ vento, aut duris temerata procellis,
Commendat iactatque: illum intermortua ſeclo
Integritas noſtro. Dis immortalibus æquat:
Illum perpetuis per cœlum gloria pennis
Suſtulit è terra ſublimem & monte locauit
Aërio, quem ſancta ſuper domicilia virtus
Incomitata tenet, magno contermina cœlo.
Hic pauci emergunt paucis ſuperare ſuprema
Teſqua datum; ſalebroſa via eſt atque ardua, denſis
Sentibus hinc atque hinc horrens: hanc ire verentur
Nec poſſunt animæ terrena fæce grauatæ,
Sed celſo vertex qui pulſat ſidera dorſo
Elyſios habet amfractus, & amœna vireta
Fortunatorum nemorum, quæ cuncta beatâ
Mente puer quondam & felicibus hauſit ocellis
Leevvius: hic illi crines Cirrhæa corollis
Vraniæ impediit pictis, & tempora cinxit.
Hic illum cœleſte ſolum quæ ſigna pererrent
Quæ ſint fixa locis monuit; cur mole ſua ſtet
Magna parens atque immoto ſe pondere mundi
Dirigat in centro; tum quantis orbibus Orbem
Et quibus impediat tractus cœlique mariſque.
Ipſa etiam tandem ſua iura & Cryptica iuris
Iuſtitia hunc docuit, cauſaſque expendere rerum
Conſuluit, trutinando æquali ſingula lance.
Si qua igitur tanti iuuenis conſcendere lectum
Digna, & in amplexus tam rari coniugis ire;
Hæc eſt, hæc ibit Dis & Iunone ſecundâ.
Verum eat, hunc ſoletur, ait; pharetrâque ſagittam
Depromens, auro & cœleſti nectare tinctam,
Hauteniæ iecur incautæ & nil tale timentis
Perculit, indomitas linquens ſub pectore flammas.
Ergo illa inſuetâ, ſed dulci, ſaucia curâ,

Non

Digitized by Google

Non vlli, non ipſa ſibi, fuit auſa fateri
Serpentes blandâ vi circùm pectus amores.
Sed non hæc Venerem licet omnes, flamma feſellit;
Nam quis amans Venerem fallat? coniungit olores
Floribus, & niueas fuluo temone columbas:
Sic Dea cum puero, cœlo delapſa profundo
Attulit aureolas in tecti limina plantas.
Affudit violas, & purpureos hyacinthos
Collectos Paphiæ prato, myrtoque reuinctus
Sparſit Amor pharetris argentea lilia plenis:
Hic Sponſam capit, illa virum, dextraſque præhenſas
Coniungens, vltrò his ſanxit connubia dictis:
Viuite felices animæ, atque accedite letæ
Quo promiſſa fides, & quo iam nubilis ætas
Quò bona vota vocant; ſic vos fœcunda iuuenta
Reſpiciat, faciatque optata prole parentes.
Quamque tibi, ô Iuuenis, dominam dedit ipſa voluntas
Parentem imperio ſexus, complectere tota
Mente, nec vlla dies tantos diuellat amores.
At tu, quam dominam dixit, nunc omnia pone
Imperia, & tolerare iugum cum coniuge diſce;
Coniuge eris iuuenis felix & coniuge virgo.
Sic animos coniunget amor, ſic vincula nectet
Arctius, obſequio totidem per vincula nexus.
Tempus erit venietque dies, ſi non ego veri
Vana feror, cùm firmabit communis amoris
Vincla puer, referens & vultu & nomine patrem.
Dixerat: extemplo ſeſe ſuper ardua cœli
Extulit, & nocti diua intermiſcuit atræ.
Indè fauet thalamis, & ſanctis fœdera firmat
Ignibus, inde hominum curas, & dulcia furta
Conſpicit, & gratas inducit amantibus vmbras.

Mercurij querela.

Ille ego, qui magni natalia tecta tonantis

Regaleſque domos habeo omnipotentis Olympi.
Cui pater omnipotens cœlum qui numine torquet,
Cui maternus auus cœlum qui vertice torquet,
Fulcit & axem humero ſtellis ardentibus aptum.
Inuentum lyra curua meum, quam corpore primum
Compegi teſtudineo, chordiſq; repertis
In cunis puer, inuiditque vt vidit Apollo.
Me Superi verſare dolos & furta videbant,
Tempore quo primum lumen ſpirabile vidi.
Namque ego cum amplexu Martis colloq; pependi,
Miranti vultum flagrantem, fictaque verba,
Surripui clypeum furtim in cunaſq; recondi.
Dumque mihi patruus dicit bona verba, tridentem
Perdidit æquoreum, quo tollit & æquora mulcet:
Interea ad cunas ſtat Phœbus & oſcula libat;
Riſit, & incautus pharetrâ viduatus & arcu eſt.
Iam pede ſignabam certo tabulata deorum,
Ipſe voco volucris volucrem in certamen Amorem,
Ipſe puer puerum, non æquo Marte, nec annis:
Vt ſenſi tamen imparibus me viribus vſum,
Tento omni ratione dolos, omnemque pererro
Arte locum, pedibus tandem ſtatione reuulſis
In medio potui moribundum extendere circo.
At Venus indigno nati perculſa dolore
Excepit gremio victorem, & fronte renidens,
Macte puer, dixit: ſed ſenſi pectore ficto
Hoc feciſſe deam, & ſimulatâ mente loquutam.
Spumigenæ ergo auſus ceſton mihi ſumere, mentis
Illa dedit pœnas ſimulatæ, & præmia belli.
  Talis eram primo felix & callidus æuo.
Sed poſtquam matura annis adoleuerat ætas,
Quis Deus in patriâ fuit infelicior aulâ
Mercurio? tam diſſimilis puero iuuenique
Vita fluit! rebus cum primum firma gerendis
Mens fuit, & ſolidus compleuit ſpiritus annos;

Prima

Prima patris ſubijt cœnacula verrere cura,
Et purgare pauimentum, aurataſque columnas
In proprium dare ſplendorem & vincire coronis:
Mox & ſeruitium creuit creſcentibus annis,
Tum mandata Iouis celeres deferre per auras
Incepi, pedibuſque meis talaria vinxi,
Ex illo mihi libertas, & blanda deorum
Iuit in exilium requies, duroſque labores
Paſſus, tranaui cœlum, mare, Tartara, terram:
Dulcia Dardanio nondum miſcente miniſtro
Pocula, nectario carcheſia plena liquore
Appoſui Superis, Bromij dum dona coronant,
Nec mihi fas epulis fuit accubuiſſe deorum,
Sed rigide iniunctum ſucci curare maderent
Ambroſiæ, & diuis hæc fercula ſplendida luxu
Diuino auratis epulanda apponere menſis.
Numquid & horrendi dictu pars ſumma laboris,
Quod ſoluat nunquàm in ſomnos ex omnibus vnus
Cœlicolis? placidamve oculis aut pectore noctem
Accipiam? ingeminant illo mihi tempore curæ,
Quo lenit curas & corda oblita laborum
Turba Deûm, & dulcem carpit defeſſa ſoporem.
Namque ego nocte animas ſub triſtia Tartara duco,
Iam dulcis vitæ exſortes, aliaſque Silentûm
Eripiens regi, nigra lumina morte reſigno.
Aſtandumque mihi eſt Quæſitor dum mouet vrnam
Minos, vmbrarum vitas, & crimina diſcens.
Nec mihi ſufficiunt operæ curæque diurnæ,
Pœnitet & Superos noſtri de luce laboris,
Exercere alacres oleo labente palæſtras
Nudatum; eloquio teneram inſtruxiſſe iuuentam;
Et curuis tacitum manibus dare furibus omen;
Ni partem quoque nox operi, & Plutonia regna
Addant, & curæ mactent me nocte dieque.
Si mihi fata Helenæ conſortia fratribus eſſent:

Saltem, quorum alter diuos conuiua diurnus
Dum repetit, Stygijs alter ſubmergitur vndis:
Sed mihi nequicquam requies alterna rogatur.
Corniger hîc genio indulget Semeleïus vſque
Liber, pampineâ redimitus tempora vitta.
Tum qui te iactas Alcmenâ matre creatum
Crateras ſtatuis magnos, & plurima ludens,
Membra deo victus pleno te proluis auro.
Aſt ego cuî genitrix ſata Pleîone, lucida partu
Quem Maia eſt enixa Ioui, Cereremque caniſtris
Expedio Diuis, manibus doque ordine limphas
Vt famulus, tonſiſque fero mantilia villis.
Et quoties illis lubitum ſuper aëra & vndas
Me mittunt, ſtridentem alis, ventoſque ſecantem.
Vt modò; cùm feſſus Tyriâ Sidone venirem,
Et reſponſa Ioui Creſſa de pellice ferrem,
Corporis haud mihi curandi data copia feſſi,
Nec victu inualidas potuque reſumere vires
Fas fuit; aut matrem ſolita impartire ſalute.
Sed me, ne requiem præberent vlla diëi
Tempora, iam Inachium rurſus dimiſit ad Argos;
Vt viſum quid agat Danae, circumdata aëno
Muro, quam grauidam fœcundo reddidit auro.
Indè &, Hyantæos vbi perluſtraueris agros,
Inquit, ad Antiopen Nycteïda dirige greſſum,
Vt valet, vt meminit noſtri, fidicénne ſuperſit
Filius Amphion, rogita, veſcatur an aura
Zethus; abi Zephyros cape nate & labere pennis.
At mihi, dum loquitur, ſoluuntur frigore membra,
Ingemo & è digitis cadit aurea virga remiſſis.
Et nunc pergo tamen curſu, quò mittor, anhelo:
Ne quoque, ſi tardus fuerim, ſub vulnere malæ
Mox crepitent, erretque aures & tempora circùm
Crebra manus Patris, aut furcam per compita portem,
Bubulave incurrant in noſtrum tergora tergus.

Namque

Digitized by Google

Namque amor inſolitis accendens pectora flammis
In Superis etiam rapida geminatus ab ira
Fit furor inuertitque animos cœleſtia tantùm
Numina profeſſos, vt credere vatibus æquum eſt.

Faunus Haemſtedens.

Viderat Haemſtedæ Galateam è collibus vdam
Faunus, in Oceani littore ferre gradum.
Viderat at viſam immaturo ardebat amore,
Auſus & agreſtis talia verba pudor:
Linque vndas Galatea, meis ſuccede ſub antris;
Tutius his cernes, vt ſit habenda fides.
Infidum eſt pelagus, pelaga tu reijce mores,
Eſt vagus &, refugis fluctibus, errat amor.
Montibus at noſtris, conſtans & firmus, vt ipſi,
Creſcit &, vt ſiluæ coniugalis Hymen.
Perpetuis horrent fluctus Aquilonibus. intrat
Mollibus à Zephyris almus in antra tepor.
Turbida lymfa mari, liquidiſſima fontibus vnda eſt,
Hic flores, illic fœda dat alga thorum.
Diffundunt platanus nobis & tegmina fagus,
At ſterilis nudo littore arena iacet.
Vos ſalſas potatis aquas. nos. dulcia Bacchi
Munera libantes, cura dolorque fugit
Ducimus & feſtas per gramina læta choræas.
Addimus & quos non nouerit vnda iocos.
Spectatum venias, certè ſpectata placebunt,
Me quoque, ſi videas poſſe placere puto.
Siſte gradum tantum, nec vultu verſa recede,
Gaudia nôſti, nec tua noſſe cupis.
Ipſa Venus, licet orta mari, mare ſpernit, habetque
Idalios montes & nemora alta Cypri.
Quod Venerem decuit. cur te decuiſſe negabis?
Silueſtri tulit hæc oſcula ſæpe viro.
Sed tua cur genitrix, pelago gauiſa relicto,

Iuit in amplexus Æacidæque thoros?
Mortali potius, quàm Diuo nupsit aquarum,
Sis mihi tu coniux, Tethyde maior eris.
Nec Glaucos mihi, nec Tritonum numina narres,
Monstrosos turpis continet vnda Deos.
Os madidum est spumis; viridem ferrugine barbam
Verrunt, & spurcas per freta longa comas.
Impexum setis, limoque, algâque recenti
Fœdatum pectus fragrat odore graui.
Hæc tenerum innectant tibi cærula brachia collum?
Cruraque pinnigero lurida pisce, teras?
Heì mihi, tam roseisque genis, roseisque labellis
Oscula miscebit spurca saliua feræ?
Heî mihi, lacteolo hoc collo, durisque papillis
Nequitiæ immundas imprimet ore notas?
Si sapias, Phorcosque, senesque Palæmonas omnes,
Quæque alia horrori est & mihi turba fuge.
Non hæc crediderim sectari monstra puellas,
Quod tepidum sancto pectus amore gerant:
Sed mage, vt in captâ si qua est pulcherrima, nymphâ
Expleat insanam carius ira famem
Hancq; malè (heî) miseram mulcant complexib' antè,
Pallidulamque iubent plurima sæua pati.
Hostibus eueniat nostris amor iste tuisque,
Crede mihi, flammæ tu magis apta meæ.
Littora num fugiat, quæcunque est pulcra, puella?
Sunt etiam hæc pulcris insidiosa viris.
Tu licet impunè horrendum maris æquor arasti
Hactenus, exemplis disce timere tamen.
Cum pelagi primum noua monstra lacesseret Argo,
Hercule cum magno candidus ibat Hylas.
Est puer è cunctis electus vindice pœna,
Ætate & forma concilliante necem.
Clamabat, fer opem, Alcides carissime, merso,
Clamanti perhibent increpitasse freta.

Rarus

ed by Google

Rarus in Hippolito decor oris, & inclita formæ
Gloria, quaque etiam victa nouerca, fuit.
Ille, pudicitia felix & flore iuuentæ,
Si tantum pelagi non adamasset aquas.
Littoris extremi nam fluctus fortè legentem
Excussit proprijs Phoca marina rotis.
Sæuior in vestrum est harum inclementia sexum:
Experta est miros inguina, Scylla canes.
Cùm mare sub tauri specie sulcaret adulter,
Amissum flebat regia virgo pecus.
Flebat at irrisu flentem excepere cauernis
Cete, Dictæis quæ stabulantur aquis.
(Acceptam mouisse fidem tu parce, vetustas
Pro magno semper teste probata fuit.)
Mox aliud flebis, clamarunt; littore in isto
Perditus Europæ est virginitatis honor.
Viscera sperabant & pascere corda relictæ
Virginis, & tenero membra fouere sinu.
Iuppiter increpuit, sese confessus; & illi
Profuit in gremio tunc tenuisse Iouem.
Quid loquar Andromedam? pendentem rupe parabat
Ex ipso pistrix dilaniare freto.
Non illi auxilium mœsti præbere parentes,
Vix poterant lacrimis associare suis.
Respiciens tunc antra procul, Cepheaque rura,
Optauit patrium posse subire nemus.
Æquora damnauit, timuit quoque littora serò;
Quodque ferum aut atrox illa vel illa creant.
Quam tulit vt Perseus caussam, pretiumque laboris,
Exosum, quoque nunc, littus & æquor habet.
Quippe polo fulgens, monitus non spernit amantis.
Est mea, quæ Perseî cura, relinque fretum.
Tu toties, etiam nunc, auersata monentem,
Das mea verba tuis in mare ferre Notis.
Nec quod fusca fuit, cedat tibi filia Cephei,

Ne tumeas, lactis candida nomen habens.
Hîc Veneris decor est, Veneris si numina temnis,
Nec Veneris, nec tu digna decore tuo es.
Dum spernit Paphiam, dum spes affectat easdem
Cum Triuia quondam candida Persephone;
Rapta Ioui Stygio postquam ieiunia soluit,
Nunc habitat fuscas fuscior ipsa, domos.
Omina sint à te procul hæc notissima ponto
Numina in his mecum tu venerare casis.
Hîc vmbram dat fronde nemus, dant arbuta siluæ,
Credere quîs possis Numen inesse locis.
Dissidij ignaros, extremo in limite mundi,
Et curæ vacuos hæc habet ora deos.
His agimus solis obscurum montibus æuum,
Otiáque Elysijs inuidiosa locis.
Sic alij: mihi ne desint ex omnibus vni
Omnia in hac vitæ prosperitate, Veni.

Phaon Sappho.

Quam tibi non possum præsens, ignosce, salutem
Ferre, feret Sappho littera nostra tibi.
Hinc precor illa ferat: nam præsens vultus amore
Teque meo solitus perdere, méque tuo.
Sic benè disiunctis, maris interualla, caloris,
Optima suntque tui septa, meique mali.
Nullus amor tantus, quem non abolere locorum
Dissidia aut saltem diminuisse queant.
Nullus amor tantus, quem non iterata nouare
Colloquia, aut saltem continuasse queant.
Cernes concussam, è scintilla exurgere in ignes
Sæpe facem, at nullo concutiente mori.
Hinc ego tam dudum vestris responsa querelis
Differo, responsis ne renouetur amor.
Sed vestris ideo reddo responsa querelis,
Vt præstem melius nunc tibi lentus opem.

ized by Google

Rectius aggrediar nunc; cum tua vulnera tangi
  Permittit, ſolitus triſtia ferre, dolor.
Cumque & amore tuos animos expleris & ira,
  Forſan eris verbis emoderanda meis.
Obliquas ſecat, aduerſum qui traijcit amnem,
  Non ſolet oppoſitas ire natator aquas.
Exemplo didici ipſe meo. (quis credere poſſit
  In Veneris diſci puluere Martis opus?)
Quod primos benè qui ludit cedendo furores
  Hoſtis, cedendo victor ab hoſte redit.
Ecce fugax Parthus, Veneris vir præſidet illi,
  Auſonio ſola tutus ab enſe fuga eſt.
Sic ego, dum fortes properabam rumpere nodos,
  Quis mihi cor veſter vinxerat ante lepos:
Et quia confeſtim, & quia vi me ſoluere niſus;
  Dum nitor, ſtrinxi vincula corque magis
Sed cum ſponte ſua, & paullatim laxa reliqui
  Hæc fluere, ex illo lenius vſque malum eſt.
Si quid adhuc ſupereſt, minuet diſiunctio amantûm.
  Hei miſer indicio prodor ab ipſe meo.
Parce precor faſſo, ſolidè te ſemper amaui,
  Et quoque nunc, ſed non impatienter, amo.
Qui tibi cauſſa fui nunc ſim medicina doloris;
  Quique dedi vulnus, nunc dare conor opem.
Ergo ego quod didici, quoque te patiare doceri,
  Exemplo vt fias cautior inde meo.
Sit tantum tibi propoſitum non tangere flammas,
  Iam nunc in cineres ignis it iſte ſuos.
Nullus amat niſi ſponte ſuâ, prætexere noli
  Aut fatum, aut ſtudijs mollia corda tuis.
Carcer apertus amor; nemo tamen effugit inde:
  Nos vincti, ſine vi dedita turba ſumus.
Mrobus amor; morbo eſſe cupit qui liber ab illo,
  Hoc verè cupiat; dum cupit, eſſe poteſt.
Si cuncti incipiant ſeruire affectibus ægri,

Iudiciumque animi debilis omne sequi;
Ars tua nil Chiron, nil herbæ aut pocla iuuabunt
Quos iuuat in mortes currere sponte suas.
Hinc me, polliceor. post Sappho, nulla tenebit
Sicelis, aut, testis sis Erycina, tenet.
Post te, nulls meos poterit peruertere sensus,
Ipsa licet dea sit cui sacer iste locus:
Atque iterùm mihi cum nato sese offerat illa,
Vt mihi cum nato se obtulit illa semel.
Paruus eram, memini, paruam trans flumen agebam,
Vel stipis exiguæ portitor ære, ratem.
Stabat in aduersa, cum nato, fœmina ripâ;
Stabat, & exhibuit stantis imago deam.
Sublataque manu, precor huc appelle, vocauit,
Et nos trans flumen littore siste tuo.
Dixit, at ipse putrem conto pueriliter alnum
Impuli in opposita margine prona stetit.
Et tacitè admirans habitum vultusque loquentûm,
Poscere pro naulo non tulit æra pudor.
Pulcra videbatur dea; sed mihi pulcrior ille,
Nempe mihi puero gratior, esse puer.
Vnda deos nôrat. fragilis sub pondere cymba
Mugijt, & laxâ crate recepit aquam.
Extimui, potuiq; deos tunc nosse, timoris
Sed fuit ansa mei, non benè nosse deos.
Risit Amor, risitque Parens, & pyxida tradens,
Hoc tibi pro naulo pusio, dixit erit.
Accipe: si semel ex illa tua corpora inungas,
Nulla erit à formâ forma secunda tua.
Me miserum! tam multarum tormenta recepi
Et mea in hac vna pyxide damna simul.
Virginibus namque innumeris adamatus, amaui
Innumeras, illis & mihi caussa mali.
Dum, quod multarum fuerat, tibi contigit vni,
Teque videns, dixi Tu mihi sola places.

Dixi

Dixi equidem fateor, pepigi sed fœdera nulla,
Perfidus hinc carta non legor esse tua.
Sed fuga nostra tibi dabit vltima fata, minaris;
Ne det, nunc etiam, teque deosque precor.
Viue, memor Superos homini dare munera vitæ,
Ne fingas, Superos te monuisse, mori.
Non deus esse potest, multò minùs esse Cupîdo,
Qui suasit saxo desiluisse tibi.
Non puer hic hominum propellit funera, quamuis
Vitricus humana cæde cruentus eat.
Cumque sit ipse puer, nihil huic, nisi ludere, curæ est,
Cumque Deus, nulli sponte nocere solet.
Ergo fuge Ambraciam; ne vel tibi causa furoris
Dicar, vel falso funeris esse Deus.
Arguis, & versus & carmina vestra probasse,
Ingenium quoque me semper amasse tuum.
Dignus amor meus est veniâ, non corpus amaui,
Communis, liceat dicere, forma tua est.
Hoc, quod me cepit, facie est præstantius omni
Ingenium, id formæ dat decus omne tuæ.
Auguror hinc; tibi vel nunc pectus amore solutum est,
Vel, tibi soluetur pectus amore. breui.
Namque mihi facies, quam te inflammasse fateris,
Iam perit, aut certè iam peritura mihi est.
Auguror at contra, quod castum è pectore amorem,
Quo te dilexi, non feret vlla dies,
Namq; tibi ingenium, quod adhuc amo, non feret ætas,
Hoc, quoque post obitus, quippe perennis eris.

HYDROPYRICΩN LIBER.

Ad Lectorem.

Hæc pauca illevi cartis epigrammata, dum me
Delius à lituis seuocat atque tubis:
Et tenui, adsuescit paullatim abducere cantu,

Belli-

Bellicrepi raucos Martis ab aure ſonos:
Luctantemque docet conari flectere mentem
Ad ſacra Piëridum munia, pacis opus.
Sed nec Caſtalio, nec equino fonte putandum eſt,
Mars pater, igniculos poſſe latere tuos.
Delius hoc ſciuit comitem ſe iunxit Amori,
Cuius ſenſerunt omnia nata faces.
Sic coniurati, mihi quos poſt prælia & æſtus
Armorum, fontes Delius exhibuit
Eſſe puer gratos fecit Cytheræus, vt ignis
Perculit inſolito vulnere corda ſui.
Carmina materiam ſumunt, rem, lumen ab illis,
Dum motus animi quodque epigramma docet.
Mars raucos numeros, ſed Amor ſibi vendicat ignes,
Phœbus aquas, noſtri hic nil reliquum inuidiæ eſt.

Ad fontes Muſarum.

Non ego Pegaſeo tinxi mea labra liquore,
Non hauſi fontes Caſtalis vnda tuos:
Si tamen hoc merui, veſtris in fontibus, illa
Quæ mihi nunc vrit pectora, flamma fuit.

Ad eoſdem.

Vos ego crediderim vicino ex æquore natos,
Per quod, dona Paris dum ſequitur Veneris,
Attulit in Phrygiam Græcorum incendia ſecum,
Atque in ſe flammas Tyndari Nympha tuas.
Sic miſer Oebalios dum per freta quæritat ignes,
Eſt duplex illi flamma reperta mari.

Ad eoſdem.

Vel vos, vel veſtris ortas de fontibus vndas
Leriopes natum detinuiſſe reor.
Queis æſtum miſer vt voluit ſedare ſitimque,
Illi æſtus fuit atque altera nata ſitis.

De iiſdem.

Digitized by Google

De iisdem.

Bellorum fessus curis, securus amorum,
Vmbras captabam Pinde sonore tuas.
Cumque sitim restinguere aquâ manante pararem
Fontibus Aoniis Castalioq; lacu,
Et labra Pegaseo sicca irrorasse liquore;
Ipse Amor Aonias ignibus vssit aquas.

De Luciâ.

Sumeret à cœlo cum primum Lucia formam,
Hinc niue, & hinc flamâ membra notauit Amor.
Hinc niue candidulasq; manus & lactea colla,
Et cor candidius frigidiusq; niue.
Hinc flama roseasq; genas, atque ignea labra,
Et qui de c liis fulgura dant oculos.
Est his cognati concors discordia cœli,
Et genus, vt vires temperet q; poli.

De eâdem.

Lucia dans rutilos ventis diffundere crines,
Crispantes, flamæ sunt simulacra, comæ.
Sed quoties niueam detexit Lucia frontem,
Intactam iures eminus esse niuem.
Nec tamen hic audent, communi pace ligatæ,
Lædere nix flamam, aut lædere flama niuem.

Ad eandem.

Te vidêre oculi, exarsit cor: corde calente,
Edita sunt geminis flumina luminibus.
Luminum aquis iterum sed cordis flama renata est;
In me aqua iterum sic ignem gignit, & ignis aquâ.
Igne & aquâ periisse iuuat; sic tota peribit
Hæc mundi series igne, periuit aquâ.

Nauigaturus ad Boream.

Quid tu de cunctis immansuetissime ventis

Aduerso

Aduerso nostrum turbine sistis iter?
In me desæuis Borea, non aspet in vndas;
Hei! mihi, non scopulis æquoribusque noces.
Non mihi, sed facibus saltem concede Diones,
Cuius in hoc imo pectore sacra fero.
Frigide adhuc dubitas? raptæ memor Orithyiæ,
His quoque te flamis incaluisse scies.

Ad Luciam.

Nunc color est ignis Lunæ, nunc pallida surgit
Dum perit ad adspiciens Endymiona suum.
Dat gelidos etiam tanquam suspiria, flatus:
Signaque sic quamuis frigida amantis habet.
Ignea sic modo tu, modo pallida, Lucia, surgis;
Mane salutatum cum venio ante fores.
Quamvis ergo meas temnas tu frigida flamas,
Illa tui signum frigora amoris erunt.

Ad eandem, de iactu niuis.

Cum niue me peteres, summi de culmine tecti,
Lucia, nec surgeres quin mihi visa fores;
Candida nix imbre & pluuiis constricta pruinis
In me candentis fulminis instar iit.
Velatas niue dum faculas sic, Lucia, mittis,
Accensas mittis dumq; niues faculis;
Das vno hoc iactu gratas in frigore flamas,
Et das in flammis frigora grata mihi.

Ad eandem, de eodem iactu niuis.

Tela faces Veneris sunt fulmina tela Mineruæ;
Quæ mittas in me sunt tibi tela, niues.
Tela, tuos animi nimium referentia mores,
Tela, tui quæ sint corporis effigies.
Candida cum sit nix, cum candida Lucia, sis tu;
Tempore decrescit candor vtriq; tamen

Cum-

Cumque tibi candor, candorque periuerit illi,
Erepta ambabus causa rigoris erit.
Frigida cum sit nix, cum frigida, Lucia, sis tu,
Vritis ex tanto frigore vtræq; tamen.
Sed tibi cum frigus frigusq; periuerit illi,
Forte erepta mihi causa caloris erit.

Ad Venerem.

Cum sis nata Venus spumosis æquoris vndis,
Filia maternum multa refers pelagus.
Oranti surdum est pelagus, tu surda precanti,
Quin etiam æquorei durior es scopulis.
In m xe nunc veniunt venti nunc suda serena:
Pacem in amore tuo bellaq; sæua geris.
Cum sis nata Venus spumosis æquoris vndis,
Filia maternum nulla refers pelagus.
Vnda necat flamam, tu viuos ingeris ignes
Quos nec terra potest ferre nec vnda potest.
Si tamen hæ flamæ, queis nos constringis, & uris;
Has potius falsas esse putamus aquas.

Ad Luciam.

Heu! quoties lustrans oculis tua pectora, nostris
Insidiosa nimis pectora luminibus;
Miratus dixi mecum. Sunt pectora certe
Hæc mage Sithoniâ candidiora niue.
Sternuit omen Amor. nam post hæc pectora sensi,
Lucia, Sithoniâ frigidiora niue.
Tu quoque, nam memini, candentia pectora dixti
Sint tibi, si verâ posceis amare fide.
Cætera ne dubites; candentia pectora sunt mi,
Quin etiam accensis feruidiora rogis.

De amore suo.

Flāma fouet flamam, geminato crescit ab igne:
Ignis, in immensos & solet ire focos.

Hæc

Hæc mea ab æquali sed flama eliditur igne;
Fitq; mihi hic ignis dulce refrigerium.

Ad Phœbum.

Phœbe, Cupidineis ausus tua tela pharetris
Et flamas flami æquiparare tuis;
Discrimen sensisse potes: quin pœnitet acti
Nunc quoque, si tibi non excidit Eurymone.
Et Phaëthon tuus ille tuo dum torret ab igne
Terras, dumq; tuo territat igne Deos;
Iuppiter ad miseri sistenda incendia mundi,
Ignem, Phœbe, tuum contudit igne suo.
Ignem, Phœbe tuum qui tunc deuicerat ignis
Victus ab igne fuit sæpe Cupidineo.

Ad amicam.

Sæpe rogare soles, cur prisco more parentum,
Tangantur Nuptis ignis & vnda nouis.
Ex his cuncta solent genitalem arcessere vitam,
Efficiens vnda est, flama dat esse rei.
Ne lacrimas igitur ne nostras despice flamas,
Indicia istorum quantulacumq; vides.

De Mundi interitu.

Polluerat terras tantum mundi impius error,
Et crimen puris eluit æquor aquis.
Nunc terras, ipsumque fretum quia polluit Orbis,
Purgandum terræ est, igne fretiq; scelus.

Ad Cupidinem.

Si cupias aliis facibus cœlestia flagrent
Et communis erunt astra sibi ipsa rogus.
Non Thetis auxilio terræ, non ipsa sibi esse
Non cunctis poterunt flumina diluuiis.
Credibile est te sponte tamen non lædere velle
Vel Patris flamas, Genetricis aquas.

Digitized by Google

In ineptum pictorem.

Vnda Deucalion, Phaethon tuus igne perire
Munere vel meruit pictor inepte tuo.

De Helenâ.

Hanc Paris vt rapuit potuit se, & Pergama ab igne
Seruare Argolico, si periisset aquis.

De Æneâ

Hæc diuûm est pietas; quos tu Danaûm eripis igne,
Ænea, hic Siculo te eripiunt pelago.

De Narcisso.

Hunc arsit quondam Dryadum pulcherrima, Nymphæ
Frigidus ad flamas, fontis aquâ incaluit.

Ad amicam.

O cur non lacrimis istis hoc igne meum cor
Mœrorum longo soluitur obsidio?
Plus hæc quam Muti flama est, quam Coclitis vnda,
Hac tamen atque illâ Roma soluta fuit.

Ad eandem.

Indicium duxi magni nostrique calo ...,
Cum fuit attactu nix liquefacta tuo
Sed miser haut nôram quod quo nix frigore adurit
Illud te innumeris vrere frigoribus.

Ad eandem.

Frigida vel non sum, vel si sim frigida, cur me
Lux mea dicebas, vrere conquereris,
Vrentem frigore facis; quos inuicerem in te,
In me debebant igniculi esse prius.
Lux mea dicebas. Sed sit tibi te vrere signum
Quod vel tacta tuis nix fluat à digitis.
Sic tamen vrentem signum est frigere, quod ore,
Quod tremulos foueas in gremio.

Ad medeam.

Quid iuuat ignivomos contra dare pharmaca tauros,
Maiori pectus carpitur igne tuum.
Inter flagrantes fecisti algere iuuencos
Flagrantem, in magico frigore amore tui.
Sic æstus gelidos texit, frigusque calentes,
Causa, venena, boues, sunt amor, atque metus.

Aiaci Oileo.

Non tibi vel Simois, vel Troicus ignis Oileû,
Non nocuit tantum Teucrias vlla tibi:
Quantum amor, & lacrimæ, Phœbasq; : ô perdite nescis
Istius vires virginis, ignis, aquę.
Singula dum temnis victor, per singula, Diuâ
Virgine, & oceano, & fulmine, victus obis.

Ad Luciam.

Vror, vt in flamis displosa Typhoidos Ætnæ
Saxa crepant quæ mons fulminat in Superos:
Vel quantum in summâ flagrat Tirynthius Oetâ,
Inscia dum præbet Deianira necem.
Nec volo, nec possim certe moderatius vri,
Hoc rogo te tantum mutuus ardor agat.
Non vis, non possis friges, vt saxa Promethei
Semper in æterno stant niuium pelago:
Vel quantum riget æterno Niobe obruta fletu
Dum luget sæuæ tela Gemelliparæ.

Idem presßius.

Ardeo, vt Alcides Oetæus; at, improba, cordi
Sunt tanquam Niobes marmora oborta tuo.
Duritiæ ansa tuæ, Niobelque, superbia formæ est;
At mihi, vt Alcidæ, causa puella rogi es.
Me sed, vt Alciden, Dîs addet flama, tibi tunc,
Vt Niobæ, æternas marmora dent lacrimas.

by Google

Idem fusius.

Ætnæum gesto candentem fulmine montem
Pectore, candentem tu niue Caucaseum.
Pectora diuersi, vultum nec habemus eundem;
Mî pallor, tibi stat semper in ore rubor.
Hoc tantum similes, quod dissimilis color ori
Est meus aque meo corde, tuoque tuus.
Nam mihi cum caleat cor, ora rigere putares;
Cum rigeat tibi cor, ora calere putem.
Fallimur ignari fatorum, fallimur ambo,
His alia ostendit signa subesse Deus.
Si simili simile est gratum. & similis tua cordi
Forma meo, cordi forma tuo mea sit;
Vt tua forma meo est in pectore, Lucia, grata,
Sic mea grata etiam pectore forma tuo est.
Fallor? an iste amor est maius qui præcinit omen,
Et dare qui nobis mutua fata vetat?
Est Amor: à tanto ne te mea vita magistro
Cœlestem pigeat discere temperiem.
Frigidula accedant calidis ora oribus, inquit,
Frigidulis calida & pectora pectoribus.

De picturâ Luciæ.

Inter mille neces, totq; ignea tela, minasque
Tot pelagi, est Dominæ mî comes effigies.
Quam quoties collo pendentem specto, nec æquor,
Nec me tormentûm fulgura terrificant.
Hæc mecum in flamas, hæc mecum intrauit in vndas;
In summâ, Euadne, & Sestias, illa mihi est.

Fuga temporis.

Raptoris per aquas præceps violentia Nessi,
Perque ignes, patrios qui male rexit equos.
Fulmineos bombarda globos leue iactat, & Ætna,
Et Rhodanus celer, & vector Arionius.

Naufragæ velox Scyllæ furor, & Iouis ignis,
Et cita flamma furens, & cita grando cadens.
Hæc præceps, leue, & hæc celere, hæc veloxque, citūq;
Tempore quod vincat singula, Tempus erit.

De Luciâ.

Lucia dum flamas nostras, sua frigora cernit,
Quæ mihi sunt lethi frigora causa, cani.
Non flamis opus est, inquit mihi, frigora prosint:
Sustineat flamas non domus vna duas.

De Leandro.

Dum freta cœca natat serus sub nocte Leander
Huic face de speculâ monstrat amica viam.
Fato Helles infame fretum videt ire, doletque
Ipse Amor, allucet sed tamen igne suo.
Illa oculis lucem, cordi hæc fax præbuit ignem,
In noctis tenebras, inque hiemem pelagi.
Illam oculis rapuit nox, hanc in corde sed æquor
Cætera cum mersit, mergere non potuit.

Ad Luciam.

Vt cum Sole nouo campos irrorat Eous,
Rore suo gratus, gratus & igne suo est:
Sic amor illuxsti mihi primus, Lucia; miscens
Igniferis oculis oscula frigidula.
Sed veluti medio cum Sol altissimus axe est,
Et grauis, arentes æstus hiulcat agros:
Sic mihi sæuus amor nunc, figis in ossibus ignes
Ex oculis, & das oscula nulla mihi.
O vtinam! rapidas velut excipit humida flamas
Solis & vmbroso nox tegit in gremio;
Eximere has olim possit mihi, Lucia flamas
Quæ mors æterno frigore me feriet.

Digitized by Google

Ad eandem.

Omnigenas mea corda solent admittere formas,
Argilla vt flecti molliter vda potest.
Tempore at ex illo, quo pennatus Puer illîc
Impressit vultus effigiemq; tuam;
Durius argillâ mihi cor quæ Sole recocta est,
Nec locus hîc aliis restat imagnibus.

Ad eandem.

Fulmineâ toties caput hoc quod mole petitum est,
Quod vis non læsit grandinis ignivomæ:
Languidulum vario quassatum turbine corpus,
Quod, quoque nunc, motu nauseat æquoreo.
Hæc ad te refero vt properes submergere fletu
Illa meo, atque tuo cominus igne cremes.
Sed tibi subueniat nostri miserescere, ni sis
Hostili flamâ sæuior & pelago.

Ad eandem.

Contrahit opposito à Phœbo Iunonia densam
Iris aquam, quam, vis ignea in aëreâ
Suspendit regione poli, ludibria ventis;
Si calor abscedat, soluitur in pluuiam.
Accedas; Phœbum tua lumina, Lucia, ocelli
Irim, & mî referunt aëra corda mea.
Hic etenim variæ suspendit imaginis vmbras
Cura tui, luctû gaudia mixta ferens.
Discutiunt molli mox hæc suspiria flatu:
Sed si abeas; totus differor in lacrimas.

Ad eandem.

Tu modo vel gelidas fingis te vincere limfas
Frigore, mox flamas sed superare meas.
Est vtrimq; tamen dolus: hîc est dicere vere,
Vna manus flamas, altera portat aquas.

Nauigatio.

Nauplios, Alcides, Aiax, & Tiphys, & Orpheus,
Fatidicæ puppis nobile remigium;
Inuia dum laxant temerati iura profundi,
Miſcentes alio littore terrigenas:
Tiphys aquis, flamis Alcides occidit, Orpheî
Hebrus Tartareis intulit ora vadis.
Argis fallaci nociturus Nauplios igne
Ex alto in pelagus præcipitatus obit.
Poſt quoque dum patriam repetit per cærula Oileůs,
Et ponto, & iactu fulminis occubuit.
Sic mare ſe flamis, & ſæuis vindicat vndis;
Et quis adhuc illas non timet ire vias.

De Luciâ.

Ipſa aqua Phœbæis radiis attacta, rotundo
Clauſa vitro, flamas elicit ex ſtipulâ.
Ah miſeros oculos! quos cum fax vrat Amoris,
Non poſſunt gelidæ pellere frigus Heræ.

De eâdem.

Amplexus dominæ dulcis mihi fomes amoris.
Mœroris comes eſt & ſimul ille mihi.
Intereo quandoque minis ſimul atq; reuiuo,
Et recreant dum me blanditiæ interimunt.
Vrit me riſus, quandoque refrigerat idem,
Et mihi me reddunt oſcula dum rapiunt.
Oſcula, blanditiæ, amplexus, riſuſque, minæque
Sic vitam mihi dant, & ſimul interitum.
Quin potius neutrum: nam me, gratâ vice, frigus
Dum necat in flamâ in frigore flama fouet.

Ad Cupidinem.

Hîc vbi ſacra colo Muſarum, littoris actâ
Quod perhibent caſti ſigna dediſſe thori.

Hic pereo æternâ traiectus pectora flammâ,
Qualis Iuno tibi vel tibi Vesta fuit.
Quid sperem? si me inter aquas, interque Dearum
Aras Thespiadum mactet Amor facibus?
Esse meus soleo, Musarum sacra ab Amoris
Tuta foco, & flammas obruere vnda solet.
Heu! quæ flamma tua est, vt possit, parue Cupido,
Me mihi, sacra Deis, frigus aquæ eripere?

Ad Luciam.

Frigidius nihil est silice, & nil durius, illa
Semina flammarum sic tamen intus habet.
Frigidula & dura es, tamen hinc mihi, Lucia, spes est,
Scintillas aliquot corde latere tuo.

Ad eandem.

Desine velle meas lactando extinguere flammas,
Dicere &, has curam nullius esse Dei;
Sis mihi crudelis, ne sis tamen impia, vt iras
Atque animos animis esse neges Superis.
Danaïdum te fata docent has omnibus esse
Dis Superis curæ, Dis Stygiisque faces.
Ob flammmas thalami violatas, quippe feruntur
Nil profecturas fundere semper aquas.

Ad Iouem, de Amore.

Ignibus, ad tempus, manifesto errore, paternis
Combussit terræ progeniem Phaëthon.
Non impune tamen: nam tactum fulminis alis
Misit ludibrium Iuppiter Eridano.
Ignibus, assiduò, maternis, fraude latente,
Vrit Amor, terræ, atque ætheris indigenas.
Flumina non desunt: tua cessat flamma trisulca,
Summe Deûm, Veneris præcipitare genus?

Nauigatio.

Nauplios, Alcides, Aiax, & Tiphys, & Orpheus,
Fatidicæ puppis nobile remigium;
Inuia dum laxant temerati iura profundi,
Miſcentes alio littore terrigenas:
Tiphys aquis, flamis Alcides occidit, Orpheî
Hebrus Tartareis intulit ora vadis.
Argis fallaci nociturus Nauplios igne
Ex alto in pelagus præcipitatus obit.
Poſt quoque dum patriam repetit per cærula Oileös
Et ponto, & iactu fulminis occubuit.
Sic mare ſe flamis, & ſæuis vindicat vndis;
Et quis adhuc illas non timet ire vias.

De Luciâ.

Ipſa aqua Phœbæis radiis attacta, rotundo
Clauſa vitro, flamas elicit ex ſtipulâ.
Ah miſeros oculos! quos cum fax vrat Amoris;
Non poſſunt gelidæ pellere frigus Heræ.

De eâdem.

Amplexus dominæ dulcis mihi fomes amoris.
Mœroris comes eſt & ſimul ille mihi.
Intereo quandoque minis ſimul atq; reuiuo,
Et recreant dum me blanditiæ interimunt.
Vrit me riſus, quandoque refrigerat idem,
Et mihi me reddunt oſcula dum rapiunt.
Oſcula blanditiæ, amplexus, riſuſque, minæque
Sic vitam mihi dant, & ſimul interitum.
Quin potius neutrum: nam me, gratâ vice, frigus
Dum necat in flamâ in frigore flama fouet.

Ad Cupidinem.

Hîc vbi ſacra colo Muſarum, littoris actâ
Quod perhibent caſti ſigna dediſſe thori.

Digitized by Google

Hic pereo æternâ traiectus pectora flammâ,
Qualis Iuno tibi vel tibi Vesta fuit.
Quid sperem? si me inter aquas, interque Dearum
Aras Thespiadum mactet Amor facibus?
Esse meus soleo, Musarum sacra ab Amoris
Tuta foco, & flammas obruere vnda solet.
Heu! quæ flamma tua est, vt possit, parue Cupido,
Me mihi, sacra Deis, frigus aquæ eripere?

Ad Luciam.

Frigidius nihil est silice, & nil durius, illa
Semina flammarum sic tamen intus habet.
Frigidula & dura es, tamen hinc mihi, Lucia, spes est,
Scintillas aliquot corde latere tuo.

Ad eandem.

Desine velle meas lactando extinguere flammas,
Dicere &, has curam nullius esse Dei;
Sis mihi crudelis, ne sis tamen impia, vt iras
Atque animos animis esse neges Superis.
Danaïdum te fata docent has omnibus esse
Dis Superis curæ, Dis Stygiisque faces.
Ob flammmas thalami violatas, quippe feruntur
Nil profecturas fundere semper aquas.

Ad Iouem, de Amore.

Ignibus, ad tempus, manifesto errore, paternis
Combussit terræ progeniem Phaëthon.
Non impune tamen: nam tactum fulminis alis
Misit ludibrium Iuppiter Eridano.
Ignibus, assiduò, maternis, fraude latente,
Vrit Amor, terræ, atque ætheris indigenas.
Flumina non desunt: tua cessat flamma trisulca,
Summe Deûm, Veneris præcipitare genus?

Ad Luciam, de ipsius oculis.

Viuere non possim absque tuis, mea Lucia, ocellis,
Sed nec tu longùm vixeris absque meis.
Quippe tui, luctus & amanti nubila mentis
Discussere mihi lumine sidereo.
Ast ipso intuitu sensi mihi sponte liquore,
Nec lachrymæ illud erant, immaduisse genas.
Siue quod æthereos acies mortalis ad ignes
Deficiat; visus fulgure siue tui
Illachrymet; pascasque oculos humoribus illis;
Sidera cum soleant pascere semper aquæ.

Ad eandem.

Heu! nihil est, quod te nostri miserescere dicas
Quin quoque te nostris illachrymasse malis.
Hæ lachrymæ, fomenta meæ sunt maxima flammæ;
Vt si Palladius stillet in igne liquor.
Flamma opus immensa est, hos qua restinxeris ignes,
Maiori obruitur ignis ab igne minor.

Ad eandem faciem.

Non secus, ac gelidum cum perculit aëra bruma,
In se collecto robore, flamma furit.
Ast æstas naturalem moderata calorem,
Dispargit vires ignis, & attenuat.
Sic me, si pariter flagres, moderatius vris:
At me, si friges, sæuior ardor agit.

Ad Luciam.

Quid toties arrham nostri tibi poscis amoris?
Ipse mei præsto est sponsor amoris Amor.
At non per Superos, sed per suspiria iuro,
Per flammamque meam, per lachrymasque meas.
Fallere relligio mihi sit: Babylonius olim
Iuratus Deus est Ignis, & Vnda Magis.

Hic

Hic ſacer eſt ignis, ſacra eſt hæc vnda, tibi quam
Iuro, Deus hic eſt ſponſor, & arrha Deus.

Ad hortum Luciæ.

Salue, viſe mihi primum nunc, hortule fœlix,
Deliciæ Dominæ, deliciæque meæ.
In te non Hyades, non naſcens impetus Hœdi,
Arcturive cadens ius habeat rabies.
Non latus enſiferi videas nimis Orionis,
Vrna tibi blandas Troica fundat aquas.
Non Boreæ, tunc cum ſyluis popularur honorem,
Te quoque mordaci frigore lædat hyems.
Non Phœbæa etiam Nemeæum flamma Leonem,
Cum tranſit, veſtros æſtus adurat agros.
Nam tibi vitales Zephyros ſuſpiria mittent
Expreſſa arbuſto hoc pectoris atque animi.
Fœcundoſque bibes lachrymarum imbris vice, rores:
Quemque fero, omniparens te igne fouebit Amor.
Sic tibi nec Solis, nec aquæ, nec copia venti
Deërit, & iſta dabunt ſingula temperiem.

Ad Cupidinem.

Curarum oppreſſus fluitantum vortice ſæuo
Mœrorum toto merſus in Oceano:
Triſtis aquæ riuos foui: qui, intercute curſu,
Ora mihi atque ipſam perdiderant animam.
Quo veſtris igitur rapuiſti fomite flammis
Nutrimenta, Puer, queis mea corda petis?

Reſponſio Cupidinis.

Cynthius vt cœli fert ad conuexa vapores
Aëraque in nubem cogit, aquamque bibit;
Qua fingat rutilaſque trabes, diroſque Cometas,
Quæque animos tonitru fulmina terrificant.
Sic lachrymas ego, ſic ſuſpiria cordis in arcem
Denſa traho, facibus pabula grata meis.

Ad Lectorem.

Et flammas, & aquas frustra narrabis Amicæ,
Dicis amans, nec enim talia curat Amor.
Dicis amans Lector, sed adhuc ignarus amoris,
Nam flammis & aquis conciliatur amor.
Iuppiter ipse suæ venit per fulmen & imbrem
In gremium Semeles, in gremium Danaës.

NVGARVM LIBER.

Iocus dictus ad sepulchrum Equi Oribatis à Nicomacho, Equite.

Nil de Cœlicolis, vel dura lege relictum
Fatorum mihi posse queri: quodcunque dolendum
Lugendumque venit miseris, est funere in vno
Exhaustum: vicitque dolor, vicinaque morti
Tristities, sensum luctus, sensumque doloris
Quantus in humanas potuit descendere mentes.
At vos, quorum animos ardenti accendit amore
Armorum dea bellatrix, quibus horrida patris
Gradiui placuit seges, & laudabile bellum;
Sic bene de vobis mereant præsentia Martis
Numina, sic noua præteritisque tropæ triumphis
Accumulent; vos si fatum miserabile tangit,
Vt decet, assiduus gemitus, luctusque renascens
Assiduo, largo lacrymatum flumine inundent.
Nec lacrymas quisquam vestrûm, & suspiria signum
Imbellis putet ingenii; Pæantius heros
Lemniacas gelido rupes proiectus in antro
Voce fatigauit querula; sed Phthius Achilles
Diuorum fabricata manu, qui mœnia terrens
Horribilis toties palantes Troas agebat,
Abductâ seruâ Lyrnesside tristis, amaris
Luctibus indulsit, late & loca questibus implens
Noluit afflictis dudum succurrere Graiis.

Ille

Ille idem Priami vultu commotus, & hostis
Indoluit lacrymis, nec sic o lumine vidit,
Tunc à cæde recens etiam, lamenta iacentis.
Exigit à vobis luctus hoc funus amicos
Communi mœrore datos, communia belli
Testantes studia, & communia damna dolentes
Bellatoris equi: nec nobis fernula fletur
Ductori opprobrium, meretrix vel dedecus armis;
Ast equus; ad cunctos rerum qui commodus vsus.
Ille oneri, sellæque bonus, natusque sub armis
Insultare solo, & modo presso sistere cursus
Effusos, modo laxato protendere fræno.
Ille iugo docilis leni succedere suetus
Imperio, & curuo proscindere vomere terram.
Nonne vides quantis animis generosa trimphos
Concipiat mens ante tubas, quantoque coronam
In septem circi spatiis conamine poscat?
Nonne vides quanto victor sublimia fastu
Colla gerat, vulgique madens se venditet auræ?
Quod si bella vocent, motus clangore tubarum,
Spumantes vexat frenos, micat auribus, ardent
Lumina, saxa sonant alterno dissona pulsu.
Hinc ego crediderim sortem officiosus in omnem
Nempe quòd est homini, veteres dictasse Camœnas.
Humanis membris corpus coalescere equinum,
Inque Pelethroniis Centauros saltibus edi.
Nec pecoris durum est funus lugere, quod olim,
Si qua fides dictis est allatura vetustas,
Difficiles obitus, & Iulî funus acerbum
Ad Rubiconis aquas lacrymis defleuit obortis.
Affectus animi (nec mirum) pectore in isto
Humani, æthereoque satæ de semine mentes;
Est etiam pietas: pietas non dissona equorum
Sensibus, vsque adeo per secula cuncta animantûm
Virtutis natura parens sua semina fudit!

Ergo etiam Rhebum, tanquam de ſorte futura
Sollicitum, gnarumque necis dominique ſuæque
Alloquitur fati extremâ Mezentius horâ.
O mihi corde meo, & vitâ mihi carior ipſa,
Quid dixi? non nunc vitâ mihi carior ipſa,
Cum tædet vitæ, ſed læto tempore, fortis
Oribates, quo te, me non comitante, tuliſti?
Sic tibi noſtra fides, ſic eſt tibi cognitus ille
Noſter amor? caſune olim pendemus ab vno?
Hinc quoties mentemque meam morientis imago
Nota ſubit, vultuſque tui reminiſcor adempti,
Viuere poſſe tibi metuo doleoque ſuperſtes.
Tu domini, Oribates, doctus ſeruire lupatis,
Et molles ſinuare fugas, & carpere gyros;
Mox tantum admonitus, nullis calcaribus actus,
Suetus eras trepidos curſu præuertere ceruos.
Impete diuiſas auras, præterque fluentes,
Vix aures potuere pati, vix ſenſit arenam
Vngula, vix ſub ſe volitantia tergora ſeſſor.
Cœpiſti at quoties paſſus glomerare remiſſos
Altius ingrediens pedibuſque ſonare ſuperbùm
Compoſitis, viſi motare cacumina colles,
Et montes tremuiſſe ſono, dum è vallibus Echo
Alternos ſequitur fractis clamoribus ictus:
Attonitæque metu pecudes, pecudumque magiſtri
Perculſi, propius greſſus conferre recuſant.
Intremuiſſe etiam terram ſenſere polumque
Antipodes, veriti nimborum in nocte tonantes
Alipedes egiſſe Iouem, currumque volucrem:
Antiquum vt reparet Chaos, immeritoſque recurſet
Nox manes mixtura Deis, terraque ruinâ
Oppreſſura polos, tecturaque ſidera ponto.
Sic mihi tu iuſtis comes ibas ſemper in armis
Nobilis, & ſocias afflabas naribus iras.
Gaudebam adſpiciens oculos, duo ſidera dici

Qui

Qui poterant, clarâ nec stellis luce minores.
Mirabar curtas aures, & tergus obesum,
Argutumque caput collum tum molle, iubamque
Densam cumque altis humeris, longa ilia, ventrem
Compressum, caudam longam, clunesque rotundos,
Excelsósque pedes, femur & sub pondere firmum.
Talis erat ceruice iubam demissus equina
Infusus Philyræ gremio Saturnus, & illo
Conceptus furto, per Thessala rura superbus
Auras hinnitu Chiron impleuit acuto.
Talis erat cum te lusit Dea fertilis anni
Rex maris, inuidiamque Deis factura capillis
Exitiumque tibi cirrata fronte Medusa,
Horribiles nondum vultu vibrante colubros.
Si magno dictis Conso Circensibus, illi
Commisisse ferum Caius decerneret orbis,
Nobilis imperio, castrensi scommate notus,
Indignus sed cui genitor Germanicus esset,
Purpureis tectum stragulis gemmisque monile
Baccatum, phalerasque ferens, insignia rubri
Æquoris, Eoi flagrantes littoris ignes:
Aut si de palma celeri contendere cursu
Humanis monstrum pedibus voluisset Iuli
Cæsaris; aut pretio quo non venundatus ante
Maiori, nullum vectari tergore passus
Præter Alexandrum; ternos doluisse monarchas
Mundus, & abiurasse suas, dum prima teneret
Oribates procul ante alios, spectasset habenas.
Oppida post illi, atque adscitas nubibus arces
Molitos nomenque feri sanxisse colonis.
Huic quoque marmoreum struxisset equile vetustas,
Cuius ebur nitidum, præsepia clara micanti
Distincta argento multus tersisset equiso.
Essent Oribate insigniti Consule fasti.
Nam nec Massagetæ, nec talem habuere Mycenæ.

Non

Non Numidæ, prænobile equis non Argos alendis,
Non Elis, volucrumve parens insignis equorum
Thessalia, vndanti melior consuescere fræno
Cornipedes, circumque in aperto flectere campo.
Nec talem inuenias vnde vndis impiger errat
Aurifluus Tagus Hesperiis, vsque ad loca primus
Vnde venit Titan, vel quæ Nysæus Hydaspes
Alluit; aut rubros quo tollit gurgite fluctus
Oceanus, calidumque polus deuexus in Austrum est,
Vsque ad Caucaseos montes, & Caspia ponti
Littora, quà refugæ miscentur Tethyos vndis.
In summa; quadrupes hoc nostro flumina nullus
Libauit melior, nec graminis attigit herbam.
Ergo quid Martis Dimumque Phobumque iugales,
Et Balium & Xanthum, geminos Harpyia Podarge
Quos peperit currus decus armipotentis Achilleis,
Viribus, ingenio, & præstanti corpore victos
Mirêre, aut volucri Iuuenes Aquilone creatos
Si Calaïm Zethemque fugâ præuertere posset?
Non Pylius talem, magno laudatus Homero,
Princeps, clarus equûm domitor, seruisse lupatis
Dixerit ipse suis; videant qui lubrica primi
Fræna Pelethronii gyrosque dedere quadrigis,
Mirentur molem, gyrosque, gradusque sonantes,
Alternisque modis sinuata volumina crurum.
Curribus, & lentis dicat Messapus habenis
Aptus, equosque iugo qui primus quattuor ausus
Iungere Erichtonius, spes hunc superasse priorum
Votaque præuenisse ducum, queis cura nitentes
Pascere equos pulcri fuit in discrimina Martis.
Ergo nec Idæus, nec equorum agitator Achillis
Audeat Antomedon, nec Turni auriga Methiscus
Oribati proprios nostro conferre iugales.
Vt, quamuis patrium genus huic sit Cyllarus, author
Maternumque illi det stemma Aganippidos vndæ;

Et

Et licet, æquoreâ percussis cuspide saxis
Scyphius exiliens, diuûm in certamine, nutu
Thessalicos, Petrææ tuo, vexare lupatos
Doctus apud Lapithas, belli, feralibus omen,
Oribati decus eximium sit origine prima:
Qua serie inter auos Neptunum atauosque recenset,
Tyndaridis tamen hic à fratribus esset auitis
Prælatus meritis, illum si prisca tulissent
Sæcula; contemtis cessisset Pegasus alis,
Bellerephontæis tanquam non dignus habenis.
Progenies diuûm, non te potuere parentes
Exemisse neci, non triste extendere funus?
At poterant tumulo saltem nos claudere eodem.
Non ego quòd metuam, ne sit post busta superstes
Noster amor flamasque rogi, aut ne pectore vultus
Illic diluerit tranquillæ marcida Lethes
Vnda meos, tibi durat adhuc in pristina sensus.
Id doleo, quòd, cùm faciam tot vota perire
Teque sequi, semper producant stamina Parcæ
Dispensentque mihi hoc æuum, quò tristior ipsa
Sit mihi vita mora lethi, memorabile nomen.
Egregiamque refers de me Fors inuida laudem
Si mihi continuo producis funere mortem.
An veritus Dis ipse pater, voluentibus annis
Ne Styga, Tartareæ stagna intemerata paludis,
Cocytum, & crasso squallentem Acheronta veneno,
Traiicerem? nauloque senem, qui Portitor amnis
Iura tenet, cymbâque animas in Tartara transfert,
Ipse tuo, Oribates, possem fraudare natatu?
An tibi, quod mage credibile est, inuidit equorum
Palmam, Nereïdum stabulis nutritus Arion?
An tibi Tithoni præcursor coniugis Æthon
Struxerit insidias? tacitum se, & tardius æquo
Pollicitus stellis, mercede hac funeris ire?
Nam solet ante diem, nondum statione solutâ

Sidera, & hinnitu vigil afflatuque fugare.
Ille etiam roseis turgens spumare lupatis
Luciferi quo non alius dilectior ignis
Cœlicolis; tua fata citis abrumpere vellent
Forcipibus, Parcas intercessore precatus
Est domino: Oribates hac tu subuerteris arte?
Hoc miser, heu misero! ante diem miser, occidis astu?
Parte tamen meliore tui post funera viues.
Insertus diuûm ordinibus proauûmque tuorum
Vitæ laude tuæ. &, quæ non in origine sola
Lumine sed proprio gestorum fama refulget.
Quæ sibi materiam multi, qua se quoque possent
Tollere humo, petiere, & vitam extendere scriptis:
Ausi etiam seclis hæc consecrare futuris:
Sed tamen, aut illis hoc non concessit Apollo,
Aut siquidem fuerat res his non lecta potenter,
Obruit ardentes rerum grauitasque, nitorque.
Ipse quoque, Oribates, doleo quod dicere laudes
Te nequeam dignas, sed cum sit viribus impar
Illud onus, lachrymas has accipe, dona suprema,
Næniolasque rudes perfecti pignus amoris.
Nam mihi cum iustæ desint in carmine vires,
Deterrere ingenii culpâ quod iure mereris
Ah timeo. & tenuare modis insignia paruis.
Inficior, nec te dignum meliore sepulchro
Quam vel equum Augusti, vel quos texêre superbis
Nobilium tumulis monumenta perennia equorum
Pyramides, celso ferientes culmine cœlum.
Vel quos regali sumptu pendentia in ipso
Aëre dicuntur concludere Mausolæa.

LEONTEI CANIS

Ab Olympione, Villico.

Quamuis curarum depresso fluctibus atris,
Ante expectatum, mihi turbida funere mens sit

Et

Et cari canis exequijs; tamen intima planctu
Pectora concutere, atq; in luctum ducere voces,
Et lacrimare iuuat: qualis philomela sub vmbra
Multa gemens sedet arborea, mœstoq; requirens
Amissos cantu fœtus, miserabile murmur
Integrat, atq; implet noctem quam longa querelis.
Vel qualis residens in summi culmine tecti
Dira soror deflet scelerati furta mariti
Bistonis, innocuo quoq; nunc respersa cruore.
Sed quæro, nec digna meo lamenta dolore
Inuenio; non, blanda velut si præfica cygnus,
Eridani ad ripas, extremum dicere lessum
Funeris ipse sui; non, si Ceyca quieto
Alcyone pelago planctumq; iuuantibus vndis,
Lugeat, infidis nunc audens credere ventis,
His possint præbere modum: tamen edere quiddam
Est animus quod constipatum pectore luctum
Exigat, insanumq; dolorum degerat agmen.
Heu! valeas, nunquam mihi care vidende, Leonteis
Nec posthac visure diem; te perpetuo nox
Vna premet, postquàm semel occidit vna tibi lux.
Nos vitam trahimus, nos vescimur ætheris aura,
Dum Di quippe sinunt; veniet sed tempus, & instat,
Quo tecum visenda palus, vbi Portitor errat
Tartareus, cymbaque animas iam lumine cassas,
Iam dulcis vitæ exsortes in amœna vireta
Fortunatorum nemorum, Elysiumq; remittat.
Tu comes hic animis felicibus ad litus ibis
Maior; at, in thalamo cessit custodia pernox
Si tibi Persiphones iterum violenta timentis
Herculis imperia, & custodis vincla trifaucis;
Excubias, placidus regalis ianitor aulæ,
In statione tua peragas; ille horridus alter,
Tergemina hirsutis attollens colla colubris,
Latratu miseras æterno terreat vmbras.

Intereà, si quid sensus post vltima restat
Fata tibi, curæ quo respondere priori,
Et veterem exæquare queas defunctus amorem,
Audi me; quasque inferias, solatia fundo
Manibus æqua tuis, vel nostro dico dolori,
Accipe, dum genus omne, tuâ cum laude, caninum,
Cum canibusque tuas, ad bustum hoc, effero laudes.
Hoc animal, teneri iam primâ ab origine mundi,
Rerum opifex varios hominum formauit ad vsus,
Et prudens, fidumque, vigilque incommoda nostra
Instituit. num nocte lupus vastaret ouile
Incustoditum, quem cœca ad pabula ventris
Exegit rabies, errat pecuaria circum,
Latratuque canum insomnis ni cura resistat
Spemque gregemque simul ieiuno dente trucidet?
Nonne capræ vites, vrsæ plantaria nudent
Corticibus, rumpantque fugaces omnia cerui;
Diripiantque domos, & primo prodita somno
Perrumpant fures penetralia, nocte silenti,
Atque impacati turbent pecuaria Iberi;
Pellantur ni rure canum latratibus acti?
Æripedes tauros & debellare leones
Vasta mole potens & acuto dente Molossus:
Ille volutabris vi pulsos egerit vrsos;
Et pecoris pullus generosi, audebit inire
Cum quocunque velis, non æquo Marte, duellum.
Petronijs volucris sed cedit gloria cursus,
Impetus excedit Zephyros; & fulminis alas.
Ast Metagon latebras & lustrat nare sagaci,
(Primæ lucis opus) stabula alta domosque ferarum:
Deprendat si forte, nouo vestigia Sole
Intemerata legens, aut si contingat odore
Indagare ferum, quem nunquam cominus hostem
Audet adire tamen, contentus prodere voce.
Ast perdicem alij longinquo fallere gyro

Cura

Cura venit, rostroque auras captare recursu
Innumero, inuentamque super consistere prædam,
Et tacitè trunca testari gaudia cauda.
Sed non vna canum laus est, audacia præceps,
Venandique sagax prudentia, visque sequendi;
Obiectent pro vita hominum quod corpora telis,
Pro dominisque petant pulcram per vulnera mortem,
In fidei exemplum Lycij sit Iasonis ille
Funere nobilitatus, & alter funere Regis
Lysimachi, canis aut Volcati caussa salutis.
Est quoque qui domini ad bustum, flammasque rogales
Hæret, & ad cineres sensim tabescit heriles.
Castra alij Martisque vices obiêre tubarum
Exciti sonitu, vigilesque aciesque locârunt:
Hos Colophon socios belli, hos gens Caspia sumit;
Et prædæ, tumulique æquos largitur honores.
Plurima digna tamen credi, & iam fama vagatur
Exilio reuocasse canes, duxisse penates
Ad patrios regem Garamantum, atque agmine denso,
Victores, hinc inde acie stipasse frequenti.
Non semper mendax, Iouis incunabula, Crete
Si possit fecisse fidem, custodibus illis
Auratam seruat diuûm à prædonibus, Ædem.
Hique Tyanæi stupefacti ad verba, loquentem
Agnouêre, datum nam res diuinitus ollis
Noscere præsentes, & præsagire futuras.
Nempe canes dominos nouêre, & plurima nostri
(Si quis ritè notet) seruant vestigia sensus:
Sed quoque sponte sua, vel non sine numine diuûm,
Oblatos temerè, per se, ratione latente,
Distinguunt, interque viros discrimina ponunt.
Soli nempe canes omni commercia vitant
Cum pecore, humanæque colunt consortia vitæ.
His & præteritum manet alta mente repostum.
Annos Troia decem tenuit Laërte creatum

Exilium totidem, cùm tandem exire caminis
Fumum de patrijs. post mille pericula vidit;
Munere Palladio tenues arctatus in artus
Os humerosque seni similis, mendicus, & ipsi
Penelopæ, non Laërtæ. non cognitus ante
Telemacho, soli non ignorabilis Argo;
Argo, cui tremulus iam nunc tardante senectâ
Gressus erat, lippusq; effœto corpore visus.
Cuius in effigie venturum mittere in æuum
Ipse suum voluit comitem, potuitq;, poëta:
Nam duxisse canem cum noxia spicula ocellis
Condit apis fera, credibile est Colophonis alumnum.
Illi etiam interitu crebro mortalibus ægris
Subuenère suo, & posuère in pristina vires.
Namq; canis rabidi caput à ceruice reuulsum
Proderit in cinerem subiectis vrere flammis:
Dentibus hoc nullus pituitæ tabe cauatis
Pastillus melior: sed si spumantia lactis
Illius pressis manabunt flumina mammis,
Lac prodesse potest; hoc non præsentius vllum
Auxilium auriculæ collecta sorde dolenti.
Nec minor est dentis virtus: tum corpora tanti
Momenti, vt magnis regali splendida luxu
Apposita ex illis olim sint fercula Diuis.
Hæq; dapes, structa & plenis conuiuia mensis
Placârint fixas animis cœlestibus iras.
Tantus amor Superis, queîs diui pocula sordent
Nectaris. æthereæ & succi spernuntur opimi
Ambrosiæ, cûm sit se epulis expléſſe caninis.
Hos, homines. genus inferius tanto ordine Diuis,
Abiectos. animasq; putent nil laudis egentes?
Temporibus fuit at melior sententia priscis
Ad Nili caput ignotum, quibus imbuit agnus,
Iside cum magna communia sacra Serapi,
Fronde pia Canibus velata altaria Diuis.

Nec

Digitized by Google

Nec quæ causa aris imponere suasit honores
Parua fuit, nam prima dedit documenta vomendi,
Quaq; via, si quando epulæ necnére repositæ
Corporibus, vel Mæonij carchesia Bacchi,
Effundi possit sentina & inutile pondus.
At quæ Pellæo gens est vicina anopo
Omnis, in hac sola certam iacit arte salutem.
Non meliora etiam possint medicamina membris
Aut Chiron adhibere Amythaontiusve Melampus,
Pocula si quando sæuæ per carmen & herbas
Infecére, scyphisq; dedére aconita nouercæ;
Quam cane mactato, mactati & sanguine poto:
Sanguis enim ille canis memoris aget atra venena.
Pelle etiam manibus velamina sumpta canino
Nodosam lenire valent medicina chiragram.
Non nunc purpureis esset lana æmula flammis,
Ni canis in ponti fregisset littore concham.
Quiq; color regum diuumq; exornat amictus,
Est canis inuentum: maior reuerentia sceptris
Maiestasq; venit solijs hoc munere summis.
Nec merces merito perijt, nec gratia facto.
Est rosa quæ Paphiæ vix distat flore colorem
Nam similem folijs & formam seruat eandem,
Rarior hæc si non nomen Siluestris haberet,
Illa Deæ à spinis esset signata cruore:
Hanc Superi vouére Cani, votiq; dedére
Nomen in auspicio, lætisque Cynorrhodos hortis
Addita sparsa leui, inuentoque nitentior ostro est.
At regalis honos, mortalibus altior exstans,
Non illi grates quoque soluere turpe putauit;
Nec voluit seris ignota nepotibus esse
Fidorum benefacta canum: monumenta fatentur
Marmoreis insculpta notis, affixa sepulcris.
Atq; etiam Parijs excisæ rupibus alto
Culmine, quas tumulis grati posuére, columnæ.

Nunc age, naturam quam Iuppiter ipse Leonteo
Addiderat, satis est perstringere, non ego ficta
Lectorem per metra, aut longa exorsa tenebo.
Nam pars summa mei sæpe hæc meminisse doloris.
Perpetua, ille, sui generis laus omnibus vna est,
Extremumque decus; Troiani nominis hæres,
Inclita progenies Hecubæ, post Pergama victa
Fatorum leges alias, noua fœdera rerum
Expertæ, vultusque feros: nam regia coniux
Ad Priami cineres latrans, circumque ruinas
Exululans proprias, Troiæque, sibique superstes,
Tunc etiam fœcunda fuit, submissaque gentis,
In spem Dardaniæ, generando pignora certa
Suffecit varia è varijs, sobolemque Leonteî
Continuam nostri prorsum deduxit in ortus.
Virtus sæpe fuit generis nota: gloriàque illum
Adserere Hectoridis potuit generosa duelli.
Grassante oppressus quoties latrone viator
Et quæcunque tuli mecum direpta fuissent,
Illæsus tanto ni defensore redissem?
Meque dolis medium positis per tela per hostes
Expediens, statuisset auito limine tutum.
Ante quater quàm Vesper Olympum clausit, equorum
Et toties Phœbus soluit spumantia colla,
Fudit humi nuper bis septem ingentia aprorum
Corpora cum catulis, victor, qui rura domósque
Grisonum multa vastabant cæde cruenti:
Quique expectatâ vacua horrea fallere messe,
Quique solent ererem in teneris præuertere culmis.
Non pecudes seruare suas pastorve, canisve,
Non ipsi sese poterant defendere tauri.
Postquam ergo tanto arrisit fortuna labori,
Puluere, & hostili fœdatus sanguine, terram
Mandere, respiciens prostrata cadauera retro,
Assultare mihi, non destitit, ipsaque plantis

Effodi-

Effodiens vncis veſtigia corpus in orbem
Corripere, erectaſque adpreſſis naribus aures
Tollere in attonitum. defunctaque monſtra timentem.
Vocibus at plebs cuncta bonis, plauſuque frequenti
Lætitiam teſtata ſuam, mirataque membris
Corpora trunca ſuis, monumentum nobile pugnæ
Et rerum ſeriem geſtarum incidit in ære.
Viribus vſque adeò rerum prudentia maior,
Et vaſtum ingenij ſuperat ſolertia robur.
Sic quam mole, parens natura potentior arte,
Huic dederat patulis ſpirantes morſibus ignes;
Fuderat & calidum circum præcordia ſanguen:
Quo validis latum ſurgebat pectus ab armis,
Quod motus capere eximios, ſiccíſque lacertis
Sufficeret ſolidos præſtare in prælia calces:
Cauda breuis, longumque latus, neglectaque colli
Cæſaries, oculique truces, ſed lumine quali
Suſtinet igniferos Solis, Iouis armiger, axes.
Illi pellis erat rubicundo fulgida villo,
Viuaces quali ceruos natura colore
Pinxit: & addiderat villoſas frontibus aures,
Candidaq; adſtricto ſuccinxerat ilia ventre.
Talis Alexandro, diuerſi à finibus orbis,
Muneris eximij certamen, pignus amoris,
Miſſus erat catulus, non ille dama lepúſve
Præda fuit, rapidis concurrere morſibus hoſti
Imbelli, tauro quoque dedignatus & vrſo,
Seruabat tantum generoſa in vulnera dentes:
Obfuit ipſa ſibi virtus; nec regia verè
In cane proſpiciens naturæ munera Princeps;
Iuſſerat, ignaui prætextu, occumbere fortem.
At cùm ſucceſſit ſimili de ſtirpe priori
Alter, in orbatas auſus prodire leænas
Cominus, & ſtrato vires elephante probare
Indocilis leuiora ſequi, miratus amauit

Rex animum, culpamque ſùam cognouit in illo.
Si genus haud ſit idem, ſaltem cognata Leonteî
Mens fuit, alta petens, animoſæ laudis amore.
Non illum dare terga retro grauis ira luporum
Compulit aut feruens furiatæ tigridis ardor,
Aſt hœdis cuſtos vigilabat mitis, & agnis.
Toruus in iratos, ſæuuſq; in ſæua merentes:
At placidus, tremulaque ſolens occurrere cauda
Ingenuis, licet ignotis, & blandus amicis.
Talibus innocuè Latonia virgo Moloſſis
Traderet in varias laniandum Actæona partes.
Nec talis quæ dira Lini depaſta cruento
Membra Crotopiadis lacerauit turba palato.
Fata cothurnate & vates conſortia nunquam
Eſſes ſortitus ſi talia corda ferarum,
Quæ te letifero morſu petiére, fuiſſent.
Tempora ſi nunc illa forent ſeruaſſe cadauer
Icarium queîs fertur, & inter lucida latus,
Numine Cœlicolum, canis Erigoneïus aſtra
Hîc vbi, nunc etiam torret, necis vltor herilis,
Agros & ſontes inimica luce colonos:
Hoc ſtaret noua ſtella loco miratus Olympi
Sub pedibus cœleſte ſolum, formaſq; Leonteûs
Aſtrorum, variaſq; vias: ſed lumine terram
Luſtraret meliore nitens, ſed mitior vndam
Attraheret, biberetque ſalubres fontibus ignes.
Addere iuſſit amor, prohibet dolor addere plura,
Nam cum voce animus ceſſit, luctuque refugit.

Aſini Tonocratis à Cipolo, Monacho.

Carmine mireris, quo Dî, genitique Deorum
Progenie Heroës, & triſtia bella canentur,
Hoc ego, ſtridenti ſtipula ſi indoctus, Aſelli
Diſperdam miſero lacrimabile fatum vlulatu.

Res

Res noua: ſed ſeclo res intermortua noſtro
Simplicitas, doteſque feri me talia cogunt
Moliri, &, mihi quæ non raro alimenta dedêre,
Seruitium, virtuſque, catenatique labores.
Quiſquis es ergo, hoſpes, veterem obliuiſcere morem
Deme ſupercilio nubem, virgamque ſeueri
Cenſoris depone, ſimul ſociuſque doloris,
Si quod adhuc morum & vitæ ſine labe peractæ
Eſt pretium, nos flere iuues, maneſque vocare
Ad tumulum, tumuloque nouiſſima dicere verba.
Ante alia Arcadiæ ſed nos pecuaria, & Antron
Ingenti clamore vocant, Aſinique propago:
Mox tamen ingeniumque ſagax quodque indole maius
Humana mox vtilitas & rara voluptas
Ex hoc, dum vixit, quas ſæpe Ponocrate cepi,
Expediunda mihi, tum ... quæ ponderet æqua
Si quis, & hinc animi dotes hinc corporis addat,
Cogetur lacrimis ſaltem ſubſcribere noſtris.
Principio, pecoris noſtri quis commoda fando
Explicet, aut poſſit verbis æquare medelas
Queîs vitijs hominum & morbis ſuccurritur ægris?
Quem tantùm inſano iuuet indulgere labori:
Non mihi ſi linguæ centum ſint, ora quot Argo
Lumina quæ totum per corpus ſparſa loquantur,
Pharmaca quot præbent Aſini percurrere poſſim.
Dura lepras aruina poteſt & miſſus ab aure
Sanguis, cottidie naſcentem ſiſtere febrim.
Veſicæ vitium renes; iecur eximit aſſum
Herculeum; maculas vrinâ & bile fugabis.
Non obſcura etenim eſt de coniuge fama Neronis;
Quæ benè inuncta Aſinæ potuit formoſa videri
Lacte, ſenectute & rugas deponere aratas.
Lacte dyſentericis minus inteſtina dolebunt.
Oſſa dabunt Lybico pretijs non dente minora
Organa, Terpſichore quibus æmula vocibus edit

Humanis, resonis quæ Euterpe & flatibus vrget.
Hinc Asino lyra nota suo; hinc ad sua promtus
Ossa, docet dulcem namque illos Musica cantum,
Datque alacres animos medijs infixa medullis.
Dens erit arrosus, certis distinctus ocellis,
Alea, quæ vacuet fallaci scrinia casu.
Illius expansa crepitantia pelle teguntur
Tympana quæ accendunt geminato prælia pulsu.
Corpore vt in tanto nullum sit inutile membrum.
Mitius ingenium non possidet vlla ferarum.
Coniugijque ferunt in pignora nata parentes,
Humana in sobolem nec cura est maior, amorem.
Suppetias illis medium qui ferre per ignem
Suaserit, &, memores catulorum, Gargara cogat
Et superare salum, & vitæ discrimen adire.
Conueniens animo genus est: peperisse per omnem
Namque hæc sola potest generis spem fœmina vitam.
Cura minor nulli dapibus se explere paratis,
Prandia non illi curæ Cerealia, cellis
Nec laticum depromtus honos testisque Falernis:
Exemisse famem potis est cibus vnus, acutis
Carduus exsurgens spinis: quæ flumina præbet
Pura Thetys, quando venis sitis ignea cunctis
Acta, laboranti fauces exurit anhelos,
Vix lingua libat summa: nec iuncea virgo
Reddita, cui gracila vt fiat, potusque cibusque
Subtrahitur, vincto qui possit pectore amari,
Sic biberit, labrisque modestius applicet vndam.
Nam non lasciuos imitatur bestia mores
Nostra canis, patulo qui lymfas inijcit ori
Exserta dentûm per aperta repagula linguâ:
Aut vt equi, totum plenis non proluit vndis
Sinciput; aut, vt aues, ad cœlum guttura iactat:
Sed laticum summo tenùs attrahit ore liquorem.
Tristis ad illius nares odor aduolet, altum

Ingredi-

Ingrediens, patulis captabit naribus auras,
Aere vt expellat, grauius spirantia, suaui.
Ille metus omnes, & auari ridet Auerni
Murmura, & affectus mortales exuit omnes.
Nam cum fuste canis tactus ploratibus ædes
Impleat; & per aperta volans equus æquora, dictam
Ad metam sudet, leuibus calcaribus actus;
Cumque pedo tandem gressus conferre iuuenci
Et campum glebis discant inuertere fractis;
Seruilis produnt pecudes hæ signa timoris.
Ille sed impauidus stimulos, & missile passus
Calcar, & obiiciens duro sua corpora fusti,
Nil timet. hirsutâ sed verbera pelle repulsa
In ventos abeunt, necquicquam ligna sine ictu
Instant, & solito pernicius vrget agaso.
Hæc ratio est, quare Hebræis Doctoribus, eius
Fertur adumbrari sub imagine, candida mentis
Integritas, quam nec fasces nec purpura regum
Flectat & ipsa suas cohibens Patientia vires.
Issacharque hinc ipse pater quod fortis Asellus
Oraclo dictus sancto, quem postera sæcli
Relligio zelata, pij præbere figuram
Commentata viri, voluit nos credere in illo
Mirari Claustra, & varios debere cucullos.
Ingenium quia sit credo, & rationis imago
Humanæ, maior brutis diuinitus illi:
Quâ sciat alternâ requie robur
Corporibus nil continuo satis esse labori.
Nulli ideo generi in terris minus obfuit imber,
Vel pecudum pestis, vel liuida fuste cicatrix
Nec minus ex illo certis cognoscere signis
Instantes poteris pluuias, hiememque futuram,
Quam postquam fugisse grues hanc vallibus imis
Aut siquando vagum cernes, ardente lucernâ,
Scintillare ignem, & putres coalescere fungos.

Auribus

Auribus in terram cum primum longa per arua
Pascitur itq; pecus dimissis omnia plenis
Continuo fossis natitantia rura videbis:
Et nasci Boream pluuio qui frigore nubes
Parturiat, grauibusq; insanos nubibus imbres.
His moti quidam signis, dixêre dedisse,
Nascitur vt mediis illius Musica costis,
Et totos dispersa velut Medicina per artus,
Vraniam ætherei stellarum dogmata motus
Auribus, hisq; animi motu prædiscere certo
Posse: Notum arboribus, segeti pecoriq; sinistram,
Occultumq; malum agricolæ, cœliq; ruinam.
Siue quod has quondam gessit Berecynthius heros
Munere, Phœbe, tuo, propriis incautius vsus:
(Traxit enim in spacium, villisq; albentibus implens,
Instabiles dedit esse aures, & posse moueri
Cinthius, audentes citharæ proferre cicutam)
Siue quod alitibus, pelagiq; animantibus alti
Et quæ terra fouet, præsago dædala sensu
Consuluit natura parens; venturaque nôrunt
Euitare mala & sua commoda bruta sequuntur
Sponte sua: tibi quæ, primæua ô mentis imago,
Nata Deûm penetrare domos, hic dissita nectens
Mole breui, formante Deo, confinia mundi,
Omnia perpetuis inuoluit noxa tenebris.
Nunceque tibi ingenij sollertia præstitit vnum
Scire, nefas & inane merum, quod scire vocamus.
Niteris in vetitum tamen, & grauioribus vrges
Ad decus ardentem stimulis vesana cupido.
Quælibet, hac vt fraude dedit natura vel arte,
Imperfecta suis accedere semina votis.
Quippe leuis, puroque Dei de lumine fulgor
Corporeis clausus vinclis, masŝâque grauatus
Terrenâ, petit ima frequens, longeque remotus
Exul agens, studio semper se quærit inani.

Quæren-

Quærendi non vna via est: velut apta serendis
Frugibus hoc cultura loco est, felicius vuæ
Hic veniunt. omni non profert omnia tellus:
Sic animis diuersa virûm prouenit habendi
Noscendique vetant Deo. sitis, improba postquam
Delusit pulcri specie Titana voluntas.
Incubuitque mari & terræ, velut agmine facto,
Morborum simul omne genus. quæque ordine fixo
Non nisi supremæ spectabat facta senectæ
Exseruit Mors iura procul speciesque nocendi
Inuenit varias nec se cognouit in illis.
Quæ fuit illa dies examina tanta malorum
Prima videns penitus membris incumbere nostris?
Quæ, Superi, cautâ necquicquam voce Promthei
Admonitum, donis Epimethea iusit Erynnis?
Sicque parum sibi visa nocens, obiecit inanis
Notitiæ tenebras animis, & dulce furentis
Tormentum desiderij lacrimabile flamæ
Iapetionidæ: summis cum pyxidis intus
Intercepta labris spes ægra pependit & extra.
Hinc fera terrifico promittunt bella tumultu
Directæque acies, infestisq; obuia signis
Signa decus laudemque viris terræque teneri
Metis indignatur ouans mens concipit orbis
Intima flamiferi penetralia; Iuppiter aulæ
Excidat æthereæ solio. ni saxa sub Ætnâ
Eructet flamasque fero vomat ore Tiphœus:
Parte aliâ, ingenio penetrare atque abdita rerum
Indagare parat, quarum Deus ipse recessu
Texit & æternâ caussas caligine mersit.
Vt fingat sibi quisque deos; diuinaque famæ
Materiem cupit esse suæ. dum quippe probatâ
Dogmatis inuenti incedat nouitate superbus.
His tamen errorum in nebulis, interque furoris
Interualla datum est radios si noscere veri;

Quid

Quid mirum didicisse pecus, quod tergore semper
Doctores vexisse solet, stratisq; decoris
Excepisse Sophos fulgenti molliterq; ostro,
Tantorum inter se pugnantia dicta Magistrûm?
Dumque viam properat passu constanter eodem
Ire suam, secum meditatum ostentat sedentûm?
Nullum etenim bibulis animal subtilius audit
Auribus, aut sentit rimosis doctius antris.
Hinc quodcunq; Scholæ Stagiræ fertur acumen;
Quæque Academicûm virtus, & docta Lycæi
Regula, quique Stoâ fatorum diditus ordo,
Quorum terrigenas iussis, manesq; necesse
Esse ferunt ipsumq; simul parere Tonantem,
Postquam dia polum & terram semel aurea vinxit
In sese semper redeunte ambage, catena;
Omnia nota fero memori tenet insuper arte
Docta Samornæi sobolis commenta Blosonis.
Ille etiam toties cathedris iterata, capaci
Auriculâ Ammonis tacitus præcepta recepit;
Cum condiscipulis & Origine, & inclita nomen
Purpura cui Tyrio violas imitata veneno
Imposuit, studium exercens commune, duobus.
Sed neq; Philosophis stetit hîc labor; est tibi, Luci
Ira Deûm, à sera quo posteritate perenne
Nomen emas, possisq; virûm volitare per ora
Arrepta è triuio miserandæ sortis Aselli
Fabula te deinceps pede dexteriore sequutus
Graius Apuleius, seruans vestigia prima,
Materiam, quâ se quoque tollere posset, eandem
Inuenit, fecitq; iocos, & verba Latina.
Quem sic credibile est, cum vox sonat, Ite profani,
Ad Phariæ sacra sistra deæ quæ flumina Nili
Vacca bibit, nunquam potuisse venire, priusquam
Corpore Philosophi posito, sumsisset aselli.
Vtxua, magna Ceres, secreta, atq; horrida longâ
Relligio

Relligione sitûs, & fidi sacra silenti,
Submouere mares etiam, qui accedere tentant
Attonitos facit ipse locus, nec vasa sacerdos
Committens gestare viris, committit asello.
Quippe animal nullum Superis Erymantide siluâ
Gratius, vt vultus, atque induit ora Lycaon
Fœda lupi, natamque suâ cum prole leuatam
Iuppiter è terrâ se icibus intulit astris
Inde lupos feritas, vetus at miseratio nymphæ,
Vrsarum genus omne deos odisse sub istis
Saltib. admonuit, damnumq; rependere terræ,
Per fœta eximiæ pecuaria laudis onagros,
Ipsa Ceres igitur fratri testata fauorem
Arcadiæ, nam terra Ioui non carior vlla est,
Eligit hinc testem sacrorum, onerumq; leuamen.
Cum niueâ matres velatæ corpora veste
Agri primitias dant ille. & spicea serta,
Post puras, viduasque nouem sine coniuge noctes.
Hæc super ingeniis pecudum; nunc tempus ad ipsas
Virtutes, laudesq; Ponocratis ire Camœnæ.
Qui mihi perpetui, vt superis concessit ab oris,
Luctûs causa fuit, nec adhuc est certa dolorum
Vel mora vel requies; & ni me numina diuûm
Respiciant, miseræque restant tædia vitæ
Damnata, vsque traham in tenebris gemituq; perenni,
Dum me reddat ei, & iubeat mors dira silere.
Arcade progenitus Barthaldo, in origine quartâ
Maternum genus ad geminos referebat asellos,
Qui merita ob præclara solum cœleste pererrant:
Vt quoque si virtus dubitabilis esset in illo
Esset nobilitate potens, sed stemmate fama
Nominis haud indigna fuit, quam pectore fas sit
Concepisse magis, mihi quam datur ore profari.
Hinc quoq; nec grates puduit piguitue referre
Viuenti, & post fata rogo, memorique sepulcro

Quâ

Quâ licuit; meritis quas si non dixeris æquas,
Indignas tamen esse neges; fastigia rerum
Noscenti satis esse potest mea vota notasse
Compositum melius, nec Daunia terra, nec ipsi
Stemmate nobilius pecus eduxére Calabri.
Ergo, siue stipem per agros & rura petendi
Officium sortitus eram, seu iusserat Abbas,
Forma, & dexteritas, & rara Ponocratis huius
Gratia, relliquias sanctas, cariosa Sacelli
Commendare patris poterant emblemata cistæ.
Nam pompæ decus ille suæ comitumq; suorum,
Ibat conspicuo gestans redimicula collo,
In sese ora trahens, vt rustica amore videndi
Gens fremeret, ruerent vetulæ, innuptæque puellæ,
Et lætæ quæ cuique foret data copia, ferrent
Munera gauderentque manu contingere funem.
Illius vt clamore cauis mugire cauernis
Antra solent; genus è siluis, & montibus altis
Ad nos exitum accurrit, sine more, Pholorum.
Omne adeo nemus aut gressum quoscunque tulissem
Per montes plausu & studiis resonare sequentûm,
Voluere & inclusam spumantia littora vocem.
Singula quæ memorans, præsentio corde dolores
Innumeros, numero fugit æger spiritus auras
Et vix restat amor cœli conuexa tuendi.
O carum, ô miserum pecus, eheu! quam mihi vita
Funeris ergo tui misera est! te mersit acerba
Mors quidem, & ante diem primoque in limine vitæ
Factus es exhæres, cœli & spirabilis auræ:
At mihi durat amor, mortisque simillima vita,
Et grauior letho, sæui expectatio lethi.
Heu! quid agam? quæ nũc terræ, quæ me æquora possint
Accipere? aut quidem nunc misero mihi deniq; restat?
Quis tecto accipiat nunc me, aut miseratus egentem,
Hospitiis epulisque suis indulserit vltro?

Digitized by Google

Postquam tu mihi causa boni, mihi muneris autor
Omnis præsidium vitæ. vacua atria Ditis
Inferni subiisti. & subterranea regna,
Munera Tartareas tecum petiere tenebras.
Tu mihi vita. Sodalitio tu solus & vnus
Subsidium nostro. sociis & commoda & ingens
Vtilitas, mihi sed curarum ignara voluptas;
Et Sol qui tenebras animi, mœstumq; timorem
Lætificis poteras radiis depellere formæ.
A primo ingenium. nec tam mihi cognita mens est
Excubiis quam nocturnis, queis corpore natus
Virgineo Deus, est atque illâ temporis horâ
Nempe. ferunt pecudes quâ, prisco more. loquentes
Insuetos variis sermonibus edere cantus.
Corporis vt dotes, animi sic maxima dona,
Et soli concessa homini commercia linguæ
Quis non in rapto doleat, miratus in ægro?
Noctis erat (memini) medium, altæ munere noctis,
Dulcem carpebant animalia cuncta soporem;
At non hic: nec enim membris vicina quietem
Fata dabant; sed iam vinciis soluendus, & antris,
Corporeis exire parans. cœlestia sensit
Spiritus, & diuina sequens, sic lingua locuta est.
Maxima te nostri, mi Cipole. cura remordit
Semper, & vnus amor nobis est tempore ab illo,
Quo veni esuriens vestra ad præsepia, & omni
Te non pœnituit me nutriuisse labore.
Non etiam incassum officio certasse priorem
Te paterer. si fata meis me ducere vitam
Auspiciis sinerent nunc parua rependere magnis
Sit satis, & te consilio instruxisse salubri,
Dum dant humanam mihi diuûm numina vocem.
„ Ante alia illecebræ meretrix fugienda malorum,
„ Et mater scelerum Veneris damnosa voluptas.
„ Qualicunque decet, quod non vitare licebit

,, Pectore ferre malum: poterit fortuna ferendo
,, Vinci,& cum vultu fulgebit læta sereno,
,, Et cum insperatâ, miseris grauis, ingruet vmbrâ.
,, Noscere te studeas, nec ames odiosus amici
,, Nosse, quibus tibi nec seritur metiturue, nouales.
,, Tum perferre præbrum potius quã inferre memẽto,
,, Et proprio commune bonum præferre: quietam
,, Trãquillamq; colas vitam hanc minus esse molestam
,, Quam populi tabularia, vel tristissima iura,
,, Insanumue forum ratio monstrabit & vsus.
,, Tollere quæ flamæ poterunt, inimicus & ensis,
,, Non vt propria possideas sed mutua: maior
,, Non hostis tibi sit quam qui palpatur aperte.
,, Ne, quam mox tacuisse velis, vox excidat ore,
,, Comprime carceribus geminis & lege fatiga,
,, Ingentes animos tollat licet ante domandum.
,, Arte regens atque imperio, immoderabile membrũ.
Sic ait: his veterum sapientia dicta sophorum
Addidit & vulgi prouerbia trita per ora,
Multaque, quæ taceo spaciis exclusus iniquis,
Vt, quantum possim, verba ad compendia ducam.
Propterea quanquam Barros animantia bruta
Exsuperare putant ratione hominiq; propinquos,
Africa tota tamen, positiue sub ignibus Indi,
Thessaliæ vel terra ferax asinisque celebris,
Sileni pecus, & Sileni numina testor,
Nil quicquam simile aut nil aspexêre secundum.
Vni succubuit culpæ, quod debuit omen
Præsagisse malum mens, si non læua fuisset.
Non mala asella fuit, iam plenis nubilis annis,
Sola domum seruans patriam, commotus in illa
Noster erat, petiêre vna de gente asinorum
Innumeri; tulit ante alios pulcherrimus omnes
Anconensis, auis, insigni & robore pollens.
Non habuit frenos dolor, aut tulit ira repulsam,

Irruit

Irruit in thalamos, & se super ardua colla
Imposuit, rapidâque fremens immane sub irâ,
Deprenso rabiem sæuus consumsit in hoste.
Hæc mihi displicuit feritas inopina, furorque
Insolitus; tenui vinclis, & carcere sæuum
Ad tempus victorem, linguam ad iurgia solui.
Sed tua tela puer, nimiumque cruenta perosam
Corda Deam, memoremque timens Rhamnusidis irâ,
Exemi manicis languentem & vincla leuaui.
Et fuit hæc cumulo virtutum noxa sepulta.
Nam formam non cura mihi est, patiensq; laborum
Corpus, & æquales tanto pro corpore vires;
Fortunæ variantis opes vulgataq; dona
Naturæ, mirari aut summæ vertere laudi,
Sed mentis bona clara sacræ virtutis amorem
Ingeniiq; decus, quibus & natura creandis
Consumsit numeros omnes, viresq; probauit
Officiosa suas, & nil culpare reliquit.
Hoc tam multiplici titulo gestare coronam
Totius Arcadiæ meruit, legesq; rogare,
Atque iugum imposuisse feris, & dicere iura,
Et nutu rexisse asinos, nisi Scoppius, olim
Ambitione malâ, suffragia noster emisset
Vt neque nunc, liceat præsens modo ponere corpus,
In vultus asini transire potentibus herbis,
Hirsutum & villis tergus sumsisse recuset.
Tu vero manibus velatis numina posce
Suppliciter tristis Fauni, viridesque Napæas,
In noua, migrare vt species; tua, corpora possit
Quid migrare vetat? populatrix quæ dat Hymetti
Nobile nectar apis, siluis adsueta Melissa
Dictæis, Dryadum quondam fuit vna sororum.
Digna Iouis thalamis olim, & qua non fuit vlla
Nympha magis Triuiæ dilecta Erymanthide silua,
Parrasis; huic nigris dare consita tergora villis

Sæua Iouis potuit coniux, vrsæque figuram.
Quæque dolos struere ante feris solet, acta refugit
Ah quoties canibus per tesqua, dolisque petita est!
Tantalis, & natum bis septem ad busta suorum
Diriguit lacrymans saxo per corpus oborto:
Et canis effigiem potuit post Pergama victa
Induere auspiciis diuûm Priameia coniux;
Cur tibi non liceat, præsentis numine Fauni,
Sic asini, meritam toties, adsumere formam?
Aut si forte nimis poscis, moderatius ora,
Vt pars vna tui saltem mutetur, & in te
Vt veniant Asini manes Acheronte remissi.
Non ego te noui sed si tamen hæc quoque, Scoppi,
Captus amore leges, cognato funere mœstus,
Digna Ponocraticis & sint tibi pectora fatis,
Ad dominum descende Stygis, numerumque recense
Vmbrarum, Ditis recolens per tristia regna:
Ne dubites, inter Chaos altum, vastaque regni
Atria Tartarei simulacraque functa sepulcro,
Ingens, atque humeris exstans, non fallet imago
Quærentem passu incedens à funere tardo.
Illam suspiciunt animæ, vulgusque silentum.
Non iecur excedit volucris, non pocula captat
Tantalus à labris fugientia, non rotat orbem
Ixion; sedet in saxo, dum spectat euntem,
Sisyphus ipse suo. & vacuis iam Belides vrnis.
Inuentam laqueis, vincloque innecte tenaci,
Et preme, quicquid erit, cedentes arctius auras:
Indue teque illis, superasque emersus ad oras,
(Sit mihi fas Asini properata reuoluere dicta,
Atque Erebi proferre, Deæ, secreta profundi)
Horribilis reinees, armataque calcibus vmbra;
Baudius obiiciet fatalia tela Lycambæ.
Non secus ô gentis, Lapithææ gloria, Peleu,
Demoleonta petis, mentis quoque viribus, hasta.

Ille dolore furens, aduersum erectus in hostem
Calcitrat, & pedibus curuum proculcat equinis;
Tu galea excipiens ictus clypeoque sonantes,
Vix quoque subsistens, prætendis missile telum,
Semiuirique vno duo pectora vulnere frangis.
Est locus, Elysium dicunt, felicior æthra
Manibus Heroum campos hic lumine vestit;
Hunc fuge: Scaligerum decus, & iustissima, Iustus,
Cura Deûm, æternâ spatiatur luce coruscus,
Et proauûm turbâ comitatus, saltibus illis.
His tu nec radiis, nec contra obtendere claris
Amphitheatrales poteris fulgoribus vmbras.
Ipse mihi moriens, hæc dixit, Cipole, perfer
Scoppiadæ mandata meo: mors cætera labris
Eripuit pecoris, supremaque verba secuta est.

Simii à Plautino Maronis, seruo.

Si quisquam fecit damnum, & vixisse cupido
Si cuiquam maior fuerit, quam viuere; porro,
Si cui mactato certa cruce, corculum adussit,
Vel nostro, vel præterito, carbunculus. æuo;
Ille ego sum: superatque meus damnumque dolorque,
Et luctus, & iacturas, & damna priorum.
Hoc tantum damnum est, hæc tanti causa doloris
Simius, indignâ (heu, misero mihi!) morte peremptus.
Simius, omnigenûm, quantum circumdata ponto
Arua terit pecorum, scitissima bestia: nam nec
Dotibus absque suis, nec erat sine pectore corpus.
O damnum, cui non lucrum respondeat vllum!
Nil igitur mirum, si me somnique cibique
Viderunt inopem quatuor redeuntia Solis
Lumina, si iacui tenebris exsanguis obortis.
Ferre tamen ne quis grauius me dixerit æquo
Mortem quadrupedis nihili, cum Crassus inani
Fuderit ad tumulum murenæ voce querelas.

An maior fuerat lasciuo causa Catullo
Passeris interitum deflere? hinc Lesbia luget,
Hinc illæ lachrymæ, & multis epigrammata chartis.
Passerem, at hæc longe & murenam bestia præstat.
Quod probat exemplum ingenii admirabile rari;
Cum vitare dolos potuit Lurconis, & astu
(Audire est operæ pretium) bene tangere fallax
Fallacem, propriisque planum deludere technis.
Tempore quo tectis conuiuia natus herilis
Struxerat in patriis, carosque vocârat amicos
Ad sollenne epulum, fuit huic commissa culinæ
Cura; peni promus- condus, cellarius vnà
Simius, haud gelide dum feruida iussa facessit,
Clam Florentinus quidam penetrauerat ædes,
Ipsa fames cui mater erat, namque esuriales
Illi feriæ erant semper, tum venter Apicî
Exstabat barathro similis, miluina sed ora
Miluinæque manus, & curuos polypus vngues,
Vt vinclis, quicquid poterat tetigisse, tenebat.
Custodi hîc primum conari obtrudere palpum
Nôrat enim colere arte dolos, & mollia fandi
Tempora blanditiis sollers captare iocosis:
Vt de præsidio moto hoc, nemo arbiter esset
Furanti; sed se cernens operamque oleumque
Perdere, subque manus male rem succedere, corde
Arserunt iræ iuueni & dolor ossibus ingens.
Quos versare dolos, aut quas intendere fraudes
Possit in hunc vigilem curarum fluctuat æstu.
Mox vbi commouit sua sacra, in corde volutat
Esse imitatores hominum hæc animalia, quæuis
Facta sequi: in media duo vincula proiicit aula;
Eligit ex illis vnum sibi, tempora & aures
Occultat, volucresque oculos; sibi Simius vno
Obducit tenebras, oculorumque eripit vsum.
Haud impune quidem: nec enim res nata fefellit
Artifi-

Artificem, oblitusque sui est veterator & artis
Antiquæ; noctemque oculis & vincula soluens,
Obuia quæ sors cunque dabat bellaria, siue
Pulpamenta, rapit, vacuamque recondit in aluum.
Tandem victor ouans, amustide vina ligurrit,
Et rapto fruitur, cum præda in castra reuersus.
Simius interea cœcusque excorsque sedebat.
Ast ea dum in cellæ diuersa parte geruntur,
Agnouit longe strepitum sonitumque per vmbram
Omnia tuta timens mens & præsaga malorum.
Nec vanus timor ille fuit; cum reddita primum
Mens animo visusque oculis in pristina versis,
Confractas aulas, pateras, cellamque reclusam,
Et viduata videt carnaria carne, latebras
Armarî excussas, reseratas stare legenas.
Ora quidem planxit, calidusque è corpore fugit
Inducto pallore cruor, sed cognitus error
Et serò natura nocens imitamine sueto,
Post damnum documenta dedit; nam, subdola scurræ
Dum nondum audaci cedit fiducia rursus
Oblinere omnimodis technis os, subque leuare
Obseruatori, noster, data tempora captans,
Alludente manu incautum, pronumque præhendit
Auribus, & nares inhonesto vulnere scidit.
Ille grauis terræ, dum concidit Æacidinis
Hîc ruit in crines animis expletus & iris.
Quos pectens pugnis sementem fecit in ore;
Mordicus abrupitque comas, vt posset amator
Pileolum caluus raso sumpsisse capillo.
  Hæc redolent humanum aliquid, vel origine ductum
E meliore luto fictâ genitore Prometheo,
Ingeniumque supra pecudum ratione carentûm.
  At nobis date Naïades, quis turbidus illum
Ignotas tentare vias, trans cœrula victum
Impulerit Deus, & tam duros voluere casus.

Ingeniis fortuna ferox maioribus, vſque
Summa ferit. ſummoſque viros & lumina mundi
Perpetuis odiis exercet, mitigat illam
Nec pietas nec longa dies: at mobile vulgus
Tutum ſerpit humi, inualidum, metuenſque pericli.
Eſt tellus procul, Auroræ contermina lecto.
Extremi pars orbis, ibi Nabathæaque quondam
Regna, & Cabaſii, nunc ſtant ſine nomine ſyluæ.
Cercopum hic ſoboles, ſterili inuiſaque relictis
Sede Pithecuſis, traduxit mœnia quondam;
Dicere quam poſſis homines, poſſiſque negare:
Sunt illi rugis perarata ſenilibus ora,
Corpore flauentes villi; ſed raucus in agris
Stridor, & omnigenûm ſit docta imitatio rerum.
Intonſi montes ſcopuliſque, Pithecia regna.
Hic illi Solis cernenti lampada primum
Et natale nemus fuit, & cunabula rupis
Prima dedit documenta puer prænuntia magnæ
Indolis, & genio, nondum patientibus annis,
Indubitata ſuo decoris ſimulacra futuri.
Ac veluti fulcris vallorum, artique colentis
Sæpe datur. ſi forte petat pulcro aëra trunco
Surculus, ille tamen radicibus exit in auras
Sponte ſua validis adoleſcens ſtipite recto,
Nil dextræ ducentis egens; ſic cura laborque
Et celatus amor dudum adfectuſque parentum,
Creditus eſt fragilis compeſcere fræna iuuentæ:
Et potuit virtutis amor, timor eſſe videri.
Sed poſtquam patrio dimotus funere carcer
Blanditis campum vitiis patefecit apertum,
Clarior effulgens raræ conſtantia mentis,
Excelſum pectus quæcunque in fata retexit.
Poſt quoque iudicio matureſcente per annos
Principis in cunctis perfecti illuxit imago.
Qualem Roma tibi vitâ Germanicus olim

Exhibuit

Exhibuit priuatus adhuc, sed præstitit alter
Flauius, ante diem solio viduatus adepto,
Fletus vterque tuo mundique dolore peremptus.
Ausonios his adde animos bellique domique,
Victoresque manus Macedûm, illustresque Pelasgos,
Quæque olim disparia locis pulcherrima summum
Ornamenta ducum, variis & dissita terris,
Temporibus distincta suis, conspexerat orbis,
Cernere tunc congesta simul gauisus in vno est.
His illum meritis suffragia crebra petebant
Admonuisse manum sceptris, patriæque dedisse
Indolis eximios tantæ decerpere fructus.
Regni ergo & rerum tenuit prudenter habenas,
Dum fortuna fuit: summo discrimine rerum
Gnarus summa regi, minimùmque licere potenti
Plebis in obtutu: non sunt venalia iura,
Non pretio tabulæ certo fixæ atque refixæ,
Non duræ leges illo sub rege, repertæ.
Nil montes auri damnatum iure, iuuabant,
Nil sua vincenti paupertas obfuit ro.
Non secus ac toto diffundit lumina cœlo
Phœbus, & illustrat regali splendida luxu
Tecta ducum pariter, pariter radiosque coruscat
Pauperis in tuguri, nullo discrimine, culmen.
Non sine consilio maturo & sæpe recocto
Iura dabat populis, nunquam sententia regi
Dicta semel, reuocata aut inconsulta reperta est.
Vt piger ad pœnas animus, sic dextra, merenti
Vtilis, indulsit trepido generosa pudori
Quas non fecit opes sibi, sed seruauit amicis.
Et quia erat specie eximia sociata perenni
Vinclo illi coniux, Dîs & Iunone secunda,
Nam primis illam tædis, primisque iugarat
Ominibus pater intactam furtiua perosus
Coniugia, illiciti non nôrat gaudia lecti.

 Sed

Sed quid ego angustis immensum finibus agmen
Virtutum densare paro? quò pergere tento?
Cernite, queis regni est rerumque extrema potestas,
Quædam etiam à brutis homines non turpe doceri:
Hæc, vires rerum, & varios mortalibus vsus
Exemplo ostendêre suo, quos cura recepit
Nostra sibi in miseræ solatia commoda vitæ.
Sed si forte pudet pecorum præcepta probare,
Et documenta sequi. quæ multa salubria præbent
Vestra laboratis gemmata palatia tignis
Tollantur, namque ante homines sua tecta, domosque
Dædala struxit auis, rosei prænuntia veris:
Non ducant lanas, turbent operosa puellæ
Stamina, & intexti rumpant aulæa Britanni,
Et chlamydes, regumque omnis scindatur amictus,
Texere opus pecudum est: suspendit aranea casses
Prima suos, tenui percurrens pectine telas.
Sint acies posthac nullæ, non longa cohortes
Explicet in bellis legio, nullo ordine agatur
Martis opus, nam verrentes vada cœrula pisces
Vos belli docuêre agmen disponere campis.
Cura magistratus pereat, vestræque coronæ,
Nec pretii vllius, nec sit Respublica curæ,
Viuamus sine iudiciis, sine lege soluti;
Nam volucres, normam & mores posuêre regendi
Parendique, quibus generandi est gloria mellis.
Sed, memor vnde abii, redeo. Rex arua tenebat
Simius, & longâ placidos in pace colonos.
Inuida præ magnis semper Rhamnusia rebus
Gauisa est versare vices: tulit impetus horæ
Quæ dederat tam longa dies; defuncta periclo
Sic ratis, & placidis Aquilonibus vsa per altum
In portu Zephyri sæpe est illisa procellâ.
Otia nam rupit regni, & noua prælia mouit
Indus, at hic resides animos, desuetaque Martem

Pectora

Pectora ad arma vocans, docto non par fuit hosti.
Res ergo vt belli fractas discrimine vidit,
Et cunctas dare terga fugæ palantia turmas,
Nec super auxilium, miserandi scemate sumpto
Militis, euadens vigiles, inimica fefellit
Agmina: quot casus illum, & mala quanta sequuta!
Sic etenim placitum Superis: queis alta putauit
Hoc se mens debere tamen, quod multa decoris
Cum sors abstulerit veteris sint plura relicta
Arbitrio maiora tuo: non subdita casu est
Instabili generosa fides, vultusque verendi
Maiestas seruili ignara audire timori;
Ingentesque animi spretorque laboris & æui
Spiritus, & nudo virtus splendore refulgens:
Tunc etenim tentanda fuit cum fecibus esset
Et personato fortunæ exuta sereno
In vultu mens vera suo; quæ pressa ruinâ
Adfectus simulare nequit, cum sceptra tenentûm
Sub regno grauiore, videt consistere regnum.
Tandem ergo ducens extrema per omnia vitam
Ad villam peruenit heri fuit illa malorum
Certa quies & certa domus dum vita manebat.
Sed nunc dira caput sub Tartara trusit Erinnys,
Cui datus hærebam custos: quo corde putatis
Aut quibus hunc potuisse oculis me ferre dolorem?
Non sic Aiacem Telamon, non fleuit Adonim
Sic Venus, indigni laniatum dentibus apri,
Non ita, supremum ter clamans, nomine magnus
Alcides quæsiuit Hylam, vt littusq; nemusq;
Nomen Hylæ, & scopulis exceptum redderet Echo.
Ah, quoties manibus liuentia pectora planxi!
Ah, quoties conata queri, sed inutilis hæsit
Lingua mihi! tam dulce caput dum concidit Orco
Ante oculos interque manus lachrymabile nostras,
Sponte fluens, & se paullatim corpore toto

Exsoluens,

Exſoluens, placida ſic tandem morte quieſcit.
Quod matutinos dum princeps Lucifer ignes
Nuntiat auroræ, lucemque aurora diurnam,
Mane nouo pecudes plangent, & veſpere ſero;
Plangam ego, nec tantos finiet mors ipſa dolores.
Ipſe quidem referens vices in amore ſecundas
Affectuque pari & luctu, quem funere noſtro
Monſtraturum illum, vixiſſet, credo fuiſſe.
Horum ſanctus enim pertentat corda Cupido:
Et tanto certum eſt hos prolis amore teneri,
Preſſerit vt perſæpe parens ad pectora natos
Incaute nimis. & teneris pulmonibus auras
Clauſerit, eripiens animæ ſpiramina paruæ.
Aſt etiam in noſtri veniant conſortia luctus
Simiolûm obſtrictæ meritis pecudeſque feræque.
Nam tu magna Pales, & tu memorande remoto
Paſtor ab Amphryſo, pecoris queis cultus & agri
Eſt ſacer, vt cœli morbo miſeranda coorta eſt
Bobus tempeſtas, illos ſuccurrere peſti
Noſcitis atque vnam morituris eſſe ſalutem.
Vidit ſæpe Deûm genitrix turrita Cybelle
Et riſit, venis quando ſitis ignea cunctis
Acta, ægrotantûm fregiſſet membra leonum,
Febre minutatim cordis populante vigorem,
Hos medicas adhibere manus & tollere morbum.
Nil igitur linguâ aut fucatis fecibus vſus
Eſt oratorum veterum, (quibus actio laudi eſt
Et geſtus pecoris noſtri quod membra loquantur
Compoſito & veluti natiuo ſingula motu;
Adſimulare audax quiduis Titanus, & ipſe
Hinc etiam Æſchines, reor eſt Demoſthene dictus
Simius, indutus ſyrma tragicoque cothurno.)
Nil opus eſt inquam. verbis. queis triſtia dona
Sollenesque dapes iubeam libare ſepulcro.
Cuilibet hæc animo pecori ſententia ſurget

Annua

Digitized by Google

Annua vota vltro, funebres ordine pompas
Exequi, & alta suis cumulare altaria donis.
Si vero Ægyptus, cœli studiosa deorum
Prodigiosa parens, hunc vsurpasset ocellis
Isset in exilium Felis, sistrataque turba.
Porrum & cæpe, Deûm monstra & latrator Anubis.
Gens etiam si tam felix Chaldæa fuisset
Illorum vt noster tetigisset simius oras,
Struxisset delubra illi & simulacra per vrbes
Et templis meritum Magus indixisset honorem,
Numinibus patriis, Flammâque Focoque relictis.
Sic tua Simiole, ô, mors cum concinnet amarum
Cordolium quibus es notus de nomine tantum,
Heu! quianam me morte tua infortunia tangent!
Gaudia cui tecum periere, & commoda cuncta;
Et cui diuidia, & senium, est & sola superstes
Anxietas, quæ me coquit & sub pectore mactat,
Et saturat vitæ, & tandem est factura superbum.
Sed ne forte ferant tam longi tædia planctus
Desistam, manesque supremûm voce ciebo;
Et quicquid fieri voluit suprema voluntas
Esse ratum curabo, & vota ex ordine soluam.

Noctua à Flora, vidua.

Nunc demum nihil in vita proprium esse recordor:
Nos morbi siquidem, dubiique per omnia casus,
Carnificesque vorant curæ tristisque senectus,
Horrificant luctusque, labosque, & turpis egestas:
Sed contra, miseræ pauca (heu!) solatia vitæ.
Nam plerumque rapit duræ inclementia mortis
Illustres animas primo, obscurasque relinquit.
Ac velut intereunt segetes, frumentaque culmis
In teneris vix nata cadunt, at segnis in aruis
Carduus, & lolium, & steriles dominantur auenæ,
Sic gens plena dolis, verique effœta, nec vlli

Vtilis

Vtilis ipsa bono, tantummodo lædere nata,
Secula Tithoni. & Cumæos viuit in annos.
Sed quorum vitâ est & famâ dignior ætas.
Eximiæque spei pueros. à pectore matrum
Abreptos fert atra dies, & funus acerbum.
Nempe id nunc de me experior. cui parua voluptas
A Superis data, dum vidui in solamina lecti
Vitalis mihi noctua erat, cui tristia vitæ
Fila, per inuidiam, ternæ fregêre sorores.
Non mihi defuncti tam tristia fata fuêre
Coniugis, officio quamuis & rebus agendis
Sit functus bene, nec mecum crudeliter egit.
Noctua; quam merito cuncti dixêre triumphum
Naturæ, Dî te Stygias nunc ire sub vmbras
Imperiis egêre suis, aliasque tenebras
Quærere, & æternam pennis transcurrere noctem.
Lucifugæ at striges, & vespertilio stridunt
In tenebris, vlulant vlulæ, raucumque palustri
Buteo bubit aquâ, te, Noctua, voce vocantes,
Lugubri, exequiasque tibi de nocte ferentes.
Nam tu sorte tua fueras, dum vita manebat,
Alitibus maior cunctis, tibi rhæthra Lycurgi
Cognita erat, fandique lepos popularis Achiuûm
Cecropius, variis te dotibus innuba Pallas
Conspicuam, multaque insignem fecerat arte.
Præter enim voces, & sibila præter acuta,
(Sera sub obscurum noctis dum culmine tecti
Prodit, & humentes alis transverberat vmbras)
Huic aliquid volucri proprium decet esse putemus,
Sic sentire iubent, quibus est & origo vetusta,
Et quibus est virtus, & auis sapientia nota.
Hæc siquidem est Triuiæ iam prima ab origine mũdi
Sacra Deæ, illustres Græcorum gloria Athenæ
Propterea has volucres aluisse feruntur, Athenæ
Artium origo, parens Doctorum & alumna virorum.
Cer-

Certe olim certi signum indiciumque triumphi
Noctua, eratque probæ lectæque epigramma monetæ.
Non etiam, Græcæ si fas est credere scenæ,
Augurii leuis illa nota est, nec vatibus omen
Obscurum, doctis nec dia incognita lingua.
Quod si Democriti cuiquam illa scientia detur,
Quâ proprias volucrum potuit cognoscere voces,
Maxima præsagam venturi arcana canentem
Temporis audiret quemque & sua fata docentem.
Eloquio Pericles, & præpetis omine pennæ
Nostræ auis, induxit, dudum diuersa sequutos,
Ductores, petere Ægæi, quas iusserat, oras.
Iustitiæ Martisque potens, cum gente volucrum
Semper bella gerit solâ, & concurrit ad arma,
Sanguine quæ pullos humano nutrit, & ipsas
Ore ferens carnes, in viscera viscera condit.
Fallacis nec gnara meri quod vertere sensus
Et turbare solet, nobis sua porrigit oua,
Queis vini venis discedat diditus ardor
Luctatur cum lingua & mens oppressa Lyæo.
Prodidit & croceis halanti floribus horto
Tutelam Columella, aliquo si fragmine muri
Noctua dependens volucres exterreat alis.
Hic etiam genus, & quæ nobilitatis origo
Vatibus expediam longum vulgata per æuum.
Quamuis ipsa Venus tantum non credere flammis
Ausa suis, pudeatque nefas authore fateri
Numine; relligio quoque postera, sancte Cupido,
Tela facesque tuas à crimine vindicat isto.
Terra procul nigrûm colitur, sub sidere Cancri,
Æthiopum, rex hic populos Nyctæus & vrbes
Imperio, blandoque regens moderamine quondam
Continuit, rex formâ ingens, ingentior armis.
Vna hæres tantum seruabat filia regnum,
Quæ casti vetito correpta parentis amore

Non

Non hunc vt patrem, nec qua debebat, amault
Filia: sed patr o circumdans brachia collo
Officio furiata suo, sæpe oscula libans
Tempestiua parum, dudum, nil tale timentem;
Decepit falsa pietatis imagine regem.
Hoc magis interea Nyctæia peruigil igne
Carpitur, ipsa silens; sed sensit fida senectus
Nutricis, deforme scelus languentis alumnæ.
Et promisit opem, postquam verba irrita fudit
Excutere infandum frustra conantia morbum.
Omniaque explorans, tandem male sedula custos
Nacta grauem vino est Nyctæum, exponit amores,
Tum faciem, & primos maturæ virginis annos
Laudat, & illustrem suppresso nomine, stirpem.
Quam nec enim faciem Princeps, nec nomina nôrat,
Postquam intempestâ iussa est adducere nocte,
Incesto pater excepit sua viscera lecto.
Post aliquot noctes, auidus cognoscere amicam
Nyctæus, vidit gnatam, obscœnosque hymenæos;
Vidit, & exsanguis visu, vox faucibus hæsit:
Sed fidum, capitis fulcro, qui forte latebat,
Eripuit gladium, trepidanti feruidus instans.
Illa volat, vix prima solum vestigia signant,
Quò cursum fortuna regit; sed munere noctis
Et Triuiæ auxilio, sortem miserantis iniquam
Virginis, intercepta neci est: posuitque puellæ
Effigiem, & sensim tentantibus ardua pennis,
Aëre sublata est, propriis exterrita plumis.
Nunc quoque, se patrium memorans temerasse cubile,
Conspectum, socioque fugit, lucemque perosa est.
Sed quam te video mea Noctua? tune senectæ
Vna meæ requies, mea sera & sola voluptas?
Quò sequar? aut cur me potuisti linquere solam?
Nunquam ego non soleo mensas onerare volucrum
Magnorum spoliis, defunctaque corpora vitâ

Igni

Igni cutabam exiguo properata maderent,
Venatu tecum prædam sortita recentem.
Propterea non immeritis vlulatibus omnem
Impleo consessum caueæ, & mea pectora plango
Tristis, & (heu! frustra) somnus te deserat opto
Ferreus, æternamque relinquant lumina noctem.
Tu cadis ante diem, paruo lætabilis æuo;
At corvus, vulturque, & multis graculus annis
Ore vocans pluuiam, ducensque per aera prædas
Miluius, atque ipsi cornix inuisa Mineruæ
Plurima & ingluuiæ & fœta explent sæcula rixa.
Non doleam, mihi cristatus si exercitus omnis
Intereat, qui languiduli reserare cubile
Nuntiat Auroram Tithoni, & somnia soluit:
Vel mihi bis deni qui circum pascua læta,
Dulcibus in stagnis, rimantur pabula cygni,
Tu modo si Stygiis possis reuocata tenebris
Lumen ad æthereum & superas remeare sub auras.
Vincebas placida tu simplicitate columbas,
Cedebat tibi distinctis Iunonia pennis
Ales, quanquam illi stellantibus ardua gemmis
Cauda sit atque oculis Argi circumdata centum:
Accipiter, volucris rapto qui viuit, & omnes
Terret aues, tibi magnanimo certamine cessit.
Præpes adunca Iouis, tam iusto inuidit honori
Turbida & attonitis iaculata est fulmina terris.
Carminibus voluit tecum contendere, & oris
Victa sono, tacet æternum Pandione nata,
Scilicet & cantus venère, ad præmia tecum
Cygni Mæonias celebrantes funere ripas,
Sed victi in vestro manes petière triumpho.
Quare agedum, vos clara polo, vos sidera testor,
Huic locus astrifera vt pateat regione volucri,
Hic vbi Phœbæus signorum se explicat ordo.
Icarius placido si præbet lumina cœlo

Seirius, in terris quondam canis; & loca Cancer
Ætheris alta tenet, fulgore notabilis ipso,
Et testudineo incessu, non dignior astris:
Si cui Lernæis cauda est armata venenis
Scorpius in cœli iusta plus parte relucet
Clarus, circuitus curuans sua brachia magno;
Cur non mitis auis, quæque arte est noxia nulla,
Noctua, vobiscum cœli solia aurea lustret?
Si vobis Vrsæ, Capræ, sæuique Leones
Accepti; cur mansuetæ non vlla volucri
Pars pateat cœli? si magnæ denique molis
Arietibus, Capricorno, & Tauro cornibus annum
Qui vere auratis aperit, sua semita detur
Qua currant; quid aui paruæ via par[illegible]a negetur?
Si Iouis officio Cynosura; & si vbere Capra;
Cygnus adulterio, spolio Leo; cuspide Chiron
Intrauêre polum; superi spatia auia mundi
Ingenio & pietate mea est meritura volucris.

Galli

A Thessala muliere,

Verum est, quod siluis comitatus & amnibus Orpheus
Ad ripas sacer Hebre tuas modulatus, Auerno
Post reditus atque Eurydices post fata secunda;
Æternum fieri nihil, eductumque sub auras
Quicquid erit quodcunque oras in luminis exit,
Deberi morti; mortem quoque fata suprema
In se constituisse sibi, extremumque timorum.
Credere Treicio vati iubet aspera Galli
Et mors cruda mei, toto quem pectore semper
Toto animo, tota pendebam perdita mente.
Nunc illum Eumenides crinitæ sontibus hydris
Ludibrium Stygo statuerunt triste parenti.
Nec queror occidere assuetas, auidasque cruento

Pollice

Pollice fusa Dea: nascenti rumpere vitæ;
Corporis at dotes, animique insignia dona
Exemplo caritura, semel deperdita in æuum
Lugens communem vicinis defleo casum.
Ex quo iacta meæ primum fundamina villæ,
Non in gallinas tenuit formosior alter
Imperium: gallis longe præstantior Indis;
Quippe nigris oculis erat, incessuque decoro.
Quod laudi vertit sapiens animantibus illis
Varro, ruricolæ decus immortale Camœnæ.
Totius idcirco placidis conuictibus æui
Gallinis, quas cum cura studioque fouebat,
Carus erat, multisque mihi dilectus ab annis,
Quod pullos vna varios ab origine amarem
Atque aliam ex alia generando ducere prolem;
Cottidie gremium dum ditat turgidus ouis
Oblongis census, quæ sunt magis alma rotundis.
Quis posthac etiam medio mihi noctis adultæ
Curriculo expellet somnos, vt surgere mane
Mollibus è stratis opera ad muliebria possim?
Nam gallus meus horarum momenta canebat
Voce graui, cum primum alto de gurgite Eous
Surgens Phœbæam prædicit lampada terris.
Quæ regio in terris non sit studiosa volucris
Tantæ qua saltem cultoribus orbis aratur
Atque vbi non steriles exurit Seirius agros,
Vel quo Rhipæo tellus non tunditur Euro,
Nam quamuis Aquila ætherei Iouis armiger audit
Et volucrum rex cunctarum, quia fulmina curuis
Ferre solet pedibus; cur non adspiret ad illud
Nomen & imperium Gallus, poscatque tiaram?
Namque vt cura Aquilis est prædatoribus vna
Per fas atque nefas furtis & viuere rapto:
Sic gallo contra cinxit diademate fuluo
Conspicuum natura caput, sic regius ostro

Velat honos leueis humeros, sic spectat euntem
Magnanimo elatum incessu, gestuque superbo,
Attonitis inhians animis gens tota volucrum.
Tum pennâ caudam diuersicolore decoram
Si quis cōspiciat, præclarum stirpis habebit
Antiquæ indicium forte ignoratis, Amicæ,
Omina præbuerint quod felicissima galli,
Ominibusque bonis, diuersis nomina rebus.
A gallis etenim sibi sumpsit Gallia nomen;
Quam velox Rhodanus, quam casto gurgite Rhenus;
Et quam lentus Arar rigat, & quam flaua Garumna.
Fibrarum; pennæque sagax, & fulminis, vni
Gradiuo deuota deo, moresque, sacrumque
Ingenium vt galli sequitur Gallecia nomen.
Quique sub Idæo Corybantes tympana colle
Rauca sonant, Phrygiisque modis atque ære, deorum
Turrigeram exululant matrem cognomine gaudent
Gallorum, cantum galli clamore sequuti.
Præterea insanis Phrygiæ perlabitur arua
Gallus aquis, viridi prætexens margine ripas.
Accolit errantem tardis quoque flexibus amnem
Nominis illius gens docta Lycaones arcu.
Inter & Ausonias gentes & clara domorum
Stemmata Romulidum, gallorum nomina multi
Relligione sibi quadam sumsêre celebres.
Gallus in his primus, cui condita carmina versu
Chalcidico, cui cura fuit non digna Lycoris.
Sed iam virtutes & quædam propria gallis
Expediam, at breuiter, ne crescat carmine luctus.
Principio, galli stomachus stomacho vtilis ægro,
Digerere & iuuat infirmum sua pabula ventrem
Tradit enim eximium Galenus habere calorem.
Nec non progenies infirmis, illius, annis,
Adiuuat in Venerem segnes, nocturnaque bella,
Et facit Idaliæ cognoscere præmia diuæ.

Ast

Ast hic, quem gallo Vulcanus decoquit humorem,
Haud gallo exemto, tenues fundatur iu auras
Vt nihili, nihil auxilio præsentius illo,
Venter vt immodicum queat alui sistere fluxum.
Vnde mihi posthac sed delectamina sumam?
Fatiferi vnde petam medicinam vulneris? eheu!
Quid querar? aut vbi sum? mea cladibus obruta tantis
Mens, (nam fortuna hanc rimam faciente, dehiscent
Cætera) semper erit secura ad gaudia segnis.
Ite piæ volucres, inque hoc deuertite funus,
Proque comis plumas laniate, & scindite rostro
Scindite & vngue genas propriis & dicite lessos
Vocibus. hic mœsto sturdus se pinsitet ore;
Triste palata sonet, gemat illa fiende palumbes;
Et plangas philomela nefas. & funus hirundo
Luctu sollicitata nouo, vetus illa tyranni
Ismarii sæclisque suis expleta querela est;
Alter venit Ithys vobis, atque altera Progne.
Vos quoque gallinæ mecum lugete, sepulcro
Fundite funestas, tundentes colla, querelas.
Hic vestros, primus sibi vos qui iunxit amores
Abstulit; ille habeat, vulgares temnite tædas:
Vos coluit solas, nec vti pars magna procorum
Dilexit modo visa sibi; cui solus & ille
Dignus amare fuit, nec dignior vllus amari,
Sic cœlo faciente fidem, maiusque volucri
Promittente decus, si non hoc fata negassent.
Natali nam signa die radiasse sereno
Æthere multa ferunt, qui in re præsente fuerunt.
Hique triumphales arcus altosque colossos;
Exuuiasque, tropæa atque inter sidera celsas
Pyramidas, multasque trabes, multasque coronas
Ætheris in campo perhibent fulsisse liquenti.
Surgere præterea, nimbis oriente fugatis,
Auroramque sequi stellam videre comatam,

Et longum à tergo flammarum ardescere sulcum.
Nec minus & volucres varias circumque supraq;
Aëra mulcentes cantu meliore, volasse.
Deque tot Europæ populis atque vrbibus vna
Deligeris terræ non vltima Nissa Sabaudæ
Hoc partu dignata nouo, & tam nobilis olim
Conscia depositi, tam claro turgida fœtu.
Non tantum Lyricus sublimi carmine vates
Illustrat patrias, Cadmæia mœnia, Thebas:
Æque Virgilio nec gaudet aquatica Manto:
Nec tam doctiloquo felix Verona Catullo;
Quam tanto, tellus galli natalis, alumno es.
Tu clarum, sortita decus, celebrabere nutrix
Ruricolis, quibus est gallinas poscere votum
Cristatosque duces in spem submittere gentis.
Gloria Deliacis tua mercatoribus orbe
Diuerso, nec erit seclis obscura futuris.
Qui pullos castrare mares tenerisque sueti,
Mensæ delicias, Venerem præuertere in annis.
Nisa nec Ogygii tanta vt iactetur alumni
Laude, nec Ida Iouis cunis, nec Apolline Delus.
Sed quid ago? per tot laudes mihi sentio amorem
Crescere defuncti, & conuerti in pristina luctus.
Ergò galle vale dilecte, meique memento,
Securæ nondum biberis si pocula Lethes,
Per varios casus quæ te & discrimina primæ
Ætatis gremio foui, duxique sub auras.
Sed vobis grates, matronæ, grata referre
Vix potero dignas, quæ galli indigna videre
Funera; supremum ac dignatæ soluere honorem,
Audistis lacrimis miserabile carmen obortis.

Mergi
A Gripo Piscatore.

Nunc primum gelidæ mihi ineluctabile mortis
Ius visum nimis esse potens,& ferrea fati
Amplius extendit se vis, quam sæpe putaui:
Postquam Tartareos lucos, regna inuia viuis.
Adspicit & Mergus Phlegethontis mergitur amne;
Quem credebam equidem rutili super ardua mundi
Astra volaturum, atque olim voluentibus annis,
Inter Cœlicolas, bibiturum nectaris vndas.
 Magna loquor, sed digna tamen me dicere Mergo
Testes vos Nymphæ, Nymphis vos flumina testes,
Prouida queis volucris non est ignota sub vndis
Dexteritas. in tollendis è gurgite tuto
Piscibus, aut summis rimando pabula limphis.
Ah quoties, ripa residens, aut pronus in æquor
Spe præde, lentamque tenens è vimine virgam,
Occultos escis iaciens lethalibus hamos,
Margine de viridi mœrens aut littore cessi
Defessus, madidusque & voto lusus inani:
Cum tamen hic pelago rediit vel flumine, largis
Compensans spoliis tenuis dispendia cœnæ.
Nunc illum rostro salientem ducere congrum,
Nunc rhombum, nunc aerium mirêre cyprinum,
Nunc medicas, tripedis mensæ solatia, tincas,
Alburnos populique obsonia vilis, alausas.
Ipsa mihi splendent, magnalia diuite gaza
Squammigeri pecoris, scombroque, leuique platessa,
Et trigone, atque sacro. solus qui ruminat escam
Ceruleos inter cuneos acipensere,& orbe,
Aurata & Paphiæ dilecta murice concha.
Quæ sale condita aut fumo indurata, Notosve
Suspensa ad gelidos, in tempus condita seruo.

Hæc toto populator agens raptorque profundo
Certius eduxit, quam verrere nautica pubes
Nodosis laqueata plagis examina possit.
Non mugil caudâ pendentem desuper escam
Excutiens, vertensque in propria commoda fraudes
Retia cum fallat, setasque, hunc fallere norat.
Lucius, obscœnas vlua, cœnoque palustri,
Semper amet licet, apricans in sole, lacunas;
Non vlua fuit, aut penetrali gurgite tutus.
Ipse lupus, nostri nuper curuamina ferri
Rictibus inuadens, feralem senserat vncum,
Discursuque vago, quin fluctibus obuius ipsis,
Concutiens caput intrepidus, laxansque dolosæ
Cuspidis introitus, frustratum liquerat hamum:
Sed non euasit mergum, qui proximus hamo
Aduolitans, oculos adyta immittebat in ima
Æquoris, inque omne arcani penetrale fluenti:
Ille vt nutanti vidit crispoque tremore
Indicium fecisse fidem, magnique ferique
Captiui, ruit in latices, profugumque retraxit
Attonitum sine fraude capi, tollique per auras:
Proiecitque vdam super arida saxa rapinam,
Vulnere anhelantem, morientemque aeris haustu.
Aere rex igitur mergorum, at terror in vndis
Æquorei generis, cœloque, saloque regebat
Hîc pisces, illic volucres; qui sæpius illum
Clangentes duxere domum stridentibus alis,
Et cœtu reducem denso cinxêre volantes.
Manibus at quoniam statui persoluere functis
Iusta, ferant Stygias vt pignus amoris ad vndas,
Paucis includam numeris regalia Mergi
Stemmata, perque homines actum genus omne ciebo.
Si qua fides dubiis, mercator Colchicus olim,
Forsan & Aetes ducens ab origine stirpem,
Mercibus instruxit pretiosis vndique classem.

by Google

Per vada salsa petens, alio sub sidere terram.
Iamque nigras velis pinus aptare iubebat.
Multa mouens animo, sed tollunt cuncta procellæ
Aeriæ, pelagoque & nubibus irrita donant:
Postquam altum tenuêre rates furor Orionis
Per vata cœca ferens, vastum mare volvit ad astra
Ludibrioque virum nauemq; procacibus austris
Exposuit: nauem rapido vorat æquore vortex
Illisam: Neptunus aquas & pocula Colcho
Salsa propinat, at hic fluctus sine more rotantes
Sorbet hians; mediis & brachia iactat in vndis.
Tum rector pelagi pro palmis tenderet alas
Iussit & æthereas pennis proscinderet auras.
Sed cladis memor ille suæ, sub gurgite sparsas
Colligere optat opes, iam radens æquora summa,
Iam se sub vata præcipitans Neptunia pennis.
Scrutaturque lacus omnes, maria omnia, merces
Quærens submersas, nec adhuc ad futile votum
Spes frenare potest auidas, memoresque recursant
Tristitiæ casus primi, antiquique dolores.
Verius ast alii referunt: vixisse sub Idâ
Æsacon vmbrosa, dignum cui Dardanus esset
Assaracusque parens, Priamusque nouissima Troiæ
Fata trahens secum: qui non, nisi rarus, adibat
Ilion, ast illi placuêre ante omnia siluæ,
Speluncæ, viuique lacus, subque arbore somni,
Et secura quies, & nescia fallere vita.
Hunc primum Hesperien perhibent Cebrenida formâ
Inuictum vicisse suâ, quam Troius heros
Dum celer insequitur pedibus, celer vrget amore,
Nympha fugâ flaui præuertens flumina Xanthi
Concidit in talum serpentis dente petitum;
Æsacus, indignis animo commotus amicæ
Suppliciis, quorum ipse sequens erat inscius autor,
Præcipitem æquoreâ misit se rupe, cadentem

Non hunc vt patrem, nec qua debebat, amauit
Filia: sed patri o circumdans brachia collo
Officio furiata suo, sæpe oscula libans
Tempestiua parum, dudum, nil tale timentem;
Decepit falsa pietatis imagine regem.
Hoc magis interea Nyctæia peruigil igne
Carpitur, ipsa silens; sed sensit fida senectus
Nutricis, deforme scelus languentis alumnæ.
Et promisit opem, postquam verba irrita fudit
Excutere infandum frustra conantia morbum.
Omniaque explorans, tandem male sedula custos
Nacta grauem vino est Nyctæum, exponit amores,
Tum faciem, & primos maturæ virginis annos
Laudat, & illustrem suppresso nomine, stirpem.
Quam, nec enim faciem Princeps, nec nomina nôrat,
Postquam intempestâ iussa est adducere nocte,
Incesto pater excepit sua viscera lecto.
Post aliquot noctes, auidus cognoscere amicam
Nyctæus, vidit gnatam, obscœnosque hymenæos;
Vidit, & exsanguis visu, vox faucibus hæsit:
Sed fidum, capitis fulcro, qui forte latebat,
Eripuit gladium, trepidanti feruidus instans.
Illa volat, vix prima solum vestigia signant,
Quò cursum fortuna regit; sed munere noctis
Et Triuiæ auxilio, sortem miserantis iniquam
Virginis, intercepta neci est: posuitque puellæ
Effigiem, & sensim tentantibus ardua pennis,
Aëre sublata est, propriis exterrita plumis.
Nunc quoque, se patrium memorans temerasse cubile,
Conspectum, socioque fugit, lucemque perosa est.
Sed quam te video mea Noctua? tune senectæ
Vna meæ requies, mea sera & sola voluptas?
Quò sequar? aut cur me potuisti linquere solam?
Nunquam ego non soleo mensas onerare volucrum
Magnorum spoliis, defunctaque corpora vitâ

Digitized by Google

Igni curabam exiguo properata maderent,
Venatu tecum prædam sortita recentem.
Propterea non immeritis vlulatibus omnem
Impleo consessum caueæ, & mea pectora plango
Tristis, & (heu! frustra) somnus te deserat opto
Ferreus. æternamque relinquant lumina noctem.
Tu cadis ante diem, paruo lætabilis æuo;
At corvus, vulturque, & multis graculus annis
Ore vocans pluuiam, ducensque per aera prædas
Miluius, atque ipsi cornix inuisa Mineruæ
Plurima & ingluuiæ & fœta explent sæcula rixa.
Non doleam, mihi cristatus si exercitus omnis
Intereat, qui languiduli reserare cubile
Nuntiat Auroram Tithoni, & somnia soluit:
Vel mihi bis deni qui circum pascua læta,
Dulcibus in stagnis, rimantur pabula cygni,
Tu modo si Stygiis possis reuocata tenebris
Lumen ad æthereum & superas remeare sub auras.
Vincebas placida tu simplicitate columbas,
Cedebat tibi distinctis Iunonia pennis
Ales, quanquam illi stellantibus ardua gemmis
Cauda sit atque oculis Argi circumdata centum:
Accipiter, volucris rapto qui viuit, & omnes
Terret aues, tibi magnanimo certamine cessit.
Præpes adunca Iouis, tam iusto inuidit honori
Turbida & attonitis iaculata est fulmina terris.
Carminibus voluit tecum contendere, & oris
Victa sono, tacet æternum Pandione nata,
Scilicet & cantus venère, ad præmia tecum
Cygni. Mæonias celebrantes funere ripas,
Sed victi in vestro manes petiêre triumpho.
Quare agedum, vos clara polo, vos sidera testor,
Huic locus astrifera vt pateat regione volucri,
Hic vbi Phœbæus signorum se explicat ordo.
Icarius placido si præbet lumina cœlo

Seirius, in terris quondam canis; & loca Cancer
Ætheris alta tenet. fulgore notabilis ipso,
Et testudineo incessu, non dignior astris:
Si cui Lernæis cauda est armata venenis
Scorpius in cœli iusta plus parte relucet
Clarus, circuitus curuans sua brachia magno;
Cur non mitis auis, quæque arte est noxia nulla,
Noctua, vobiscum cœli solia aurea lustret?
Si vobis Vrsæ, Capræ, sæuique Leones
Accepti; cur mansuetæ non vlla volucri
Pars pateat cœli? si magnæ denique molis
Arietibus, Capricorno, & Tauro cornibus annum
Qui vere auratis aperit, sua semita detur
Qua currant; quid aui paruæ via parua negetur?
Si Iouis officio Cynosura; & si vbere Capra;
Cygnus adulterio, spolio Leo; cuspide Chiron
Intrauêre polum; superi spatia auia mundi
Ingenio & pietate mea est meritura volucris.

Galli
A Thessala muliere,

Verum est, quod siluis comitatus & amnibus Orpheus
Ad ripas sacer Hebre tuas modulatus, Auerno
Post reditus atque Eurydices post fata secunda;
Æternum fieri nihil, eductumque sub auras
Quicquid erit quodcunque oras in luminis exit,
Deberi morti; mortem quoque fata suprema
In se constituisse sibi, extremumque timorum,
Credere Treicio vati iubet aspera Galli
Et mors cruda mei, toto quem pectore semper
Toto animo, tota pendebam perdita mente.
Nunc illum Eumenides crinitæ sontibus hydris
Ludibrium Stygo statuerunt triste parenti.
Nec queror occidere assuetas, auidasque cruento

ted by Google

Pollice fusa Dea: nascenti rumpere vitæ;
Corporis at dotes, animique insignia dona
Exemplo caritura, semel deperdita in æuum
Lugens communem vicinis defleo casum.
Ex quo iacta meæ primum fundamina villæ,
Non in gallinas tenuit formosior alter
Imperium: gallis longe præstantior Indis;
Quippe nigris oculis erat, incessuque decoro.
Quod laudi vertit sapiens animantibus illis
Varro, ruricolæ decus immortale Camœnæ.
Totius idcirco placidis conuictibus æui
Gallinis, quas cum cura studioque fouebat,
Carus erat, multisque mihi dilectus ab annis,
Quod pullos vna varios ab origine amarem
Atque aliam ex alia generando ducere prolem,
Cottidie gremium dum ditat turgidus ouis
Oblongis census, quæ sunt magis alma rotundis.
Quis posthac etiam medio mihi noctis adultæ
Curriculo expellet somnos, vt surgere mane
Mollibus è stratis opera ad muliebria possim?
Nam gallus meus horarum momenta canebat
Voce graui, cum primum alto de gurgite Eous
Surgens Phœbæam prædicit lampada terris.
Quæ regio in terris non sit studiosa volucris
Tantæ qua saltem cultoribus orbis aratur
Atque vbi non steriles exurit Seirius agros,
Vel quo Rhipæo tellus non tunditur Euro,
Nam quamuis Aquila ætherei Iouis armiger audit
Et volucrum rex cunctarum, quia fulmina curuis
Ferre solet pedibus; cur non adspiret ad illud
Nomen & imperium Gallus, poscatque tiaram?
Namque vt cura Aquilis est prædatoribus vna
Per fas atque nefas fœtis & viuere rapto:
Sic gallo contra cinxit diademate fuluo
Conspicuum natura caput, sic regius ostro

Velat honos leueis humeros, sic spectat euntem
Magnanimo elatum incessu, gestuque superbo,
Attonitis inhians animis gens tota volucrum.
Tum pennâ caudam diuersicolore decoram
Si quis cõspiciat, præclarum stirpis habebit
Antiquæ indicium forte ignoratis, Amicæ,
Omina præbuerint quod felicissima galli,
Ominibusque bonis, diuersis nomina rebus.
A gallis etenim sibi sumpsit Gallia nomen;
Quam velox Rhodanus, quam casto gurgite Rhenus;
Et quam lentus Arar rigat, & quam flaua Garumna.
Fibrarum; pennæque sagax, & fulminis, vni
Gradiuo deuota deo, moresque, sacrumque
Ingenium vt galli sequitur Gallecia nomen.
Quique sub Idæo Corybantes tympana colle
Rauca sonant, Phrygiisque modis atque ære, deorum
Turrigeram exululant matrem cognomine gaudent
Gallorum, cantum galli clamore sequuti.
Præterea insanis Phrygiæ perlabitur arua
Gallus aquis, viridi prætexens margine ripas.
Accolit errantem tardis quoque flexibus amnem
Nominis illius gens docta Lycaones arcu,
Inter & Ausonias gentes, & clara domorum
Stemmata Romulidum, gallorum nomina multi
Relligione sibi quadam sumsêre celebres.
Gallus in his primus, cui condita carmina versu
Chalcidico, cui cura fuit non digna Lycoris.
Sed iam virtutes & quædam propria gallis
Expediam, at breuiter, ne crescat carmine luctus.
Principio, galli stomachus stomacho vtilis ægro,
Digerere & iuuat infirmum sua pabula ventrem
Tradit enim eximium Galenus habere calorem.
Nec non progenies infirmis, illius, annis,
Adiuuat in Venerem segnes, nocturnaque bella,
Et facit Idaliæ cognoscere præmia diuæ.

Ast hic, quem gallo Vulcanus decoquit humorem,
Haud gallo exemto, tenues fundatur in auras
Vt nihili, nihil auxilio præsentius illo,
Venter vt immodicum queat alui sistere fluxum.
Vnde mihi posthac sed delectamina sumam?
Fatiferi vnde petam medicinam vulneris? eheu!
Quid querar? aut vbi sum? mea cladibus obruta tantis
Mens. (nam fortuna hanc rimam faciente, dehiscent
Cætera) semper erit secura ad gaudia segnis.
Ite piæ volucres; inque hoc deuertite funus,
Proque comis plumas laniate, & scindite rostro
Scindite & vngue genas propriis & dicite lessos
Vocibus. hic mœsto sturdus se pinsitet ore;
Triste palata sonet, gemat illa flende palumbes;
Et plangas philomela nefas. & funus hirundo
Luctu sollicitata nouo, vetus illa tyranni
Ismarii sæclisque suis expleta querela est;
Alter venit Ithys vobis, atque altera Progne.
Vos quoque gallinæ mecum lugete, sepulcro
Fundite funestas, tundentes colla, querelas.
Hic vestros, primus sibi vos qui iunxit amores
Abstulit; ille habeat; vulgares temnite tædas:
Vos coluit solas, nec vti pars magna procorum
Dilexit modò visa sibi; cur solus & ille
Dignus amare fuit, nec dignior vllus amari,
Sic cœlo faciente fidem, maiusque volucri
Promittente decus, si non hoc fata negassent.
Natali nam signa die radiasse sereno
Æthere multa ferunt, qui in re præsente fuerunt.
Hique triumphales arcus altosque colossos;
Exuuiasque, tropæa, atque inter sidera celsas
Pyramidas, multasque trabes, multasque coronas
Ætheris in campo perhibent fulsisse liquenti.
Surgere prætèrea, nimbis oriente fugatis,
Auroramque sequi stellam vidère comatam,

 Et longum

Et longum à tergo flammarum ardescere sulcum.
Nec minus & volucres varias circumque supraq;
Aëra mulcentes cantu meliore, volasse.
Deque tot Europæ populis atque vrbibus vna
Deligeris terræ non vltima Nissa Sabaudæ
Hoc partu dignata nouo, & tam nobilis olim
Conscia depositi, tam claro turgida fœtu.
Non tantum Lyricus sublimi carmine vates
Illustrat patrias, Cadmæia mœnia, Thebas:
Æque Virgilio nec gaudet aquatica Manto:
Nec tam doctiloquo felix Verona Catullo;
Quam tanto, tellus galli natalis alumno es.
Tu clarum, sortita decus celebrabere nutrix
Ruricolis, quibus est gallinas poscere votum
Cristatosque duces in spem submittere gentis.
Gloria Deliacis tua mercatoribus orbe
Diuerso, nec erit seclis obscura futuris.
Qui pullos castrare mares tenerisque sueti.
Mensæ delicias, Venerem præuertere in annis.
Nisa nec Ogygii tanta vt iactetur alumni
Laude, nec Ida Iouis cunis, nec Apolline Delus.
Sed quid ago? per tot laudes mihi sentio amorem
Crescere defuncti, & conuerti in pristina luctus.
Ergò galle vale dilecte, meique memento,
Securæ nondum biberis si pocula Lethes,
Per varios casus quæ te & discrimina primæ
Ætatis gremio foui, duxique sub auras.
Sed vobis grates, matronæ grata referre
Vix potero dignas, quæ galli indigna videre
Funera; supremum ac dignatæ soluere honorem,
Audistis lacrimis miserabile carmen obortis.

Mer

Mergi
A Gripo Piscatore.

Nunc ptimum gelidæ mihi ineluctabile mortis
Ius visum nimis esse potens,& ferrea fati
Amplius extendit se vis;quam sæpe putaui:
Postquam Tartareos lucos,regna inuia viuis.
Adspicit & Mergus *Phlegethontis* mergitur amne;
Quem credebam equidem rutili super ardua mundi
Astra volaturum,atque olim voluentibus annis,
Inter cœlicolas, bibiturum nectaris vndas.
Magna loquor,sed digna tamen me dicere Mergo
Testes vos Nymphæ, Nymphis vos flumina testes,
Prouida queis volucris non est ignota sub vndis
Dexteritas. in tollendis è gurgite tuto
Piscibus,aut summis rimando pabula limphis.
Ah quoties,ripa residens, aut pronus in æquor
Spe prædę, lentamque tenens è vimine virgam,
Occultos escis iaciens lethalibus hamos,
Margine de viridi mœrens aut littore cessi
Defessus,madidusque & voto lusus inani:
Cum tamen hic pelago rediit vel flumine, largit
Compensans spoliis tenuis dispendia cœnæ.
Nunc illum rostro salientem ducere congrum,
Nunc rhombum,nunc aerium mirêre cyprinum,
Nunc medicas, tripedis mensæ solatia,tincas,
Alburnos populique obsonia vilis,alausas.
Ipsa mihi splendent, magnalia diuitę gaza
Squammigeri pecoris,scombroque, leuique platessa,
Et trigone,atque sacro. solus qui ruminat escam
Ceruleos inter cuneos acipensere,& orbe,
Aurata & Paphiæ dilecta mutice concha.
Quæ sale condita aut fumo indurata, Notosve
Suspensa ad gelidos,in tempus condita seruo.

Hæc toto populator agens raptorque profundo
Certius eduxit, quam verrere n[illegible] putes
Nodosis laqueata plagis examina possit.
Non mugil caudâ pendentem desuper escam
Excutiens, vertensque in propria commoda fraudes
Retia cum fallat, serasque, hunc fallere norat.
Lucius, obscœnas vlua, cœnoque palustri,
Semper amet licet, apricans in sole, lacunas;
Non vlua fuit, aut penetrali gurgite tutus.
Ipse lupus, nostri nuper curuamina ferri
Rictibus inuadens, feralem senserat vncum,
Discursuque vago, quin fluctibus obuius ipsis,
Concutiens caput intrepidus, laxansque dolosæ
Cuspidis introitus, frustratum liquerat hamum:
Sed non euasit mergum, qui proximus hamo
Aduolitans, oculos adyta immittebat in ima
Æquoris, inque omne arcani penetrale fluenti:
Ille vt nutanti vidit crispoque tremore
Indicium fecisse fidem, magnique ferique
Captiui, ruit in latices, profugumque retraxit
Attonitum sine fraude capi, tollique per auras:
Proiecitque vdam super arida saxa rapinam,
Vulnere anhelantem, morientemque aeris haustu.
Aere rex igitur mergorum, at terror in vndis
Æquorei generis, cœloque, saloque regebat
Hic pisces, illic volucres; qui sæpius illum
Clangentes duxere domum stridentibus alis,
Et cœtu reducem denso cinxêre volantes.
  Manibus at quoniam statui persoluere functis
Iusta, ferant Stygias vt pignus amoris ad vndas,
Paucis includam numeris regalia Mergi
Stemmata, perque homines actum genus omne ciebo.
Si qua fides dubiis, mercator Colchicus olim,
Forsan & Aetes ducens ab origine stirpem,
Mercibus instruxit pretiosis vndique classem.

Per vada salsa petens, alio sub sidere terram.
Iamque nigras velis pinus aptare iubebat.
Multa mouens animo, sed tollunt cuncta procellæ
Aeriæ, pelagoque & nubibus irrita donant:
Postquam altum tenuère rates furor Orionis
Per vata cœca ferens, vastum mare volvit ad astra
Ludibrioque virum nauemq; procacibus austris
Exposuit: nauem rapido vorat æquore vortex
Illisam: Neptunus aquas & pocula Colcho
Salsa propinat, at hic fluctus sine more rotantes
Sorbet hians; mediis & brachia iactat in vndis.
Tum rector pelagi pro palmis tenderet alas
Iussit & æthereas pennis proscinderet auras.
Sed cladis memor ille suæ, sub gurgite sparsas
Colligere optat opes, iam radens æquora summa,
Iam se sub vata præcipitans Neptunia pennis.
Scrutaturque lacus omnes, maria omnia, merces
Quærens submersas, nec adhuc ad futile votum
Spes frenare potest auidas, memoresque recursant
Tristitiæ casus primi, antiquique dolores.
Verius ast alii referunt: vixisse sub Idâ
Æsacon vmbrosa, dignum cui Dardanus esset
Assaracusque parens, Priamusque nouissima Troiæ
Fata trahens secum: qui non nisi rarus, adibat
Ilion, ast illi placuère ante omnia siluæ,
Speluncæ, viuique lacus, subque arbore somni,
Et secura quies, & nescia fallere vita.
Hunc primum Hesperien perhibent Cebrenida formâ
Inuictum vicisse suâ, quam Troius heros
Dum celer insequitur pedibus, celer vrget amore,
Nympha fugâ flaui præuertens flumina Xanthi
Concidit in talum serpentis dente petitum;
Æsacus, indignis animo commotus amicæ
Suppliciis, quorum ipse sequens erat inscius autor,
Præcipitem æquoreâ misit se rupe, cadentem

Molliter excepere Deæ, plumisque dedere
Aera per vacuum ferretur, & intima ponti.
Fecit amor maciem, tenuataque crura dolore
Et saltu porrecta manent; dum detinet vnda
Corpus, auensque freto miseros submergere sensus
Productum caput est: nunc Oceanitides illum
Nereides dicunt spatiosum in guttura Mergum
Sed satis hoc de regali sit origine, & alto
Stemmate mergorum; quis enim stricte omnia pandat?
Tum quoque quod tenebris nigrescant omnia circum,
Et luctus mea corda premat, breuis esse laboro.
Sed quanta est mihi morte tua data causa doloris
Merge, & quanta tuo me funere damna sequentur!
Nunc licet annosi bis vincam Nestoris annos,
Et mea fata vltra Camææ sæcula vatis
Producant superi, non indole, & alite penna,
Non genio inveniam similem: præbebat inemtum
Ille mihi exsortemque cibum; nec arundo, nec hamus,
Qua scopulis calamos deposcunt aspera lentos
Inclinare vada, aut consepto gurgite stagnum
Subnatis fundo pisces concludit, in herbis,
Prouentus vnquam potuit mihi sistere tantos.
Muræanas, memini, sectabar retibus olim,
Necdum etiam teretes dorsum vel lubrica noram
Tergora. sed variis inter se implexibus orbes
Dum captæ impediunt. & laxa foramina retis
Explorant. rimam cunctæ euasere per vnam.
Quid facerem? nec ego asellum nec passerem habebam,
Nec soleas nec halec; pelagi nam clauserat vndas
Tempestas. freta nec poterant durare carinæ.
Mœsta domi coniux, cum paruorum agmine natûm,
Ante vocum, exiguo lucentem fomite, frustra
Mantabat miseri venatus lucra mariti,
Ecce venit liquidum proscindens aera Mergus
Remigio alarum, barbumque ætate grauatum,

Et

Et lentum nandi, summis referebat ab vndis:
Hic etenim quod viuentûm vix contigit vlli.
Iam melior peiore æuo, & marcentibus annis.
Nec mora, te roseo celebratum viscere salmo;
Sed nondum salmo, nec iam salar amplius. addit
Ambiguum sario, deprensum verbere caudæ,
Dum bullæ summo produnt in marmore nantem.
Hoc victu vires læti reuocauimus omnes,
Parte sua merito nostræ cedente volucri.
Sed nec fallaci cumulo, nec vimine nassa
Texta leui, placido nec retia iacta profundo.
Vortice corticeis summo fluitantia signis,
Æqualem mergi traxêere ad littora prædam:
Hinc iacula, aut fundas, per purum littus agentes,
Ipsaque ducentes ducentia retia pisces
Vicini, sociique, mihi inuidere subinde
Prandenti pecudes, quas non in retia casus
Nec sua credulitas in falsas egerat escas.
Hic, vbi candentes excelsa ostendit arenas
Latè supposito resplendns Tænia ponto
Renessam, Haemstedamque videns; mihi fessa senecta
Hic se olim vidisse parens narrare solebat.
Cum iam sol æquos cœlo diffunderet ignes
Inter Oreiades lusisse Palæmona diuas.
Et mundi suus horror inest, & littora Phocæ
Seruantes statione (hæc sunt nam littora Phocis
Infestata crebris) hodie quoque, furta magistri
Intempestiuo custodes munere produnt.

Hic quoque Nereides Mergum, Dryadesque sorores
Defleuere diu extinctum, tristesque Napææ
Ad ripas Verdæe tuas, curuataque parui
Muscoso subter Lorræi fornice tecta:
Qui virides inter salices Haemstedica fluctu
Arua leui lambunt, & pisces dulcibus vndis
Conseruant domino fluuiales, Tethyde cincti.

Ipsi

Ipsi etiam Fauni, atque habitantia numina colles
Æquoreos fudêre oculis & pectore riuos;
Illis immaduit, madefactaque terra caducas
Concepit venas, & limite perbibit imo:
Quas vbi cliuosis torrens demisit arenis,
Cominus Eyndiaci cingentes mœnia Castri,
Ditant tergeminos limpharum munere pagos,
Nonne vides arbusta prius tendentia in auras,
Annosasque ornos ferientes vertice nubes,
Demisisse comas, & iam marcere dolore
Sidere vt afflatas læuo, vel fulminis alis?
Destituit frutices viridis iam sanguis, & herbas,
Natiuusque color pallentes luctibus ægros.
Quæque solent vario mulcere hic aera cantu,
Littora vbi reflui durant humentia fluctus,
Et nullas calcata tenent vestigia formas
Iam volucres ferale silent, & funera plangunt.
Sed quod flamiferi statuit regnator Olympi,
Tergeminæque deæ nentes adamantina fata,
Quisnam id terrigena, inferior tanto ordine Diuis,
Audeat aut quamuis ausit, rescindere possit?
Ergò detersis lacrimis, pressoque dolore,
Solennes de more dapes, & tristia dona
Libemus, cineri ingrato suprema ferentes,
Nos hæc ad tumulum tenui modulamur auenâ,
Vix opus ingenio par sed melioribus ausis
Olim aliquis spero Musis dilectior illa
In melius referens, impensius excolet arte:
Addet & his laudes, & carminis alite famam
Mœonio extendet, nec Mergi nomen edacis
Temporis inuidiosa fames memori eximet æuo.
Ille sed interea memorali sede receptus
Colle sub Elysio sanctas in vota volucres
Iam sua conuertit; comes huic it plurima Phœnix
Quæ mundo superat semper tantum vnica nostro.

Aut

Aut si cœlum adiit, iam custos *Piscibus* hæret
Qua versum æthereus signorum vertitur ordo.

Grilli,

A Certalda muliere.

Nunquam equidem fore credideram, vt tristissima iura
Proferret quoque falcatæ inclementia mortis
In Grilli mihi dulce caput, vel mitteret Orco,
Tam paruam sine fraude animam, positoque pudore
Imbelli auferret Proserpina vertice crinem.
O mihi dulce caput, nunc exanimale cadauer.
Non magnæ molis, sed magnæ laudis, & omni
Viuentûm genere inferior, si corpora spectes;
Sed si virtutes, vt nil est, sic nihil vnquam
Aut erit, aut sæclo cantabit fama fuisse
Præterito huic forma, modulis & voce secundum.
Voce & tristitiis animum lenibat, & irâ,
Pectora demulcens turgentia suaue canendo,
Et me voce leui per amica silentia Lunæ
Curarum oblitam somnos suadebat inire.
Non hic nobilitas antiqua ab origine grilli
Prætereunda, licet tenebris condatur, & æui
Inuidia genus hoc alta caligine mersum.
Grillus erat, facilem cui victum opera atque labor
Fornacumque dabant structuræ, nobilis olim
Vir patiensque operum, paruoque adsuetus & æquo
Hunc Venus Idalio non dedignata cubili est,
Huic dedit amplexus crebro, placidumque petiuit,
Infusa illius gremio, per membra soporem.
Primus adulterium, & furtiui fœdera lecti
Audiit ignipotens, animisque expletus & iris
Furta thori, furtique locum speculatur & igne
Corripit è medio candentem forcipe massam
Vestigans oculis densa in caligine mœchum.

Et iam

Et iam ſurgenti Grillo curſumque paranti
Occupat os; illi ſcintillis flaua reluxit
Cæſaries & nidorem frons reddidit vſta.
Sed Venus in mediis ignem fulgere tenebris
Et ſparſo ſenſit thalamum maduiſſe cerebrô
Mœſta patere dolos, mortalis conſcia culpæ,
Et metuens meritas deſerti coniugis iras,
Sepſit ſe nebula, noctique immiſcuit atræ.
Tum longe gemitum & morientis verba per vmbram
Agnouit Grilli, quem cernens æthere ab alto
Exanimum & ſeſe nequicquam in vota vocantem,
Indoluit: nec enim æthereas reuocare ſub auras
Exſortem vitæ poterat, ſed corpore paruo
Arctauit Cytherea animam, vt cognominis eſſet
Beſtia amatori, nomenque maneret in illa,
Ne Veneri ſaltem Grilli monumenta perirent.
Addidit & dotes; nam nox humentibus vmbris
Cum terras operit, ſomnos hortatur inire
Corpora, præteritæ lucis defeſſa labore.
Et conclamatam dat faucibus ille ſalutem
Tonſillis, circumque tumoribus inflamatis.
Tum quia ſæpe ſolet fornacis ducere muros,
Molirique focos, hinc flamæ ignisque coruſci
Nundum ceſſit amor, nec cum forma omnia prima
Mutauit, ſed adhuc muros, atque inuia ſæuis
Felibus antra colit, calidique exeſa camini
Saxa, vbi continuus fornacibus ignis anhelat.
Nunc venio ad grillum, cui mundi Phœbus ocellus
Non ſimilem videt, aut videat licet omnia, vidit:
Illum, ſigna nouem magni luſtrauerat orbis,
Cum primum iuuit radiis arceſſere vitam
Et iam Tartareas iterum deſcendere ad vmbras
Adſpicit emeritis nec fecit curſibus annum.
Grillus enim, vt fauces præcluſaque guttura fruſtra
Erexit toties, toties ſua funera planxit

Ipſe

Ipse sibi lesso abrupto, finemque peregit
Carminis & vitæ, lumen vitale reliquit.
Carmine summe ergo, & modulis viduata canoris?
Nam semper stridere solet, terræque per vmbram
Vix declinabat dulci sua lumina somno.
Vt cunctos, placidis queis plectra lacessere chordis:
Et quibus est studium resonans inflare cicutas,
Si modulis conferre velis & carmine grillo,
Raucisonas coruos compresso gutture voces
Ingeminare, canesque putes vlulare per vmbras.
Sed cur nunc primum miseram sæuissimus implet
Nuntius, & non ante ferens hunc fama dolorem,
Me monuit: quæ fata tulit quantosque labores
A teneris animo puer Amphitruonius æquo,
Æolidesve vagans terra quæ passus & alto,
Cum totidem in pelago quot in armis lustra peregit,
Ipsa lubens equidem constanti mente tulissem
Grille, vt vitalis posses ad sidera cœli
Rursus & officium sub nocte redire canendi.
Quod vos per superos, cœli & spirabile lumen
Matronæ obtestor, fletus mea suppleat orsa;
Sitque satis, mœstus quod cœpit flectere sermo,
Iam peragat vobis taciturnus cætera luctus.
Flete simul, quantumque dolo, miserescite poscit.
Nam leuius lacrimæ, & mentem mortalia tangunt,
Quæ simul luctu & lacrimis vicina frequentat
Turba suis, dolor ipse dolor magnusq; recensq;
In plures mitti sua fata & spargere gaudet
Fortunam in comites; sortem, quam cernit amicos
Communem fecisse sibi, quis ferre recuset?
Vos igitur, Sociæ, persoluite iusta sepulcro,
Aggerite & tumulo terram, stent manibus aræ
Pullis velatæ vittis atraque cupresso,
Vt tanti incumbat vobis pars vltima luctus,

GERARDI FALCKENBVRGII NOVIOMAGENSIS.

Threnus in obitum Ioann. Flemingii.

DEfleo Flemingum, *Musis* lacrimantibus heu, heu.
Flemingus cecidit, quem Musæ sæpe requirunt;
Quem Charites viuum, quē comptus amauit *Apollo*
Defleo Flemingum, *Musis* lacrimantibus heu, heu.
Nox erat, & dulcis carpebant munera somni
Stertentes famuli, nec erat faber vllus in vrbe
Excitus stratis, omni cum cassa pudore
Venit odoratum pulsans *Mors* atra cubile,
In quo Flemingus coniuxque iacebat honesta,
Et iaculo emisso vitalia stamina rupit.
Defleo Flemingum, Musis lacrimantibus heu, heu.
Vxor at in subita sublatum morte maritum
Vidit, ait, coniux oculis mihi carior vna
Ocyus aufugiam nunc te fugiente sub vmbras;
Nec volo, nec cupio sine te superesse marito.
Hei mihi, quod memet redimi moriente requires!
Hei mihi, nemo potest crudelia vertere fata
Defleo Flemingum, *Musis* lacrimantibus heu, heu.
Est locus egregia Flemingi nobilis arce
Nomine Vinnegemum, celeberrimus vbere glebæ,
Mercurii procul haud fano, qua cuncta quotannis
Alma Ceres largis granaria frugibus implet.
Sæpe ibi Hamadryades vicini in limite saltus

Fle-

Flemingo faciles viuo duxere choreas:
Sæpe illi accinuit cithara Philomela canenti,
Placauitq; animi vario modulamine curas.
Nunc & Hamadryades siluæ loca opaca relinquunt,
Et querulæ gemitu volucres torquentur acerbo,
Flemingumq; dolent inopina morte peremptum.
Ver erat æternum, flores, violæq; , rosæq;,
Lilia nec mediæ deerant tibi tempore brumæ,
Nunc & honos horti florumq; emarcuit omnis,
Nunc perit arx, dominus quod sævis occubat vmbris:
Defleo Flemingum, Musis lacrymantibus heu, heu.
Vrbs dolet amissum, quo non præstantior alter,
Insignem virtute virum, & præ diuite censu,
Integer vnus erat vitæ, sine fraude dolisq;,
Veridicus sermo illius, ceu iure fuisset
Iurando firmatus, erat. Nec in ædibus auri,
Indica ceu formica, suos condebat aceruos
Haud quidquam certa fuerat si lege rogatus,
Ipse negare solet (neq; cuncta petuntur honestè)
Multa aliis, sed plura dabat sibi sanguine iunctis
Præsentes hilari vultu tractabat amicos,
Attamen vt cuiuis cum vellet abire liceret.
Defleo Flemingum, Musis lacrymantibus heu, heu.
Esuriunt vates, quorum patronus & altor
Dum vixit Flemingus erat; materq; paterq;.
Nullus ad illius veniebat lumina vates
Carmina vel cantans turba comitante sororum,
Vel quid habens libri, quem nunquam viderat ante,
Qui semel infecta re discedebat: at omnes
Et mensa & verbis mulcere studebat amicis,
Nec dimittebat magno sine munere quenquam.
En factum agricolam qui floruit ante poeta,
Ecce alius ponto nunc nauita viuit & aura,
In manibus nunc neuter habet sua gaudia libros,
Alter habet clauum calamum, librum alter aratrum.

Ni cum suauiloquis malit periisse Camœnis
Sic cum Flemingo Belgarum Musa sepulta est.
   Defleo Flemingum, Musis lacrymantibus, heu, heu
Hei mihi Parca ferox, quæ te dementia cepit?
Mutarunt manuum naturam fila tuarum.
Namq; piis Iouis imperio vita esse solebat
Longior & melior, peior breuiorq; profanis.
Hæc versa est series. Nulli pietate secundus
Haud potuit limen Flemingus adire senectæ:
Sed sine iure Duces populi qui sanguine gaudent,
Et saltatores speciosa veste superbi,
Mendacesq; diu sine sollicitudine viuunt.
   Defleo Flemingum Musis lacrymantibus heu, heu,
Sed bona lugentem me spes sustentat alitq;.
Nam cum Flemingo prolem natura negarit,
Huic animo ac virtute pari succedere fratrem
Heredem video, cui sunt quoque carmina curæ,
Quem quando intueor, Flemingi occurrit imago.
Et superest Schetus, Flemingi qui socer illud
Dulce decus Charitum, qui nobilis Hessi de Musa,
Schetus, Eobani qui portus & aura Camœnis!
Schetus amat vates vatum doctissimus omnes.

In eiusdem mortem.

Vnde tot Aoniis è vallibus audio questus?
   Quid Charitum lacrymis ora rigata nitent?
Fata repentinæ rapuerunt inuida mortis
   Pierii columen præsidiumq; chori.
Quis fuerit dubitas? Flemingi est nobile nomen
   Qui charus Phœbo Mercurioq; fuit.
Diuitiis clarus, sed clarior arte fruendi.
   Vatum Mecœnas, ipsa Poëta bonus.
Eximie coluit, recti sibi conscius, omnes
   Officiis homines, & pietate Deum.
Ergo quid hunc mœsti tantum lugetis amici,
   Cui nunc in cœlo est certa parata quies?

SAXO.

SAXONIS FINIAE FRISII.

Ad Iustum Rikium Poetam.

ITe molliculi mei Phaleuci,
Meo dicite Rikio salutem,
Meo plectite Rikio coronam,
Meo plaudite maximo sodali,
Vestro plaudite maximo Poëtæ.
Ille ignis meus est amorq; vester;
Amari bonus, insciusq; amari.
Vnum cui studium est placere vobis,
Et vobis sua dedicare dona,
Quæ spirant genii perennis auram,
Spirant ingenii nitentis aurum.
Audi posteritas, & obstupesce;
Non tantum veteres bonos Poëtas,
Sed nouos etiam bonos Poëtas.
Hic Iustus meus & tuus futurus,
Vix lanugine primula decorus,
Vix sexta trieteride absoluta,
Iam miranda viris canit Poëtis.
Quid anni dabitis precor sequentes?
Quid anni dabitis viriliores?
Hoc: vt quum modo sit Poeta magnus,
Omnes tum superet Poeta magnos.

IOANNIS FLEMINGI ANTVERPIANI.

In obitum Caroli V. Imp.

CAroli dum mœsti persoluunt debita iusta

Nata nepoſq; tibi, & ſolemni more parentant
Funebrem ad pompam, fatalia numina Parcæ
Conueniunt, diuumq; alii, tum forte ſorores
Fatali commota vrna, præconia famæ
Clara tuæ, partumq; tibi per funera cœlum
Dum memorant, mœſtis numeris ſunt taliter orſæ:
Nos tibi Regales ortus, Regalia ſceptra,
Et dedimus puero tibi florentiſſima regna,
Romanum iuueni Imperium, mox orbis habenas
Tradidimus ſuperis ſimul & plaudentibus aſtris,
Quæ tibi naſcenti vel feliciſſima cœlo
Fulſerunt. Sic ipſe tuo Iouis ales in ortu
Conſtitit atq; tibi geminæ micuêre coronæ.
Hæc oriens, medio ſtetit altera vertice cœli,
Vtraque Cæſareos quondam ornatura triumphos.
Inde nouo pater armipotens lætatus alumno,
Auſpiciis tentata tuis bene prælia vertit:
Sic mox Heſperiæ magna cum laude tumultus
Componens, pacem populis & iura dediſti.
Sic inſperato victi certamine Galli,
Flumina Ticini fuſo tinxere cruore:
Et triſtis captum defleuit Gallia Regem.
Sic alias inuicta ſuo cum Præſule Roma
Capta fuit, dominæque orbis dominatus es vrbi.
Armaque Threicium fugientem anguſta tyrannum
Danubius pater aſpexit, fluiduſq; Tibiſcus.
Sic etiam Libycis tua proſpera prælia buſtis
Africa teſtatur. Ceſſit tibi victa Tunete:
Ceſſit & incenſa prædonum claſſe Goleta.
Belgica deinde nouos agitat dum forte tumultus
Terra parens, non hoſtiles tranſire per agros
Es veritus, fide Gallorum diſcrimine magno
Confiſus: tibi tanta fuit ſedare cupido
Flandrorum motus, patriæque parare quietem.
Ecce ſed occulto conſpirans Geldria bello

Gallo-

Gallorum cum Rege: tibi fuit altera caussa
Vincendi: peruulgato sic vnius vrbis
Excidio. Sine cæde virum, sine sanguine fuso
Progressus, gentem indomitam, genus acre Sycambros
Vicisti. Galloque nouæ noua fœdera pacis
Concedens, incerta paras fortissimus arma
Cæsare digna, quibus discors Germania tandem
Victa, tuas Aquilas & sceptra potentia supplex
Agnouit. Cunctique tibi cessere rebelles.
Quin etiam auspiciis alio noua Regna sub axe
Parta tuis. Obeunt, quos est mirata vetustas,
Antipodes tua iussa. Nouus tibi seruit & Orbis.
Hæc bello. Nunc quanta fuit prudentia pace,
Dum populos regis imperio ac moderamine miti.
Iustitiamque colens, Diuum studiosus honoris:
Relligio tibi præcipue fuit vnica curæ.
Ah quanto collapsa tibi stetit illa labore,
Discordes dum per discordia dogmata gentes
Composuisse studes. Nisi sors conatibus impar
Turbasset medios pro, vota per irrita cursus.
Illa fuit persæpe tuis contraria cœptis,
Et terra pelagoq; graui deseuiit ira.
Sic infelici tentata est Africa bello
Aduersante Deo pelagi, qui viderat ante
Signa tua Herculeas vltra prolata columnas.
Neue tuis totum titulis accederet æquor,
Sæuiit in classem. Sic & Germania bellax
Indignata iugum, sumptis se vindicat armis.
Tu tamen hæc variæ semper ludibria sortis
Ingenti vicisti animo. Victoria tandem
De te ipso postrema fuit, dum cuncta relinquens
Magnanimo viuus nato tua Regna Philippo,
Otia decrepitæ quæris tranquilla senectæ,
Priuatæq; studes vitæ, soliq; quieti
Noluimus, ruptoq; tuæ mox stamine vitæ,

Iussimus accedas tandem noua gloria cœlo
Hic mauors tibi forte locum, qua portitor Helles,
Aut vbi signiferum stellis ardentibus ornat,
Scorpius elegit: legit tibi proxima signa
Alma Venus, qua Libra micat radiantibus astris.
Contra Astræa suo voluit defigere sedem
Austriaco, qua parte poli sua sidera fulgent
Virginis Erigones tardo coniuncta Booti.
At pia relligio Diuûm præfecerat aræ
Fulgenti latè cœlo, sed noluit ipse
Iuppiter angusta qui cœli parte locatum
Præfecit te nempe suis sancto ordine stellis,
Quas pius ille senex arcu fixasque sagittis
Et manibus, cubitoq;, & toto corpore Chiron
Sustinet, & claro radians diffundit Olympo:
Vnde tuos foueas semper procliuis Iberos:
Vnde tui semper Capricorni proxima spectes
Quæ fulsere tuis orientia sidera cunis.
Ille fores seruans cœlestis Ianitor aulæ,
Te, si quando lubet Diuûm succedere tectis,
Inducet cœlo: nam sic mandauerat olim
Iuppiter, & Superi pleno assensere senatu.
Hic pietatis honos: hæc vitæ fortiter actæ
Præmia: quæ nec mors, non vlla iniuria lædet
Temporis. Hæc ternæ pariter cecinere Sorores.
Singulaq; æratis mox insculpsêre tabellis.

Epitaphium Mariæ Reginæ Vngariæ.

Funebres has exequias, funebria iusta,
Et de more pias soluimus inferias,
Manibus ô Regina tuis: ô fœmina princeps,
Nostra cui nullam secla tulere parem!
Crudeles diui; cur tanta licentia morti est?
Siccine erat subito præcipitanda malo?
An quia mors magnum confecit Cæsara, prædam

Hanc

Hanc dignam titulis credidit esse suis?
Atropos, vt famæ, & virtutibus inuida, vitæ,
Stamina præcipiti rumperet vsa manu?
Illa tamen, veluti si quis de littore soluens
Nauiget, & placidum per mare tutus eat,
Leniter excessit: vitæ secura beatæ,
Aspectu æterni sic fruitura Dei.
Natalem Belgis, fatum donauit Iberis:
Vtraq; sic tellus quod veneretur habet.
Illius ingenium, virtus, animusq; virilis
Claruit Eois Occiduisq; plagis.
Atq; ea florebunt, famaq; superstite viuent:
Inuida Mors cessa, hic nil tibi iuris erit.

Arnoldo Flemingo fratri.

Accipe perpetuas à charo fratre salutes
Frater, & hæc vitæ nuntia scripta meæ,
Hactenus ad Tamisim Londina viuimus vrbe,
Anglica non aliam qua tenet ora parem:
Pulchra situ, populosa viris, magnisq; superba
Censibus & cultu est suspicienda suo.
Multa quidem exhibuit visu dignissima sed quæ
Omnia sit longus commemorare labor.
Non procul hinc qua terra plagas videt ista cadentes,
Vna sed è multis Regia celsa iacet,
Quæ modo præsentem hospitio clarissima Regem
Excipit, atq; sui Principis ora videt.
Hunc ego, laus superis vidi sed sæpe videndo
Non oculos potui non satiare animam.
Ille decem, vt memorant coniunxit quatuor annos,
Et peragit vitæ tertia lustra suæ.
Tanta sed est puero placidi reuerentia vultus,
Quanta vel annoso vix queat esse seni.
Os nitidum, placidasq; genas, frontemque serenam,
Luminaq; humani plena fauoris habet.

Corporis est habitus, quem si depingat Apelles,
Non aliqua pingi pulchrior arte queat.
Adde quod ingenuis animum feliciter ornat
Artibus, vt studiis vix ferat ille parem.
Hinc affabilitas hinc illum Regia virtus,
Mirandum cunctis gentibus esse volunt.
Certe ego si nihil hac aliud regione viderem,
Non potero exactæ pœnituisse viæ.
Hactenus hæc. nunc propositi sententia nostri
Quæ sit, inexpleta noscere mente voles.
Proxima cum referet roseos aurora iugales,
Protinus inceptum perficiemus iter:
Et qua se latis pandit Cornubia campis,
Ibimus occiduæ sub regiore plagæ.
Atq; ibi, nil præter ventos expecto secundos,
Flabraque ad Hispanum quæ cito littus eant.
Tu modo, vt absentem, tueantur numina fratrem;
Sis memor attento sæpe rogare animo:
Vtque habeant semper faciles mea carbasa ventos,
Et reliquum tuta naue per æquor eam.

Elegia I. in abitum Neæræ.

Ergo dies venit, qua disiungemur amantes,
Flebilis, & lachrymis sæpe notanda meis
Qua procul hinc sine me, sic sors tulit improba, debes
Ire peregrinas, chara Neæra, vias?
Et me rellictum lachrimis, sæuoq; dolori
Ad comitem lateri non licet ire tuo?
Febris enim miserum insolitis ardoribus vrgens,
Detinet ingrato languida membra toro:
Et stomachus nullam languens admittit orexim,
Qui solo appositas horret odore dapes.
Vna sitis nullis vnquam mihi deficit horis,
Quam simul exhausti non leuet vnda Tagi.
Sic mihi natiuos macies inuecta colores

Abstulit

by Google

Abstulit, & toto pallor in ore sedet:
Instabilesq; gradus prono firmare bacillo
Ante diem iuuenis cogor, & esse senex.
Forsitan hæc poteram patientius omnia ferre,
Vnaque multorum nostra querela foret.
Et spes venturæ quondam concepta salutis
Non erat afflicto parua medela animo.
Verum abitus, mea vita, tuos, tristesq; recessus,
Quis nisi cum magno ferre dolore queat?
Nil grauius propter Briseida sensit Achilles,
Mouit vt iratum rapta puella ducem.
Illius ereptos dum suspirabat amores,
Nempe fuit tanto digna querela viro.
Nec minor est nobis iusti data caussa doloris.
Quem grauis in tristi pectore versat amor.
Chara Neæra, Neæra mihi me charior ipso,
Dum mœstam hinc sine me te procul ire queror.
Teque graui desiderio votisq; requirens,
Ah quoties falsis ludor imaginibus.
Occurrunt mihi blanditiæ, & consueta voluptas,
Gaudiaq; alternis sæpe iterata iocis.
Et quæcumq; mihi tecum iucunda fuerunt,
Nunc grauis afflicti sunt dolor vsq; animi.
Sic mihi nulla dies, non nox fert vlla quietem,
Et viuo vitæ nescius ipse meæ.
Et, nisi spes reditus, quam tu mihi blanda dedisti,
Vulnera ceu medica nostra foueret ope,
Certe ego, cum nequeam tanto superesse dolori,
Optarem fusi fila recisa mei.
Nam quem vita suo defatigata dolore,
Anxia continuis aut iuuet vlla malis.
Ergo tibi si cura mei est, cura vsq; reuerti
Ocyus, aut duro fractus amore cadam.
Et grauis aduersi fuerit mors finis amoris,
Quod si post nullus funera restat amor.

At tu si quando te fortunata reducant
Fata, memor nostri viue, Neæra, precor,
Et diffunde meo gemitus, lacrymasq; sepulchro:
Illa decent cineres vnica dona meos.

Elegia II. Conqueritur de amore.

Ergo ego non potui prima vitare iuuenta
Tela pharetrati perniciosa Dei?
Sæue puer, quid me insultum tam fortiter vrges?
Et rude tam magno corripis igne iecur?
Parce precor victo iuueni tua signa sequenti;
Qui noua militiæ iam capit arma tuæ.
Parce, nec infestis miserum prosterne sagittis,
Hostibus hæc tua sunt arma mouenda tuis.
Vre, sed immodica nili consumere flamma;
Vre, patent flammis pectora nostra tuis.
Sentiat & similes formosa Neæra sagittas:
Ah nimium formæ fisa puella suæ.
Sentiat illa tui sit quanta potentia nerui,
Sentiat hæc quanto numine regnet amor.
Atq; faces experta tuas patiatur amari,
Discat & obsequio mollior esse meo.
Tunc ego vota tuis soluens sollemnia Templis,
Munera cum grato thuris odore feram.
Atq; tibi de more nouos sacrabimus hymnos,
Et quæ sint laudis carmina plena tuæ.
Tuq; Neæra mei iustissima caussa caloris,
Vt tua fac flammas temperet aura meas.
Perge nec ingrato iuuenem deludere fastu,
Ne penitus duro fractus amore cadam.
Sufficiant lacrymæ, gemitus suspiria, questus,
Et desiderii spesq; metusq; mei,
Sufficiat dolor, afflictum qui luce fatigat,
Nec minus obscura me quoq; nocte premit.
Sic ingrata Ceres, ingrataque munera Bacchi,

Et me si qua venit, non iuuat vlla quies.
Morsq; in amore meo est, nisi tu charissima rerum
Auxilium fesso qualibet arte feras.
Et mea quæ medicas non sunt curanda per artes
Vulnera, facta tuo sana fauore leues.
Sic fueris mihi caussa mali, mihi caussa salutis,
Non secus ac quondam Pelias hasta fuit.
Seruatusq; tuo dicam tibi munere grates,
Nostraq; erit laudis prodiga Musa tuæ,
Illa tuum longo cantabit carmine nomen,
Et dicet formæ singula dona tuæ.
Quantaq; tam raro sit virtus iuncta decori,
Quæ tibi certè animos non sinat esse feros.
Sin secus: atq; hinc durus amor, dura inde Neæra
Pergitis in nostrum duriter exitium.
Ipse lubens moriar: nec erunt mea funera laudi
Siue Cupido tibi, siue Neæra tibi.
Vtq; ea venturis moueant suspiria seclis,
Tale mihi in tumuli marmore carmen erit:
Hic iacet aduerso iuuenis prostratus amore:
Caussa necis misero dura Neæra fuit.

Elegia III. in cladem Romæ ex Italico

En dominæ colles vrbis, sacræque ruinæ,
Quæ veteris Romæ nunc nisi nomen habent.
Ast vbi tantorum miseranda sorte virorum
Relliquiæ? letho corpora fusa iacent.
En pompæ celebres, arcus, sacra arte colossi,
En sed marmoribus nuda theatra suis.
Cernite vt in modicos cineres sint omnia versa,
Vilis & externo fabula sint populo.
Sic licet aduersum monumenta celebria tempus
Bella gerant, aliquo tempore victa cadunt,
Nec modo res ipsæ taciturnis passibus æui,
Ipsa sed & rerum nomina trita iacent.

Ergo

Ergo ego tristitiasq; meas, interque dolores
Contentus dura sorte libenter ero.
Nam si cuncta suo consumunt tempora cursu,
Et finem nostris dabunt lachrymis

Elegia IV. in cartam cosmographicam Io. Guicciardini in carcere factam.

Naso Tormitano dum viueret exul in orbe
Inter inhumanos, indomitosque Getas,
Leniit exilii mœstum per tædia carmen,
Cumque auctore suo mœsta poësis erat.
Sic Guicciardinus dum tristi in carcere vitam
Degit, & hic longo tempore mœstus agit;
Repperit hæc duræ solatia dulcia sortis,
Lenimenque suis, auxiliumq; malis:
Scilicet in magno magnum Iouis alite mundum
Pingere præclaræ quod foret artis opus.
Vt licet in parua posset spatiarier æde,
Parte tamen mundi qualibet ille foret:
Et nunc Eoos; & nunc spectaret Iberos,
Nunc loca sub geminis conspicienda polis.
Nunc varios montes, diuersaq; flumina terræ,
Æquora nunc tumidis aucta videret aquis.
Denique sic sortemque suam, & fastidia vicit
Carceris, atq; animi tædia longa sui.
Ne tamen auctoris labor hic priuata voluptas,
Publica multorum sed foret vtilitas:
Edidit, atque orbem spectandum præbuit orbi,
Sic vt non alia clarius arte queat.
Ergo sui quicumque vides monumenta laboris,
Iure illi grates candide lector agas.

In Elegiam Molsæ ante obitum.

Audiebant Parcæ hos elegos & flebile carmen
Molsa, quod interitum concinit ante suum.

Indoluere deæ, fatisque iubentibus illi
  Fila, sed inuita præsecuere manu
Tum pater arcitenens, Molsæ præcocia questus
  Funera, fatidicos hos dedit ore sonos:
Molsa breuis tibi vita fuit. sed carmina viuent
  Hæc tua, quæ nullo funere victa cadent.
Et quæ fata tuæ dempserunt tempora vitæ,
  Aucta dabo famæ prosperiora tuæ.
Inter & Aonios cantabere Molsa poëtas,
  Donec ego Latii carminis auctor ero.
Et mea iampridem viuo tibi debita laurus,
  Busta super sparsis fiet tua celsa comis:
Vnde petant passim venturi præmia vates,
  Et tua cum iusto fata dolore legant.
Terque tuos sacra venerari carmine manes,
  Terra, rogent, cineres non grauet vlla tuos.

Epistola amatoria.

Andromache nostri motrix iucunda caloris,
  Vna quies vitæ præsidiumque meæ,
Hæc tibi perpetuam perfert ab amante salutem
  Littera, languenti vix perarata manu,
Hic vbi vicinas Prouincia conspicit Alpes
  Gallica, & est Ligurum iuncta Nicæa mari.
Terra procul Belgis, vbi te, mea vita, relinquens,
  Sum passus longæ tædia multa viæ.
Me calor ætherius Nemeæique ira leonis
  Torruit, æstiuum Sole tenente Canem.
Mi montes, mihi saxa suis in montibus altis
  Obuia, festinas impediere vias.
Me mare vicinum multis infame piratis
  Sollicitum, merito terruit vsque metu.
Omnia felici superaui fortiter ausu,
  Et mihi nunc eadem est, quæ fuit ante, salus.
Dii faciant simili viuas contenta salute,

Et

Et precor vt tibi sit maxima cura mei.
Est tibi, nec dubito, sed & absens multa vereri:
Forsitan & vanos cogor habere metus.
Da veniam nimium temere peccasse fatenti,
Si te non facto crimine lædit amans.
Quod superest, ego te solito complector amore,
Imperiumq; mei pectoris vna tenes.
Et memor vsque tui viuens noctesque diesque
Torreor, accenso dum iecur igne calet.
Et quamquam meus ignis abest, tamen vrimur igni,
Dum procul absentem me tuus vrget amor.
Ille graues agitat confusa in mente dolores,
Durus & assiduis me premit vsq; malis.
Testor ego deprompta imo suspiria corde,
Atq; eadem lachrymis humida facta meis.
Qualia Threicius vates, in rupibus Hæmi
Edidit, amissa flebilis Eurydice.
Audiit hæc latis fundata Lutetia campis
Quaq; repartitis Sequana fertur aquis.
Et Ligeris potuit nostras audisse querelas,
Gallica qua sparsis perluit arua vadis.
Et mansuetus Arar, cursu fortasse retento
Constitit ad questus, indoluitque, meos.
Ipse pater Rhodanus nostris est fletibus auctus,
Et solito rapidis fortior iuit aquis.
Concussique meis rigidas singultibus Alpes,
Ipsaq; conspicuis horrida saxa iugis.
Dii nemorum, resonansq; imis in vallibus Echo,
Sæpius ad gemitus ingemuere meos.
Meq; dolor potuit saxo mutare vel orno,
Seu flentem in liquidam vertere fontis aquam.
Certa nisi nostros minuissem gaudia luctus,
Per lachrymas memorem dum licet esse tui.
Sic mihi sunt risus, sunt vno tempore fletus,
Certantq; alternis gaudia cum lachrymis.

Vt

by Google

Vt constare sibi dicas contraria secum,
  Vsque adeo forti numine regnat amor.
Flamma abit in lachrymas, lachrymæ siccantur ab igne:
  Sic lachrymæ flammam, flamma iuuat lachrymas.
Cur ita? nata mari Venus est, sed natus in Ætna
  Est amor. hic flammas, illa facit lachrymas.
Horum ego dum vitæ concesso munere fungar,
  Numina solemni relligione colam.
Dumque illis meritis statuemus honoribus aras,
  Fumabunt sacris thura Sabæa focis.
Et circum si parua iuuant quoque munera diuos,
  Certe ego quæ potero qualiacumque feram.
Atque ea cantatis deuote ornabimus hymnis,
  Quos legat atque auide sæpe recantet amans.
His nomen, laudesque tuas miscere iuuabit
  Andromache, & formæ munera rara tuæ.
Virtuti coniuncta simul. quæ maxima fulgens
  Est tua cum magnis associanda deis.
Tempus erit si non nobis contraria fata
  Impediant animi vota precesque mei;
Cum tu, dii faciant, nostri miserata caloris
  Præbebis vitæ tempora læta meæ:
Damnabisque moras, dilataque gaudia lecti,
  Pensabis longis blandula deliciis.
Tunc mecum mea Musa tibi deseruiet vni,
  Inque tuo promptum nomine carmen erit,
Quod sonet Andromachen, quod sic de laudibus ornet
  Vt magis ipsa tibi iure placere queas.
Cur ita crediderim tibi proxima somnia testor,
  Si modo nostra aliquod somnia numen habent.
Languebam, & tristes agitabam pectore curas,
  Ipseque erat nostri causa doloris amor.
Cum Cytherea meas non auersata querelas,
  Astitit & blanda cum genitrice puer.
Atque ait, ô iuuenis solito iam parce dolori,

Si licet, ipsa mea restitueris ope.
Namque nisi pugnent fatis contraria fata,
Nec mea sint alio Numina victa Deo.
Ipsa sui pridem quæ te deuicit amore,
Andromache thalamis cedet amica tuis:
Felicesque ambos amor & concordia dulcis
Coniugii ad summum nutriet vsque diem.
Si tamen ambitio, seu mens auersa parentum,
Ah desiderio pugnet iniqua tuo:
Auersusque Deum genitor Iunone sinistra,
Opponat votis numina dura tuis:
Andromachesque tuæ, ne quod modo sperat & optat,
Audiat in thalamos sponsa venire tuos.
Certe ego quæ nostri reputetis dona fauoris,
Concordes foueam semper amore animos:
Quem non vlla dies, non vlla occasio rerum
Eruet ex huius pectore siue tuo.
Hæc præsens Cytherea, suæ sed & ipse parenti
Annuit, & meritis dicta probauit amor.
Somnus abit; cumque ipsa Deum mox numina somno,
Aëris in liquidas rapta abiere vias.
Sensi ego quod mentem iam confirmauerat ægram
Coniugi Andromache spes mihi facta tui.
Illa tamen secum nondum secura laborat,
Maiorumque timet quo ferat ambitio.
Ah pereat si iampridem sperata duorum
Optati impediat fœdera coniugii.
Et dulces natos, & quæ Venus aurea spondet,
Pignora legitimi turbet iniqua thori.
Dii precor vt tantos liceat vitasse dolores,
Nec videant nostri tam mala fata dies.
Neue, quod heu vereor, fati imperiosa potestas,
Alterius socium me velit esse thori.
Præcipitem rapiat (nolim, sed dicere cogor)
In non quæsiti fœdera coniugii.

Si tamen hic visum superis & sorte maligna
Debetur tantis anxia vita malis:
Heu mihi quam multos patiar sine teste dolores,
Quantaq; in afflicto tristia corde feram.
Adde quod occultos graue dissimulare dolores,
Sitq; pati pœnam quam tacuisse minus.
Sola nec illa tamen, mors interrumpet amores
Tristis, & humanis inuidiosa bonis.
Nam tua præcipites si rumpunt stamina Parcæ,
Funebribusque velint me superesse tuis;
Amittam quod amo: sed mors non tollet amorem:
Mortua namq; eadem cura futura mihi es.
Ossa tua & cineres venerabor sæpe sepultos,
Et tua pro magno numine busta colam,
Dona ferens, lacrymas, gemitus, suspiria, que fletus
Quæ dabit ingenti victus amore dolor.
Andromachesq; meo, seu viuæ siue sepultæ,
Numina nulla dies auferet ex animo.
Sin vero me fata trahunt inopina priorem,
Et fuerint vitæ stamina rupta meæ:
Non tamen extinctum solito frustrabis amore,
Nec tua cum nostro funere flamma cadet:
Sed solata meos pietas tua maxima manes,
Persoluet tumulo dona suprema meo.
Non violas, non ipse rosas, tristesue cupressus
Cedo, nec accensis arida thura focis.
Andromache gemitus dabis & lacrimantia verba,
Quæ moneant cineres ter repetita meos.
Quæ procul Elysiis in vallibus audiat vmbra,
Et fuerint reliquis manibus inuidiæ.
Dii tamen auspiciis mutent melioribus omen,
Et precor à nostro mors sit amore procul.
Interea dum me spes & timor vrget amantem,
Fluctuat & dubio nostra carina mari:
Et peregre à chara rapior distractus amica,

Anxius innumeris ſollicitudinibus.
Andromache mea vita, & vitæ ſola voluptas;
Si qua tamen ſine te vita placere poteſt;
*V*iue memor noſtri, ſeu me ſors læta reducat,
Seu peregrè cogat viuere, ſiue mori.

Andromachæ ſuæ.

Andromache, chara Andromache, mea maxima cura
Andromache ô flammæ nobilis aura meæ.
*V*iue mei ſemper memor, & mihi mutuus ardor
*I*lle tui, ſummum non cadet ante diem.
Communi ſic mixta fluet dulcedine vita;
Solaq; mors, noſtri finis amoris erit.
*V*ror, & occulto te propter torreor æſtu,
Tuq; pari mecum non minus igne cales.
Noſtra tamen ſecreta manet, nec flamma notatur
Mutua, dum noſter diſſimulatur amor.

Heu quantus dolor & turbatis anxia cura
Mentibus eſt tacitas occuluiſſe faces.
Mors optanda magis, quod ſi ſua funera paſſis,
Nullus ab occulto reſtat amore dolor.

Mors & amor duo tela gerunt; ſi ſaucius arcu
Aligeri gelidæ ſentiit arma necis.
Infelix ah vita hominum, ſi vita vocanda eſt,
Quam mors, quam triſti funere lædit amor.

*A*ndromache conſueta meis feruoribus aura,
Qui pridem noſtrum corripuere iecur.
*V*iue precor, noſtrique memor ſis ſemper amoris,
Mutuus vt ſummum duret ad vſque diem.
Gratus vt accenſos ignis qui torret amantes,
*I*lle etiam noſtros luceat ante rogos.

Ardeo, ſi video, mors eſt non poſſe videre,

Sic

Sic miſerum ex omni parte fatigat amor
Tu vero, ſi quid malim, chariſſima quæras,
Flamma mihi, ſed non mors in amore placet.

Ipſa voluptati eſt quæ ſpes non fallit amorem:
Qua fruſtratus amor, magnus amaror erit.

ADRIANI FLERONTINI

Ad memoriam de Iuſto Lipſio.

O quæ fatorum domitrix, letoque ſuperſtes
Effugis euicti lurida buſta rogi:
Per te aliquid ſi ſunt manes, ſi nomina viuunt,
Et reparas fama temporis inuidiam:
Huc ades, æterniſque fauens altabere pennis,
Queis poſt fata virûm grata per ora volas.
Huc ades, ecce tuam pia turba parentat ad aram,
Et tibi Lipſiadæ Iuſta dicata, vouet.
Accipe ſupremum quod mœſti munus amici, hinc
Publico & hinc priuo nomine perſoluunt.
Accipe & æternis diuini ſi monimentis
Ingenii, Muſis reddita vita tuis,
Fac viuat, per quem natæ, per quem ipſa reuixti,
Sentiat & vires inuida Parca tuas.
Cætera ſint cœli, terris ſaltem aſſere nomen:
Lipſiadem quondam fama loquatur anus.

Ad Gerardum Corſelium I. C. de morte Lipſii.

O decus eximium, Grudiis vbi Pallas Athenis
Fundit inexhauſtas pleni Heliconis opes:
Quæ tibi pro grata referat præconia mente,
Quæue tuis ſtudiis præmia poſteritas?
Lipſiadæ dum ſollicitus ſic Iuſta rependis,
Supremum & tantis manibus obſequium?

Digitized by Google

Nec modo funebri elogio, ſcriptoue parentas:
  Scilicet affectum non capis ipſe tuum.
Latius effuſis ſed corripis omnia flammis,
  Et toto vates ex Helicone cies.
At mihi cordolium, mihi circumfuſa doloris
  Nubila, pæne omnem mentem animi eripiunt.
Nec potis eſt genius ſe in carmina ſoluere triſtis,
  Tabuit in tantis arida vena malis.
Adde quod Aonidum luctus ſecum agmina traxit,
  Munera nec nobis, quæ prius, vlla ſuper.
Dum flos ille hominum Billæus, Conſilii fons,
  Fatorum inuiſis occidit arbitriis.
Tum mihi perculſo perierunt pectore ſenſus,
  Tum patriæ luxi triſtia fata meæ.
Ah quantum illius tetigerunt funera! quantum
  Publico & οἰκείῳ nomine perdolitum eſt!
At mihi Lipſiades, caſu commotus eodem,
  Conſcriptum lacrymis mittit epiſtolium.
Solaturq; grauem, naturæ lege, dolorem:
  Me miſerum! Cygni hæc vox morientis erat,
Littera vix lecta eſt, luctus præſaga futuri,
  Ecce aures mortis fama repente ferit.
Quis mihi tunc, eheu! geminato funere, ſenſus?
  Quos ſæua incuſans fata, dedi gemitus?
Ilicet abruptis renouantur vulnera venis:
  Atq; impar tanto mens ſtupet icta malo.
Alitis afflatus trifido ſic fulminis ictu,
  Attonitum hac atq; hac fertq; refertq; gradum.
Ergone debueras noſtros lenire dolores,
  Durius vt ſubito mens recidiua cadat?
Ite oculi in lacrymas, clarum flete orbis ocellum,
  Aut oculo ſi quid clarius eſſe poteſt.
Tu mea tu moriens fregiſti gaudia Lipſi:
  Tecum vna ſtudia heu! interiere mea.
Tecum vna noſtros aufers vir maxime ſenſus:

Tecum

Tecum & Athænæi gloria lauſq; perit.
Eheu! quo manes quo carmine compellabo?
Numquam ego te Lipſi lumine amabilior
Aſpiciam? nunquam velut ante docentis ab ore
Dulcem fœcundi pectoris ambroſiam.
Excipiam poſthac? at certe ſemper amabo,
Semper in hoc gratus pectore viuet honor.
Tu tu in me viuis, tecum mors mors me abſtulit atra:
Vna tuos cineres corque habet vrna meum.
Felices animæ, quas nexu & fœdere iunctas,
Mors quoq; diuiſas tollere non potuit.
Billæ, & Lipſi, ſi vos mortalia tangunt;
Hæc vota, atq; pias accipite has lacrymas.
Puræ animæ, patrium poſito iam corpore cœlum
Vos habet & Campis luditis Elyſiis.
*N*os turba infelix per acerba & turbida rerum
Voluimur, incerti quid fera fata ferant.
Inſpicite, & noſtrum memores miſereſcite caſum,
Et quam ſumma tenent, ô date pace frui.

LVCAE FRVTERII BRVGENSIS.

In obitum Hadriani Turnebi.

Sic tibi, *Parca*, frequens res ſit cum vilibus vmbris,
Sic cadat in ferrum mors numeroſa tuum?
Quæ tua ſæuitia eſt, doctis caput artibus auctum
Turnebi immiteis dedere ad inferias?
Turnebi, cuius ſubnixum præpete penna
Nomen hiat rubris concolor hoſpes aquis:
Cuius & in famam victricibus Itala tellus
Vocibus inſurgit, Gallia docta tibi:
Seque negat tanti ſub laudes ire minorem
Nominis. hæc virtus præmia ſola capit.

Digitized by Google

Quæ niſi quanta viget Turnebi in pectore ſedit?
Sidit in Autati pectore tota mei.
Hos poſſe indomitis ætatibus exigere æuum,
Eſt adeo inſanæ crudelitatis opus.
Fata vetant: Turnebe tamen te viuere verum eſt:
Scriptaq; ſunt Famæ poſtuma regna tuæ.
Felices animæ, quæ poſt mortalia ſæcla
Viuere concipiunt, viuere cum nequeunt.
Atq; vtinam plures, quos hæc habet ora, diſerti
Tramite Turnebum conueniente premant!
Cumq; habeant, vitæ mortem omnibus eſſe nouercam,
Morte obita, famæ ſtent ſine labe ſuæ:
Atq; aliquid viuax ſcriptam refeiatur in vrnam,
Sic iuuat & fati me quoq; iura ſequi.
Sic iuuat indocto finem ſtatuiſſe dolori:
O pereat quiſquis non ita cunq; perit!
Paruus amicitiæ tecum mihi venerat vſus,
Paruus amicitiæ nec tamen vſus erat.
Te memini quiddam ingenio inueniſſe ſub iſto,
Quod cuperes votis grandius ire tuis.
O ego ne tanto poſſem ſupereſſe dolori,
Quam malim nulla carminis arte frui!
Et tamen hoc quantum eſt peregrini munus amici,
Eſſe graue exopto, docta iuuenta tibi.
Siue aliquis ſacris raptorum eſt ſenſus in vmbris,
Hoc graue Turnebo ſic quoq; munus erit.

Ad Ianum Douſam Dialogiſmus.

Fruterius.

Donec carus ero tibi,
Nec quiſquam Genii munera Douſici
Maiori obſequio colet,
Viuam Cæſarea ſorte beatior.

Douſa.

Douſa.

Donec Fruterius mihi
Det notas animi delicias ſui,
Me non alterius trahet
Ignotuſue nouuſue in ſua iura amor.

Fruterius.

Me multorum animi fauor
Aſtrictum vigili præſidio tenet,
Pro queis vltima perpeti
Sit deſiderii certa fides mei.

Douſa.

Et me multus amor ſibi
Addictum valida compede detinet,
Pro quo bis peream libens,
Æternisq; animam deuoueam ignibus.

Fruterius.

Quid ſi nil animo tui
Dulce eſt Fruterii, præter amabilem
Douſæi capitis fidem,
Mentiſque ingeniique ingenuas opes?

Douſa.

Quanquam multus amor mihi
Inſtat perfidiæ neſcius improbæ,
Tecum dulce tamen mori,
Tecum viuere ſit, candide Fruteri.

Inſcriptum albo Lamberti Burchii.

Scilicet in ſcriptis amor incorruptus amicis
Delitet, atq; animi eſt chirographum ipſa manus.
Tu tamen hoc Burchi, dici cupis atq; videri.

Depugnaſque iſtis rebus ineſſe fidem
Atqui ego non pugno tibi: tu qui vincere noſti
Fruterios, vinci turpe in amore puta.

Ioanni Ilingio [illegible]

Ilingi, ſi quidquam à te pote ſuauius eſſe,
Hoc erit & ſuaui ſuaue magis Venere.
Sed Veneris Venere vt nihil eſt pote ſuauius eſſe,
Sic Veneri & nobis alter Adonis eris.
At Veneri & nobis ſemper victure, nefandi
Dente fero non es occubiturus apri.
Tanta tui à Venere & nobis cura ibit, vt illum
Hanc ſemel, heu, noxam ſit nocuiſſe ſatis.
Excole formoſas Muſaſq; & Cyprida, nymphas,
Cura laborq; hominum, cura laborq; Deum.
Cura tamen tibi ſis vni vt ſis pluribus omnis
Quæ venit ex ſeſe cura probanda venit.
Ipſe ego ſi poſſem quicquam: volo poſſe videri.
Vtq; nihil poſſum, ſic voluiſſe velim.
Tu potes, vtque potes, inamora homineſque Deoſque,
Non fieri id verbis, rebus Ilinge poteſt.
Ergo age, res ipſas Muſarum dilige: ſtabunt
A votis facies Muſa Venuſque tuis,
Sic tibi, ſic aliis pulcræ virtutis amore
Gratus eris; gratus ſis tibi, ſiſque aliis.

Albo amicorum Iani Douſæ.

Deſipit in ſcriptis animum qui quærit amicis:
Aſt animum ex anima qui trahit, ille ſapit.
Ille ſapit, proprio qui pectore geſtat amicum,
Nec foris inquirit, Douſa, quod intus habet.

Ad eundem.

Terminus eſt rebus, nec terminus omnibus: iſtam
Tellinas non poſſit Mors violare fidem.

Non

Non animi doctas irrumpere terminus arces,
Firmaque amicitiæ ſoluere vincla queat.
Quare non fragili buxo fluxaue papyro
Inſcribenda fides, aut amor vnanimis.
Namque amor vnanimis ſi animos vna eſſe fatetur
Noſter amor Douſi, veſtro animo vnus erit.
Nec teneris illum chartis, aut marmore duro
Vnquam adeo includet mens mea, ſiue tua.
Mutua ſed parili concordia corde ſedebit,
Vnumque è gemino pectore pectus erit.

Ex Græco Philodemonis.

Dilexi Paphiam Damen. quid mirum in amore hoc?
Et Samiam Damen diligo & hoc nihil eſt.
Ruſſus an o ex Aſia Damen: puerilia non ſunt
Hæc ioca iam Dame quarta mihi Argolica eſt.
Hinc adeo fato Philodamus nominor hinc eſt
Quod Dame fuerit ſemper amata mihi.

E Meleagri Græco.

Quod ſi forma perit, dato quod perit, hæc eadem mihi
Permanet, hoc ipſum quod manet ergo dato.

Eiuſdem.

Vrere quæ totas vrbes Stenelai ſolebas,
Diuitiis auidos exonerare viros.
Nudam adeo nuper mihi te Nox attulit, inque
Auroram grata compede iunxit Hymen.
Quid mihi nunc tecum eſt. ô, barbara? non ego ſupplex
Plus tibi, dum hæc redeant ſomnia ſæpe mihi.

E Græco Rufini.

Non amor eſt ſi quis viſæ bona lumina Nymphæ
Appetit atque ipſis quærit amorem oculis.
Sed quicunque malam forma atque ætate puellam

Deperit, inuiſis conficiturq; modis.
Hic amor eſt ignisq; : etenim bona forma peræquè
Decipit inſipidos, decipit & ſapidos.

Eiuſdem.

Lumina ſtant Melitæ Iunonis, dextra Mineruæ,
Mammiculæ Veneris, ſura maris Dominæ.
Felix hanc ſpectat; felicior audit amatq;
Semideus, Deus eſt hanc qui habet, & fruitur.

Eiuſdem.

Nunc vbi *Praxitele* es, *Polycleti* & dextera felix,
Dextra potens viuis ſigna animare modis?
Quis crines *Melitæ* bene olentes pinxerit? ecquis
Flammeolos oculos, collaq lacteola?
Huc pictor ſculptorq operas conferte: decebat
Hanc faciem magnis inſeruiſſe deis.

Eiuſdem.

Quod ſi amor æqua æquis figis præcordia telis
Es Deus: in partem ſi iacis, haud Deus es.

E Græco Dionyſii Sophiſtæ.

O vtinam in ventum muter, tuq; ardua in auras
Pectore nuda meas excipias animas!
Aut Roſa ſim, quo me manibus releuansq; terensq;
Aſſocies niueis, lux mea, pectoribus!
Denique vel totum commutem in lilia vultum,
Corpore quo ſaturem lumina noſtra tuo.

Ex incerti Græco.

Nunc ſaluere iubes, tua cum te forma reliquit,
Marmoreum Lygdi quæ ſuperabat ebur.
Nunc quoq; me alludis, cum tecto crine vagaris,
Errabat collo qui vagus ante tuo.

Parce igitur posthac mihi adesse, aut obuius ire:
Nam mutare Rosas, inuida, nolo Rubis.

Ped gra.

Soluens membra venus, soluens & membra Lyæus,
Membra resoluentem progenerant podagram.

Ex Agathia Græco.

Latoius, Paullusq; ambo par nobile fratrum,
Quos tulit æquali partus & hora die.
Æqua quoq; à Parcis sortiti licia, & æquos
Bosphorium iuxta littus habent cineres.
Vtq; æquam duxere sub æquo stamine vitam,
Sic adiere æquis Persephonen pedibus.
Saluete ó dulces, genus insociabile fratres:
Araq; concordis vos decoret Genii.

Sapphus.

Ossa quidem & mutum Sapphus habet vrnula nomen:
Illius at viuax carmina nomen habent.

E Græco Philippi

Dic mihi, quid commune mihi cum Palladis armis
Bacche, cui est epulis nil prope dulce bonis?
Ne precor ô hospes diuos hac voce lacessas:
Quamq; probe inter nos conueniamus habe.
Et mihi bellorum gratum est decus. Indus id olim
Sensit ab occiduo segregus Oceano.
Nos quoq; naturas hominum producimus, illa
Flore olei: ipse vuis dulcibus atq; mero.
Sed neq; maternis olim dolor ossibus hæsi:
Namq; femur solui patrium, vt illa caput.

E Rufini Græco.

Floribus impexam mitto tibi Nympha coronam,
Compo-

Digitized by Google

Compoſuit manibus quam Rhodoclea meis.
Liliaq; & roſei calices, anemonaque florent,
Narciſſuſque piger, cæruleæ, & violæ.
His tibi frontem ornans, elatæ frontis honores
Sperne, viretque peritque hæc roſa, tuque ſimul.

Aſclepiadæ.

In foribus Dominæ affixæ remanete Corollæ,
Nec temerè afflatis ite leues foliis.
Vtq; ego vos lacrymis perfudi (qui imber amantum eſt)
Sic ego recluſis prodierint foribus,
In flauos Dominæ hunc imbrem diffundite crines,
Vndet vt infuſis, quas damus, à lacrymis.

In Symbolum Huberti Goltzii.

Hæc Dea quæ pleno diuerſa nomiſmata cornu
Fundit, & antiquæ plurima ſigna notæ,
Verè, Huberte, tuæ eſt Hubertas aurea ſecli:
Iure itaq; ex auri nomine nomen habes.

IOANNIS FVNGERI LEOVARDIENSIS.

SÆpe Deum ſummum votis precibuſque fatiges:
ille tibi requies certa laboris erit.

Si tibi cura Deum cognoſcere, noſcito Chriſtum:
Namq; hunc qui nouit, nouit & ille patrem.

Sunt res difficiles pulchræ; pulchriſq; potiri,
Vnquam nulli homini eſt abſq; labore datum.

Omnis honeſtatis fons & firmiſſima radix
Eſt, in præceptis conſenuiſſe bonis.

Tempo-

TEmpore cum nil ſit rapidiſq; fugacius annis,
Quære quibus poterit laſſa ſenecta frui.

Reſpectus perſonarum haud rectoris Olympi eſt,
Qui tantum expendit, quæ bona, quæque mala.

Quis non pro regno mala perferat omnia cœli?
Sunt peritura breui hæc, gloria ſumma manet.

Cum natura parens té erecto ad ſidera vultu
Condiderit, cur non toto animo aſtra petis?

Fert Deus auxilium, vaginaq; eripit enſem,
Suppeditat iuſtum robur ad arma ſuis.

A Domino ſummo prodit genus omne bonorum,
Quidquid habent homines, munus opuſq; Dei eſt.

Numina ſancta loco primo ſunt cuiq; colenda,
Authori vitæ proximus inde locus.

Præſtat habere virum, cui deſit copia nummi,
Quam fuluos nummos deficiente viro.

Mortalis cum ſis, odia immortalia vita,
Ignoſce, vt facilem hinc experiare Deum.

Peſſima, dic, vita eſt cuius? Qui prorogat iſtam
Promittens iugi tempora longa mora.

Dic age cur nemo contentus tranſigat æuum?
Audi: Turba omnes hic peregrina ſumus.

Danda opera eximiæ virtuti, Hæc vna merentes
Poſt fata ad ſummum prouehit vſq; polum.

Chriſtus ad æthereas alis pernicibus oras
Prouehit, in Chriſto ſtat genus omne boni.

Eſto verecundus, charos venerare parentes,
Vita ſcelus tota eſt, quando pudore vacat.

Aduen-

Digitized by Google

Aduerſus caſus animum patientia firmet,
Hæc vel ſola tibi murus ahenus erit.

Improba lingua in te quamuis dicteria fundat,
Authorem repetent impia verba ſuum

In nullum, ſi te Chriſti profiteris alumnum,
Protuleris ſuccis illita verba malis.

Si ſcelerata cohors paſſim circumſonet armis,
Rumpe animum in queſtus: Audiet hoſce Deus.

Parua leui conſtant grandi permagna labore:
Sic etiam ad Muſas non via lata datur.

Diſciplinam adhibe puero, nec frena remitte,
Ætas flexibilis donec, & apta regi.

Principio obſtandum: Sero conuellitur arbos,
Quæ ſtat in immenſum viribus aucta ſuis.

Qui ſtas, aut potius, qui iam tibi ſtare videris,
Proſpice ne ad caſum deuius error agat.

Eſſe decet gratos cunctos hominiq; Deoq;
Nil homine ingrato turpius orbis habet.

In propriis rebus cui mens caligat agendis,
Huic res committi tuto aliena nequit.

Iudicium temere de quouis ferre, furoris
Signum eſt ſiq; alibi, certe opus hicce mora.

Triſtitiam grandem molli ne dilue baccho,
A Domini verbo certa petenda quies.

Quem non cumq; pudet ſcelerati criminis, ille
Præcipiti greſſu fertur in exitium.

Corpus vbi infirmū eſt imbres glomerantibus Auſtris,
Ne credas gelido languida membra Ioui.

Proſpera

Digitized by Google

Proſpera dum ſors eſt, quemuis meditarier æquum,
Perferre aduerſam qua ratione queat.

Si profligari ardentem vis corpore febrem,
Non medicis multis proſtituenda ſalus.

Cum querulo ordiri videas nos tempora vitæ
Ore, quid expectas gaudia magna tibi?

Gaudia præſentis nimium ah fallacia vitæ:
In Domino ſolo gaudia vera feres.

Dentatis quemquam caueas proſcindere chartis,
In te ne egum triſte recumbat onus.

Difficile inuentu ſi quis perquirere tentet,
Verum eſt. euincit decolor hocce color.

Quiſquis eris, caueas ne mentem exaſperet ira,
Namq; animis non nſt triſtior vlla lues.

Thure vaporantur ſtatuæ & delubra deorum:
Digna bonis autem laus tribuenda viris.

Nil adeo exhilarat, quam mens ſibi conſcia recti,
Non tormenta, quibus conficiatur, habet.

Dedita virtuti mens fonti æquanda perenni,
Cuius aqua eſt dulcis, nec ſaturata luto.

Si rebus, quæ abeunt veniuntq; inniteris, amni
Qui non ſubſiſtit, fidere viſus eris.

Vaſa quidem noua ſunt ſemper meliora vetuſtis,
Sed vetus in cunctis præſtat amicitia.

Vt calidis purum excoquitur fornacibus aurum.
Tempore ſic duro vera probanda fides.

Vt ſunt humana hæc, non eſt durabile quidquam:
Vita vtenda data eſt, reſtituenda Deo.

Difficile

Difficile est dites celsum super æthera ferri
Auri sacra fames ad phlegethonta trahit.

Vin' finis votis respondeat? Incipe: felix
Pendet ab auspiciis exitus ipse bonis.

Auro quid melius? Iaspis. Quid Iaspide? Virtus.
Quid virtute? Deus. Quid Deitate? Nihil.

Quando epulæ appositæ, & rorantia pocula vini:
Possibile haud stolidum posse tacere virum.

Dante Deo, nil est liuoris inutile virus,
Et non dante Deo, nil labor omnis erit.

Accedas ad amicorum conuiuia tardè,
Afflictis celeri semper adesto gradu.

Anxia nocturni ne cures visa soporis,
Quod vigilans optas, reddit amica quies.

Nil, nisi cum moritur, laudabile præstat auarus:
Vtendas aliis tunc quia cedit opes.

Talibus officiis debes meruisse parentes,
Qualia vis natos restituisse tibi.

In prauos ne contuleris præconia laudum.
Cur quæris? paucis. Ne videare malus.

Regnum, quod turbat scisso discordia crine,
Membratim videas dispetiisse breui.

Hos venerare viros, quos vixit ad ardua virtus,
Quiq; adeo rerum cognitione valent.

Non satis incipere est, cœptis insistere oportet,
Et tandem parto fine beatus eris.

Quæ nec consilio possis mutare, nec arte,
Non culpanda tibi, dissimulanda magis.

Quid-

Digitized by Google

Quidquid forte tuas fando peruenit ad aures,
Cela, per vicos ne nouus author eas.

Qui bonus eſt, apud hunc furioſa citò ira ſeneſcit,
Sed longum prauis mente repoſta manet.

Vitrea fortuna eſt cum ſplendet, frangitur ergo
Ne vitreæ credas quantulacumque rei.

Luxuriæ (fateor) deſunt quam plurima, verùm
Extremæ deſunt omnia auaritiæ.

Si Dominus te opibus non dedignatur Olympi,
A te inopes quidni dona caduca ferant?

Sis vbicumque velis, quocunque ſub axe repoſtus,
Eſſe pius poteris, iuſtitiæq; tenax.

Si fuerit fuerit felix extremus terminus æui,
Vitam omnem credas mollius eſſe tuam.

Sicut, lethalem ſi ſcorpius intulit ictum,
Quære ab hoc ipſo pharmaca certa potes,
Sic, ſi difficilis ſtudii te cura fatiget,
A ſtudio pariter dulce leuamen erit.

Quiſquis es impuræ f[illegible]cata auertere ſemper
Dona voluptatis dum tibi vita manet:
Quin potius celſo cla[illegible]q; attollere Olympo
Vnde tibi præſtans eſt genus, vnde ſalus.

Scire lubet, qualis quiſque intus & in cute? flecte
Lumina in eiuſdem bina ſodalitium:
Namque Deus ſimili ſimiles adglutinat; Atrum
Cognoſcit furem fur, lupus ipſe lupum.

Rugiat horrendum quamquam implacabilis Ate

Tiſiphoneque ſuas ingerat ipſa faces,
Intonet ipſe licet mundus, fulmenque coruſcet,
Vis tamen haud potis eſt vlla nocere piis.

In ſua mille licet linguas præconia ſoluas,
Et Lacheſis vitæ ſtamina longa trahat,
Non tamen æthereas poteris ſat dicere laudes:
Res ea in humanum non cadit ingenium.

Cuius pes bene habet, venter, latus, atque cerebrum,
Haud magnum quamquam contineat arca penum,
Ditior eſt tamen hoc qui grandes æris aceruos
Poſſidet, interea ſi dolor oſſa grauet.

Non Polypi mentem, qui aliosque colores,
Mentitur ſub aquis, obtinuiſſe velis.
Quin caueas, ne aliud verſuto pectore condas,
Atque aliud buccæ mellea verba ſonent.

Si gazæ obtigerint magnæ, ſi mentis acumen
Præclarum, & varus lingua diſerta modis,
Tolle ſupercilium namque omnia tempore paruo
Demere iactanti febricula vna poteſt.

Conſilio auxilio præſens non degener adſis,
Si fors forte male preſſus amicus erit.
Nam niſi ſuccurras niſu ac conamine toto,
Soluetur veteris gluten amicitiæ.

Quærere amicitiam multorum, friuola res eſt!
Vix etenim fidus vnus & alter erit.
Haud facile inuenias Pyladen aut qui præſtet Oreſten,
Firma fides rara eſt, omnia plena dolis.

Quiſque hominum loquitur, quod conuenit & decet omni

Tempore

Tempore ne pœnas lingua petulca ferat:
Qui dicit, quæ vult, quæ non vult audiet idem,
Contigit hoc multos erubuisse modo.

Qui tacito impulsu studioque feruntur ad artes,
His non difficile est res didicisse graues:
At qui verberibus cogendi ferre labores,
Arcadicum videas mente referre pecus.

Vtere quæsitis, sed cum moderamine, rebus;
Dum patitur tempus, dum tibi fata sinunt:
Nam nihil hinc rapies post tristia funera tecum,
Vita hac translacta nullius vsus erit.

Grandia qui tentat maioraque viribus audet,
Difficilis labor hunc, maxima damna manent:
Ergo etiam caueas pugna irritare potentes,
Accipitrem dirum parua columba fugit.

Sic didici iuuenis, docuit sic serior ætas,
Nulla malos inter fœdera stare viros.
Namque vt conflantur facili hæc consortia motu,
Sic eadem spirans dissipat aura leuis.

Scire placet quotnam duro ex mala marte redundent?
Villas incendunt, diripiuntq; domos:
Fana Deum spoliant, prædantur, aguntq; feruntq;,
Et violant castas, interimuntque bonos.

Dum celeri hic passu labentes ducueris annos,
Siue senex, seu tu cultus Ephebus eris,
Disce aliquid. Doctrina seni solamen, egeno
Diuitiæ grandes, diuitibusque decus.
Qui mala molitur sociis, ea sæpe redundant
In caput, vt missus sidera ad alta lapis:

Digitized by Google

Sic ſi conſilium nocuum ſuggeſſeris vlli,
Sæpe nocere tibi hoc experiere magis

Si Deus ad ſummos clemens te tollat honores,
Noli iſtud meritis attribuiſſe tuis:
Inſignes aſinos ſiquidem diademate multos
Cernimus, & valida ſceptra tenere manu.

Vos generoſi animi regum quid quæritis aulas;
Quid turpi vultis ſubdere colla iugo?
Sicubi, certe illic regnat ſentina malorum,
Gratia nec procerum tempus in omne manet.

Quicunque ingenuis deuotus es artibus olim,
Vin' tempus ſtudiis vtile ſcire tuis?
Surge vbi Tithoni coniux ſpectabilis ore
Curru in vecta ſuo ducit ab axe diem.

Abs inquirendo nomen dat Græcia Muſis:
Qui ergo ad præſcriptum vult properare ſcopum
Illi iterum atque iterum cunctorum cura recuſet
Antea quam ſomnus membra ſopore leuet.

Quæris te vt multi vero amplectantur amore?
Quæris Theſæa pectora iuncta fide:
Sic animo fido, primum te Theſæa praſta,
Nec deerit tibi qui fidus amicus erit.

Sic ducas hominum mediis in millibus æuum,
Sic quaſi ſubiectus menti oculiſque Dei:
Et ſic æternum Dominum in tua vota fatiges.
Tanquam hominum excipiat auribus omne genus.

Non decet hos ſæuis linguæ proſcindere probris,
Quorum in perpetua lumina nocte natant.

Gratia nulla poteſt illis ſat digna referri,
Qui vitæ authores cuique fuere ſuæ.
Vſque adeo vt ſæuis factis offendere, res ſit
Non plagis, verum morte pianda graui.

Moribus excultam & bene doctam ducere præſtat,
Vxorem quamquam dote boniſque caret.
Quam bene dotatam, ſed quæ moribus ullis
Nec virtute ſuo ſit placitura viro.

Nemo ſibi laudem alterius rapere auſit ineptè,
Thraſonum hoc proprium eſt & ſine mente hominũ,
Sic ſibi pauonis ſumit cornicula plumas,
Et ſibi nycticorax eſſe videtur olor.

Quam cito quid facias non quæro, dummodo recte:
Quin cito ſat dices ſi bona verba ſones.
Deficit huic ſuccus, quod præmaturius exit,
Nec matura vides, quæ cito poma cadunt.

Sunt bufonis apes, eſt ſimia præda leonis,
Et turdos aquilæ dilaniare ſolent:
Aſt homo nec cornu nec præditus vnguibus vllis,
Ah proprium lacerat proſequiturque genus.

En volucres querulis concentibus aera complent,
Et dulces edunt ſole micante ſonos:
Ipſa Deum obliquo laudant caua fulmina lapſu,
Quæque in agris mediis gramina læta virent.
Cur genus humanum tanto torpore labaſcit,
Vt non aſſiduo hunc ore manuque vocet?

Quid mihi vana refers maiorum nomina caſum, &
Fortunam inſtabili quæ ſolet ire gradu?
Eſt vnus Dominus, terram qui pondere librat,

Cui mortem mundi machina tota gerit:
Huius consilio certo & iussu omnia fiunt,
Præter eum nullus quod moderetur, habet.

Cum fructu authorum qui vult euoluere libros,
Non operosa vilum bibliotheca grauet.
Discentem turba hæc onerat, non promouet vnquam,
Ingeniis certis attribuenda mora est:
Per multos etenim errare est turpissimus error,
Nec sibi quid sumit, quæ cito pergit, aqua.

Vsque adeo bruta est mens nostra, & sensus inertes,
Vt, quæ vita dolis plena malisque iacet,
Ter quater hæc felix videatur: Scilicet ille
Exterior splendor fulgurat atque mouet.
Hoc sat districtus pendens laquearibus ensis
In Damoclis poterit quemque docere caput.

Dextra viri fortis multum valet ense vel hasta:
Quis negat? Hoc belli sat documenta docent.
At plus lingua valet vibrans sua fulmina dictis,
Queis acies totas ad fera bella monet.
Sic Pylii vicit facundia robur Achillis,
Sic Laertiaden arma tulisse ferunt.

Res pretiosa vxor casta & proba, amansque mariti,
Nemo huic dona rubri comparet vlla maris.
Quicumque exagitent casus, quicumque labores,
Præsto est auxilio consilioque suo.
Illam tu quæris lassus curaque viaque
A Domino solo, non aliunde venit.

[E]st aliquid fulgere opibus titulisque superbis,
Fama tamen titulis anteferenda bona est,
Hanc sartam tectamque sibi seruasse iuuabit,

Donec

Digitized by Google

Donec in hoc pelago vita ſuperſtes erit.
Quin vivax etiam poſt triſtita funera durat,
Nec patitur lethum. Cætera mortis erunt.

Conſcia ſi tibi mens recti atque innoxia vita eſt,
Propoſitique tenax ſimplicitate valens,
Si non concinnas fraudes, nec fœdera rumpis,
Et ſolida in Domino ſpes tua fixa Deo,
Neglige quid vulgi rumor diſſeminet audax,
Felix qui Domino ſe ſine teſte probat.

Quis furor ô proceres per vulnera quærere mortem?
Per ſcelus ad ſceptrum triſte parare viam?
Neſcitis quid ſit regnum? Non purpura, opesve,
Non frontis radians hoc diadema facit.
Rex eſt qui nil formidat, qui eſt criminis expers,
Regnum inſons pectus dat tibi quiſquis habet.

Errat amicitia dignos qui iudicat omnes,
Nec prius explorat pectora fida viri.
Iudicio prius expendendum, ſitne futurus
Hic vir amicitia dignus, an ille tua.
Aſt poſtquam admiſſus, toto complectere corde,
Iamque tibi longo fœdere iunctus erit.

Barbaries tandem quo ferrea pectora raptat?
Ecce inter fratres rara & amicitia eſt.
Auri Pygmalion obtruncat amore Sichæum,
Sanctum ius fidei nec pietatis amans.
Quid multis opus? Immaduiſſe immaniter olim
Sanguine fraterno mœnia prima legas.

Præſcripſit fines nobis natura creatrix,
Quid tibi corradis tot bona totque tapes?
Non algere ſatis, ſatis eſt depellere frigus,

Frigida ſedandæ conuenit vnda ſiti.
En iacet ante pedes, & vbique probabile nobis,
  Quod natura ſibi quærit habere, bonum.

Fortunæ in noſtris eſt nulla potentia rebus,
  Immeritos nullos auget honore viros:
Non aufert ſpargitque manu ſua munera cœca,
  Nec beat, aut damnat, fertque refertque vices:
Sed Deus omnipotens diſponit ſingula certo
  Ordine, ab hac ſcatebra qualiacumque fluunt.

Natura ingenitum eſt illud, nil charius eſſe,
  Quam quæ prima parens pignora chara dedit.
Idcirco eniti decet vnumquemque virili
  Pro parte, exemplis formet vt illa bonis:
Cum dubium exiſtat quot duratura ſit annos
  Vita hæc, præteriens more fluentis aquæ.

Vſque adeone mori miſerum eſt? Adeone dolemus
  Cum finem intendunt fata rapace manu?
Quin potius mortem exhorrere miſerrima vita eſt,
  Viuere ſic ſæpe eſt triſtia fata pati.
Plus dico: Magnum naturæ munus, abactis
  Extremum nugis claudere poſſe diem.

Excute diuerſas noxas, optabilis ipſa
  Mors erit: Hic pedibus debilis, ille manu:
Huic tuber in coxa, gibboſo eſt tergore quartus,
  Aut lapidis renum carnificina premit.

HANNARDI GAMERII MOSÆI

Idea, è Belgica lingua deſumpta.
Concordia,

En ego quæ fero Concordia nomine dicor,
Geſto manu turres, & ſaxa molaria voluo.

Scilicet

Scilicet aduerſos dum vis mea fertur in hoſtes,
Deuincens alios nunquam ſuperabilis vlli:
Flebilibus mœſtæ reſonant viulatibus ædes
Seruitio preſſæ, nam cum ſpe tollo ſalutem,
Ac ignominiæ tergis do ſigna ferendæ:
Quæ paſſim variis nunc in regionibus extant.
Qui tamen eſſe cupit vitæ concordis amator,
Hoc ſaltem ſtudeat (niſi vult erraſſe videri)
Vt male carceribus clauſis diſcordia detur.

Pax.

Pax ego pulchra vocor (Pacis Concordia mater)
Quæ tribuens cunctis maturum fructibus vſum
Do ſata læta ſuis aptè flaueſcere campis.
Pauper egens & opum qui ſemper diues abundat,
Ciuis, & inducto terram qui ſcindit aratro:
Quique melancholicus natura triſtis & aſper
Bile tumet nigra: placidæ ſe tempore pacis
Ingenue recreat furias oblitus & iram:
Nam mihi pro ſceptro ramus frondentis oliuæ,
Quem Noa comprenſum cum turturis ore videret,
Signa ſibi terræ tutò certiſſima fecit.
Porrò nec horrendi ſocialia fœdera Martis
Curo, nec inſidias: ſed enim delector amicis:
Qui cupide ſtudio poſtponunt omnia noſtro.

Diligentia.

Si mea fortè meo cum nomine facta requiras,
Sedulitas dicor qua nullum poſſe carere
Perſpicuum ſatis eſt, niſi quis ſine fructibus æuum
Tranſigat, & nulla ſubeat cum laude pudorem.
Sæuio verberibus ſi fortiter ire recuſent,
Et feſtina meis pedibus calcaria nectens

Digitized by Google

Incito ceſſantes, ſtimulum currentibus addo,
Ne qua parte viros ſomnus ſubrepat inertes.
Me duce grandis opum populo cumulatur aceruus,
Me duce conficitur, duce me corraditur aurum,
Quo tremulam poſſit quis ſuſtentare ſenectam.
Ergo via tota ſtulte delirus aberrat,
Qui noſtrum fugiens ſtudium ſtudiique laborem.
Dicitur auerſa facie ſpreuiſſe magiſtram:
Namque laboranti victum mea cura miniſtrat.

Fortuna.

Talibus officium peragens dum quiſque laborat:
Adueniens flecto noſtras ad vota carinas:
Aſpiro: facilemque toris currentibus artem
Præbeo & exhibeo ſic me Fortuna ſecundam:
Sic onero loculos: ſic impleo ſcrinia nummis:
(Gaudea ne deſint pro paruo magna labore)
Sæpius vt nimium donis onerata fatiſcant.
At nullis æterna bonis fortuna moratur,
Nam ſenſim fugiens vacuas elabor in auras.
Sperno meis ventis qui pandere vela recuſant:
Hunc quoque deturbo, qui noſtra ſorte beatus,
Dat nuſquam miſeræ parcus ſolatia turbæ.

Opulentia.

Fortuna ſpirante meas Opulentia vires
Colligo, nam toto cum ſim gratiſſima mundo,
Aedifico pulchras claris in partibus ædes.
Sed tamen huic magni ſignum prædico doloris.
Qui, vel diuitiis vel opum vi fretus, inanes
Inflatus buccas miſerum contemnit amicum,
Aut etnim irato qui corripit ore propinquum.
Scilicet hoc hominum poſthac genus omne dolebit.

Ac Euangelico pariter cum diuite fruſtra
Implorabit opem. ſed erunt ſine pondere voces.
Ergo (precor) frater (ne quis te faſcinet error)
Vt, quocumque Dei te ducit ſermo ſequaris,

Otium.

En, quod perpetuò cuncti ſectantur, amantque,
Otium opes faciunt, ſed *A*uerni clauſtra recludens,
Terrigenis dicor multorum cauſſa malorum,
*A*lea quæque ſuos profundit tibia cantus,
Sambuca & mulier, quæ ludo nomina fecit,
Quique per inſidias, ceu latro calculus errat,
Magna ſodalitii ſemper ſunt gaudia noſtri,
Tempus & horarum docti male puncta locare:
Sed tamen hæc coram Domino ſi iudice vanæ,
Si pœna fuerint etiam maiore luenda:
Quid tandem nobis faciendum dicitis eſſe?
Hæc Euangelicicum damnent crimina vates.

Gula.

Sum Gula, quæ nunquam potu ſaturanda ciboque,
Delicioſa quidem, ſed ſola per otia naſcor.
Vtque ſues roſtro ſordes & ſtercora vertunt:
Sic epulis ſtomachum, ſic vino corpora dedunt:
Et ſic pro uuie deturpant omnia ventris.
Sic naturam onerant multorum mole ciborum:
Denique ſic ſocii traducunt tempora noſtri:
*A*c Epicuræo ſint turba ſimillima porco;
Quippe ſibi mortem ſtudio conſcire videntur.
Ergo qui ſapies, ſpectator amice putato,
Deuitanda tibi ſociorum damna meorum:
Nam vereor cunctos ſtygiis conſumier vndis.

Lu-

Luxuria.

Luxuries ego ſum, qui delectabilis ore,
Quæ color & fio populo ceu numen ab illo,
Dedita qui nutrit turpiſſima pectora carni.
Nam titillanti cum ſim dulciſſima tactu,
Sacchara deliciis poſtponunt Indica noſtris,
Vrſorum ſimiles, qui cum per deuia currunt,
Arceri à noſtra vix conſuetudine poſſunt.
Namque ego quæ foueo complexu pectora noſtro.
Nunc premo, nunc tacitæ do baſia plurima fronti,
Bracchia demittens per totum mollia corpus.
At poſtquam piſcis iactus in retibus hærens
Sentit adeſſe necem, tunc pectore triſtius eheu
Prouocat, incertus qua cœli parte moretur.
Namque alo terribilem pulchra ſub veſte gehennam.

Inuidia.

Inuida mens ego ſum mecum duriſſima verſans,
Multa mouens & multa minans atroque veneno,
Si quod tango necans: nam tab da porta malorum
Dicor & inuiſi certiſſima ianua Ditis
Vt iuſtis noceam noctesque dieſque laboro,
Nec foueo noſtris quidquam dulcedinis alis,
Sed gero tela malo multo peiora veneno:
Væ vobis igitur, quos, cum prætenero, tangam.

Bellum.

Criminibus ſceleriquе vacans & atrociter atrox,
Impia defendens & proditionis abundans,
Dicor, ab aduerſo non fauſto nomine Bellum.
Creſcentes ſegetes, ſata læta boumque labores
Et fruges noui crepitantibus vrere flammis.
Omnem vinco modum, nec agor rationibus vllis.

Sed

Sed facio quicquid dici mens inuida ſuadet,
A qua progeniem videor mihi ducere noſtram
Deſtruo, depopulor magnas cum mœnibus vrbes,
Diripio, furor, ſæuorum more latronum
Sæuio & incendo: ſi cauſſam forte requiras,
Pro cauſſa mihi ſunt vitæ commiſſa prioris:
Nam vindicta mali facto pro crimine ducor,
Quamuis innocui per me quandoque premantur.

Paupertas.

Prælia dum tumido ſonitu Mars feruidus vrget,
Paupertas mendica domos ac oſtia pulſo
Et redeo toties, vt ſim mihi ſæpe pudori,
Ac aliis odio, cum vox auerſa repellit.
„ Sed tamen in tectis ego diuitioribus hoſpes
„ Sæpius excipior, quia ſors male diuitis errat,
Et qui diues erat per bellum pauper abiuit,
Sint licet hoc animo qui diſſimulare videntur,
Quare proſpicias, dum felix fauerit aura,
Ne paupertatis mala poſtmodo nota probentur.
Nam victum miſerè per ſingula tecta requiro.

Patientia.

Spe trahor & lactor rerum patientia victrix,
Conſcia quod dominus populos ſibi ſubdat & orbem,
E cuius manibus non eſt euadere tutum.
Hinc toties poſco tranquillæ commoda pacis.
Hinc ſemper foueo miti bona publica mente:
Atque vtinam noſtris des tandem vocibus aures,
Nec dedigneris lacrymas vidiſſe vocantis,
Mi Deus, vt iuſtos, ceu paſtor ouilia cures.
Scilicet hæc multum, mea pectora cura remordet.
Cetera quæ reſtant patiar toleranda libenter,
Non fore confidens, vt me Deus alme relinquas:

Sed

Sed tibi ſperatę vero pietatis amore
Freta libens credo,& duros perpeſſa labores
In molli tanquam gremio ſecura quieſco.

Lætitia.

Lætitiam dulci fundit patientia partu:
Quæ recreo cunctos, quæ vultu cuncta sereno,
Qua poſſint homines etiam iuueneſcere cani.
Nam me lætitiam ſapiens vir ſemper amabit.
At nimium felix & parte beatus ab omni,
Qui virtute pius certiſſima gaudia condit,
Vt ſic æternæ lucretur præmia vitæ.
Nam qui mundanis dedit ſua pectora rebus,
Poſtmodo cum gemitu detruſus ad intima flebit:
Vt docuit noſter quondam de diuite Chriſtus.
Sic exultantes igitur gaudete beati,
Sed taceo, verbum ſat erat ſapientibus vnum.

Chriſti reſurrectio.

Hoc quo multarum faciam compendia rerum,
Condite concluſum fido ſub pectore carmen,
Mortuus in Chriſto virtute reſurget amictus,
Pro meritis referens cum digna præmia laude.
At ſubit infernos nimium miſerabilis ignes,
Qui duce poſtpoſito finit ſua tempora Chriſto.
O homo (ſi neſcis) ſummi tu patris imago,
Qui genus à clara progreſſus origine ducis.
Hæc igitur ſtudeas, vt re tibi Chriſtus in omni
Principium & medium, nec non ſit terminus idem.
Sic erit vt ſceleris fiant irrita vincula noſtri,
Sic erit vt cœli pulchram ducamur ad arcem.

IOANNIS GEESDALII ALDENARDENſis Flandri *Elegia in temporis calamitatem.*

Quis dabit in lacrymas fontem quis iuſta dolori
Lamenta & querulis triſtia verba ſonis?

Quis

Quis mihi ſingultus, gemitus, ſuſpiria planctus
   Suggeret, vt luctu carmina digna canam?
Si mihi grandiloquum ſit fas æquare Maronem;
   Si mihi Naſonis vena beata fluat;
Docta cothurnati faueat vel muſa Properti,
   Vel referam numeros culte Tibulle tuos;
O ego quam cuperem iuſto deducere verſu
   Quæ nos, quæ patriam ſæua pericla premunt?
Quam cupiam inſanis tumidum ſulcare procellis
   Æquor & immenſo pandere vela mari!
Irrita ſed mea vota cadunt: infirma Thalia
   Noſtra eſt, nec tragicos promere docta modos.
Muſa Sophocleo certans fœcunda cothurno
   Haud ſterilem campum, quo ſpatietur, habet,
Si repetat prima diras ab origine clades,
   Noſq; quot affligant aſpera fata malis.
Quare ego tam grauium faſtigia ſumma malorum
   Perſequar vt vires ingeniumque ferent.
Quæ ſi defuerint, tamen eſt laudanda voluntas,
   Quum non ſit cunctis omnia poſſe datum,
Vnde ſed aggrediar funeſta exordia rerum,
   Quæ pia luctifico corda dolore mouent?
Si mala perpendas, ſi noſtræ incommoda vitæ,
   Aurea maiorum ſecla fuiſſe putes.
Ferrea nunc ætas, nunc regnant ferrea ſecla,
   Nulla quibus fuerint deteriora prius.
Nunc videas cunctos exlegem ducere vitam,
   Ceu foret aſtrifero nullius in orbe Deus,
Omnia veſano videas feruere tumultu,
   Omnia diſſidiis irrequieta malis.
Religio contempta iacet; ſeclique prioris
   Oppreſſa eſt cana cum pietate fides.
Non pudor aut probitas mortalia pectora tangunt;
   Non monet ætherii cultus honorque Dei.
Prouida perpetuæ non angit cura ſalutis;

Nemo

Nemo diuinæ legis amore flagrat.
Aſpera nemo probat vapidæ ieiunia carnis,
Aut domat affectus Sobrietate ſuos.
Nemo ſuæ plangit maculas & crimina vitæ;
Nemo eſt, cui lapſo ſit Metanœa comes
Nemo Deum precibus vel blanda voce fatigat,
Vt mala propitio numine noſtra leuet.
Aſt omnis ſecura mali, ſecura pericli
Turba leuis nihili rem putat eſſe preces.
Et, quocumque furens atque effrænata libido
Incitat, huc prono pectore cœca ruit.
Nullus amor recti. nulla eſt reuerentia, legum;
Obruta ſub pedibus iura ſeuera iacent.
Iuſtitiæque parens terris Aſtræa relictis
Abſtulit in ſuperas faſque piumque domos.
Cœlicolûm munus toto pax aurea mundo
Excuſat, & Charitum Pacis alumna trias.
Cunctaque funeſto virtus procul acta receſſit
Exſilio noſtrum deſeruitque ſolum.
Succeſſitque illi vitiorum dira propago,
Fœtaque flagitiis, criminibuſque madens:
Horrenda impietas, præceps inſania, vilis
Ingluuies auri pernicioſa fames,
Liuor edax, odiumque furens, & fœda voluptas.
Tetra libido, vorax crapula, ſpurca Venus,
Ambitioque nocens, tumidæq; elatio mentis,
Inſidiæ fraudes, furta, rapina, doli.
In ſcelus omne ruunt pueri iuueneſque ſeneſq;
Abiectoque metu peſſima quæq; patrant.
Credo ego tartareas. effracto Acheronte, ſorores
Horrida ſub noſtris regna tenere plagis,
Lurida Teſiphone, Stygiis elapſa tenebris,
Peſtiferum toto virus in orbe ſerit:
Improba Gorgoneis Alecto infecta venenis,
Concutit horrenda ſæua flagella manu.

Diraque

Diraque, proſiliens triſti de ſede, Megæra
Anguiferis armat colla nefanda comis.
Bellona armiſonum toruâ grauat ægide pectus,
Et regit inſanos, turbida, Martis equos,
Gradiuuſque pater diram quatit efferus haſtam,
Spargitque ardentes in fera bella faces.
Hos comes inſequitur rapido Diſcordia greſſu,
Iraque, ſacrilego cincta furore caput.
Martia bella fremunt, miſeris nimis aſpera Belgis:
Per mare, per terras Martia bella fremunt.
Quodque magis fœdum, magis exitiabile monſtrum,
Hæreſis increuit, viribus aucta ſuis.
Ethnica Centauros finxit tetraſque Chimæras
Impietas, varijs monſtraque fœda modis,
Harpyias, Scyllaſque truces, vaſtaſque Charybdeis,
Geryones, Furias, ſemibouesque viros:
Cuncta ſed excedit nigri Phlegethontis alumna,
Hæreſis, obſcuræ ianua prima Stygis.
Hæc, ſeges & fons eſt, cunctorum hæc lerna malorum,
Quæ miſeris terras cladibus vna replet.
Hæc ſacræ Fidei monſtroſas callida formas,
Et varias ſectas, multiplicesque ſtruit.
Hæc parit ambiguas occultis fraudibus artes,
Inque hominum fundit pectora mille dolos.
Implicat hæc plebem laqueis populique prophani
Incautos animos in ſua damna trahit.
Fluctuat hinc dubij ſimplex inſcitia vulgi,
Quæ tuto fugiat, quæ documenta probet.
Pars bona peſtiferi ſectatur ſcripta Lutheri:
Pars bona, Caluini dogmata falſa tenet.
Ille Acherontæis reſerans erroribus aures,
Quas ſequitur leges turba retincta colit:
Hic furioſa nigri decreta Melanthonis vrget;
Aut rabidi Bezæ ſomnia dira probat.
Omnibus hic ſcopus eſt, quæ ſacra Eccleſia ſanxit,

Scitaq; Romani contemerare Patris.
Omnibus hoc ſtudium; proprias ſibi condere leges,
Arbitrioq; ſuo liberiore frui.
Se iactant ſiquidem pro Libertate tuendâ,
Iuſtaq; pro patrijs bella ciere focis
Heu mala libertas, triſtique obnoxia fato,
Heu quantas ſtrages. funera quanta dedit!
Quàm rabidis totum funeſta tumultibus orbem
Concuſſit! quantis preſſit acerba malis!
Exploſo veteri cultu Pietatis auitæ,
Anchora quæ veræ ſacra ſalutis erat,
Acriter in noſtras ſæuit (miſerabile) terras
Flagitij omne genus, criminis omne genus.
Et qua nulla priùs Regio manſuetior vſquam,
Belgica brutali nunc feritate furit.
Exuit humanos affectus, exuit artes
Quæ lenire tigres, flectere ſaxa ſolent.
Effera Barbaries paſſim graſſatur, & omnis
Ceſſit ab orbe pudor, ceſſit ab orbe timor.
Arma infeſta mouent vicinis vrbibus vrbes,
Infeſti ciues ciuibus arma mouent.
Tum, qui prætexunt patriæ ſe iura tueri,
Non dubitant Regi bella mouere ſuo.
Orangi imperium, ductumq; & ſigna ſequuntur,
Impiaque inſani Principis arma fouent.
Hoc duce, Chriſticolas euertere funditus vrbes,
Et delubra Deûm. iuſq; piumq; putant.
Hoc duce, quò demens animi rapit impetus, illuc
Per fas. perq; nefas, turba ſceleſta, ruunt,
Et rigidi Iuris, Legumq; repagula frangunt,
Arbitrioq; nouant iuraq; faſq; ſuo,
Diuorumque ædes violant, rapiuntq; prophanâ
Diuorum ſtatuas & ſimulacra manu.
Atque hæc Mulciberi rapidis abſumere flammis,
Eximiæ cenſent relligionis opus.

Dedita

Dedita thuricremis quæ quondam altaria donis,
  Impuris manibus nunc violata cadunt;
Quæq; priùs fuerant diuino ſplendida cultu,
  Nunc æquata ſolo, ſub pedibuſq; iacent.
Nec iam thure calent nec ſacris ignibus aræ,
  Nec fumant rutilis dona ſabæa focis.
Sed quæ ſtructa pijs ſtudijs, atque vbere cenſu
  Condita Principibus templa fuere viris,
Impia colluuies nebulonum euerſa prophanat,
  Et viduat cunctis fax ſcelerata bonis.
Expilata replet ſpolijs oneratq; rapinis,
  Seu tulit has terrâ,ſeu tulit illa mari.
Nonnullis choreæq; leues & Bacchica ferunt
  Pocula quadrupedes vel ſtabulantur equi.
Pendula quæ placidis tinnitibus æra ſonabant,
  Iret vt ad ſolitas concio ſacra preces;
Nunc conflata feros tonitrus imitantur, & auras
  Scindunt, lethiferos eiaculata globos.
Atq; vbi ſæuitum ſatis eſt in fana, ſacrorum
  Myſtas opprobrijs ludibrijſq; petunt.
Abiurare fidem quam Chriſti ſponſa tuetur,
  Atq; ſacros ritus dilacerare iubent.
Si renuunt nectuntq; moras; in carcere tetro
  Mollia ferratâ compede crura grauant:
Inſultant rabidi, certantq; illudere captis,
  Sæuaq; vipereo ſcommata ab ore vomunt:
Turpia mordaci faciunt conuicia linguâ,
  Inq; pios iactant probra nefanda viros.
Tortaq; mortiferis cruciatibus, atq; cruento
  Verbere, dant ſæuæ corpora victa neci.
Nil miſeros pietas labentes plurima texit,
  Nil manus ad querulas officioſa preces:
At furioſa lues, Lybicos imitata leones,
  Sacrilegas ardet tingere cæde manus.
Nec tamen hos vnâ lethi ratione trucidat,

Sed varijs pœnis ſupplicijſque necat.
Hic pia ferali traiectus viſcera glande;
Ille cruentato cæſus ab enſe cadit.
Pars laqueo perfracta gulam, pars vulnere crebra
Saucia, vitali flamine caſſa perit.
Pars vittata caput ſacris auellitur aris;
Vociſque, oppreſſo gutture, claudit iter.
Nonnulli rigidis conſtricti membra catenis
Duriter intumidas præcipitantur aquas.
Eruta quorundam teneris præcordia fibris
Sparguntur trucibus dilanianda feris.
Tortor inaudita quoſdam feritate lupatis
Suſpenſos, lenta morte perire ſinit.
Nec laqueo fauces, nec pallida ſtrangulat ora,
Donec ab exanimi corpore vita migret.
Heu atrox rabies, Stygio inflammata furore,
Inque hominum diras ingenioſa neces.
Sed laqueos, enſes, vndas, tormentaque mitto,
Quæ Chriſti famulos prodigioſa necant.
Nam, mihi ſi centum ſint linguæ haud omnia poſſem,
Quæ miſeros torquent, commemorare mala.
Tormentis quondam varijs periere, pudendo
Flagitio infames, criminibuſque viri.
Traditur Hippolytus loris diſtractus equorum,
Dædalus inſano dilaceratus apro.
Et Phalaris iuſſu tauri fabricator aheni
Ipſe ſua infelix toſtus ab arte fuit.
Atque alijs alios crucibus pœniſque cruentæ
Priſca tyrannorum iura dedere neci.
Sed noſtri ſuperant priſcos feritate tyrannos,
Libertas patriæ quos reparanda mouet.
Nil fuerint vnci, nil ſcala gemonia, furcæ,
Lautumiæ, Gyari ſtigmata, centra, rotæ,
Si cum ſupplicijs componas dedita ſacris
Turba miniſterijs quæ miſeranda tulit,

Hæc

Hæc tamen inuictus perdurat ad omnia miles,
  Atque animo vires nil trepidante capit.
Non cruce, non laqueis, ſæuo non enſe mouetur,
  Deſerat vt Regis ſigna beata ſui.
Sic veteres Fidei, fortiſſima pectora, teſtes
  Carnificum diras nil timuere cruces,
Dum pia laudato canerent præconia Chriſto,
  Atque animas vera pro pietate darent.
Nobile martyrium eſt, inſontem ponere vitam,
  Proque incorrupta Relligione mori.
Aſt ita ſacrificis crudeliter interfectis,
  Non tegitur ſacrâ triſte cadauer humo;
Sed Ioue ſub gelido, cæſorum corpora ſæuis
  Diſcerpenda feris, & lanianda, iacent.
Hæc illa eſt pietas, quam reſtaurare laborant
  Quos Euangelici nominis ardor habet.
Lothophagum credas genus, immiteſque Sabæos,
  Qui ſua defunctis iuſta ſepulcra negant.
Heu, quem non moueat lacrymandæ iniuria ſortis?
  Cui non irriguis fletibus ora fluant?
Hunc ego Caucaſeis dicam de rupibus ortum,
  Huic nihil humani pectoris eſſe putem;
Arbitrer Hircanæ ſuxiſſe hunc effera tigris
  Vbera, Marmaricis progenitumque feris,
Qui non indoleat tam diræ ſtragis acerbo
  Funere, nec largo repleat imbre genas.
Pro ſcelus indignum, toti exſecrabile mundo;
  Pro Phlegethontæi ferrea turba lacus.
Quid gregis innocui meruere cadauera, ſæuis
  Vnguibus vt volucrum dilaceranda forent?
Quantum erat, vt ſineres tumulari corpora, letho
  Quæ tua tam demens carnificina dedit?
At non hunc impunè feres gens dira furorem,
  Sentiet vltores hæc laniena Deos:
Flagitijſque dignas dabis improba pœnas,

 Quum

Quum fuerit ſummo diphthera lecta Ioui.
Qui licet vltricem vindictam differat, olim
Pondera ſupplicij te grauiora manent.
Sed fruſtra hæc ſurdas querimonia verberat aures,
Saxea nec miti corda dolore mouet
Nil fera tartarei ſoboles molleſcit Auerni,
Abſtinet aut cœptis, propoſitoq; ſuo:
Sed magis atq; magis rabido ſuccenſa furore,
Graſſatur terrá, ſæuit & illa mari;
Occupat & portus, iactatas æquore puppes
Complecti fidâ qui ſtatione ſolent.
Diuerſos pelagi tractus iam claſſe nefandâ
Obſidet & noſtras ſtagna peroſa rates.
Iamq; eſt hoſpitium curuis immite carinis,
Qui priùs in tuto littore portus erat.
Iam per mille maris per mille pericula terræ.
Mercator dubias anxius auget opes.
Nullaq; ſe præbent timidis freta peruia Belgis;
Queis ſua committant carbaſa, nulla patent.
Iam non omne genus merces importat, vt olim,
Per liquidas Anglus, Gallus, Iberus aquas:
Aſt omnis præcluſa via eſt terraq; mariq;,
Huc bona mercator ne peregrina vehat.
Cogitur abiectis ſectarier otia velis
Nauita, & inſuetâ vixere triſtis humo.
Qui didicit liquido Neptunum radere clauo,
Non bene Telluris climata ſicca terit.
Hinc maleſuada fames noſtras irrepſit in oras,
Multoſque annonâ deficiente premit.
Ingruit & morbi genus omne, & triſtis egeſtas,
Fœtaq; mortiferâ peſtis acerba lue.
Quæ mala pro noſtris vitijs, iuſtiſſima quanquam
In nos effundat vindicis ira Dei;
Regia ſigna tamen iuſſumq; capeſſere nolens
Cimbria iam variæ cladis origo fuit.

Inſula,qua noſtro nulla eſſet opimior orbe,
Nulla magis diues, nulla beata magis,
Si non peſtiferum iam defeciſſet ad hoſtem,
Et coniuratæ fæcis amica foret.
Tantum prima nefas auſu Vliſſinga ſceleſto
Aggreſſa, innumeris exſtitit anſa malis.
Nobile mercatu Dordracum nobile portu
Mox trahit in partes perfidioſa ſuas.
His aliæ atq; aliæ iungunt ſe protinus vrbes,
Principis & ſpernunt vincla iugumq; ſui.
Concilium,leges ritus,edicta Senatum,
Scita, magiſtratus, fœdera iura nouant.
Ingens vt perhibent exacta pecunia tanti
Diſſidij cauſam,materiemq; dedit.
Clamitat exſugi ſe turba medullitus,& quod
Contribuat, miſeræ nil ſupereſſe ſibi
At non eſſe tamen tentata pecunia tanti
Debuit,vt patriæ tanta pericla creet;
Vt fieret tantis ſcelerata occaſio turbis,
Quæ fœdâ euertant faſq; piumq; manu.
Eſto,facultates minuat . multarier auro,
Pendere vectigal,iuſſa tributa dare:
Nonne tamen ſatius fuit, hæc incommoda ferre;
Vel ſi quis ſolidas diripuiſſet opes;
Quàm cenſus ergo tantos miſcere tumultus,
Qui peſſum Christi ſacra fidemq; darent?
Heu,quàm Cimmeriæ mortalia pectora noctes,
Heu,quàm terrigenas impius error agit!
Ne partem cogantur opum decidere auorum
Conuellunt leges,numina,ſacra fidem.
Nunc itaq; in Regem diris concurritur armis,
Miſcentur miſeris ſacra, prophana modis.
Amiſſæ repetuntur opes, certant ſolidâ vi
Perpetua in patrio figere caſtra ſolo,
Regis vt imperium;leges,edicta,iugumq;

Excutiant humeris, gens malè ſana ſuis.
Sed nihil efficient. iniuſta rebellio ſemper
Torquet in auctores auſa nefanda ſuos.
Vicina eſt Nemeſis, vicina vltricia fata;
Tarda mola eſt Superis, aſt aliquando molit.
Obſtant Batauiq; truces, Geldriq; feroces,
Sacrilegas arment in fera bella manus;
Non tamen effugient violati numinis iram,
Præmia quin factis digna aliquando ferant.
Martis enim fallax hos alea tollit in altum,
Supplicio victi quo grauiore cadant.
Albanus Batauas infeſto milite terras,
Duraque Harlemos obſidione premit.
Horrida terribili crepitat bombarda boatu,
Verberat & crebris mœnia quaſſa pilis.
Si tandem adſpiret dubio fortuna labori,
Vt gerat ex voto proſpera bella ſuo;
Si tandem victor victricia ſigna reportet,
Regis vt agnoſcant terra fretumq; iugum;
Gens excors qua fata putas tua ſorte futura?
Quæ referes meritis æqua trophæa tuis?
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Magnanimi fuerit nobile Regis opus.
Multiplices caſus & dira pericula tangant,
Quæ captas vrbes exitioſa premunt.
Infelix miſeram ſenſit Mechlinia cladem,
Senſit quid valeat Principis ira ſui.
Senſit & afflictis nimium Zutphania rebus,
Quid ſit in Heſperios vertere terga duces.
Senſerunt aliæ ſtructæ infelicibus aſtris
Tam mala ſi miſeris ſors toleranda fuit.
Tempeſtas eadem ne vos inuoluat atroci
Turbine vel ſæuis fluctibus alta voret;
Iam ſapite ô miſeri, Regemque agnoſcite veſtrum,
Regem, quo trifido iuſtius orbe nihil.

Cuius

Cuius quum fuerit patre nil clementius vſquam,
Patris ab ingenio degener eſſe nequit.
Fortibus atque bonis forteſque bonique creantur:
Nec Iouis armigerum parua columba refert.
Ergo rebellatrix reſipiſce Hollandia, nec te
Pœniteat Regi ſubdere colla tuo.
Ille ſtatim placidis te complexabitur vlnis,
Plaudet & in rectam te rediiſſe viam.
Ille tuos lapſus clemens faciliſque remittet,
Immemor errati flagitijq; tui.
Non Iouis ira trucem quouis pro crimine poſcit
Vindictam: Superis vltio rara placet.
Nec Ioue peior erit, ſuperis neque durior ipſis,
Proximum eis noſtro qui tenet orbe gradum.
Quare, age peccatumque tuum, culpamque fatere,
Nec malè per cœptum progrediaris iter.
Supplicibus veniam dabit, ex animoque dolentes
Pronus erit veteri reſtituiſſe loco.
Nam pia magnanimos ornat clementia Reges,
Et ſimiles ſummis hæc facit vna Dijs.
At tu magne Deus, celſi moderator Olympi,
Qui regis æternâ cuncta creata manu;
Summe parens rerûm, cœlique ſolique monarcha,
Regia qui ſolus flectere corda potes:
Regibus vnanimem Fidei concedito ſenſum,
Quo tua concordi numina mente colant.
Quos imitata duces humilis plebecula, puram
Sectetur ſolida cum pietate fidem.
Diſiice peſtiferas & funditus erue ſectas,
Impiaq; à noſtro ſchiſmata pelle ſolo.
Frange truces animos & corda ferocia flecte,
Quæ tibi, quæ ſponſæ ſunt inimica tuæ.
Et validâ populum dextrâ compeſce rebellem,
Qui mouet in myſtas arma nefanda tuos.
Criminis auctores totâ reſipiſcere mente

Effice, & erratis indoluiſſe ſuis.
Quotquot & illorum ſunt praua exempla ſecuti,
Fac alacres referant ad tua ſepta pedem.
Collige tam varijs diſtractos ſenſibus, vnus
Quo Deus in cunctis regnet & vna Fides.
Vnica Relligio placeat, ritusq; colendi
Vnicus in toto floreat orbe tui.
Bella procul noſtris iam profligentur ab oris,
Inq; horum redeat Pax fugitiua locum.
Et licet innumeris iuſtam tibi mouimus iram
Lapſibus, vt meritos tanta procella premat;
Ne tamen his meritam pro noxis exige pœnam,
Sed bonus, & mitis, longanimusq; iuua;
Vt tam multiplici tua gens erepta periclo
Triſtibus è laqueis libera colla trahat.
Proxima naufragio ratis hic tua fluctuat, atrox
Vrget tempeſtas, indomitumq; furit.
Nullæ hominum vires hominum ſapientia nulla
Præſentem potis eſt ferre ſalutis opem.
Omnipotens tua ſola manus, tua ſola poteſtas
Nos valet è tantis eripuiſſe malis.
Ergo faue, placidoq; tuos, Pater adſpice vultu,
Sinceræ ſtudium qui pietatis amant:
Nauis vt hæc tandem ſæuis exempta procellis,
Optati portus oſtia tuta legat.
Sic tua nos pietas, tua nos clementia reddet
Laudibus addictos tempus in omne tuis.

CORNELII GEMMÆ LOVANIENSIS.

Hymnus ad S. Christi crucem.

SVrge anime Oceani extremo tibi gurgite Phœbus
Redditur, & læto lumine pulſat agros.

Surge,

Surge, cadunt altis breuiores montibus vmbræ;
Fumat ad emiſſos India Solis equos.
Pande oculos, culpa veteris cuicumq; Promethei
Ærato ad Superos obice clauſa via eſt.
En tibi quadrifido fabricatum robore lignum,
Quo tua quo generis fulta ruina tui eſt.
Quo Deus irato pro te data victima patri,
Supplicium diri criminis omne tulit.
Nam velut à ſæuis demorſis anguibus olim
Antidotum è furca pendulus anguis erat:
Sic tibi ſi qua manet veteris contagio ligni,
Huic medicus ligno vindice Chriſtus erit.

VICTORIS GISELINI.

SANFORDIANI FLANRI.

Ad Hub. Golzium Antiquarium.

Virtutis hoſtis, nec ſibi, nec deis
Amicus, vt ſeſe adnumeret bonis,
Ab Atreo vſque, ipſoq; Ledæ
Progeniem numerabit ouo:
Sui vel ortus conſcia mœnia
Troiæ, Corinthique, ac Lacedæmonis
Iactabit audax. te ſed illis
Longè alium meliore fato]
Omnes amicum diſcupiunt boni,
Amice Golzi non patria, aut aui
Dedere, vt ignotum vagantem
Suſciperent cupido ore gentes:
Imo ipſe contra dum valida manu
Scripta vndiquaque, ac viribus ingeni
Ex vltimo orbe in Romuli vrbem
Reſtituis veteres Quirites;

Effice, & erratis indoluiſſe ſuis.
Quotquot & illorum ſunt praua exempla ſecuti,
Fac alacres referant ad tua ſepta pedem.
Collige tam varijs diſtractos ſenſibus, vnus
Quo Deus in cunctis regnet & vna Fides.
Vnica Relligio placeat, ritusq; colendi
Vnicus in toto floreat orbe tui.
Bella procul noſtris iam profligentur ab oris,
Inq; horum redeat Pax fugitiua locum.
Et licet innumeris iuſtam tibi mouimus iram
Lapſibus, vt meritos tanta procella premat;
Ne tamen his meritam pro noxis exige pœnam,
Sed bonus, & mitis, longanimusq; iuua;
Vt tam multiplici tua gens erepta periclo
Triſtibus è laqueis libera colla trahat.
Proxima naufragio ratis hic tua fluctuat, atrox
Vrget tempeſtas, indomitumq; furit.
Nullæ hominum vires hominum ſapientia nulla
Præſentem potis eſt ferre ſalutis opem.
Omnipotens tua ſola manus, tua ſola poteſtas
Nos valet è tantis eripuiſſe malis.
Ergo faue placidoq; tuos, Pater adſpice vultu,
Sinceræ ſtudium qui pietatis amant:
Nauis vt hæc tandem ſæuis exempta procellis,
Optati portus oſtia tuta legat.
Sic tua nos pietas, tua nos clementia reddet
Laudibus addictos tempus in omne tuis.

CORNELII GEMMÆ LOVANIENSIS.

Hymnus ad S. Chriſti crucem.

SVrge anime Oceani extremo tibi gurgite Phœbus
Redditur, & læto lumine pulſat agros.

Surge,

Surge, cadunt altis breuiores montibus vmbræ;
Fumat ad emiſſos India Solis equos.
Pande oculos, culpa veteris cuicumq; Promethei
Ærato ad Superos obice clauſa via eſt.
En tibi quadrifido fabricatum robore lignum,
Quo tua quo generis fulta ruina tui eſt.
Quo Deus irato pro te data victima patri,
Supplicium diri criminis omne tulit.
Nam velut à ſæuis demorſis anguibus olim
Antidotum è furca pendulus anguis erat:
Sic tibi ſi qua manet veteris contagio ligni,
Huic medicus ligno vindice Chriſtus erit.

YICTORIS GISELINI.
SANFORDIANI FLANRI.

Ad Hub. Golzium Antiquarium.

VIrtutis hoſtis, nec ſibi, nec deis
Amicus, vt ſeſe adnumeret bonis,
Ab Atreo vſque, ipſoq; Ledæ
Progeniem numerabit ouo:
Sui vel ortus conſcia mœnia
Troiæ, Corinthique ac Lacedæmonis
Iactabit audax. te ſed illis
Longè alium meliore fato]
Omnes amicum diſcupiunt boni,
Amice Golzi non patria, aut aui
Dedere, vt ignotum vagantem
Suſciperent cupido ore gentes:
Imo ipſe contra dum valida manu
Scripta vndiquaque ac viribus ingenî
Ex vltimo orbe in Romuli vrbem
Reſtituis veteres Quirites;

Venlonia.

Effice,& erratis indoluiſſe ſuis.
Quotquot & illorum ſunt praua exempla ſecuti,
Fac alacres referant ad tua ſepta pedem.
Collige tam varijs diſtractos ſenſibus, vnus
Quo Deus in cunctis regnet & vna Fides.
Vnica Relligio placeat, ritusq; colendi
Vnicus in toto floreat orbe tui.
Bella procul noſtris iam profligentur ab oris,
Inq; horum redeat Pax fugitiua locum.
Et licet innumeris iuſtam tibi mouimus iram
Lapſibus,vt meritos tanta procella premat;
Ne tamen his meritam pro noxis exige pœnam,
Sed bonus,& mitis, longanimusq; iuua;
Vt tam multiplici tua gens erepta periclo
Triſtibus è laqueis libera colla trahat.
Proxima naufragio ratis hic tua fluctuat, atrox
Vrget tempeſtas indomitumq; furit.
Nullæ hominum vires hominum ſapientia nulla
Præſentem potis eſt ferre ſalutis opem.
Omnipotens tua ſola manus . tua ſola poteſtas
Nos valet è tantis eripuiſſe malis.
Ergo faue placidoq; tuos, Pater adſpice vultu,
Sinceræ ſtudium qui pietatis amant:
Nauis vt hæc tandem ſæuis exempta procellis,
Optati portus oſtia tuta legat.
Sic tua nos pietas tua nos clementia reddet
Laudibus addictos tempus in omne tuis.

CORNELII GEMMÆ LOVANIENSIS.

Hymnus ad S. Chriſti crucem.

SVrge anime Oceani extremo tibi gurgite Phœbus
Redditur,& læto lumine pulſat agros.

Surge,

Surge; cadunt altis breuiores montibus vmbræ;
Fumat ad emiſſos India Solis equos.
Pande oculos, culpa veteris cuicumq; Promethei
Ærato ad Superos obice clauſa via eſt.
En tibi quadrifido fabricatum robore lignum,
Quo tua quo generis fulta ruina tui eſt.
Quo Deus irato pro te data victima patri,
Supplicium diri criminis omne tulit.
Nam velut à ſæuis demorſis anguibus olim
Antidotum è furca pendulus anguis erat:
Sic tibi ſi qua manet veteris contagio ligni,
Huic medicus ligno vindice Chriſtus erit.

VICTORIS GISELINI.
SANFORDIANI FLANRI.

Ad Hub. Golzium Antiquarium.

VIrtutis hoſtis, nec ſibi, nec deis
Amicus, vt ſeſe adnumeret bonis,
Ab Atreo vſque, ipſoq; Ledæ
Progeniem numerabit ouo:
Sui vel ortus conſcia mœnia
Troiæ, Corinthique ac Lacedæmonis
Iactabit audax. te ſed illis
Longè alium meliore fato
Omnes amicum diſcupiunt boni,
Amice Golzi non patria, aut aui
Dedere, vt ignotum vagantem
Suſciperent cupido ore gentes:
Imo ipſe contra dum valida manu
Scripta vndiquaque ac viribus ingenî
Ex vltimo orbe in Romuli vrbem
Reſtituis veteres Quirites;

Venlonia

Effice, & erratis indoluiſſe ſuis.
Quotquot & illorum ſunt praua exempla ſecuti,
Fac alacres referant ad tua ſepta pedem.
Collige tam varijs diſtractos ſenſibus, vnus
Quo Deus in cunctis regnet & vna Fides.
Vnica Relligio placeat, ritusq; colendi
Vnicus in toto floreat orbe tui.
Bella procul noſtris iam profligentur ab oris,
Inq; horum redeat Pax fugitiua locum.
Et licet innumeris iuſtam tibi mouimus iram
Lapſibus, vt meritos tanta procella premat;
Ne tamen his meritam pro noxis exige pœnam,
Sed bonus, & mitis, longanimusq; iuua;
Vt tam multiplici tua gens erepta periclo
Triſtibus è laqueis libera colla trahat.
Proxima naufragio ratis hic tua fluctuat, atrox
Vrget tempeſtas, indomitumq; furit.
Nullæ hominum vires hominum ſapientia nulla
Præſentem potis eſt ferre ſalutis opem.
Omnipotens tua ſola manus, tua ſola poteſtas
Nos valet è tantis eripuiſſe malis.
Ergo ſaue placidoq; tuos, Pater adſpice vultu,
Sinceræ ſtudium qui pietatis amant:
Nauis vt hæc tandem ſæuis exempta procellis,
Optati portus oſtia tuta legat.
Sic tua nos pietas, tua nos clementia reddet
Laudibus addictos tempus in omne tuis.

CORNELII GEMMÆ LOVANIENSIS.

Hymnus ad S. Chriſti crucem.

SVrge anime Oceani extremo tibi gurgite Phœbus
Redditur, & læto lumine pulſat agros.

Surge,

Surge, cadunt altis breuiores montibus vmbræ;
Fumat ad emiſſos India Solis equos.
Pande oculos, culpa veteris cuicumq; Promethei
Ærato ad Superos obice clauſa via eſt.
En tibi quadrifido fabricatum robore lignum,
Quo tua quo generis fulta ruina tui eſt.
Quo Deus irato pro te data victima patri,
Supplicium diri criminis omne tulit.
Nam velut a ſæuis demorſis anguibus olim
Antidotum è furca pendulus anguis erat:
Sic tibi ſi qua manet veteris contagio ligni,
Huic medicus ligno vindice Chriſtus erit.

VICTORIS GISELINI. SANFORDIANI FLANRI.

Ad Hub. Golzium Antiquarium.

Virtutis hoſtis, nec ſibi, nec deis
Amicus, vt ſeſe adnumeret bonis,
Ab Atreo vſque, ipſoq; Ledæ
Progeniem numerabit ouo:
Sui vel ortus conſcia mœnia
Troiæ, Corinthique, ac Lacedæmonis
Iactabit audax. te ſed illis
Longè alium meliore fato]
Omnes amicum diſcupiunt boni,
Amice Golzi non patria, aut aui
Dedere, vt ignotum vagantem
Suſciperent cupido ore gentes:
Imo ipſe contra dum valida manu
Scripta vndiquaque, ac viribus ingeni
Ex vltimo orbe in Romuli vrbem
Reſtituis veteres Quirites;

Venlonia.

Excutiant humeris, gens malè ſana ſuis.
Sed nihil efficient. iniuſta rebellio ſemper
Torquet in auctores auſa nefanda ſuos.
Vicina eſt Nemeſis, vicina vltricia fata;
Tarda mola eſt Superis, aſt aliquando molit.
Obſiſtant Batauiq; truces, Geldriq; feroces,
Sacrilegas arment in fera bella manus;
Non tamen effugient violati numinis iram,
Præmia quin factis digna aliquando ferant.
Martis enim fallax hos alea tollit in altum,
Supplicio victi quo grauiore cadant.
Albanus Batauas infeſto milite terras,
Duraque Harlemos obſidione premit.
Horrida terribili crepitat bombarda boatu,
Verberat & crebris mœnia quaſſa pilis.
Si tandem adſpiret dubio fortuna labori,
Vt gerat ex voto proſpera bella ſuo;
Si tandem victor victricia ſigna reportet,
Regis vt agnoſcant terra fretumq; iugum;
Gens excors qua fata putas tua ſorte futura?
Quæ referes meritis æqua trophæa tuis?
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos,
Magnanimi fuerit nobile Regis opus.
Multiplices caſus & dira pericula tangant,
Quæ captas vrbes exitioſa premunt.
Infelix miſeram ſenſit Mechlinia cladem,
Senſit quid valeat Principis ira ſui.
Senſit & afflictis nimium Zutphania rebus,
Quid ſit in Heſperios vertere terga duces.
Senſerunt aliæ ſtructæ infelicibus aſtris
Tam mala ſi miſeris ſors toleranda fuit.
Tempeſtas eadem ne vos inuoluat atroci
Turbine. vel ſæuis fluctibus alta voret;
Iam ſapite ô miſeri, Regemque agnoſcite veſtrum;
Regem, quo trifido iuſtius orbe nihil.

Cuius

Cuius quum fuerit patre nil clementius vſquam,
Patris ab ingenio degener eſſe nequit.
Fortibus atque bonis forteſque bonique creantur:
Nec Iouis armigerum parua columba refert.
Ergo rebellatrix reſipiſce Hollandia, nec te
Pœniteat Regi ſubdere colla tuo.
Ille ſtatim placidis te complexabitur vlnis,
Plaudet & in rectam te rediiſſe viam.
Ille tuos lapſus clemens faciliſque remittet,
Immemor errati flagitij q; tui.
Non Iouis ira trucem quouis pro crimine poſcit
Vindictam: Superis vltio rara placet.
Nec Ioue peior erit, ſuperis neque durior ipſis,
Proximum eis noſtro qui tenet orbe gradum.
Quare, age peccatumque tuum, culpamque fatere,
Nec malè per cœptum progrediaris iter.
Supplicibus veniam dabit, ex animoque dolentes
Pronus erit veteri reſtituiſſe loco.
Nam pia magnanimos ornat clementia Reges,
Et ſimiles ſummis hæc facit vna Dijs.
At tu magne Deus, celſi moderator Olympi,
Qui regis æternâ cuncta creata manu;
Summe parens rerûm, cœlique ſolique monarcha,
Regia qui ſolus flectere corda potes:
Regibus vnanimem Fidei concedito ſenſum,
Quo tua concordi numina mente colant.
Quos imitata duces humilis plebecula, puram
Sectetur ſolida cum pietate fidem.
Diſiice peſtiferas & funditus erue ſectas,
Impiaq; à noſtro ſchiſmata pelle ſolo.
Frange truces animos & corda ferocia flecte,
Quæ tibi, quæ ſponſæ ſunt inimica tuæ.
Et validâ populum dextrâ compeſce rebellem,
Qui mouet in myſtas arma nefanda tuos.
Criminis auctores totâ reſipiſcere mente

 Effice,

Surge, cadunt altis breuiores montibus vmbræ;
Fumat ad emissos India Solis equos.
Pande oculos, culpa veteris cuicumq; Promethei
Ærato ad Superos obice clausa via est.
En tibi quadrifido fabricatum robore lignum,
Quo tua quo generis fulta ruina tui est.
Quo Deus irato pro te data victima patri,
Supplicium diri criminis omne tulit.
Nam velut à sæuis demorsis anguibus olim
Antidotum è furca pendulus anguis erat:
Sic tibi si qua manet veteris contagio ligni,
Huic medicus ligno vindice Christus erit.

VICTORIS GISELINI.
SANFORDIANI FLANRI.

Ad Hub. Golzium Antiquarium.

VIrtutis hostis, nec sibi, nec deis
Amicus, vt sese adnumeret bonis,
Ab Atreo vsque, ipsoq; Ledæ
Progeniem numerabit ouo:
Sui vel ortus conscia mœnia
Troiæ, Corinthique, ac Lacedæmonis
Iactabit audax. te sed illis
Longè alium meliore fato
Omnes amicum discupiunt boni,
Amice Golzi non patria, aut aui
Dedere, vt ignotum vagantem
Susciperent cupido ore gentes:
Imo ipse contra dum valida manu
Scripta vndiquaque, ac viribus ingeni
Ex vltimo orbe in Romuli vrbem
Restituis veteres Quirites;

Venlonia-

Venlonianum atq; Herbipolim tuam,
Sua Phœbus oras mundi habitabileis
Inlustrat. illustrare pergis,
Per titulos memoresque fastos.
Iure ergo patrem te patria ac Deum
Supplex adorat: cornibus & suis
Iam Rhenus obuisas retorquens
Oceanas animosus vndas,
Se maior ipse, & vix capiens lutum
Nili æstuantis, ac rutilas Tagi
Hermiq; arenas, amniumq;
Prodigia omnia ceterorum
Contemnit. vni sed famulas tamen
Submittit vndas, Tibri pater. tibi:
Tandumque fontem propriarum
Flumine quas tumido redundat,
In te refundit. te simul aurea
Nato retexi sæcula Golzio
Audisti, & Augustus referri
Consulibus meritos triumphos
Dixisse fama est. En erit hic dies,
Ridebit alma qui tibi adorea
Secundus, ac rursum fugatis
Pulcer erit Latio tenebris.
Saluete ô almi lumina sæculi
Pij Quirites, quorum ope patriæ
Porrecta maiestas ab ortu
Solis ad Hesperium cubile.
Saluete: non vos iam taciturnitas
Vrgebit æui. viuite, viuite
Æternum, & orbe vestra toto
Fama loquax memoret trophæa
Tuumque, in illis sidus Iulium,
Diuosq; honores, ô Veneris puer
August. quam nunc te tenere,

Et re-

Et reducis iuuat ora vultu
Læto obtueri: quo duce ferias
Non ante notas Heſperia eſt mea
Experta longum, vectibuſq;
Mille, feris vacuum duellis
Ianum quirini cluſit & ordinem
Rectum euaganti frena licentiæ
Iniecit emotiſque culpis
Iuſtitiæ renouauit artes.
Ne Roma, ne iam pœniteat tuæ
Anilitatis: te caput vrbium
Orbiſque reginam prioris
Iſta etiam veneratur ætas.
At Golzi, amori præmia tam pio
Æqua vt rependam, non opis eſt meæ:
Non ſi liquenti in æræ nomen
Mille tuum ſtatuæ loquantur.
Quod ergo poſſum, vos Tiberinides
Ite ite Nymphæ ac vindici amabili,
Ciuique veſtro ob vindicatos
In patriæ ſua iura ciuis,
Quernam coronam nectite: ſit comes
Et illa Lauro, quæ Oceano vltimo
Adnata nuper atq; Nymphæ
Hydrorhoës vegeta lymphis,
Phœbi & Sororum eſt delicium nouem. &
Daphnea vt olim ſilua Palatij
Cuſtos Poëtarum pudica
Aëriis minitatur auris.

Ad Ianum Douſam.

Quo non amoris vis agit impotens
Amentiæ, æquo nexu animi duos
Hinc vnde vinctos: nuper ipſum
Phœbum ego & Aonias puellas

Valere

Valere longum, reſque ſuas ſibi
Habere iuſſi, ſcilicet omnium
Sannis quia obiectas videbam
Repere humi, ac pedibus profanis
Hoc rerum iniquo turbine proteri:
Pigere cœpit me Genij mei,
Atque omnibus ludum iocumque
Ingenuo fieri labore.
Non vmbra Lauri, non hederæ impetus,
Myrtique; non me carminis aut lyræ
Sonus tenebant eô ferebar
Quo rapiebat iners libido.
Nunc ſupplicandum Perſephonæ viro
Rebar, beatum vt me numero adderet,
Ianoque notum ſummo & imo
Attalicis veheret triumphis.
Nunc dignitatum culmina, & æmuli
Dies honores ſunt potior via
Felicitatis viſa, ſiue
Duceret huc generis vetuſti
Quæſita origo per noua ſtemmata,
Siue ars adulandi obſequiis potens,
Delatioue ſectionum
Auctor, vbique bonis acerba.
Quid multa? totus peſſum ieram, niſi
Tu reddidiſſes me mihi, qui facem
Late coruſcantem Poëtis
Altius omnibus extuliſti.
Hoc orbe noſtro iam Stygium nihil
Moror tribunal. viuam ego dum tui
Viuent calores, dum ſuoſque
Teliger iis reparabit ignes.

Epitaphium Lucæ Fruterii.

Viator, adſta & multa ſcire ſi vacat
Hæc paucula lege: Tumulus me Gratiis

Nouem

Nouem & sororibus sacratis Fruterium
Tegit, illum amorem Gratiarum amabilem,
Nouem & sororum Brugis ipsum nobili
Beauit ortu. Ganda facilem vim ingeni
Dedit artibus madere liberalibus,
Louanium & Lutetia docuere vltimæ.
Antiquitatis intima penetralia
Subire, & inde quæ viri doctissimi
Quique approbarent arte summa expromere;
His tam auspicatis initiis fata impia,
Fata impia inquam, inuiderunt. illa iuueni
Quintum ante lustrum fila secuere aurea.
Quid obstupescis? an nouum aut mirum id tibi?
Fuit Poëta, sic suis lumina oculis
Reliquit olim Valerius: sic memoriâ
Nostrâ Secundus. taceo ceteros abi.

Mercurio ἐνοδίῳ καὶ ἡγεμονίῳ, pro Huberto Golzio.

Diue, quo Faunus, Satyri vtique,
Patre, quo gaudent duce, quos per oras
Orbis ignotas, alioque longe
Sole calentes,
Siue mirari noua monstra rerum
Seu noua antiqui monumenta sæcli,
Ingenii vis acris, & obstinata
Cura fatigat:
Tu procul dulci patria vagantem
Et mari & terris, mihi vt liberaret
Artium priscarum opibus perenni
Copia cornu.
Dextero me lene tuens ocello,
Tu die ac noctu per iniqua solum
Tesqua, per saltus, adita ante votis
Ad loca duxti:

Nil

Nil fuit Belgas oculo ſequaci
Et ſtylo cunctos obiiſſe, quamuis
Vnum hoc Europæ emporium ſit orbis
Totius inſtar.
Te duce à Rheno patrio amnibuſq;
Illius centum ſuperatus Iſter
Maximus: poſt hinc Padus amnium rex
Omnis & æui
Auctor ac teſtis, dominuſque rerum
Tibris amplexus cupide hoſpitem tunc,
Nunc ſuo plaudens ſibi ciue ſic me
Omnibus oris
Aduenam (quis credat) amore primo
Omnium adflaſti ſubito, & potiri
Omnibus quæcunque tulit voluntas
Sponte dediſti
Sponte theſauri pretioque & annis
Nobiles nobis patuere, clauſi
Cæteris: nil mi Fidei atq; Legum
Imperiique
Principes magni, Comites, Duceſque
Nil negauere, vt reduci huberaret
Artium priſcarum opibus perenni
Copia cornu.
Ergo iam voti reus hanc ad aram,
Quæ viæ exactæ poſita arma ſeruat,
Pænulam tritam petaſumque & cal-
caria, & enſem;
Hanc tibi ô mundi gemini, patriſq;
Maximi interpres, reditus ſecundi
Indicem libens merito tabellam
Soluo dicoque
Illa, ſeu fixus lare quis paterno
Ire in antiqui volet acta ſæcli,
Seu ſolo externo vagus indigebit

Arcade

Digitized by Google

Arcade virga
Optima interpres per iter docebit
Gentis Æternæ decora ac trophæa,
Cæſares, aulam, famulam cohortem,
Caſtraque tota.
Vrbe ſed ſtanti in media, indicabit
Vrbem, & illius ſacra templa, feſta,
Flamines, ludos, ſimulacra Diuûm,
Denique Diuos.
Quid loquar tanti populi Senatum.
Notaque heu ſolis loca nunc ruinis,
Quid tribus, collegia? quid colonos
Inde profectos?
Omnia hæc, & plura per exterarum
Gentium inprimis populata Graiis
Regna, te ducente mihi notata,
Exprimet illa.
Tu iube ſacram tibi, propriamque
Ora per doctorum hominum vagari,
Dum maris ſalſas metuet lacunas
Parrhaſis vrſa.

De epiſtolis perditis. parodia.

Flete literulæ meæ, atq; amores
Mecum flete mei nouem Sororum.
Theſaurus meus ille Epiſtolaris,
Tuus, Douſa, Thori, Frutere, Lipſi,
Lernuti tuus, & tuus Fabrici,
Et Becane tuus, tuuſq; Langi,
Et quantum eſt, hominum venuſtiorum,
Veſter & meus ille Apollinaris
Theſaurus periit mihi atque vobis.
Qui fundis mihi agelluliſq; auitis
Eſſe carior omnibus ſolebat.
Nam plenu fuit & ſale & lepore

Nouaque & veteri eruditione,
Nec vnquam ex oculis meis aberrans,
In mentem ſubito modo hos, modo illos,
In mentem modo vos vocabat omnes.
Qui nunc perditus & male & maligne
Impuris latet abditus tenebris;
Nec ſpes vlla domum videre herilem.
At vobis male ſit manus ſiniſtræ,
Signata eſt quibus arca nulla amici,
Eſt nulla hoſpitis, hoſtis arca nulla.
Theſaurum mihi tam bonum abſtuliſtis.
O factum impium, ô impiæ ſiniſtræ!
Veſtra nunc opera & mala & maligna
Languent literulæ meæ & amores
Languent mecum itidem nouem ſororum.

Bened. Ecto Ariæ Montano Theologo.

Montane, Regis dulce decus tui
Idemque noſtræ ſpes bona Belgicæ:
Cuius ſuaui vnius aura
Aëreas reuocata in auras
Iam noſtra laurus, pallidulum caput
Nouis vireſcens frondibus erigit,
Suique tteta amore Phœbi
Nil Tiliæ Platanique inanes
Moratur vmbras: quid decus ô nouum
Nouem Sororum quid geris, aut vbi
Stupente corpore euagatur
Vecta anima æthereis quadrigis;
Nam nec remotum Rupe ego te tua
Vacare Muſis credo Araceniis:
Nec virginis pictæ ſuaui
Arte nouas animare voces.
Hæc auſpicatæ laus fuit & labor
Quondam iuuentæ, nunc alio ebriam

Amore

Amore mentem ad altiora
Orſa rapit Deus intus ardens.
Et nunc diſerto iunctus Amoſidæ
Sione ab alto proſpicis, vt lupis
Occurrat vltro purus Agnus,
Flumine qui proprii cruoris
Seſe ipſe merſit, victima vindici
Factus ſeuero, ſordidaq; expians
Mundi piacula vniuerſi
Sideream patefecit aulam.
Nunc in reductis vallibus Hermoni,
Inhoſpitalem ſeu prope Mizarum
Ad Iordanis fluenta claudis
Ieſſiadæ latus exſulanti:
Quæque ille doctis carmina nabliis
Aptat ſonora, hæc tu Latiis modis
Tranſmittis ad ſeros nepotes
Perpetuis celebranda ſæclis,
Ergo hinc medullis protinus intimis
Ignes ſuaues ætheris hauriens,
Deiq; iam plenus furore,
Spernis humum fugiente planta:
Sublatus alis ignicoloribus
Diuini Amoris: aſtraq; lucida
Permenſus adſpectu Tonantis,
Et ſuperis frueris choreis.
Ibiq; cœli arcana Negotia
Sanctumq; ſummi Conſilium Patris
Non ante nota cernis. O quæ
Me comitem tibi ſiſtat aura!
Cœleſtis aura, incendia quæ mihi
Afflans ſupremi Numinis, exigat
Curas profanas, atque mentem
Eliquet æthereis Camœnis!
Dicam fugatos te duce Barbaros,

Digitized by Google

Linguaſque, ſancti munera Spiritus,
Chriſti loquentis adminiſtras,
Tandem iterum rediiſſe cœlo.
Dicam Philippi, quo melius nihil,
Nihilque maius Sol oriens videt,
Pio elaboratum fauore, vt
Orbis in hoc ſenio ruentis
Auguſta & alma tergemini Dei
Meus & Voluntas, fæderaque Iſaci
Chriſtique natis pacta, fidis
Perpetuiſque ſacrata chartis.
Tandem Apparatu Regio in omnium
Seſe ora prodant, Regis opes tui,
Tuæque, Montane, eruditæ
Militiæ memorent Trophæa.
Sed iſta quondam. nunc mihi ſit ſatis,
Duce hoc Seuero, te eminus inſequi,
Præter volantis & notare
Signa pedum pede claudicante.

In Ludo. C. Pontanum

Tricongio ille ventrioſus, & niger
Ait fuiſſe potor omnium optimus;
Neque vllius Tryphonis œnopolium
Nequiſſe præterire, ſiue patrium
Sitiret ore hiante, ſiue Francicum.
Et hoc negat Riæ fluenta nobilis
Negare tarda, Grudiûmq; Diliam
Citumq; Scaldin, & ſacri accolas Moſæ,
Inerſque Rheni in vrbe Leidia oſtium:
Vbi iſte, poſt Tricongio, ante rabula
Fuit nefaſtus, atque iuris arbiter
Sibi eſſe viſus, exuit bonos bonis.
Colonia hoſpita & Duacum amabile,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima

Ait

Ait Tricongio: Hibrida ex origine
Tuos voraſſe dicit ille conuenas,
Tua obruiſſe crapulis cubilia.
Et inde tot per helluata nomina
Fugam apparaſſe, ſiue fraude peſſima
Sacrum hoſpitale, ſiue fœnori datam
Fidem eierare, ſiue vtrumque pergeret.
Neque vlla vota Compitalibus Deis
Sibi eſſe facta, cum proteruia ſua
Rediſſe rem videret vſque ad incitas.
Sed hæc prius fuere: nunc viatica
Noua ambit arte, ſeque mancipat tibi
Taberna Libera, & taberna Liberi.

In eundem.

Lauernio ille fronte perdita impudens,
Ait fuiſſe fellis improbiſſima:
Neque vllius tagacis impetum manus
Nequiſſe præterire, ſiue clam dolo
Opus foret valere, ſiue vi palam.
Et hoc negat Larem negare patrium,
Scholaſq; in vrbe patria & Librarias,
Duacum amœnum, & efferos Leodios,
Batauicoque Lugodunum in æquore:
Vbi iſte, poſt Lauernio, antea fuit
Salax ſubactor, atque maſculo haud mas
Rigente ſæpe nucleum impulit pede
Athana Pontica, & pium Louanium,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Lauernio: Hiqida ex origine
Tuos fatetur inforaſſe liberos,
Tuique ciuis inuolaſſe ſcrinia:
Et inde tot per expatrata crimina
Manum inquinaſſe, ſiue ab arte Muſica
Venire in ora, ſiue ab ære non ſuo

Famem fugare, ſiue vtrumque quæreret.
Neque vlla vota Fornicalibus Deis
Sibi eſſe facta cum domo exul & ſolo
Paterno iniret hoſpitam Coloniam
Sed hæc prius fuere nunc in extero
Vagatur orbe, ſeque deuouet tibi
Celæno adultera, & rapax Cicinnia.

In Caniculam Lipſii, de qua ipſe, 3. Epiſt. quaſt. 5.

Meliſſa, Lipſii illa mel merum & dolor,
Ait fuiſſe maxima optima indole;
Neque vllius clientis aſſeclæ fidem
Nequiſſe præterire ſiue herum domi
Opus foret manere, ſeu ſequi foris.
Et hoc negat Britanna ab inſula aduenam
Negare Lachnam, Hiberniumq; Lælapa,
Thoumq; mobilem, Hiſpidumque Pœmenin,
Melampoda gregiſq; Grudij ſbolon:
Vbi iſta, poſt Meliſſa, ſidus antea
Fuit ſalubre: nam Leonis aſperi
Flagella ſæpe mitigauit ignea.
Perennis Iſca, tuq; Mera peruigil,
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Meliſſa: Principe ex origine
Tuæ inquit emicaſſe Virginis ſinu,
Tuique vatis excubaſſe in hortulis:
Et inde tot per æqua iniqua, herilia
Obiſſe iuſſa, voce ſiue numine
Catam monere, ſiue vtroque, ad omnia
Iocoſa ſeria, incitare ceperat.
Neque vlla vota ſideralibus Deis
Sibi eſſe facta cum rediret impio
Abacta furi aduſque patrium polum.
Sed hæc prius fuere: nunc heri & ſua

Micat-

Micatque luce, ſeque dedicat tibi
Propinque Orion, & propinque Orionis.

Annus 1557. quo obiit Iacobus Curtius I. C.

Oſſa capit tumulus: picti iuga peruolat axis
Spiritus: at laudes docta per ora volant.

Anna Perenna.

Anna faue, verumque tui fac nominis omen;
Nutibus & primis annue baſiolum:
Baſiolum, quod me iungat tibi, quodque perennet
Omnia perpetuo, fœdere, baſiola.

HVBERTI GOLTZII VENLONIANI GELDRI.

Hodœporicum.

DIuerſis ſtudiis hominum mens apta ſequendis,
Naturæ varias tentat initque vias.
Illum agit extremos animus mercator ad Indos,
Vt permutandis mercibus æra paret.
Illum Ægyptiacis diuinum quærere in oris,
Et iuuat in longas pro Sophia ire vias.
Illum ſola oculos paſcendi cura fatigat
Extremis Aſiam ſollicitare fretis
Me clarum ingenii votum, & mens conſcia veri,
Edocuit veteres ire per Hiſtorias:
Et varia Auſonii monumenta inquirere regni,
Si qua iacent claras ſparſa per orbis opes.
Hinc etiam effigies, veterumque numiſmata Regum,
Cura fuit doctis ſculpere in ære notis.
Iſtis audacem in rebus me fecerat eſſe

Digitized by Google

Laurinus, prompto promptus in officio:
Laurinus Phœbi lauro tam dignus, vt inde
Traxerit excellens nominis augurium.
Ibam per varias Germani ſideris oras,
Subuectus fluuio, Rhene vetuſte, tuo.
Heic ego Romanoſque duces, Romanaque bella,
Et veterum exſculpſi clara trophæa patrum.
Nilque adeo viſu dignum, antiquumque notabam,
Quod non in ſimiles iret ab arte notas.
Hinc noſtram Herbipolim qui præterlabitur amnis,
Excepit flauis aduena Mœnus aquis,
Qui me vitiferi deductum Neccaris vnda,
Impoſuit magni flumine Danubii.
Heîc quoque conſimili ſtudio, aſſuetamque per artem
Omnigenas hauſi poſteritatis opes.
Sic mihi deſcriptis Germano ex orbe tabellis,
Auſonias vrbes viſere cura fuit.
Heic demum fœcunda iſtis ſunt omnia ſignis,
Heic demum iſtorum copia larga iacet.
Heic videas ſculptum, veteri de more, Senatum,
Plenaque Romanis atria Cæſaribus.
Quin etiam ex iſtis ſurgunt ibi mœnia ſignis.
O infauſta huius copia luxuriæ!
Hoc tamen ignoſci poterat, ni inſtrata plateis
Sordenti populus ſtringeret illa pede.
Heic ego quidquid erat vetus antiquumque notabam,
Aſſimulans doctis ſigna reperta notis.
Quodque alii ingenio clari, ac virtute politi
Dicebant nullo poſſe iuuare modo,
Illud ego legique illis fecique probari.
Tantum iſta felix vſus in arte valet.
Sic tandem Italiæ peragratis finibus oræ,
Gallica ab Alpinis collibus arua peto.
Hoc etiam quidquid tota regione videndum
Eſſet, id æratis ſcripſimus in tabulis:

Iulius

Iulius Alpinis quæ geſſit Cæſar in oris,
Quæque olim à Gallis ille trophæa tulit.
Hæc vbi victuris inſcripſi ſingula chartis,
In patrios abii, nil remoratus agros.
Laurinique domum, & bene nota palatia viſens,
Caſtra VVatervleti nomine clara peto.
Heic ego Phœbeum vatem prope Thetidos æſtus
Inueni ambiguo ſtringere prata pede.
Vt vidi, obſtupui lachrymaſque in gaudia verti,
Hæc referens grato dulcia verba ſono:
Laurine Aonii celeberrima gloria cœtus,
Idemque ingenio nobilis vt Genio,
Accipe maturos propria tibi ab arbore fructus,
Accipe ab officiis nomina ducta tuis.
Hæc tibi ab antiquis expreſſa numiſmata ſignis
Pro accepto reddit Goltzius officio.
Suſcipe pacato tibi debita munera vultu:
Sic faciat Pylium te tua Laurus auum.
His ego tum verbis multum gratantibus vſus,
Talibus accepi Laurea dicta ſonis.
Golzi animo dilecte meo, dilecte Camœnis,
Cuius Apellæa certat in ære manus,
Tam mihi gratus ades, quam vel mihi gratus abibas,
O bene pro meritis officioſe meis!
Plus etiam voto effecit tua dextera noſtro,
Dextera ſculpendis ingenioſa notis.
Quod deſiderium vxori, natiſque, mihique
Addideras, longis per freta vectus aquis,
Illud idem â reditu viuuſque videnſque reducis,
Noſque iubes curis inuigilare nouis.
Vna tibi eſt tanti ſolamen nata pericli
Filia, cui nomen rapta Sabina dedit.
Illa ſtatim diſcet non viſum noſcere patrem,
Teque adeo riſu commodiore ſequi.
Tu modo quem tantis iam ſubduxiſſe periclis

Diuini voluit Numinis arbitrium,
Viue diu felix, Pylioſque abiture per annos
Nomen ab æterna poſteritate trahe:
Et veteres tabulas, clarorum nomina Regum,
Sumptibus in lucem protinus ede meis.
Vt bona poſteritas, antiquæ Numina Romæ,
Sumptaque cum variis gentibus arma legat:
Et Romam in Flandris diſcat mirarier oris,
Ingenuoque illos laudet ab ingenio.
Hæc mihi Laurinus: tu Lector Iulia vultu
Geſta verecundo ſuſcipe & ore lege.
Sic tibi, ſic doctis poſt me ſe commodet alter,
Seque tibi adiungat pluribus officiis.

IOANNIS GOROPII BECANI.

Ad Ioan. Flemingum.

SI quis appellet monitor Poëtam,
Quo ſuum nomen trahat è tabellis
Crediti, verſus dabit in ſolutum
Promptius auro.
Attamen fretus gemini fauore
Numinis, Ditis puta Apolliniſque
Pro meis vates cupio reponat
Verſibus aurum.
Suadet hoc Phœbus toties ad Idus
Vectus, vt Lunæ ſuperent renatæ
Quas Aquiſgrani merui coronas
Patre medendo.
Nec feret Plutus male, ſi coæquent
Aurei menſes toties reuectos;

Vt ſit

Vt ſit ad Iani fora terna triplex
Fœnus in annum,
Quod moram penſet diuturniorem,
Quodque non merces ſed honor ſit artis,
Artis illius, cui præſidere
Gaudet Apollo.
Mille vix ſeclis ſimili catena
Plutus & Phœbus coïere vincti;
Fata Flemingi ſociant vt ambos
Fœdere Diuos.
Quiſquis ex aſtris bona mentis atque
Corporis, nec non quod ab Antiate
Poſcitur diua, vel ab Herculano
Numine duxit;
Ille ni dextrum genium ſecutus
Promouet Muſas ope liberali,
Siſypho fiet Danaïque proli
Seruus in Orco.
Proprium non eſt quod habes: opum te
Diſtributorem Superi locarunt;
Vt ſit accepti ratioque penſi
Iuſta ferenda.
Hinc vt ad noſtram rogo cantionem
Lesbiam ducas facilis choream;
Vatis vt vates videare plectro
Rite moueri.

De Ioannis Sambuci Nonno.

Sambuce fontis Caſtalii decus
Quæ nunc Camœnæ dent tibi præmia.
Sat magna pro Nonno reducto,
Nyſigenaque Deo renato?
Deſideratum mille per orbitas
Voluentis æuum lampadis aureæ,
Ex abditis antris Poëtam.

Ducis

Digitized by Google

Ducis ad æthereum nitorem.
O nobilem alti pectoris impetum,
Qui detulit te regna per omnia,
Europa quam late pateret,
Sumptibus haud modicis vagantem:
Quo vindicares à tenebris libros,
Liuoris atri quos ſepeliuerat
Culpa aut edax rerum vetuſtas,
Vel rudis ingenii patronus.
Et iam coëmptos ingenuo dares
Candore grates, nil pretii memor
vllius, hoc ſolum requirens,
Quo meritis homines ligares.
Ex te librorum buſta petant ſibi
Exempla, ne deïn inuideant bonis
Auctoribus lucem, ac viciſſim
Ad tenebras abeant perennes.
I macte, celſus quò raperis tua
Virtute clara; dignus, vt aureus
Poſt mille ſtes annos, vbi aſtra
Spiritus iſte tuus tenebit.

De eod. Nonno & Gerardo Falckenburgio.

Dum Muſas ſequitur Falconis ab arce Gerardus,
Præpetibus pennis per iuga ſacra volans,
Incidit in Nonni Genium quem protinus hauſit,
Non ſecus ac nectar Calliopam eſſe ratus.
Mox ex ore fluunt rediuiui carmina Nonni
Nunc Belgæ è Phario, lege Palingenica.
Gaudet vrbs Panis rurſum vetus. vtpote mater;
Ciue renaſcenti nobilitanda ſuo.
Qui Dionyſiacis Iouiique volumine verbi,
Haud ſcio, Smyrnæo an vate ſit inferior.
Orphicus Oceanus merito dicendus ab illis,
Quos tuus almus agit, dic Lyæe, furor.

Quidquid

Quidquid habent etenim ſinuoſa volumina vatum,
Pluraque non vlli commemorata canit.
Quam bene res vertit ſors admirabilis æui;
Adſit vt ad feſtos Panopilita dies,
Poſt tot ſecla redux quos Baccho dedicat orbis,
Excutiens hyemem triſtitiamque mero:
Qua quondam anni parte reor deſiſſe labores,
Quadraginta octo quos peperere libri:
Atque Euangelium poſt per ieiunia cœptum
Doctoris Pathmi nobilis exilio.
Nunc hilares igitur reduci libare Falernum
Muſa iubet, madeant quo Dionyſiaca.
Omnia tempus habent; habeat quoq; tempus Iacchus,
Thyrſigerum vt vatem Merica dona beent.
Falckenburge præi, pateram ſaliente corona
Nectare, ne Genius Nonnicus effugiat.
Proluе te totum: non manant carmina ſiccis:
Nominis integri ſex elementa bibas.
Noſque propinanti bene reſpondebimus omnes,
Mollius vt madidis carmina deinde fluant.
Neſcio quid ſcabri fauces exaſperat. heus tu
Quin properas, vt ſit vox mihi limpidior
Miſcete ô Satyri. iam iam ſaltare Maronem
Cernimus, auritum iam titubare ſenem.
Sic crebro reuocent ſanis vinalia Muſæ:
Sic Aganippæus fons fluat vſque mero.

CORNELII GRAPHEI, aliâs SCRIBONII ALOSTANI.

Carolo V. Imp. Aug.

SVmme hominum Princeps, Heroum maxime, Cæſar
Carole, Chriſtiadûm ô caput, ô noua gloria, mundi

Carole

Carole delitium, Europæ tutorque, paterque,
O decus auguſtum, ó celſi quem rector Olympi
Cunctarum poſuit ſupremo in culmine rerum,
Et ſummo Imperio præ aliis mortalibus vni
Donauit, quem Turca ferox, quem barbarus hoſtis
Iure timent dextramque tuam gladiumque ſeuerum
Horreſcunt trepidi: ô qui maieſtate verenda
Ora refers metuenda Dei. ſedemque locumque
Illius in terris, & ab alto tradita cœlo
Sceptra tenes, ſacraque manu ipſum inſigne Tonantis
Qui geſtas orbem, huc oculos, huc lumina miti
Vortito contuitu, noſtrum hunc ſpectato benignus
Conatum expromptoque ſinu, blandiſque lacertis
Suſcipito hoc noſtrum, noſtrū hoc quodcunq; dicatum
Diue tibi donum, tamen immortale, perenne,
Cœleſte, æternum donum, quod plurima nunquam
Secula ſuſtulerint, quod non corruperit vlla
Ætatum ſeries, nempe alta ex ætheris arce
Munere Diuorum tandem ad mortalia regna
Demiſſæ Pacis ſimulachrum, Pacis amicæ
Effigiem viuam, bene pulchræ virginis illam
Cœleſtis formæ ſpeciem, qualem æthere in alto
Cœlicolæ aſpiciunt, quam non mortalis Apelles
Quiſquam, aut Protogenes humana induſtrius arte
Aut minio aut alio ducens quocunque colore
Exhibuit: neque enim digitus mortalis idipſum
Quiuiſſet: verum Aonio de vertice noſtra
Deſcendens Clio, Diuam hanc Narbonis ad oras
Conſpectam dudum (vt multo eſt doctiſſima pulchre
Pingendi) ad viuum ſic eſt imitata. venuſtam
Sic ſpeciem Heroo depinxit carmine, diæ
Vocis penniculo ſic effigiauit, vt acri
Vix oculo quiſquam exacte diſcernere poſſit
Num *Pax* ipſa ſiet, deſcriptæ an Pacis imago.
Aſpicito ô Cæſar, notum vt viridantis oliuæ

Præten-

Prætendens ramum, tibi blando arrideat ore,
Affectetque tuis iſtis conſpectibus vltro
Admitti: id ſi contingat, ſi denique noſtrum
Hoc munus gratum fuerit, tum audentior ore
Grandiſono, maiore tuba, grauioribus orſis
Ingentem cœli tollens ad ſidera famam
Magne tuam, nomenque ſacrum & res ordine geſtas,
Tranſcendam altiuolas clangenti carmine nubeis.

Argumentum.

Hortatur Vates trepidum ad noua gaudia mundum.
Optatam *Genitor* Pacem demittit Olympo.
Percutiunt fœdus, cum Rex tum Cæſar, ad vrbem
Quæ in Narbonis agro Marii eſt contermina foſſæ.
Aurato exultans vehitur *Pax* aurea curru,
Aſſidet huic Magnus Cæſar, ſimul aſſidet & Rex.
Pompa ingens celebrem ſequiturq; preitq; triumphum.
Verſibus alternis Muſæ, Aoniique Poetæ
Decantant Pacis, Regiſque, & Cæſaris alti
Æternas laudes. Trahitur longo ordine Diuæ
Poſt currum inſani Martis confuſa ſupellex.
Itur in auguſtum pario de marmore Templum
Diuinæ ſacrum *Paci*, diſcordia fuſo
Sanguine mactatur: rapit exultatio Vatem.

Pacis inter Carolum V. & Franciſcum Primum Galliarum Regem ad Aquas Mortuas, deſcriptio.

Tandem Io, tandem venit, lætiſſima venit
Illa dies, fauſta illa dies, illa omnibus vno
Affectu, votiſque dies optata, feroceis
Qua poſt armorum furias, poſt triſtia bella,
Poſt tempeſtates varias, & turbida mundi
Nubila, poſt miſeram ſtragem inſanumque laborem
Martis, & innumeras vexata è plebe rapinas,
Marte procul pulſo, belliſque furentibus imo

Digitized by Google

Detruſis Orco, feſſis dulciſſima rebus
Donatur requies. diſploſis nubibus atræ
Concedunt tenebræ, redit Sol aureus, orbi
Clarior aura micat, cunctæ cecidere procellæ,
Iam nuſquam pugnæ, nuſquam ſæua arma, tumultus
Vndique abeſt omnis, ſunt omnia tuta, receſſit
Vis inimica, Rapax telluri illiſa Tyrannis
Proſtrata eſt, penituſque iacet ſine robore, ſummis
Mundi Principibus ſibi nunc concordibus. Eia
Triſtis abeſto metus, longe Terrorque, Pauorque,
(Lætitia plauſuque alacri aſſurgente) faceſſant:
In falces redeant fractis mucronibus haſtæ,
E gladio incuruus conflétur vomer, Arator
In campos redeat ſecurus, ſquallida rurſus & Artes,
Arua ferant fruges: rediuiuæ rurſus & Artes,
Et vario externæ redeant à littore merces:
Attollat caput exultans *Induſtria*, ſanctus
Emergat *Labor*, & victum, quæſtumque reducat.
Se totum in luſus & publica gaudia mundus
Soluat & inſolitis ſonet vndique plauſibus æther.
Quiſque ſibi niueas optatæ inſignia Pacis
Adſumat veſtes gaudens, niuea omnia ſunto
Vndique, nil atrum aut lugubre appareat vſquam,
Sitque nihil toto niueus niſi candor in orbe.
Imprimis rerum ſoluantur vota *Parenti*
Debita, & ex imo reddantur pectore grates,
Hanc inſperatam cœlorum ex arce quietem
Qui tribuit miſeris, à quo ſunt omnia: Quique
Omnipotente manu ſolus facit omnia, nil ſors,
Nil caſus, nil fata, poli nil ſydera poſſunt
Abſque illo, cuncta ipſe mouet, cuncta ipſe ſuopte
Arbitrio cogit ſibi ſubſeruire, tremendæ
Illius Maieſtati ſe ſubiicit omnis
Natura, & Domino incuruans ſua colla Tonanti
Nil iniuſta facit: dependent omnia ſancto
Illius

Illius à nutu, Quo dum vult concutit orbem
Aſtrigerum, & vaſto nutantem pondere terram.
Ipſe ſuper ſummi iamdudum vertice Olympi
Æterno nixus ſolio, dum forte iacenteis
Deſpectat terras, toto videt orbe tumultu
Terribili populus paſſim concurrere, Martem
Omnia turbare, omnia concutere, omnia cæde
Sanguinea implere, innocuam procul eſſe fugatam
E mundo Pacem, Furias regnare, potenter
Imperitare Nephas, Æquum ſuccumbere, Iuſtum
Vndique proſterni, miſceri ſacra prophanis:
Hinc Aſiam, illinc Europam. Lybiæque feroces
Gradiuum exercere viros, diſcurrere latè
Danubij ad ripam Turchas, popularier agros
Turcharum Perſas, Lybicum pulſare Tyrannum
Cæſarea, Cæſareo quaſſari Gallica Marte
Regna, alacrem contrà magno molimine Gallum
Obniti horrendis comori Cæſaris armis.
Italiam, Allobrogas, Celtas, Morinoſque, truceſque
Belgas, Atrebates miſeranda ſorte viciſſim
Affligi, vaſtari agros, euertier vrbeis.
Tum ſua clementer detorquens lumina pulchræ
Europæ ad populos, haud paſſus longius atro
Chriſtiadas bello inter ſe confligere, ſæuam
Bellonam, Martemque iubet diſcedere longè
Ad Mahometæas humana haud pectora genteis
Blaſphemas genteis, cœlo execrabile ſemen:
Continuoque piam nuper tellure fugatam,
Tum cœli medio ſtellata in ſede micantem
Pacem ad ſe vocat, & placido ſic ore profatur:
Surge age Nata, leui properans deſcende volatu
Et pete florenteis Europæ ſedula campos,
Tecum ibit germana ſoror *Concordia*, & ipſa
Nuda *Fides*, firmo conſtent vt cuncta tenore,
Ad quæ vos vltrò in terrarum mittimus orbem.

Eſto ærumnarum iam plus ſatis, ipſe quietem
Conſtitui tandem populis, finemq; malorum,
Sat mihi pœnarum ſcelerum ob commiſſa dedêre.
Condono offenſas, placatus pono flagella,
Vindicta abſtineo, iuſta prorſum immemor iræ,
Cæſareas inter turmas & Gallica caſtra
Infer te mediam, Regemque & Cæſarea adito,
Fac inter ſe coeant & fœdera iungant
Æterna: hæc mando, hæc noſtra eſt infracta voluntas.
Dixit & acclinans ſeſe, cœleſtia charæ
Oſcula dat Natæ. Currum parat ilicet illa
Sydereum, celerique ruens altum æthera lapſu
Deſerit, & tandem virides Narbonis in oras
Deſcendens, fortè ad Marij cognomine foſſam
Subſtitit, hic magnos, & Regem & Cæſara, longo
Haud adeo ab ſeſe diſiunctos interuallo
Conſpicit, hos blando aggrediens ſermone ſalutat,
Improuiſo aditu, ramo fœlicis Oliuæ
Prætenſo: agnoſcunt diuam, ingentique ſtupore
Accipiunt venientem vltrò ac reuerenter adorant
Attoniti, ætherio demiſſum numen Olympo.
Continuo mentem immutari ſentit vterque,
Atque truceis animos ſubito molleſcere flexu,
Ceu cum poſt pluuias, & nigri turbida cœli
Nubila, redducit rutilum Sol aureus ignem,
Et recipit ſolitum clareſcens aura nitorem.
Deponunt odium, bellum execrantur iniquum,
Conueniunt ſuaſúque *Dea* mauortia ponunt
Arma alacres: lachrymæ erumpunt, in mutua læti
Oſcla ruunt, ſeſéque diu amplexantur, & hærent
Alter ab alterius collo. datur annulus illinc
Atque hinc, æternæ fidei argumenta, perenne
Percutiunt fœdus, nunquam violabile fœdus,
Inque manum alterutros fido ſe pectore dedunt.
Summi iampridem furijs vrgentibus hoſtes,

Nunc ſummi inter ſe (Cœli ò clementia) amici
Vnà ambo incedunt, vnà in communia tendunt
Hoſpitia vna itidem læti potumque cibumque
Cum plauſu accipiunt: hic *Heleonora* vetuſto
Aſpectu Regina, inter formoſa Maritum
Regem, interque ſibi germanum Cæſarea, mira
Lætitia exultans, cupidis amplexibus ambos
Accipit, & ſtrictis Fratremque, Virumque lacertis
Nunc hunc, nunc illum premit & caſta oſcula iungit,
Explerique nequit mentem, fraterna tuendo
Lumina, iam multos ipſi non viſa per annos:
Coram adſtant gemini iuuenes, clariſſima magni
Regis progenies, Henricus ſcilicet, atque
Carolus: ambo ingens poſt patrem gloria regni,
Alter Delphinus ſceptri ſucceſſor & hæres,
Alter Dux vrbi cui clarum Aurelia nomen.
Adſtant Cæſarei proceres hinc adſtat & illinc
Celtica Nobilitas & non numerabile vulgus,
Viſendi ſtudio, & rerum nouitate ſtupenda
Adductum: ipſa autem in medio lætiſſima cœtu
Spectatur *Diua*, aurato circundata amictu
Cunctorumque oculos in ſe conuertit: ibi omnes
Attonito ſtant ore, haurit ſalientia magnus
Corda ſtupor, nequeunt fari, vox faucibus hæret,
Immenſæ præ lætitiæ dulcedine nemo
Adſtantum potis eſt fletum cohibere, fluenteis
Aſpiceres lachrymas guttatim labier ipſos
Gaudentum in vultus, pendent præſentis ab ore
Cæſaris, excelſi mirantur pectoris ingens
Robur: mirantur Regem, mirantur & ipſam
Reginam, & Regis Natos, mirantur honorem
Virginis ætheriæ, & formam, geſtumque, habitumque,
Diuinoſque Deæ vultus, mirantur amores
Tam ſubitos inter tam hoſtilia pectora, dudum
Inter ſe tam infeſta ſibi, vt totum vndique mundum

Quaſſarint fera per bellorum incendia. Certè
(Perlegito hiſtorias, & priſci acta omnia ſæcli)
Hoc nunquam à prima naſcentis origine mundi
Auditum, vt tanti vſquam hoſtes, poſt maxima bella,
Poſt cladem innumeram, poſt tot diſcrimina rerum,
Tam promptis (idque vltrò) animis in fœdera tandem
Sic ierint, vllis abſque oratoribus, abſque
Vllo hominum medio, ſibimet medium, ſibi certi
Ipſi oratores, ſibi conciliumque, fideſque.
Vos igitur longo bellorum turbine, & atra
Tempeſtate acti, haud toleranda incommoda rerum
Perpeſſi grauiter, nunc ò gaudete, reſumptis
Eſte alacres animis, lætos attollite vultus,
Suſpicite: En bona adeſt tandem *Pax*, optima rerum
Seruatrix *Pax* illa, oſtentatura per orbem
Hunc totum ingentes celebres raroſq; triumphos
Diua ſuos, ſpolia ampla ferens, captiuáque poſt ſe
Agmina, & hoſtilem ductans longo ordine turbam,
Ingenti incedens pompa: comitantur euntem
Libertas, & blanda *quies*, cunctuſque fugata
Iuſtitiæ Cuneus, numeroſoque agmine *Virtus*.
Plaudite Io, conſurgite Io, decerpite ab altis
Arboribus ramos, ramos pallentis oliuæ,
Et lauri folia, & palmæ de robore frondes:
Texite feſtiuas varia de fronde coronas,
Cingite fronde comas, circundate tempora ſertis,
Carpite purpureos viridi de ceſpite flores,
Herbaſque, & nudam beneolenti gramine terram
Spargite, qua molli veniens *Dea* maxima greſſu
Tendit iter, ducitque ſacrum lætiſſima currum,
Ferte faces manibus, vincant funalia Solem
Lumine magnifico, properanti occurrite pompæ
Pacis oliuiferæ, & rarum ſpectate triumphum.

Ecce ipſa aurata fulgens in veſte, ſuperbo

(Haud

(Haud procul hinc ſubiti per campos pulueris vmbram
Cernite) adeſt curru, conſolatura iacenteis
Afflictorum animos, & iam magis ac magis horſum
Ecce propinquat io. Pro ſella eſt aureus olli
Mundi ingens globus, hoc nitens ſedet ipſa, ſuperque
Eminet excelſo ſublimis corpore dulci
Iucunda aſpectu, roſeis formoſa labellis
Perpetuum ridens, cuiuis promptiſſima ſemper
Oſcula porrigere, & dulceis ſua brachia ſemper
Pandere in amplexus. nunquam iracunda nec atra
Bile tumens ſed ſemper amico pectore, ſemper
Pacato gaudens animo, coma fulgida ab auro
Contexto cincta eſt ſerto viridantis Oliuæ,
Dextera fert ramum ramum de germine eodem,
Cum ramo hoc pariter candentia lilia quaſſans,
Lilia mellifluæ inprimis aptiſſima *Paci*,
Binæ vtrinque extant humeris cœleſtibus alæ
Verſicolore nota, & pennis fulgentibus auro
Diſtinctæ, his cœlo deſcendit *Diua* tonantis
E gremio: Ignitus ſtellarum circulus alto
Vertice flammeſcens cœleſti inſignit honore
Diuinum caput, & lapſam teſtatur Olympo.
Aureus eſt currus, temo aureus, aureus axis,
Atque rotæ auratis ſcintillant orbibus, auro
Diffulgent radij, ſunt aurea cuncta, nitore
Aurifluo circum rutilaſcunt omnia, ab auro
Ecce repercuſſus latè circumfluus aër
Spectatorum oculos fulgore obtundit acuto:
Auro inter lucent fulgentes vndique gemmæ,
Et varij Eoa allati vſque ab gente lapilli.
Hunc circum (artificis quæ docta induſtria) currum
A fronte, à tergo, latere ab dextro atque ſiniſtro,
Inſignes puro hiſtoriæ cælantur in auro;
Et tanta arte quidem, vt videantur cuncta moueri,
Hocque agere atque illud, viuóque è pectore fari,

Namque hic pacifici pluſquam aurea tempora Regis
Spectantur, Supero primum qui numine iuſſus
Ardua non falſo poſuit delubra tonanti,
Et duros ſumma populos in pace tenebat:
Dein Seruatoris ſunt facta inſignia Chriſti
Mirandis formata modis. atque arte ſtupenda,
Primum vt eo quondam incorrupta è Virgine nato
Aliger ætheria deſcendens nuncius arce
Detulerit miſero pacem, & noua gaudia mundo:
Vtque ſub Auguſto puero hoc naſcente per orbem
Tuta quies fuerit, ferro & compagibus arctis
Vt clauſæ ſteterint poſt plurima tempora diræ
Belli portæ: atrox vt centum vinctus ahenis
Poſt tergum nodis horrendo ſederit intus
Ore Furor, ſæuo circum fremitu omnia terrens:
Vtque ille in cunctis paſſim regionibus almam
Ad Pacem populos hortans animauerit: vtque
Ipſe ſedens aſino (multum eſt ea beſtia Paci
Commoda) diuinæ Pacis ſe oſtenderit vltrò
Regem eſſe: vtque alto conſcenſo lætus olympo
Nunc diuorum inter cuneos & mille phalangas
Æternum gaudens æterna pace fruatur,
Et cœli, & terræ, & nigri Dominator Auerni.

Ecce autem ante Deam, poſitis ſedilibus, ipſo
In currus medio, auratis in veſtibus ambo
(Heus nudate caput, genua incuruate ſtupentes)
Conſidunt vnà (iucundum) maximus & *Rex*,
Maximus & *Cæſar*, iunctis, ò gaudia dextris,
Et multum inter ſe blando ſermone loquuntur.
Hic Aquilam gemino nigrantem vertice iuxta
Seſe adſtantem habet, ingenti clangore mouentem
Explicitas alas, illum ſua lilia fuluo
Clara auro exornant: olea eſt redimitus vterque,
Pulchrè intertextis folia inter ſingula baccis.

Ipſa

Ipſa *Dea* à tergo ambobus ſublimior, iſtum
Atque illum impoſitis manibus collo, tenet. Eia
Salue Maxime *Rex*, ſalue ò tu Maxime *Cæſar*,
Concordes animæ, concordia pectora, veſtræ
Europæ decus, & magni illuſtriſſima mundi
Lumina, Chriſtiadum columen, tutela, vnumque
Præſidium: quibus inter ſe concordibus, vlli
Non metuendi hoſtes, etiam ſi totus ab omni
In nos parte ruat mundus, ſi denique cunctis
Viribus aſſultet nos vndique Tartarus, alto
Egreſſus barathro, & frendens extrema minetur.
Faxit diuinæ Pacis dator ille ſuperni
Regnator mundi, vt noſtra hæc ſanctiſſima veſtros
Inter ſubiectos longos *Pax* duret in annos,
Et dicant per vos facta aurea ſæcla nepotes.
Dij te fortunent *Rex* feliciſſime Dij te
Conſeruent multo fortunatiſſime *Cæſar*
Dij vos incolumi cum proſperitate beatos
Perpetuum eſſe velint. Dij vobis cuncta ſecundent
Quæ facitis, quæ facturi eſtis, quæque ſub imo
Pectore voluentes animo proponitis in rem
Communem regnis amborum, totius & orbis,
Orbis præſertim cui dat cognomina Chriſtus.
In veſtras vltrò ſeſe Mahometica dedant
Sceptra manus, meritos vobis ceſſura triumphos.
Per vos augeſcat Chriſti Reſpublica: per vos
Nunc iterum toto ſurgat gens antea mundo.

Sed redeamus Io, qua auidi deflex imus, atque
Spectari cœptum expectemus rite triumphum.
Quatuor eximij niueo candore iugales
Ecce trahunt currum, Phædros, Terpnoſque, Crotoſq;,
Atque Euphron, tenues claris hinnitibus auras
Implentes latè, pennatis calcibus alto
Multum exultantes greſſu. Iuueniliter ore

Prædulci arridens dulcis *Fauor* aurea preſſans
Terga Croti, auratis currum moderatur habenis.
Officio aurigæ fungens, ſonituque flagelli
Vrget equos, tenſaque manu, & clamore ſecundo
Cum plauſu immodico rara & noua gaudia monſtrat,
Pulcher adoleſcens vernanti floridus æuo,
Tempora velatus fronde immortalis oliuæ.
Porro autem ante *Deæ* currum, longo ordine ducto
Magna applaudentum præcedit turba, nefando
Quos Dea ab exilio notas reduxit ad oras
Huius noſtri orbis. Primum ſanctiſſima prodit
Illa Deum atque hominum fotrix *Concordia*, dulcis
Illa triumphantis Pacis germana gemellus
Cui viridi in ramo ſunt clara inſignia turtur.
Altera deinde ſoror, fida comitata catella
Dia *Fides* venit. Hanc ſequitur tum deinde venuſto
Lætitia aſpectu. Cui ſe iucunda *Voluptas*,
Atque animi *Dulcedo*, atque *Exultatio* læti
Pectoris admiſcent. His longo examine mille
Gaudia ſuccedunt, rident ſaliuntque, canuntque:
Aſſenſu vario, ferit aurea ſydera murmur.

Hunc nudæ *Charites* vernanti ætate puellæ,
Perpetuum virides tenui velamine tantum
Contectæ medium pro conſuetudine corpus,
Adproperant, trino decorantes numine pompam.
Mox *Amor*, haud trux ille puer cithereia proles,
Flammiuomis grauiter telis metuendus & arcu:
Sed magno factore ſatus ſtellantis Olympi:
Nudulus ipſe quidem, & pernicibus aureus alis,
Haud oculis captus, ſed perſpicuè omnia cernens.
Aduolitat, quatiens iucundis plauſibus alas,
Accendens totam fraterno ardore cateruam.
Huic *Agape* germana ſoror pulcherrima virgo
Seſe addit, nudis ſtipata infantibus, ipſa

Pectore

Pectore nuda quidem, & niueas exerta mamillas:
Dextra facem geſtat micat ardens vertice flamma.
His ſine Numinibus (res planè eſt vera) duobus
Nulla vſquàm pax, nulla ſibi concordia conſtat.

Hos ſubit ætherio rurſum nunc lapſa ab Olympo
Illa Dea hunc audax nutu quæ temperat orbem
Iuſtitia, alatiſque humeris vnóque ſuperba
En oculo, in frontis medio, quo ſcilicet illa
Omnia recta tuens nil vſquàm lumine cernat
Obliquo quidquam, vultu imperterrita forti,
Magna animo, Auſoniæ cui clarum inſigne ſecures,
Faſceſque, & rectum nullo curuamine ſceptrum.
Huic comes accedit *Legum* veneranda *Poteſtas*,
Aurato inſignis clauo, & Reuerentia *Recti*,
Et ſacra *Religio*, candenti in veſte decora.
Flammantem dextra gladium clypeumque ſiniſtra
Geſtans, purpurea pictum cruce, caſſide fulua
Virgineas contecta comas, in vtrumque parata
Seu contra inſanos fidei non ſegniter hoſteis
Stare alacrem & certæ pro vero occumbere morti:
Seu tranquillam inter mortaleis ducere vitam,
Ipſa hæres cœli, proles diuina tonantis.
Cui ſe addit ſociam triplici notiſſima vultu
Dudum exul *Pietas*, vno cœleſtia ſurſum
Numina contemplans, altro officioſa Parenteis,
At reliquo ad dulcis Patriæ communia ſpectans
Commoda. Porrò autem quæris quæ cætera feſtam
Turba præit pompam? Hæc *Probitas* eſt ſancta Verenda
Hæc morum eſt *Grauitas*. Hic eſt *Pudor*. Ille modeſtæ
Eſt *Candor* vitæ. Hic rerum eſt *Succeſſus*, amica
Iucundus facie. Speciosa hæc nympha beata
Eſt Dea *Proſperitas*. Matrona hæc inclyta, centum
Secum vna adducens natos, totidemque venuſtas
Præſtanti forma natas, eſt optima rerum

Virtus cœleſti partu fœcunda. Sed, inquis,
Quis grauis ille Senex promiſſa in pectore barba,
Qui properat, curuam prægrandi pondere falcem
Nudusque alatuſque tenens: Eſt maximus ille
Diuum, qui è magna genuit tellure beatam
Libertatem olim; qui condidit aurea primus
Secula *Saturnus*. Saturno proxima Virgo
Quæ venit, & fractis attollens brachia vinclis,
Præ reliquis tantum gauiſa exultat, ea ipſa eſt
Aurea *Libertas*, Saturni filia, ſummis
Nuſquam non votis miſeris mortalibus vna
Exoptata nimis. Quæ autem ſequitur, quique
Subſequitur Deus, hic frondoſa è vite coronam,
Illa gerens flauam vittata ad tempora ſpicam,
Hic *Liber*, magna illa *Ceres*, duo numina multum
Commoda ſunt homini, furibundo à milite dudum
Dirè afflictata, huc illuc diſtracta minaci
Hinc inuaſa igni, hinc pedibus calcata prophanis,
Indignum facinus, multis mortalibus atrox
Heu damnum. Quas tu verò florente puellas
Hic ſpectas ætate pares, quarum altera dura
Calloſáque manu fert multa animoſa ligonem,
Altera fert virideis commiſtis floribus herbas,
Sunt geminæ agreſti prognatæ è ſtirpe ſorores:
Altera Fertilitas glebæ eſt illa altera felix
Cultura agrorum, humanæ ſpes maxima vitæ:
Quis ſine cuncta abeunt peſſum, pereuntque voraci
Confecta eſurie. Qui illas comitatur agreſti
Indutus ſagulo, membris hirſutus, onuſtus
Et ſtiua & raſtro, toto pro corpore ſudans,
Eſt *Labor* iſtarum genitor certiſſimus, olim
Quam ipſi peperit formoſa *Induſtria*, amore
Capta viri, quo nunc fruitur coniuncta marito.

Aſpicito hanc autem ſpecioſo corpore Nympham,
Portan-

Portantem oblongum niuea inter brachia cornu,
Cornu maturis confertum fructibus. ipſa
Eſt illa omnigenum optatiſſima *Copia* rerum,
Pacis opus, ſanctæ Pacis venerabile donum.
Quæ vero ponè inſequitur lætiſſima, multo
Auroque gemmiſque nitens, varieque, nouoque
Barbarico de more habitu veſtita, volucri
Multum agilis planta, varios peragrare frequenter
Valde aſſueta locos, centum (mirabile) linguas
Centeno ore ſonans, Dio eſt Hermete creata
Mercatura hominum Collectrix ſedula ſanctæ
Seruatrix Pacis, ciuileis vndique mores
Vrbibus adducens: quos tandem perditus ille
Corrumpit Luxus, multo in teterrima trudens
Flagitia, & grauium vitiorum immane barathrum.

Hæc dormitanti ſimilem quam cernitis alta
Lectica celſam ferri, mollique iacentem
Puluino innixam cubito, eſt gratiſſima cunctis
Alma *Quies* rebus, diuinæ filia Pacis.
Quattuor hanc humeris iuuenes, Amerymnus, Aclyſtus
Heſychus, & placido ridens Irenicus ore,
Portantes geſtant. Sequitur ſpectabile monſtrum,
Fœmina tercentum incedens ceruicibus, atque
Tot capitum numero. Sed quæ ſiet iſta, requiris?
Eſt quæ millenis conſtat *Reſpublica* membris,
Corpore prævaſto turba ſublimior omni.
Ipſa modum ſupra ante alias gauiſæ, malorum
Quod iam erepta vndis, belli quod libera curis.
Quinæ aut hæ Nymphæ, poſt has quæ deinde ſequutæ
Spectantur læto properatim incedere greſſu,
Præſtantes forma inſigni, cultuque decoro,
Sunt pulchra Europa ductæ è genitrice ſorores.
Hæc eſt flaua comam cultrix Germania magni
Cæſaris. Hæc nigro eſt Hiſpania nota capillo,

Cæſa-

Cæſareis itidem longè addictiſſima ſceptris.
Hæc eſt formoſo præcellens Gallia vultu,
Gallia Liligero nutrix gratiſſima Regi.
Iſthæc Pannonia eſt, Iſthæc eſt illa ſuperba
Olim orbis domitrix, toti notiſſima mundo
Italia. Hæc autem veniens poſtrema, iſtarum
Præclara eſt Genitrix, bella illa *Europa* venuſto
Aſpectu inſignis raro pulcherrima cultu,
Partim læta quidem, partim ſubtriſtior, imo
Pectore nonnunquam læta inter gaudia, certo
Cum gemitu ducens tacito ſuſpiria tractu,
Scilicet omnino quòd nondum libera quòdque
Succeſſu in tanto ſibi adhuc mala plurima reſtant,
Quandoquidem ipſius dulciſſima filia, nempe
Docta illa, illa inquam Genitricis gloria quondam
Græcia, inhumano miſerè ſubiecta Tyranno
Turcarum, hoſtili ritu captiua tenetur,
Carcere in horrendo præduris vincta catenis,
Quinetiam dulces ſibi maxima cura ſorores
Magna *Aſia* & calido *Lybia* contermina cœlo
Oppreſſæ immani dominatu, immite, ſuperbum
Coguntur tolerare iugum, furioſaque multum
Iuſſa canis Mahometæi imperiumque ferinum.
Sed quæ vnà graditur lateri illi adiuncta, nitenti
Spes induta habitu dictis ſolatur amicis
Subtriſtem, fore non longum vt Nata atque Sorores
Proſtrato immani, debellatóque Tyranno
In libertatem redeant, fractiſque catenis
Colla iugo excutiant lætæ, rurſuſque paterna
Poſſideant regna, & ſecura in pace quieſcant.
Viſuræ demum matremque, piamque ſororem.
Quo monitu illa animos dulce exhilarata reſumens,
Et triſteis gemitus, grauia & ſuſpiria ponit,
Cum reliquis plauſum per gaudia læta frequentans.

Poſt

Poſt has autem omneis magna addenſante caterua
Ante *Deæ* plauſtrum,& fremitantes ante iugales
Proximius præeunt Muſæ,facundia,Docti
Scriptores,Diſciplinæ,Aoniique Poetæ,
Arteſque & multo præſtans Induſtria ſenſu,
Sllicitі Coniunx mire fœcunda Laboris,
Omnes Palladiis euincti tempora ſertis,
Palladios ramos,& candida lilia læti
Quaſſantes manibus magnis clamoribus almam
Laudantes Pacem.attollentes Cæſara,magnum
Tollentes itidem celſa vſque ad ſydera Regem.
Auctores Pacis.Libertatiſque reductæ.
Cantare occipiunt Muſæ tum deinde ſequuntur
Et læti alterna reſponſant voce Poëtæ.
Prima eſt Calliope celebri ſuauiſſima cantu,
Atque his attonitas demulcent verſibus auras.

Calliope.

Salue *Pax*, rerum ſernatrix optima.multum,
Salue iterum ætherij proles veneranda Tonantis.

Poeta.

Viuat Io Cæſar,viuat Rex optimus,almam
Qui nobis pacem,& rurſum aurea ſecula reddunt

Clio.

Pace nihil miſero quicquam iucundius orbi,
Ipſa hilarat menteis,de preſſaque pectora tollit.

Poeta

Viuat Io Cæſar,viuat Rex optimus,horum
Munere Io regnat tota Pax aure mundo.

Euterpe.

Pace vigent Leges,ſarataque iura,triumphat
Iuſtitia,& facili floret Reſpublica ductu.

Poeta.

Viuat Io Cæſar,viuat Rex optimus,ipſi
Iuſtitiam nobis,calcataque iura reducunt.

Melpo-

Melpomene.

Officio Pacis Pietas neglecta reſurgit,
Relligioq; caput gaudens ad ſydera tollit.

Poeta.

Viuat Io Cæſar. viuat rex optimus, ecce
Ipſorum cura ſimul hæc, ſimul illa reuixit.

Erato.

Pacis in imperio Virtus regina per orbem
Emicat, & miris mundum ſplendoribus ornat.

Poeta.

Viuat Io Cæſar, viuat Rex optimus, vltro
Qui Diuam gremio acceptam, attolluntq;, fouentque.

Vrania.

Pax facit è galeis raſtros, ex enſe ligones,
Proueniunt ſegetes, implentur frugibus arua.

Poeta.

Viuat Io Cæſar, viuat Rex optimus, agri
Squalentes dudum, per eos nunc horrea complent.

Terpſichore.

Pace & opes variæ. & cunctarum copia rerum
Quottidie creſcunt, nil Diua hac præſide deſit.

Poeta.

Viuat Io Cæſar, viuat Rex optimus, Eia
Nunc & opum affluxit, & rerum plurimus vſus.

Polyhymnia.

Pax fouet ingenuas arteis, Induſtria Pace
Nutritur, Pace & clara ingenia vndiq; pollent.

Poeta.

Viuat Io Cæſar, viuat Rex optimus: ipſis
Principibus redeunt paſſim quæq; optima mundo.

Thalia.

Pax mœrorem abigit: Pax dulcia gaudia ſecum
Adducit: Pax magnam adfert optata quietem.

Poeta.

Poeta.

Viuat Io Cæſar viuat Rex optimus, ambo
Optate autores Pacis, magnæq; quietis.

Talibus illi alacres præcedunt vocibus. aër
Exultat: contra acclamans reſponſitat Echo.
Aëriæ autem Auræ circumq; ſupraque volantes
Suſpenſæ plumis, & verſicoloribus alis,
Virgineos imitatæ artus & blanda pudentum
Ora puellarum, varios è nube ſerena
Proiiciunt flores, & odoro gramine terram
Deſuper inſternunt: florum per inania nymbus
Nubiuolæ ritu niuis huc ſe ſpargit, & illuc
In gradientum agmen. dulcis fragrantia ſeſe
Molliter inſinuat naſis, atq; aera mulcet.

Ante omneis prima vadens in fronte, triumphi
Nuncius it Plauſus, percharus filius ille
Lætitiæ, ingentemq; tubam pleno ore, tumenti
Gutture & intenſis elatam faucibus inflat,
Inuitans ſonitu clara ad ſpectacula cunctos.

At vero ecce *Dea* poſt tergum, horrenda ſupellex
Inuiſi Martis, ſpolia hoſti erepta, triumpho
Ad Pompæ augmentum cumulatim adducta trahũtur.
Partim fracta quidem, partimq integra: cruentæ
Nempe virum exuuiæ galeæ, thoraces, ahæni,
Fragmenta haſtarum, gladii, ſæuæq; bipennis,
Loricæque, ocreæque leues, curruſq; rotæque,
Armatique, & equi, & iunctis calcaria ſellis,
Et ſigna, & laceris vexilla trementia caudis,
Vmbones, peltæ, clypei. ſcuta, aclides, arcus,
Spicula. baliſtæ conti, iacula horrida ferro,
Et grauium catapultarum tormenta, ſariſſæ,
Tragulaq;, & murices, & viſu immane verutum.

Fun-

Fundæ, harpagones, ingentia gæſa, cateiæ,
Accurruiq; ſpari, & tecto mucrone dolones,
Vinculaque & manicæ & ferro ſtridente catenæ,
Cornua tetra, tubæ horriſonæ, mauortia, longo
Tympana cum gemitu, feralis machina vaſto
Ore boans, flammaſq; vomens, & ſaxa Boarda,
Et colubri ignito ructantes fulmina collo,
Et crepitu horrifico Sclopeta rotantia glandes,
Arietibus vaſtis per terram in puluere tractis,
Et reliqua id genus arma, fero ex Mauorte recepta.

Hinc adducuntur manibus poſt terga reuinctis
Ordine prælongo tracti per colla catenis
Captiuum vulgus, profugi (Dis gratia) Martis
Præcipui. Comites: Furor indignatio, Rixæ,
Diſſidium & germana eius Diſcordia, magno
Cum clamore tonans trux Vociferatio, diro
Ore fremens Rabies, vecors Inſania, Cædes.
Cædes ſanguinea gaudens inueſte, cruento
Plena manum tabo; Furiæque, Iræque, feroxq;
Sæuitia, horrificæque Minæ, & Truculentia, & atra
Impietas, inimicitiæ, Vis, Impetus, amens
Vindicta, Inſidiæ, effrena Impatientia, Bilis
Immodico feruore tumens, Iniuria, Fraudes,
Atque Doli, præceps Audacia, dira Cupido
Pugnandi, mala proditio, imperioſa Tyrannis,
Depopulatio atrox, prædax vaſtatio rerum,
Et furta, & ſæuis armata incendia flammis,
Raptuſque, inceſtuſque, & ſtupra, & libera nullo
Stricta Libido metu, immaniſque Licentia quiduis
Patrandi maleſuada Fames, Penuria, Peſtis,
Luctus, Triſtities, Mœror, Quærimonia, Planctus,
Et lachrymæ, & Gemitus, Terrorque, Horrorque, Pa-
Omnes Tartarei Mauortia ſemina fratres, (uorq;,
Tartareæque ſimul Mauortia turba ſorores,

Aſſi-

Aſſiduè inſani Genitoris caſtra ſequuti,
Abiectis animis, demiſſo in pectora vultu
Triſte incedentes, rabidis conatibus arctis
Fruſtra obluctantes vinclis, diro vſq; ſuſurro
Frendentes grauiter, ſæuo quod Marte fugato
Sic Dominæ imperium Pacis ſint ferre coacti.

Præteriere iſti: magna dehinc ecce cohorte
Millia multa hominum qui claudant rite triumphum;
Plaudentes veniunt, nimirum Marte cruento
Et longo erepti bellorum turbine, læti
Agricolæ, Mercatores, numeroſa caterua
Artificum, Patrum ordo grauis, promiſcua plebis
Turba, viri iuuenes pueri, innuptæq; puellæ,
Matronæ, atque ſenes, ſerui, ancillæq; ſequentes,
Omnes Cecropia redimiti tempora fronde,
Vna omnes niueo teſtantes gaudia cultu.
Taliter indomito victrix de Marte triumphans,
Talem ex hoſte truci ducit *Pax* aurea pompam.
Ipſe pater cuncta hæc deſpectans æthere ab alto,
Clara in nube ſedens, natam collaudat ouantem,
Et fauet illuſtri, cœlo arridente, triumpho.

Ipſa autem (accedamus Io, accedamus, & vna
Augentes pompam terga inſectemur ouantum,
Spectemus tanti finem, atque extrema triumphi.)
Ecce fere ad metam veniens *Diua* aurea ſeſe
Ad proprium confert pario de marmore templum,
Templum ingens, ter centenis illuſtre columnis,
Centenis gradibus longe à tellure leuatum,
Binæ intus magnis conſtructæ ſumtibus aræ,
Hac Dea *Pax* illa colitur *Concordia* eodem
Sub tecto, tercentenis ſtant lumina tædis
Circum aras: rutilo reſplendent omnia late:
Fulgore, Aſſyrio mollis fragrantia totum

Implet odore locum, iactant opobalſama longe
Dulcem auram, & gratum dant maſcula thura vaporē.
Amplas ante foreis, atque aurea limina phani
Gloria in auratis effulgens veſtibus adſtat,
Aurataſq; aperit ſtridenti cardine valuas,
Inductura illuc venientem læta triumphum.

Iamque propinquatur templo, Dea protinus altis
Gloria deſcendens gradibus, venientibus vltro
En occurrit ouans: vltro comitantur euntem
Pulcher Honos, nitiduſq; *Decor*, florentibus annis
Ambo alacres iuuenes. Cuncti reuerenter vtrinq;
Dant ſpacium, qua per mediam *Dea* magna cateruam
Se ferat ad faciem belli victricis: & ecce
Continuo currum ſiſtit *Dea*, deinde venuſto
Ad terram geſtu deſcendit læta ſimulque
Deſcendunt Rex & Cæſar, quos *Gloria* blando
Affatu manibus prenſos deducit ad altum
Delubrum, & pariter ſacrata ad limina tendunt.

Tandem autem ante gradus (latiſſima vbi area) tēpli
(More triumphantum de conſuetudine priſca)
Sumpturi meritas hoſtili è ſanguine pœnas,
Subſiſtunt, adſtat turba hinc dextra inde ſiniſtra
Suſpenſis animis expectans ſedula rerum
Euentum, cum iam captiuæ ex agmine gentis
Producta in medium Princeps *Diſcordia*, vinctis
A tergo manibus, per terram in puluere plantis
Antrorſum verſis trahitur gemebunda, furorem
Antiquum eructans, ardentia lumina fruſtra
Ad nubes tollens, incuſans numina, ſanctæque
Adlatrans Paci, rabido cum murmure tetram
Euomit & bilem, & cunctum moritura venenum.
Huc leuis ecce Puer volitans *Amor*, enſe minacis
Iuſtitiæ accepto (cunctis mirantibus audax

Id pueri factum) hanc vno nil territus ictu
Diſſecto obtruncat iugulo, nigrumque cruorem
Spargit humi exultans. Confuſus ad æthera clamor
Tollitur adſtantum: prælongo exangue cadauer
Tractum vnco, ad coruos auidis canibuſq; lupiſq;
Proiicitur laniandum. Hoſtilis cætera vulgi
Colluuies tracti vinclis, longiſque catenis
Continuo ad ſtygii raptantur carceris vmbras,
Horrificas vmbras, æterna ergaſtula, ibidem
Supplicio extremo non vna morte necandi.

His ita ſolemni veterum de more peractis,
Conſcendunt templum lucentibus ordine longo
Lychnuchis, anteit cunctos dea Gloria. Honoſque,
Atque Decor: Pax Auguſtum dextra tenet, atque
Læua ipſum Regem, ſequitur quos cætera euntum
Læta cohors. Iamque introeunt penetralia, ibidem
Sacra Panomphæo, grateſq; & vota Tonanti
Rite peracturi. Verum hæc arcana ſilenti
Cultu intus fient haud conſpicienda cuiuis,
Sacrilegi eſte procul, cuncti procul eſte prophani.

Vos autem quibus eſt tanta hæc victoria cordi,
Et placet iſte nouus pulſo de Marte triumphus
Ite domum læti, & chara cum coniuge, charis
Cum natis, cum vicinis, hanc quiſque ſuprema
Conatu celebrate diem, ſecludite curas
Inter vos alacres colludite, corde timorem
Pellite, communes epulas, communia paſſim
Ponite per vicos hilari conuiuia plauſu:
Crateras magnos producite, plena Lyæo
Cymbia miſcete, ebibite, indulgete choreis,
Indulgete iocis, vos totos ſoluite in altam
Euohe lætitiam. Ipſe egomet vel primus obibo
Has parteis, primus Baccho ſpumantia ponam

Pocula, primus ego miranda in gaudia raptus;
Vina coronabo, Regiſque & Cæſaris, atque
Ad Pacis numeros potabo ſtrennuus, amplos:
(Quanquam inconſuetus, quanquam natura repugnet,
Me namque haud fecit gracilis natura bibacem)
Ter, quater euacuans cyathos, ter gutture læto
Aut quater ingeminans feſtiuo dulcia verſu
Carmina cantabo, & ſublato ter pede terram;
Succuſſans, plauſu inſolito cum voce ſonora;
Saltantes Satyros imitabor, vt Alpheſibœus.
Atque vna mecum ſaltabunt, gutture læto
Cantabunt mecum, mecum fragrantia pleno
Vina bibent hauſtu, chari mihi quiq; Sodales,
Et quique inſignes ingens mea gloria Amici,
Quos pleroſq; mihi gremio fœcunda beato
Andouerpa fouet, culta Andouerpa, virentis
Flos patriæ, clarum vaſtæ Europæ decus, illa
Forma excellenti, longe pulcherrima magni
Filia Mercurij quam pulchra è Doride quondam
Ad Scaldis ripam genuit, dum forte profundo
Egreſſa Oceano regionem inuiſit amœnam
Hanc noſtram, admirans læta arua, & florida tempe.
Andouerpa inquam præ cunctis vrbibus vna
Illuſtri fama, toti notiſſima mundo,
Multis clarum opibus, Scaldim ſortita maritum,
Sæpe mihi cantata, mihi & cantanda deinceps
Dum viuam, & ſanctæ afflabunt mihi carmina Muſæ.

Sic ergo nobis primum incipientibus, Eia
Hæc eadem cuncti facite, eia oſtendite quantum
Hæc vobis ſedeant animo, quæ cœlitus alto
Largitur ſolio Rex omnipontentis Olympi,
In commune bonum, atque in publica commoda: quin
(Id repetens dico) vos totos ſoluite in altam (vos
Euehe lætitiam, nihil hac optatius vnquam.

Luce,

Luce, nihil trepido quicquam iucundius orbi,
Quæ peperit nobis ſolida cum pace quietem.

Imo hic vna omnes iuſto inuitante fauore
Hanc ad lætitiam, tanta hæc ad gaudia, magno
Aſſenſu æternos cumulatim addamus honores.
Ingenteis tollamus Io in ſublime columnas,
Atq; triumphaleis præclaris molibus arcus,
Pyramidaſq; alto ductas ad nubila tractu,
Queis inſcribamus ſæcli de more vetuſti
Illuſtres Paciſq; & magni Cæſaris atq;
Liligeri Regis titulos, monimentáque ſancti
Fœderis, eruerint bellis vt triſtibus orbem,
Reddiderintq; vltro feſſis mortalibus almam
Et libertatem, & (res inſperata) quietem.

Treis etiam è niueo faciamus marmore ſumptu
Regifico ſtatuas, vnam tibi Maxime Cæſar,
Vnam Rex Franciſce tibi, tibi ſumma Dearum
Pax vnam. Hic geminos vaſta quoq; mole Coloſſos
Artifici ductu longo attollamus ad auras,
Quorum alter Regis, regnantis Cæſaris alter
Effigiem referat. ſtabunt armatus vterque
Conuerſi faciem ad Turchas, atq; impia regna
Gentis Othomanæ, dextra minitante coruſcum
Vibrantes enſem, veluti ſæua arma feroceis
Moturi noſtræ iam relligionis in hoſteis.

Has autem ſtatuas diuinaq; marmora circum
Solemneis deinceps ludos, & ſacra quotannis
Publica, ſolemneiſq; epulas celebremus honore
Perpetuo: feſtos inter ludoſq; epulaſque
Ducentes alacrem per carmina læta choræam,
Cuncti glaucicomæ geſtantes vertice oliuæ
Contortas frondeis diuinæ inſignia Pacis.

Tercentum adſtabunt lætum pæana canentes
Cantores, niueis induti veſtibus, atq;
Cantrices totidem, Nympharum more fluenteis
Diſcinctæ peplos, implentes omnia late
Concentu vario, dulce applaudentibus auris.
Quem ritum, optamus, noſtri tum deinde nepotes
Et nati ipſorum, & qui poſt naſcentur ab illis,
Sollicita obſeruent cura, teneantq; fideles,
Iſtius memores per dulcia gaudia Pacis.
Quam cupidis animis, & voto ardente precamur
Durare æternum, longe omni ad tartara bello
Proſcripto. Summa hæc noſtræ eſt ſententia Muſæ.

Carolo V. Imp. Aug. ex Hiſpaniis per Gallias in patriam reduci aggratulatio.

Dudum incredibili gliſcens rumore volabat
Fama per has noſtras regiones. perq; propinquos
Vndiq; Belgarum populos te Maxime *Cæſar*
Per medios Gallorum agros ampliſſima regna
Ad nos Heſperiis longe vſque ab finibus vltro
Aduentare improuiſum, quod nemo vel vnquam
Sperare auſus erat, ſolum te ſcilicet abſque
Cæſareo faſtu, nullo cum milite, nullis
Conſtipatum armis, (mira ô fiducia) tantum
Innocuo munitum animi candore, tot vrbes,
Tot populos penetrare auſum, diſcrimina mille
Temnere, tot nigros ſaltus, tot flumina, totque
Protenſos alte cœli vſque ad ſydera montes,
Valleſque, & vaſtos trepido nil pectore campos
Pertranſire, hyeme in media, vim frigoris atri,
Et glaciem, & rigidos horrendo flamine ventos
Imbreſq;, algenteſque niues cunctaſq; procellas
Aeris Hyberni, & male grata incommoda fortem
Tam longæ tolerare viæ: Te denique inermem
Tam procul à patria ignotis committere terris.

Sed

Sed nunc, ô, ſed nunc bene habet. te cernimus ipſum
Iam coram, metus omnis abeſt: ſanctiſſima *Cæſar*
Vicit iter durum pietas tua, Summus Olympi
Reſpexit *Genitor* patriæ ad ſuſpiria, teque
Nobis incolumem (laus illi æterna) reduxit.
Certam ex incerta tua nunc præſentia famam
Comprobat, & dubios optato pignore firmas.
Ah quanta inuaſit nos ſuſpicione maligna
Anxietas, quantus timor heu trepidantia torſit
Pectora. te *Cæſar* ne quo diſcrimine forſan
Aduerſus premeret caſus, donec tua vaſtis
Explicitis alis Aquila inter lilia. & inter
Criſtatas volucres (Diuûm haud ſine numine) blande
Accepta, ad nidum properans inopina volaret,
Et tandem his noſtris reducem ſe ſiſteret oris,
Hic inter notos verſans ſecura leones.
Ergo alacris magno ſoluit ſe in gaudia plauſu
Gratantis Patriæ pietas, te Flandria læto
Accipit amplexu, tua te Brabantia ſummis
Optatum votis redeuntem ſuſpicit, altam
Admirans Maieſtatem, diuinaque prorſus
Ora ſacri vultus, in quo ſpectatur imago
Numinis ætherii. neque enim ſine numine tanta eſt
Maieſtas terris: clara te voce Bataui,
Te Friſii, Hannoniique alacres, genſque accola lati
Oceani, à quo illi nomen Selandia: demum
Poſt aliquot non viſum annos Dominumq; Patremque
Tutoremque pium per gaudia magna ſalutant.
Te populi, te cunctæ vrbes, cuncta oppida, villæ,
Compita, rura, pagi, venientem feruido adorant
Affectu, certantque auidi præuertere honore
Quiſque alium. Verum inter tot populoſque vrbeiſque
(Quamuis prima tibi puero incunabula quondam
Ingens Ganda dedit, quamuis dulciſſima regni
Antiquam Bruxella tibi dat *Carole* ſedem)

Nulla æque exultat, nulla æque eſt pectore toto
Ob reditum hunc gauiſa tuum, atq; hæc noſtra potētum
Belgarum *Andouerpa* decus, pulcherrima certe
Gemma Europæi, & flos florentiſſimus orbis,
Andouerpa illa, inſigni vſque ad ſidera fama
Vndique per totum longe notiſſima mundum,
Illa, inquam, illa tuis & progenitoribus olim
Atque tibi nunc inprimis fidiſſima ſacro
Imperio ſemper præ aliis deuota, ſuiſque
Vel pro Principibus non tantum perdere cunctos
Theſauros & opes, fuſo ſed ſanguine dulcem
Intrepidis animis promptiſſima fundere vitam,
Si quando ſeu bello acri, ſeu pace benigna,
Quocunque in caſu, in quouis diſcrimine tandem
Exigat id forſan quæcunque occaſio nunquam
Obluctans, nunquam iuſſis parere recuſans,
Vſque adeo vt reliquis fors deficientibus, vna
Semper in officio conſtans durauerit, vlli
Haud parcens ſumptu, haud vlli parſura labori
Quo nuſquam tibi non placeat chariſſima, tota
Abs te dependens ſicut bona filia dulci
A genitore ſolet, quo tota innititur, in quo
Sola immota hæret quo tanquam rupis acutæ
Præſidio fidens, vllo haud conterrita caſu
Non metuit quidquam. ſi etiam vel Tartarus ipſe
Vel totus pariter per bella hoſtilia mundus
Hinc Turcæ inde Arabes illinc Mauruſius hoſtis,
Hinc Scythica ingluuies, illinc gens effera Thracum
Contra ipſam vno etiam ſurgentes agmine totis
Viribus inſultent, & rerum extrema minentur.
Viſendi illa tui longe cupidiſſima, iamiam
Occurſura tibi, patefacto limine latas
Portarum valuas, & cluſa repagula ſoluens
Vrbem aperit: cunctas ædes, fora mœnia, turres,
Templa, ſacella, viaſque omneis ſplendore ſuperbo
Impe-

Imperat ornari, ciues hortatur, & vrget
Ad lætum occurſum: exultat trepida, æſtuat, ardet,
Extra ſe rapitur quid agat vix anxia ſentit
Præ deſiderio & nimia dulcedine mentis.
Vt quando externas aliquis profectus in oras,
Si poſt longa iterum remearit tempora dulcis
Ad patriæ fines & limina nota, reducto
Obuia procurrit coniux dilecta marito,
Atque illum ſtrictis ter circumfuſa lacertis
Gaudet inexpletum. lachrymæ gaudentis ab ore
Lætitia erumpunt. vna natique piiſque
Cum famulis ancillæ alacres gaudentque, ſtupentque
Cernentes faciem optatam præſentiaque ora
Ante haud viſa diu; tremulæ curuamine caudæ
Suſſultans alludit hero. geſtitque catella,
Corpore porrecto notam collambere dextram.
Haud ſecus illa quidem cunctis cum ciuibus, & cum
Plebe ſuburbana & circum exultantibus agris
Aduentu eſt affecta tuo optatiſſime *Cæſar*.
Seſe ornat cultu inſueto. proditque decore
Compta nouo, egregie feſtiuo inſignis amictu.
Candida puniceo veſtis diſtincta colore
Eſt olli late lucens. quæ ſyrmate longo
Verrit humum. artifici mediam zona aurea textu
Quam cingit, bicolor viridi cum fronde corolla
Ex rubris albiſque roſis contexta reuincit
Illuſtres multum gemmiſque auroque capillos,
In nodum lectos, alto ſtat vertice ſidus
Mercurii & niueo gemmata monilia collo
Formoſum in pectus dependent leniter, in queis
Sculpta nitent vrbis præclara inſignia, nempe
Argento fulgens caſtrum, fluidæque cruento
Abſciſſu palmæ. proſtratis forte Tyrannis
(A quibus incertum) ablatæ. qui cædibus olim
Et præda hos agros vaſtabant, fabula quamuis

Iſtuc longe aliter per anilia ſomnia cœco
Obtrudat vulgo, clara hæc inſignia porro
Purpureæ albenteſque roſæ (ſinuamine ducto
In torquem) claudunt ipſam comitantur euntem
Conſtanti vultu fautrix *Fortuna*, ſimulque
Mercurius genitor, genitrix quoque cœrula *Doris*
(Namque è Mercurio certum eſt ac Doride natam)
Illius & nutrix fœcundi lactis abundans
Copia, multarum mulier ditiſſima rerum;
Et Coniux vaſto procerus corpore *Scaldis*,
(Namque hunc ſortita eſt virgo *Andouerpa* maritum)
Gaudenti velo feſtiua & harundine cinctus,
Vertice cornutus, valida inter brachia magnum
Ipſe gerens cornu ad ſummum omni fruge refertum.
Cum Scalde vnà autem celeres properantq; ruuntque
Fluminei proceres, antiquo ſtemmate multum
Illuſtres, primus læto per mœnia curſu
Noſtra ruens *Vartus* nobis tum deinde propinquis
Ex agris veniens per prata virentia *Schindus*,
Campanaque olim præclarus origine *Nethes*,
Campanas inter glebas humileſque myricas
Eductus Nethes, cognato ſanguine magno
Coniunctus Scaldi: Et multum formoſus amœno
Aſpectu *Dilus*, pariterque & *Sinna*, ſodales
Perpetui, arboreis inſignes frondibus ambo,
Ambo florentes ætate, alacrique iuuenta.
Et per Aloſtæos deſcendens leniter agros
Tenara, quem noto appellant cognomine Dendram,
Dendride prognatum Nympha, & Gandæa profectus
Per rura extremis Flandrorum è finibus, alto
Germanus Scaldi peramœnus *Liſa*, modeſto
Incedens paſſu, & tales plerique ſuperbo
Aut fratres Scaldi, aut conſanguinitate propinqui.
Succedit celeber ſollenni in veſte *Senatus*
Mirifice exultans, gemino qui Conſule clarus

Sexque

Sexque decemque viris primatum ex ordine conſtans,
Præ ſe fert veteres Romanæ gentis honores.
Inde ſubit Patrum cœtus veneranda caterua,
Cunctorumque Magiſtratum clariſſimus ordo,
Prætores, læti Ædiles, alacreſque Tribuni,
Quæſtores vrbis, Curatoreſque, Miniſtrique
Ingentis populi. Collegia ſacra, piique
Sacrorum reges, Diuûm queis numina curæ,
Matres atque viri pueri, innuptæque puellæ,
Incanique ſenes, & læto flore iuuentus,
Omnigenumq; hominũ quotquot toto vndiq; mundo
Vſquam habitant, varium genus, Hiſpaniq;, Britanniq;
Et Luſitani, Gallique, Italique, Scythæque,
Germani, Indi, Arabes, Afrique, Aſiæque coloni,
Pannones Illyrici, Thraces, quoſque vltima Thylæ,
Et quos huc etiam tellus antarctica mittit,
Ornatu vario, variis in veſtibus omnes
Conſpicui, partim pedites, partimque ſuperbis
Sublimes in equis, reſonant hinnitibus auræ,
Terra pedum crebra pulſu calcata tremiſcit,
Omnibus in vicis, perque omnia ſtrata viarum
Vndique odoriferis ornantur limina ſertis
Templa coronantur, poſtes fragrantibus herbis
Paſſim obuoluuntur, paſſim tota vrbe pateſcunt
Atriaque, excultæque domus altæque feneſtræ.
Otio agunt omnes, intermiſſoque labore
Solennem faciuntque diem, dulcique quieti
Se dedunt ciues, variis aulæa figuris
Parietibus cunctis (prout rerum eſt cuique facultas)
Rite intenduntur, productis funibus alto
Tranſuerſim è tecto, ſuſpendit quiſque coronas
Floribus & dulci contextas gramine, paſſim
Solennes epulæ, conuiuia publica, læti
Conuentus, ludi, ſpectacula rara parantur
Plurima, vicatim diſcurrens veſtibus albis

Conſpi-

Conſpicua aurato ſuras euincta cothurno
Inſignis facie virgo & rubicante labello
Aſſiduum ridens toti gratiſſima mundo
Lætitia, hortatur cunctos ad gaudia, dulcis
Sollicitat blande exultantum corda *Voluptas*.

Omnibus ergo auide multum expectantibus, Eia
Iam coram exoptatus ades, portiſque propinquas
Noſtræ Vrbis *Cæsar*, diuina agnoſcimus ora,
Cœleſteſque tuos vultus. En aurea *Cæſar*
Iſta tua *Andouerpa* oculos, mentemque animumque
Corque manu geſtans proprium, lætiſſima portis
Tandem egreſſa, tibi occurrit, proſtrataque ſacros
Ante tuos *Auguſte* pedes, ingente ſtupore
Primum hæret trepidans. mox paulo animoſior ore
Subtimido reducem perquam officioſa ſalutat,
Seque tibi totam cunctis cum ciuibus, vnà
Cum rebus cunctis offert, traditque benigni
Miro ardore animi, & claues tibi porrigit vrbis.
Porro verecundis accedens geſtibus ore
Virgineo ſimplex. ſubmiſſa fronte modeſto
Cuius nota habitu lenis *Reuerentia* primum
Ante omnes te aggreſſa humilis veneratur, adorat,
Procumbens genibus, Populique, Patreſq;, Senatuſque,
Atque Magiſtratus cuncti, proceres que ſequuntur,
Corda etiam atq; oculos manibus mentemq; ferentes.
Ipſe ſinus latos exertaque brachia pandens
Te noſter *Scaldis*, te formoſiſſima *Doris*
Suſcipiunt læti. Nymphæ tibi *Scaldides* altis
Egreſſæ ripis occurrunt; ſuauiter vlnis
Virgineis te amplexantes. pleniſque caniſtris
Quacunque incedis floreſque herbaſque recentes
Certatim fundunt totum tibi (ſuſpice) *Scaldis*
Effundit cornu, cumulat ſua munera *Doris*.
Omnibus ipſæ etiam pratiſque agriſque relictis
Syluii-

Sylųiſque & campis, diuerſa è parte profectæ
Andouerpiades numeroſo examine nymphæ
Viſuræ hanc Maieſtatem, vultoſque cupitos
Diue tuos, cum Scalde vnà & cum Doride, & omni
Cum populo occurrunt tibi, gratanturque, modiſque:
Mirandis hilares communia gaudia miſcent,
Quæque ſuo inſignes cultu formoſa caterua,
Virginei cœtus viſu pucherrimus ordo.

Iamque vrbem ingrederis, porrectis præuolat alis.
Illa biceps volucris, magno tibi munere ſummus
Quam dedit ipſe *Pater*, præclarum inſigne potentis
Imperij iſtius, gemino te numine vallant
Et tecum vnà intrant, aurato *Gloria* curru,
Atque itidem aurato *Maieſtas* aurea plauſtro
Inuectæ, at miti ſuauis *Clementia* vultu
Præcedit, nunc his alacris, nunc blandior illis.
Arridens, te Nobilium ingens turba tuorum
Proſequitur gaudens, & quadrupedante tumultu
Longa Equitum ſeries aurato ex ordine clari
Succedunt propere, gaudentiaque agmina claudunt.
At tua chara ſoror, *Maria*, illa animoſa virago,
Regina illa, oculus *Cæſar* tuus, illa tuorum
Belgarum rectrix vel prudentiſſima, ſexus
Fœminei rarus flos, & noua gloria, tecum
Vrbem vnà ingrediens, charo tibi proxima fratri
Incedit, celebrem decorans gemma inclyta pompam.
Confeſtim tota ſubitis tinnitibus vrbe
(Lætitiæ ſignum, & miri argumenta fauoris)
Æra ſonant altis pendentia turribus, acres
Quà tranſis clanguntque tubæ, bomboque frequenti
Tympana tenſa crepant, lætis clamoribus omnes
Implentur vici feſtiuo Muſica cantu
Perſtrepit hic illic, vrbis per compita Diuæ
Aonides tua facta canunt, te gutture laudant.

Inceſ-

Inceſſabundæ: In primis vero mea *Clio*
Præ reliquis gaudens luditque, canitque, ſalitque
Geſtibus inſuetis. flammantes vndique tædæ
Ante ædes cunctas collucent lumine claro,
Igne viæ longo rutilaſcunt ordine, clarum
Exuperantque diem, & radiantis in æthere Phœbi
Splendorem obſcurant. Spectantum turba domorum
E tectis, foribuſque, viiſque, altiſque feneſtris
Te contemplantur. prætergrediuntis ab ore
Dependent, nequeunt viſu ſatiarier, ardent
Te rurſum atque iterum, rurſumque iterumque videre.
Occurrunt paſſim variis ſpectacula formis
Pegmatibus celſis oſtenſa, oculoſque tuentum
Admiranda, tuas *Cæſar* referentia laudes,
Immenſas laudes, digna & præconia factis
Magne *Auguſte* tuis, rara virtute ſtupendis.
Soſpite ſic tandem te in mœnia noſtra recepto,
Supra quam dici poſſit, gaudemus, ouantes
Plaudimus, exultamus Io, inſigneſque triumphos
Ducimus, ingentem canimus pæana, choreis
Indulgemus Io, læti ſaltamus, amico
Congreſſu inter nos hilares epulamur, Hiaccho
Vina coronamus, ſpumantia pocula magnos
Haurimus ciathos, alto bis, ter, quater, ore
Euohe clamantes, iucundis vultibus omnes
Mire feſtiui, præſenti numine magnus
Comos adeſt: adſtans menſis, variaſque repandis
Delicias patinis, & grata obſonia nobis
Sedulus apponens, adſtans quoque corpore totus
Nudus, pampinea velatus tempora fronde
Ille puer *Bacchus*, circumfert pocula, menſas
Vino onerat. miſcet nunc his nunc ſtrennuus illis,
Diuiniſque ſuis vltronea gaudia donis
Conduplicat plauſumque augens animoſq; fauentum
Lætitiam addit lætitiæ, quæ gloria Baccho

Prima

Prima datur, ſeû telluris, ſiue ætheris orbe.

Eſt Vrbe in media templum venerabile, templum
Auguſtum ſublime, ingens, quo clarius vſquam
Vix toto eſt mundo, turris vaſtiſſima longe
Porrecta in cœlum ferme ignea ſidera tangit,
Pyramidis ritu paulatim educta ſub auras.
Centenæ fumant accenſis ignibus aræ,
Innumeri prorſum ſacris altaribus adſtant.
Sacrifici Myſtæ & pſallentum plurimus ordo:
Huc tua ſe confert greſſu *Andouerpa* pudico
Procumbenſque humili proiectu ante ora Tonantis
Suppliciter pro te *Cæsar* ter maxime, pro te
Carole deliciæ mundi, & ſpes maxima rerum
Vota facit funditque preces, laudatque benignum
Blanda Patrem, immenſaſque agit imo è pectore grates,
Quod tam inſperato per mille pericula nobis
Te dederit ſaluum: Et nos ædem intramus eandem
Omni cum populo atque aris accendimus ignes,
Vndique panchæos per templum adolemus odores,
Et ſacrum ſolemne *Deo* litamus, & hymnos
Et pſalmos canimus, & flexo poplite vtroque
Atque vtraque manu ſtellantis ad ætheris orbeis
Protenſa, oramus proni, vt te *Numina* nobis
Longo æuo incolumem ſeruent, ſemperque beata
Proſperitate velint multos regnare per annos
Magnæ Aſiæ, claræ Europæ, Libyæque ſubactæ
Ingentem Dominatorem, rerumque Monarcham
Cunctarum, faciant vero vt te præſide ſæuis
Vndique deuictis toto mundo hoſtibus alma
Iuſtitia & Pietas, placida & cum Pace, ſeuera
Relligio, & rerum fœlix ſucceſſus abundent,
Et magis atque magis floreſcant, aurea currant
Secula: poſtquam autem te fata extrema vocarint,
Et cœlo aſſumptus fulgenti in nube ſedebis

Sub

Sub pedibus terram & cuncta hæc mortalia cernens:
Semideus, tum fortuna & successibus iisdem
Ille tuus post te proles diuina *Philippus*
Clarum nomen Aui regnans toti imperet orbi,
Sic nati illius, sic qui nascentur ab illis
Ordine continuo æternis currentibus annis
Totum orbem simili quondam virtute gubernent,
Atque ita nos & nunc, & post nos longa nepotum
Progenies omni cum posteritate futura:
Vsque in infinitum felici sorte beatam
Viuentes vitam, non formidabimus vllum
Discrimen; secura quies erit omnibus, aurea
Ocia erunt semper, semper pax aurea, nunquam
Belli incommoditas, sæuique insania Martis
Vexabit miseros, neque cuiquam dira nocebit
Aut Ate, aut toto infœlix Discordia mundo
Profligata, graui detrusa in tartara lapsu.
Tu vero o hominum longe humanissime *Cæsar*,
Hæc nostra officia, hos animos, hæc vota benignus
Aspicito, atque tuam vultu *Andouerpam* amico
Contuitor clemens, illique ostende fauorem
Magne tuum: quæ cum iam sit, fueritque beata
Hactenus, & largo Diuorum munere fœlix,
Tum sane fuerit decies fœlicior, omneis
Ante vrbeis, quotquot terrarum continet orbis,
Tanta tibi æthereo est concessa ex arce potestas,
Vnius vt vel nictu oculi, seu dulce tuentis
Seu torue auersi, valeas quoscunque subinde
Aut fortunare, aut penitus deperdere, vtramque
In partem hoc docuit grauis experientia multos.

Pro Caroli V. ex Hispaniis per Britanniam in patriam reditu, Aggratulatio.

Aeole, quem (merito) Diuum pater, atq; hominũ rex
Ventorum Regem, indupe ratoremque potentem
Fecit

Fecit, & aërias voluit regna re per oras,
Ingentem sceptris, & maiestate tremendum,
Per Styga, perq; tuum Ventis venerabile numen
Te adiuro, cohibe insanos procul æquore Ventos,
Ne attollant fluctus, tempestatesq; sonanteis
Marmora per moueant, vinclisq; & carcere claude
Indomitos fremitent circum sua claustra, superbo
Murmure, & æolijs latitet gens sæua sub antris,
Præcipue infesto Boreas furibundus hiatu,
Et socius Carbas, Aquiloque, & Caurus & atrox
Agrestes, Eurusq; ferox rapidusq; volatu
Vulturnus, reliquiq; immania semina fratres:
At solum aut Zephyrum, aut solum Liba carcere laxo
Emitte, & leni percurrant æquora flatu,
Suppressis placidam spirantes faucibus auram.
Te quoq; cunctarum Genitor ter maxime rerum
Oceane, & te Amphitrite, & te maxime Nereu,
Grandæve ò Nereu, vos æquoreæ quoq; Nymphæ,
Compello, & sacris supplex per carmina votis
Vos vos obtestor, (si quid pia carmina possunt)
Sternite inæqualeis fluctus hyemesque, procellasq;
Arcete instanteis, atq; æquor reddite planum.
Sit tutus, rectoq; incedat tramite cursus,
Maximus ille hominum Regum Rex maximus, ille
Carolus, orbis Amor, Dominator maximus orbis,
Imperij immensi visurus regna, soliq;
Natalis repetiturus cunabula gentem
Hispanam linquens, & Bethica rura per altum
Iam pelagus parat ire viam. hunc Germania, magno
Hunc desiderio Belgæ, hunc Batauique, Sicambrique
Expectant auiti hunc Flandri. hunc Brabantia Regem
Atq; Ducem inuictum, patrio suspirat amore
Absentem, & tardum queritur deserta recursum.
Hunc ardet Rhenus, Mosa hunc affectat, & imo
Gurgite se attollens, placidum caput exerit vndis

Anxius, auscultans quid dicat fama. rapaci
Danubius cursu, gaudens exultat, & amplos
Huius in aduentum festo parat amne triumphos.
Noster ab vndoso consurgens flumine *Scaldis*
Præteriens rapido felicem *Antuerpian* amne,
Sæpius oppositum dubius procurrit in æquor,
Visurus si quæ veniens Hispanica classis
Aduehat hunc tandem. Totus desiderat orbis
Huius in occursum properare, & cernere vultum
Cæsareum ac iuuenile decus, formamque cupitam.
Hunc vos æquorei ò Diui tuq; Æole, vestro
Numine seruatum, incolumem redducite, longæ
Ductores comitesq; viæ. sine numine vestro
Nil agimus, numen vestrum imploramus, adeste,
Optata Augustam deferte ad littora classem.
Sic vos accensis alacres venerabimus aris,
Littoreq; in viridi lætum soluemus honorem.
Mire alacres, rutilo stabis sublimis in auro
Oceane aurato radians cultu aureus ipse
Ennosigæe aderis: simulachra tibi aurea Nereu
Fulgebunt, auro insignis pulcherrimus auro
Æole totus eris, centum mactabimus agnas,
Tercentumq; sacros immani corpore tauros,
Candenteis tauros, candenteis frontibus agnas.
Tauros Oceano, tauros tibi maxime Nereu.
Tauros Neptunno, Ventis felicibus agnas,
Intactas agnas, intactos tergore tauros,
Tum salsas fruges, & vina liquentia, mixto
Sanguine, & æquoreas fumantia viscera in vndas
Spargemus, sacris ardebunt ignibus aræ,
Vndabit late confundens aëra fumus
Panchæus, vario redolentia gramina flore
Tellure insternent, iuuenes, puerique, senesque,
Et teneræ pariter lætissima turba puellæ
Circum aras, incomposito cum murmure, festos

Saltabunt

Saltabunt thyasos, & numina vestra canoro
Laudabunt cantu: feriet procul aëra clamor
Plaudentum & magno confundet sidera motu.
At bene habet spirant Zephyri, turbata quiescunt
Æquora, tuta via est, Boreas seclusus in antro
Æolio immani circum horrida claustra boatu
Murmurat. audiuêre Dei pia vota, secundo
Flamine mox aderit spes nostra, haud fallimur, ipse
Scaldis ab Oceano rediens, quo nescio plausu
Plus solito exultat festo redimitus amictu
Vluarum, viridi decoratus harundine, longo
Magnifice incinctus latissima pectora velo.
Certe aliquid, certe est aliquid, quod nunciet, ecce
Quàm blandus quàm vultu alacris quàm fronte serenus
Læta ne fert? at fert læta at fert omnia fausta,
Ecce omen, Regina auium procul aëre aperto
Occidua ab regione volans. ingente volucrum
Agmine adest nosco augurium. manifestáq; signa
Cæsarei aduentus. Venit tandem æquore longo
Permenso; venit iam venit Io, optimus ille
Rex orbis, Patriæ tutorque decusque, parensque;
Venit, venit. Io venit. video æquore toto
Ingentem classem atq; albentia vela superbo
Allapsu quingentæ adsunt immania naues
Robora. Rex auro & Tyrio spectandus in ostro,
Et multo radians gemmarum lumine, longa
Inuectus Pistri. medio sedet agmine, clarus
Cæsareis sceptris & maiestate suprema.
Neptunnus viridi lapsus per cærula curru.
Augustam placido præcedens numine classem,
Sternit aquas, planumque facit sine fluctibus æquor,
Et ducit festam prælongo examine pompam,
Æquoream pompam. Præeunt flatuque canoro
Intendunt tumidas longo cum murmure conchas
Tritones madidi, sequitur pecus omne marinum,

Armentumq; ingens, ſublatus ad æthera clangor
Auditus longè, toto ſonat æquore læto
Concentu, forma eſt illis humana supernè
Puberenus, curui reliquo ſunt corpore piſces,
Dextra gerit clypeum horrentis de tergore Ceti,
Et caput horreſcit galea de tergore eodem.
Ipſæ autem æquoreæ pulcherrima numina Nymphæ
Cæſaream Hiſpano claſſem æquore ab vſque ſequutæ,
Laſciuo geſtu bene culto corpore, nudo
Pectore, brachiolis nudis, nudiſq; mamillis,
Et nudo gremio, & nudis ſine tegmine coxis,
Adſunt innumera paſſim agglomerante caterua,
Et claſſem circunſiliunt, ludoq; procaci
Dulcia cœruleo præbent ſpectacula ponto,
Spectantumq; auidas menteis, & lumina ducunt,
Formoſæ impexo per candida colla capillo.
Et iam ecce optatos properanti remige portus
Rex tandem ingrediens pleno ſubit oſtia velo,
Et dulcis patriæ gaudens allabitur oris,
Occurrit Fortunus ouans, Regemq; ſalutat
Obuius, & tuto venientem ſuſcipit alueo.
Vela cadunt, proiecta altas tenet ancora naueis,
Ænea laxantur valido tormenta fragore,
Et cœlum quatiunt tonitru, fumoq; profundo
Inuoluunt totum cunctis cum nauibus æquor.
Nautica confuſis media in caligine pubes
Vocibus exultat, clamorq; virum, clangorq; tubarum
Exoritur quem dum latè accepere tumultum
Finitimos quæ habitant campos & flumina Nymphæ,
Naiades, Dryadeſque, & Oreades, atque Napææ,
Continuo erumpunt antris, curſuq; citato
Vndique conueniunt, portuſq; & proxima complent
Littora, contendunt iuuenem ſpectare, ſimulq;
Spectari affectant auidæ, captæque decore
Diuino, tabent, ſubitoque vruntur amore

Incensæ, & crebro repetunt suspiria tractu.
Et nunc post salices fugiunt, vel harundinis vmbram,
Nunc sese ostentant vltro, niueosque lacertos,
Auratasq; comas, nudataque pectora monstrant,
Vel carpunt frondes, vel odoro gramine flores,
Quos spargant passim, & se herbis variantibus ornant.
Fortè mari emenso dum regna Britannica tandem
Nostra hæc contingit classis dudum, omnis ab omni
Parte ruens cum Rege suo gens Anglica multis
Millibus occurrit, tantumque accepit amico
Hospitio Iuuenem. Non est narrabile, non est
Credibile auditu, quanto hunc affecit honore
Anglia, vbique nihil Magnus nisi *Cæsar* in ore
Omnium erat. *Cæsar* fora, *Cæsar* templa, viasque
Implebat. *Cæsar* vicos atque oppida, *Cæsar*
Carolus, Augustus, Regum Rex maximus, omni
Vsque loco, insolito perfuderat omnia plausu.
Ipse manu charum dextra, ingentemque Nepotem
Rex Regem, Iuuenis Iuuenem, deducit in aulam
Regalem, pariterque epulis inuitat amicis,
Dignaque Cæsareo gaudens dat munera sceptro,
Ingentem cratera, auro, gemmisque superbum,
Qui partem valeat regni, ostentatque potentes
Diuitias, procerumque animos, populique fauorem,
Quæque sit immenso pariter sua gloria regno.
Et tandem innumero comitatu ad littora nota
Conducit, nobisque aura aspirante remittit.
Gratantur proceres gratatur vulgus, amicos
Inter se coijsse æterno fœdere Reges.
Ergo si externæ gentes, si Numina Ponti,
Si Nymphæ Iuuenem, & totus tanti facit orbis,
Quid nos, quid tandem, quid non faciemus inertes?
Non occurremus nostro Regique, Patrique?
Quin occurramus læti, noua gaudia festo
Testantes cultu: nihil hac sacratius vnquam

Sit luce. Omnibus in templis, omnique sacello
Turribus ex altis vario reboante tumultu
Omnia tintinnabla sonent. Per singula passim
Compita, perq; vias, accensis ignibus altæ
Tollanturq; pyræ ad nubes, cærataq; cunctis
Pro domibus multo rutilet fax lumine, tædæ
Vndique flammescant. Læto conuiuia vultu
Publica vicatim fiant, epulisque paratis
Sub Dio, exultet magno vicinia plausu:
Sint alacres passim choreæ, iuuenesq; puellæq;
Inter se ludant, & tinnula carmina dicant,
Et iuuenile procul resonet per compita murmur,
Tum cytharæ, atq; liræ, & rauco caua cornua cantu,
Tibiaque atq; tubæ, & confuso tympana bombo,
Et sistra, & molli crepitantia cymbala pulsu,
Erectos animos in publica gaudia soluant.
Ante domos cunctas, ante omnia templa, coronæ
Immineant virides, virides spargantur vbiq;
Herbæque, floresque, & raptæ ex arbore frondes,
Assyrij, Idalijque etiam fundantur odores,
Et grata attonitos capiat fragrantia nasos.
Matronæ proceresque vnà populusque patresque
Ornatu quo quisque queat sese induat aurum,
Argentum, gemmæ, rutilascens purpura, byssus
Vndique festiuo niteant fulgore, Theatris
Extructis fiant spectacula publica passim.
Parietibus cunctis latè suspensa supremum
Aulæa adijciant cultum, crebra omnibus aris
Victima mactetur soluantur vota, sacerdos
Vittis, & sacra redimitus tempora fronde,
Ante aras adstans, magnis libamina Diuis
Atq; incensa ferat, cumulentur dona. Deorum
Relliquiæ longa circum omnia mœnia pompa
Portentur, puerique pij, sacrique ministri
Omnes albenti lucentes veste, decoro

Ordine

Ordine præcedant, promiscua turba sequatur,
Collaudentq; Deos, acclamentq; ore soluto
Iam reduci Regi, solus Rex omnium in ore
Versetur. Venisti eia Rex maxime, tandem
Venisti, populumq; tuum, Patriamque reuisis,
Haud oblitus adhuc nostri, datur ora tueri
Rex Auguste tua, optatumq; agnoscere vultum.
O nimium nos feliceis, quibus aurea Diuum
Numina sic fauere, quibus lux tanta uenignis
Affulsit fatis hodie, nouum ab æthere sydus,
Ah quæ te tenuere moræ, ò spes summa, tuiq;
Orbis delicium? ò quæ hodie. quæ gaudia, totus
Exultat mundus, ridet Sol, ridet & æther,
Blandior aura micat, gauisus plaudit Olympus,
Flumina, syluæ, amnes. Mymphæ nemora alta. paludes,
Prata, agri, fontes. horti. pecudesque. hominesque,
Omnia felici aduentu gratantur, amico
Assensu, & verso monstrant sua gaudia vultu,
Nam dum longè aberas. & dum te fluctibus altis
Credebas, cœptumque aduerso flamine cursum
Impediens Boreas. cœlum turbabat & vndas.
Omnia mœrebant dubio suspensa timore,
Sollicitoque metu, & varia anxietate futuri
Euentus, reditusq; tui, reditusque tuorum,
Spes tamen interdum trepidantia corda leuabat.
Ah quæ nos miseros, quæ sollicitudo premebat,
Ne te Ventorum vis aut impingeret atros
In scopulos, aut in loca non bene fida, vel ipsas
Rursus ad Hispanas vrgens impelleret oras.
Quottidie effusis Ventorum numina votis,
Oceanumq; patrem rerum, Nymphasq; potentes,
Aëriamque Deam Iunonem, ipsumq; tonantem
Compositis aris trepidique, & mente profusa
Rite precabamur, libamina sacra ferentes.
At postquam tristi mutato sidere, dulces

Spirarunt Zephyri, & velis, fluctuque secundo
Huc hodie tandem appellis. pedibusque beatis
Attingis natale solum. versa omnia, mœror
Pulsus abit. nil est trepidum. nil triste, repente
Prostratæ assurgunt mentes. & pectora dudum
Anxia, de tepido ægrotantia corpora lecto
(Tantum est lætitiæ) prorsus iam sana, receptis
Viribus exiliunt consuetaque robora sumunt.
Portentumque nouum pecudes. volucresque. feræque
Ter felix nomenque tuum. reditumque cupitum
Effantur passim curuis è vallibus Echo
Acclamat reboant confusis vocibus auræ.
Salue hominum Princeps. Salue Augustissime Cæsar,
Salue iterum decieſque iterum O vita, ò decus ingens,
O desiderium ò nostris spes vnica rebus:
Quàm nobis optatus ades. non dicere possit
Lingua humana vnquam. dubijs tu dulcia nobis
Gaudia fers rediens, tecum pax aurea tecum
Grata quies venit, nunquam te Principe belli
Audebit rabies nos attentare timendus,
Nusquam hostis nusquam insidiæ, tuta omnia: toto
Te regnante aderunt mox aurea sæcula mundo.
Aurei erunt homines. species erit aurea rebus
Omnibus ignauum plumbi. ferrique metallum
Atque æris passim pedibus calcabitur, vsus
Argento quoque nullus erit: concordia cuncta
Vndique erunt Lynces pariter, pariterque Leones,
Atque canes damæque simul, socia agmina iungent,
Nec pardi insidias hœdis. dirus lupus agnis
Intentare volet firmata pace columbæ
Atque aquilæ iuncti hospitio. iungentur amore
Perpetuo, lites nullæ, contentio nulla
Post fient. nullum virus serpentibus atris,
Noxia nulla animalia erunt, penitusque sepultis
Dissidijs, regnum pia mansuetudo tenebit

Æter-

Æternum, æterno coniungens fœdere mundum,
Vnus erit tum pastor, & vnum erit omnium ouile.
Talia sæcla olim veteres cecinere Sibyllæ.
Talia multiplici prædicunt omine vates.
Nec fallunt quoque successus huc vsque secundi.
Macte animo, macte ingenita virtute, Deorum
Inclyta progenies, summum Iouis incrementum.
Arripito o summos (iam nunc iam tempus) honores,
Herculeas dudum progressus es vsque columnas,
Hesperidumque manu legisti poma Sororum,
Transgredière breui, atque alias virtute columnas
Ipse tua statues, at non (velut ille) profundo
Occiduo tantum, qua cœlum sustulit Athlas
Sed longè *Plus Vltra*, alias sub sydere Cancri
Extremo Oceano figens alias procul ortu
Æoo sistens alias borealibus vndis
Neptuno indignante locans. Oracula Diuum
Ista canunt non esse procul tibi seruiet omnis
Orbis, ab Auroræ exortu, solem vsque cadentem,
Ac rursum de parte Austri, septem vsque Triones.
Sicque potens rerum, toti dominabere mundo.
Te Libyes, te Asiæ populi, te extrema per orbem
Regna petunt, optantque pium Patremque, Ducemq;
Iam fessi portare iugum, portare Tyrannos,
Sanguiuoros, fœdos, crudosque, trucesque Tyrannos,
Te vocitant, crudele iugum excussisse precantur,
In te spem posuêre omnem. Tibi debita sacram
Promittit sedem Italia. & sua bracchia pandens
Te inuitat Tybris, lætatur maxima Roma
Legitimum Regem tandem acceptura reseruans
Sceptra tibi, partasque & opes, Regnique tiaram,
Ipse sacra triplicem gestat qui fronte coronam,
Fertque manu geminos geminis cum clauibus enses,
Excelsa residens Romani in verticis arce,
Christiadum Antistes, sancti vestigia Petri

Sponte ingressurus, & mundo regna relinquens
Terrena ista. tibi altrum illum promptissimus ensem
Tradet cuncta tibi cedens tua iura, Deorum
Contentus tandem sacris assistere, munus
Pastorisque Patrisque p j exercere, luporum
Arcere insidias, diuini semina Verbi
Spargere vbique, docere rudes, firmare labanteis,
Castigare malos, cunctis ostendere Christum,
Ista Sacerdotis magni pulcherrima sunto
Officia. hæc sint arma illi. gladiusque, rebelleis
Queis domitet menteis. tibi enim (nemo hæsitet) alter
Debetur gladius, debentur regna, tibi vni
Omnia debentur, statuit sic optimus ille
Cunctarum Genitor rerum, vt tu scilicet olim
Inter mortaleis euadas maximus, vnus
Præ cunctis summus. Quondam Tirynthius heros
Orbem humeris fertur sustentasse, Hercule magno
Tu longè maior tu longe fortior, altis
Non humeris tantum, non dorsi robore, nullo
Athlante adiutus, propria at virtute, vel vno
Comprendens palmo totum cum gentibus orbem,
Et solus magni Dominus vocitabere mundi.
Magnus erat Cæsar, magnus fuit ille Philippo
Natus Alexander magnum est sortitus vterque
Imperium, sed non multa sine strage, sine orbis
Pernicie ingenti, immaneis ægere Tyrannos.
Imperium at tu maius habes sine Marte, sine vlla
Iactura alterius, tibi tot iam regna, tot vrbes
Sponte sua parent, quot nunquam cœperit vllus
Vi belli, tu pace capis, tu pace gubernas.
Vndique in immenso mira est tibi gratia mundo.
Nunquàm talis erit (certum est) per secula Cæsar,
Nunquàm dux talis, nunquàm tali omine Pastor.
Viue diu Regum fortunatissime, viue
Æternum, serusq; polos, & sydera scande.

Diuorum

Diuorum ascitis numero, magnum æthere numen:
Interea nos pasce gregem, tibi pectore toto
Fortiter addictum, pro te corpusq;, animumq;,
Fortunasq; & opes cunctas exponere promptum.

HVGONIS GROTII BATAVI.

In dactyliothecam Abrah. Gorlæi.

ANnule Principij nunquam pereuntis imago,
Et cui vel finis nulla, vel ipse tibi:
Annule, qui cœli specie redeuntis in orbem
Telluris cohibes omniparentis opes.
Annule, qui rigido lapidem redimite Metallo
Fixa Promethea vincula rupe refers:
Annule, qui tribuis quod ius Natura negauit,
Ingenuosq; tuo solus honore facis:
Annule testis opum quo plebs Romana carere
Cogitur, angustus quem sibi clauus habet,
Annule, Legati, sacra quem quem Iudicis æqua,
Quem scutata manus Centurionis amat:
Annule, quem donant Reges, quem donat amator,
Quem fouet in tepido dulcis amica sinu:
Annule, cui commissa penus, commissa supellex
Seruitii fures non metuere manus.
Annule qui missæ signas arcana tabellæ,
Legitimi sacrum pignus & arrha tori:
Annule sceleri vindex custodia veri,
Qui perhibes pactis muneribusq; fidem:
Annule, cui moriens & villas cædit & agros,
Tutelamq; suæ prolis, opesq; pater:
Annule, qui pestem fœdumque arcere venenum

Pectore,

Pectore, qui Philtri crederis esse loco.
Annule qui Magicæ non ferris inutilis arti
Cum tua sidereis est tota picta notis.
Annule quo solo si cedit dextra sinistræ
Fallitur: armillis est puto, iuris idem.
Annule quem minimus digitorum gessit & Index:
(Scilicet hic Achares, hic Coriannos eras)
Annule, quem poscit minimo qui proximus vngui est,
Eque tuo digitus nomine nomen habet:
Annule, subtili vis ad præcordia venâ
Cuius inexplicitâ traditur ire viâ:
Annule, quem ferro procudit & ære vetustas:
Optimus argenti non graue pondus eras:
Annule, sed cassum cui nunc vix sufficit aurum:
Tale tamen prisci leua Dialis habet.
Annule qui totos minimo comprendere census,
Qui pretium fundi claudere paruus amas:
Annule, qui mistis etiam spectare metallis
Vnaque quem totum gemma cauata facit:
Annule, qui Sarda fulges, qui vinctus Achate,
Quem decet ex Arabum littore vectus Onyx:
Annule, Beryllo renitens viridique Smaragdo,
Cuiq; Adamas, & cui fuluus Iaspis adest:
Annule, qui totos hiberno Sole premebas
Articulos: pretii cui modus, æstus erat:
Annule sigillum cui mobile dextera mollis
Ventilat & gemmam vertit in orbe suo:
Annule, Pyrgoteles duro quem incidere ferro,
Quemque Discordiæ scalpere docta manus:
Annule, cui scalpro quæ sæpe incisa figura est,
Hæc alias cœli munere tuber habet,
Annule, materies in quo ne sola placeret,
Sæpe Triumphales adiiciuntur aui:
Anuule, qui Sphingas, qui turpia corpora ranas,
Sed tamen & magnos dignus habere Deos?

Annu-

Annule, Cæſareos qui fers in imagine vultus:
(Ah capital Paulo quam prope crimen eras!)
Annule, qui Gygi Lydorum Sceptra dediſti,
Qui, te Perſeæ Caſſidis inſtar habet:
Annule, at Euphratis quem contra ripa Seleuco
Abſtulit, & regni ſpem dedit eſſe ratam:
Annule, qui Samio, iactura negata Tyranno,
Quem miſer, heu, nollet non periiſſe ſibi:
Annule, Cannenſis quo ſanguinis indice, menſa eſt
Carthago modiis Romula caſtra tribus.
Annule, proſcriptor Noni: quo Cæpio, Druſum
Odit, & in ſe Sullam ſe tulit ira Mari:
Annule, quem fatum docuit Demoſthenis, & quem
Annibalis celerem mortis habere viam:
Annule, quem loculo varium qui condidit vno
Romulea primus Scaurus in vrbe fuit:
Annule, quo Magni Laurus ditata, Latinus
Cum Mithridateas Iupiter hauſit opes:
Annule, quem ſenis diſtinctum à Cæſare thecis,
Marmorea Genitrix vidit in æde Venus:
Annule, non vnum quem ſacra Palatia ſeruans
Marcello acceptum pulcer Apollo refert.
Annule, te quidquid (nam non eſt omnia noſtrum
Dicere) quæ ſequitur carta fuiſſe docet:
Annule, qui quondam gemmis inſignis & auro,
At nunc Gorlæi parua papyrus eris:
Annule, quem gemmis & quem nunc præferat auro,
Quiſquis erit, veterum quem Monimenta iuuant:
Annule, priſcorum Vindex rediuiue dierum
Hei mihi cur lucem nox premit atra tuam?
Annule, qui nobis Latium, qui reddis Athenas,
Hei mihi, cur turpi conderis ipſe ſitu?
Annule, vir magnus prohibet, qui ſorde remota
Dat tibi candorem, quem neque gemma dedit:
Annule, ſi carie tamen & rubigine ſcabra

Roderis

Roderis antiqui temporis ista nota est.
Annule, ne pudeat: numerat non pondus & annos
Qui sapit & vitium diligit ille tuum.
Annule, quot longos senuisti marcidus annos,
Gorlæo totidem patre renatus ages.
Annule, nunc te iterum Procerum manus atteret, & tu
Nunc iterum dignum Principe munus eris.
Annule, qui thecam poteras habuisse sepulcrum,
Hæc natalis erit nunc tibi *Theca* locus.

In Iusti Lipsii obitum.

Si quid adhuc hominis ciuilia bella relinquunt,
Et vinci officiis hostis ab hoste potest,
Orantem Batauum tandem Brabante videbis
Ille ferox supplex incipit esse tuus,
Nec sunt improba vota: breuis mora poscitur armis
Quæ tutum vestro limite sistat iter.
Sic olim laceri venturus ad Hectoris artus,
Dorica non timuit castra subire pater.
Pone metum ferrumque simul: Veniemus inermes,
Et tantum lacrymas agmina nostra ferent.
Seruat vbi doctos cineres, monimentaq; Lipsij
Viuentis nuper notus ab ore locus,
Flebimus immixti pariter, solumq; manebit
Certamen, tangat quos magis iste dolor.
Heicne iaces Lipsi? clamabimus, hoc tibi præstat
Patria tot chartis viuere iussa tuis?
At Rheni in ripa vacuus morbisq; malisque,
Plenus honore, tuus denique totus eras.
Cur male sperasti de libertate Bataua?
Cur tibi vilis, opus, nostra iuuenta tuum?
Debita Lugduno saltem fuit ista sepulcri
Gloria: non alibi sanctior vmbra foret.
Quo mihi centenis splendentia templa trophæis,
Hoc de me spolium si meus hostis habet?

At

At vos, si grauius quid dictum, ignoscite Belgæ:
Non sunt hæc odij verba, sed inuidiæ.

De eodem.

Hoc quoq; fer totum, sed tristis Fama per orbem:
Ille diu plausus deliciæq; tuæ,
Quem populis vnum cunctis narrare solebas,
Occidit, & tantum viuit in ore tuo.
Omnis ad exsequias qua Sol oriturq; caditque:
Hoc est qua legitur Lipsius, orbis eat.
Percipue adspicies domini cum Tibridis arces,
Fac septem resonet vox lacrimosa iugis:
Lipsius occubuit, cui quantum defuit æui,
Tantum nescitur, maxima Roma, tui.

Dan. Heinsio, cum Adamum suum offerret.

Heinsi vetustæ restitutor Orchestræ,
Ornas cothurno qui pedes Sophocleo,
Primusque syrma vincis Euripidæum,
Et Æschylæas & Lycophronis fæces,
Et quidquid vsquam perditum Tragædorum,
Desideratumque hactenus repensasti;
Sume hoc amici (nomen hoc inæquales
Si non recusat) si minus, tui saltem
Poëma, in arrham quam sacræ clientelæ
Postremus offert principi Poëtarum:
Lecturus illud vt beatus exultes;
Cum nos videbis velle, nosse te solum.

Eiusdem albo inscriptum.

Nouem Dearum cultor Heinsi virginum;
Rossæq; decimæ, quæ Camœnarum choro
Riualitate certat implacabili,
Suumque te illa iactat, & Musæ suum;
Hæ quod dedere carmen, illa quod accipit:

Qui

Qui nos in Orbis hoc ſatos delirio
Seroq; natos. ipſe dum mundus perit,
Tot damna veterum luce dum penſas noua
Prohibes vetuſt s inuidere ſæculis;
Quid eſt quod à me quem minorum gentium
Noſti Poetam. poſcis hanc chartam tuam
De virginari: fallor, an quamuis velim,
Recuſat ætas: fas ſit imperio tamen
Parere tanto. quicquid in me eſt ingenii
Id omne magno literarum Conſuli,
Seruire diſcat: quodque Apollineæ mihi
Negauit artis parca Naturæ manus
Det imperator ille; quem cum gigneret
Natura vinci cœpit, & ſe vincere.
Te veneror Heinſi. tu mihi pectus quatis,
Doceſq; iuſſu. iamq; nec quod poſtulas
Non poſſe poſſum. Silium exercet tuum
Furore Mauors entheo, quoque Annibal
Exarſit olim. viſq; cunctatrix Fabiî,
Hoc ipſe vates trahitur. atq; alter tuus
Tuus ille Nonnus, amnis in tumidi modum
Labentis alto ex monte, fertur Bacchico
Percuſſus æſtro. quiſque quem cantat Deum
Afflatus ipſo eſt. Heinſius numen mihi.

De Dominici Baudii poematis.

Candida poſteritas, quæ nec liuore maligno
  Roderis, & melius quod fuit ante vides,
Ad te nota parum facundi pagina Baudii
  Prouocat, in nullas ambitioſa preces.
Sed quid is contenta pati, niſi carmine lecto
  Ingrati damnas ſæcula noſtra nota.
Tuq; adeo, quamuis tali veniente Poëta
  Antiqui palmam vix tenuere tui,
Gaude Roma tamen: quod non iam ſola lepores

Iactat,

Iactat, & argutos Græcia docta sales,
Quod veteris socci iocus, vltaque tela Lycamben
Additur ad laudes vltima summa tuas:
Baudii munus habes, debet cui turba bonorum,
Quod modo securis non licet esse malis.

Alterum.

Quem legis, & laudas si vis nouisse Poetam,
Versibus & vita Baudius vnus erat.
Vidimus hunc ipsum qualem tibi carmina monstrant,
Ingenium domini læta papyrus habet.
Talis erat seu cum fluitarent prospera, seu cum
Immeritum premeret sæuior aura caput:
Liber & intrepidus, nec qui concederet vnquam
Fortunæ magnis regibus esse minor:
Nulli sponte nocens, & amabilis hostibus ipsis
In quo, si nosses, perderet ira locum.
Infensus celeri: sed non vt lege seuera
Viueret antiquæ simplicitatis amans:
Melle madens, & quo non incorruptior alter
Miscuit innumeris seria mille iocis.
Et si cuncta simul permittis dicere, vates
Teius arguto mistus Aristophani.

In Iani Gruteri Thesauros Inscriptionum.

Orbis supremi pignus Æterni Sator
Immense Serpens, ripa quem Nili colit
Squammas virentem semper, & tortos sinus,
Qui voluis agmen simplici flexum via.
Tui relapsus in notas vestigij,
Certis & hæres peruicax exordiis,
Voluminumq; lubricis anfractibus
In os reductam prodigus caudam voras,
Tui triumphans pandit æratas fores
Gruterus antri: propter annosi situ,

Quæ ſola creſcit Temporis diſpendio,
Repit vetuſtas ipſa conſumptrix ſui,
Trahiq; gaudet. ille demorſos tibi
Repoſcit Annos, quæq; Luſtrorum parens
Speluncæ ſeruat ſæcla, decurrentibus
Reddenda ſæclis ducit in lucem manu,
Æuoque priſco donat ereptum diem.
Quidquid ſuperbus ambit Aſtrorum chorus
Et illa ſignis picta teſtudo Poli,
Quidquid creatum ſiderum Princeps Deus
Victrice Noctis Phœbus illuſtrat face,
Fatale vulnus ſentit annorum vices,
Tempuſq; cuncta perdit & primum perit,
Tam pulcra rerum forma res eſt vnius
Dies Diei, dumque feſtinat mori
Occidit Ætas. Vnda momenti rapax
Nunquam manentis, quidquid occurrit, grauis,
Trahit fluenti mole, nec parcit ſibi,
Exciſa rupi ſaxa cano gurgite
Ferocientis pulſa nequiquam Sali,
Quæ non vorauit fluctus, abſorbent dies.
Venis notatum Marmor, & commercij
Mortalis aurum pignus, & Gemmæ ſatas
Quaſcunque concha littus Eoum vomit,
Duruſque Terræ partus inuentum neci
Lethale Ferrum, deteruntur ſæculis:
Vitamque, cœli docta quam rectrix manus
Infudit æri, Temporum tollit mora.
Quid iſta flemus parua? Cum totæ ſolo
Æquentur vrbes Heu Quirites patriam
Efferte: Roma funus eſt tantum ſui:
Vrbiſque, Septem quæ ſedens in montibus
Sublimis Orbi iura ſubiecto dabat,
Illinc Diei ſparſus, hinc Noctis domum
Tangit, nec ipſa clauſus Europa cinis.

In

In omne mundi se latus lapsu graui
Ruina fudit. Tuque Græci sanguinis
Altrix, & omnis magna Doctrinæ parens,
Olim tuorum Tarra felix spiritu,
Quam nulla restas! Dira Fatorum lues,
Si nil profanum, quamlibet magnum, tui
Ferale virus effugit contagij,
Et delibutas peste Plutonis manus,
Tamen Sepulcris parce. Sacras Manium
Sedes, & illud si quid est quod mortuis
Datur superstes, esse quod viui colunt,
Lex vniuersi terret, & rursum mori.
Virgo Triformis Orbis immensi nouis
Dotata prædis semper, & Rerum Malo,
Quid impotenter in tuas sæuis opes.
Quid Busta, Cippos, & graues victoriæ
Testes columnas, & Tropeorum struem
Deles, nec Orcum liberas Orci metu.
Vmbræ silentes, vulgus inferni Iouis,
Quibus quietem spondet æternam Palus
Iurata Diuis heic, quod amittant habent
Postquam fuerunt, indices perdunt, quibus
Fuisse constet, instat & mors Nomini,
Fast est perfecto, fas tamen Diuos queri
Minus minores. Inferis non est graue
Pati Supernis Numinum turmis idem.
Rex ipse Diuûm fulminis diri potens,
Et circinnantis tota Cœli ciuitas
Iniurioso prorutas Æui pede
Despectat Ædes tristis. ingentes moræ
Cedunt Colossi. Sol suos Annos timet,
Et Luna menses. Templa decrescunt situ.
Iam nulla pendent è Tholis Donaria,
Iam nullus aras Agnus humectat Deûm,
Nec prosicantur Exta, nec turis iacit

Acerra fumos nec fluunt imbres Meri.
Delubra sordent, vmbra Lucorum iacet
Honore nullo. Cœlitum vultus sacri
Imaginesque poplitem flexit quibus
Supplex precantum turba, sunt ludibrium
Æui rapacis, & profani Temporis,
Et ille sacris æmulus Regum labor,
Impendiisq; structa moles publicis,
Census beati Sola durando perit.
Nam siue lata subiicit saxum basi
Acuminato Pyramis fastigio
Tactura cœlum, siue Pons longus domat
Superbientes Amnis obiectus vias
Agris timendi, siue iussu Principum
Palatiorum surgit excelsum decus,
Altumque iactant tecta culmen Barbaris
Suffulta Pilis in suum finem ruunt.
Quid quid futuris destruatur Sæculis
Heredibusq; postumis inscribitur,
Mox lancinatis literarum ductibus
Vocumq; membris sponte dissultantibus
Antiquitatis vindices perdit Notas.
At tu supremum stirpis antiquæ iubar
Alumne Cœli, Cæsaris magni genus
Qui das vetusta post futuris sæcula,
Batauiæq; gentis Ecæ sonos,
Polumque terris, teque nobis; Dum licet
Succurre Mundi Scaliger damno tuum.
Te Tempus audit te decet Lustris dare
Leges & annis. Ille felici manu
Feruentis Æui raptus ex incendio
Thesaurus Orbis naufragi lectæ tua
Dextra Tabellæ; parque Velseri labos,
Perosa dudum claustra priuati Laris
Ibunt in auras, Regna nec posthac ferent

Nocturna, seque mancipabunt publico.
Nouo Parentum maximorum Fœtui
Gruterus almam primus alluxit Facem,
Industriæque munus obstetriciæ
Promisit: ille tot virorum nomina
Inuidit Orco, totque laudes Cœlitum,
Postliminiique Iure luci reddidit.
Custos inertis ante Cocyti Canis
Cogente magno vidit Alcide diem
Miratus ore triplici Solem nouum,
Vicarioque functa letho Thessala
Vitæ recepit lumen impensum viro.
Blandum sonante Ditis horrendas Lyrâ
Demulsit aures, coniugem qui perditam
Recepit Orpheus, & receptam perdidit.
Tenace Mortis impeditum compede
Ars Æsculapî liberauit Virbium.
Et absoluto iam colus penso semel
Nouata nentes fila lassarunt Deas.
Plus ille fecit, qui tot *Acti temporis*
Res delitere non sinit mersas *Styge*,
Per quem senectam nulla *Mol s* pristini
Persentit Æui, nec datum Lethes aquis
Opus caduco Regium sumptu perit;
Et Mortuorum (quis putet?) Manes suis
Viuunt sepulcris. Sint vt hæc communia,
Gruterus ipsos solus æternat Deos,
Et sacra seruat. Est & hæc laus propria.
Vicere plures ante leges Tartari,
Pro se nec vnus, quosque viuos transtulit,
Omnes reuexit morte confectos Charon:
At hic, perenne Nomen omni seculo
Quod Diis & Vmbris reddit, hoc seruat sibi.

In Daniel. Heinsii Poemata editionis IV.

En redit hic ad te, Vatum pia gaudia, Lector,

Quo nullus toto notior orbe liber.
Sed noua mundicies cultusque accessit herilis,
Cumque recente vetus munere munus habes:
Non recte scripsisse sat est: meliora reponit:
Et quod Fama probat, non probat auctor opus.
Vicerat antiquos: & cui contendere posset
Heinsius, haud quaquam secula nostra dabant.
Repperit ecce parem: contra se currere cœpit.
Si qua fides, iam se post sua terga videt.
Desine nunc operum studiis clarissime vates,
Et cœli saltem ius imitare tui.
Omnia qui claudit, cum se quoque clausit Olympus;
Hunc finem statuit rebus, & ipse sibi.

In Echo cæteraque Poëmata Dousæ.

Syluarum, Dea, montiumque cultrix,
Quæ fari nequit, & nequit tacere;
Tantum garrula non suis loquelis
Extremas rapit æmulata voces,
Hagani Nemoris latens in vmbra;
Cum te carmina, præuiosque lusus
Audiret sibi, Dousa, personantem:
Nil posthac alios morabor, inquit,
Vnum mî sat est præire Dousam.
Hunc vnum gelidas procul per Alpes,
Hunc trans Oceanum feram sonantem:
Ne Rheni, Rhodanique, Tibridisque
Ripæ, littora neu Britanniarum
Cessent Nordouicem referre Musam.
At tu laus Patriæ, salusque, Vates.
Cuius Marte diu stetit secundo,
Sed nunc consiliis regi laborat,
Laudarique lyra Bataua Tellus,
Ingens nobilium decus togarum,
Felix; cui neque pigrior senectus

Abrupit

Abrupit studium prioris æui,
Nec luctus potuit. malæque lites
Hærentem capiti mouere laurum.
Non tantum series superba gentis,
Mandati tibi nec dabunt honores,
Quantum Pieris, Aonesque lymphæ.
Hinc quæ rara solet venire viuis,
Vltro Gloria te perennis ambit.
Et certe merito futura Musæ
Reddent secula, cui priora debent;
Et Solis feriens vtrumque littus,
Hunc per quem loquitur, loquetur Echo.

NICOLAI GRVDII (IANI SECVNDI FRATRIS) BRVXELLENSIS.

Lib. I. Elegia I.

AGmina Dardanidum Phrygios inhumata per agros
Sparsaque tot Regum corpora vulturiis,
Dulichiique rates ducis, atque immitis Achillei
Mæonides clara personet arma tuba:
Æneamque Maro, post Troiæ busta parentis,
In Latium sociis puppe venire Deis;
Spectantesque acies fatalia funera Turni
Dicat; & in capto mœnia posta solo.
Bella per Æmathios alius ciuilia campos,
Signa pares aquilas, pilaque mista canat,
Quum se captiuam traduxit Roma triumpho,
Prælia quem Martis sæua referre iuuat.
Prælia blanda mihi placeant; quæ sancta Dione,
Et mouet in toto peruagus orbe puer.
Illa canam resonis vocali carmine syluis;

Calliope quando, & mitis Apollo, monent:
Hos ego nam memini (iuuat & meminisse) iacentem
Luce palam in magna cernere stare deos,
Nox nigra quum tacitis tellurem obnuberet alis,
Iret & æthereas Cynthia tecta vias.
Extimui (fateor) subitæ aura fulgura lucis;
Mox tamen ipsa dedit lux trepidare minus.
Agnoui citharam; & largo radiantia ab auro
Tempora, velabant laurea texta caput.
Læta Deo facies; poteratque puella videri
Flammeolis oculis, purpureisque labris.
Cui comes assistens roseo placidissima vultu,
Claudebat pulchrum, pulchrior ipsa, latus
Nympha, Deo assimilis crinemque, oculosq;, genasque,
Noscier vt certo quiuerit esse soror.
Quum mihi perpetua nitidus lanugine Pæan
Sic prior; inceptum pergite, dixit, iter,
Tuque duoque pares victuro carmine fratres:
Ipse feram vestris debita serta comis.
Tantum ne graciles aspergite sanguine versus:
Carmina dent vobis mollia deliciæ;
Quales, quas Marii dubio super æquore cymba
Vexit ab æquoreo quæ Dea nota mari est;
Quales, quæ Veneris sunt basia nata labellis;
Quales, quas petulans Iulia sæpe dedit;
Quales sæpe tibi curas dedit inter acerbas
Fuluia, de lachrymis facta superba tuis.
Deliciæ sunt vester honos, tenerique calores;
Surgat & hinc longa in secula fama recens.
Exemplum faciant opera ingeniosa Poëtæ,
Quem gelidus riuis Sulmo dedit riguis.
Læta placent diuis; lætis dant tempora diui:
Non tulit Æetis filia sæua diem.
At manet heroas quæ pagina iunxit amantes;
Quaque suum dubitans discit amator opus;

Quam,

Quam, licet eiectam Romani mœnibus orbis,
Protegit, inuito Cæsare, gratus Amor.
Cernis, vt in paruo tria nomina sacra libello
Viuent, dum in tenero pectore viuet Amor?
Primus, qui Pelei & Thetidos cantauit amores,
Speratosque facem prætulit in thalamos;
Rumoresque senum non amplius æstimat assis,
Basia quum mille, & millia mille capit
Carminibus cuius, quæ plorat passeris vmbram,
Et qui ploratur nomina passer habet.
Alter &, ornati, blandique Propertius oris,
Quem victum dominis pressit Amor pedibus,
Vt rigidum, vacuoque parantem viuere lecto
Cœpit prima suis Cynthia luminibus.
Tum, qui laudatum venturos misit in annos
Messalam, terra dum sequiturque mari.
Funera viden' vt pompa, lachrymosus aperta
Vnguibus ipse puer pectora rumpat Amor?
Proximus atque sui comitatus funera vatis,
Ferali pharetras vrat & igne faces?
Ipsa Venus lachrymis & fœdans vnguibus ora,
Auertit vultus tristibus exsequiis.
Tristibus exsequiis soror adfuit, & pia mater;
Vtraque scissa comas, vtraque scissa genas:
Ac memores magni Nemesisque & Delia amoris,
Crinem funestis imposuére rogis.
Arserunt crines; arserunt membra Tibulli;
Viuunt sed numeri culte Poëta, tui:
Viuunt, & nullis vnquam morientur ab annis;
Dum linguæ Ausoniæ verba loquetur Amor.
Quæque prior vatem tenuit quæque altera flamma,
Viuent extremos orbis ad vsque rogos.
Finierat Pæan, quum vultu diua sereno
Annuit; & dulci Calliopæa sono,
Nomina vos etiam, triplici sociata libello,

Viuaces sera in secla feretis, ait.

Elegia II.

Magne Puer cuius nihil inuiolabile dextræ,
Si mea sunt telis pectora plena tuis,
Parce, precor, tandem: sunt totum vulnera corpus:
Sub dominæ venas iam tua cuspis eat.
Nostra Neronæas vincunt incendia flammas;
Æthneique patris torrida regna tui.
Arida nec liquido recreantur corda Lyæo,
Vsque graues æstus dum tuus ardor alit.
Nec mihi (quis nisi, sancte, tuo confixus ab arcu
Crediderit?) releuat Thespias vnda sitim:
Nec reficit leuis aura; & alunt suspiria flammas;
Hæc quoque defecta vix ego mente loquar.
Illa viden' duris immotior Alpibus vt stat?
Vtque riget Scythicis algidior niuibus?
Illa viden' lachrymas despectat vt impia nostras,
Hei, nimis in luctus ingeniosa meos?
Diua prius vindex vlciscere facta puellæ:
Vulnere fac etiam langueat illa tuo:
Illa meos imis fac hauriat ossibus ignes.
Sit pretium flammæ mutua flamma meæ.
Gloria quanta tibi fuerit, ter magne Cupido,
Idalia cautes incaluisse face!
Fuluia, ne speres, vt me, sic temnere diuum.
Iusta veuit celeri iam tibi pœna pede.
Sponte veni potius. fugientia munera carpe:
Durities formæ non facit ista tuæ.
Vana gemo. ridet nostras Deus ille querelas.
Nec planctus absens audiit illa meos.
Quin, tu Diua, feros quoniam sedare calores
Non potes, ô, quidquam si pietatis habes,
Hæc suspiria, & hos interruptos singultus
Ad charas aures, Aura benigna, feras.

Elegia III.

Quam vis sæpe sua intereat Dictynna senecta,
Exuat & rutilæ cornua bina facis,
Luminibus tamen vsque nouis sua damna repensat,
Vecta iterum gemino per loca sueta boue.
Quum senuit, veteres volucris Iouis abiicit annos:
Tempora qui reparet lubricus anguis habet.
Flatibus à Scythicis, canisve exusta pruinis,
Aut de Phœbea torrida facta face,
Aut quondam stricta stirps Citria cæsa bipenni:
Se radice tamen subrigit ipsa nouam.
Ipsa, quibus vitas renouet, Vidæia bombyx
Deponit moriens semina certa sibi.
Quæque volat Phœbi Phariis auis vnica syluis
Vrit viuifico cynnama odora foco.
Ast homini nullas fas est reuocare per artes
Ætatem: aut vlla detinuisse mora.
Ergo, age, viuamus, mea lux, mea grata voluptas;
Dum petulans nostro in pectore viuit Amor:
Dum sanguis calet & solido stant corpore vires;
Purpureusque suo dum micat ore rubor.
Iam nunc lapsuræ iuuet indulgere iuuentæ;
Incusent tetrici gaudia nostra senes.
Num morer insani, mea Fuluia, sibila vulgi,
Si non est flammæ causa pudenda meæ?
Et si luce pius diuos reuerenter adoro?
Sentit & officium fœmina virque meum?
Nocteque per tenebras si nulli noxius erro?
Estque mihi solus, Fuluia, crimen amor?
Sat mihi sit, mea lux, mea si tibi causa probetur:
Quasque faces subdit ventilet ipsa Venus.
Dumque mihi cupidis liceat vincire lacertis
Hærentem amplexu te, mea vita, meo,
Squallentes subeant cani, & tremebunda senectus,
Mors quoque nos inter basia sera metat.

Elegia

Elegia IV.

Desine me toties vanis vrgere querelis;
Desine, vita, meam sollicitare fidem.
Neu tibi conturbent fallacia somnia mentem,
Visa tibi amplexus eripuisse meos:
Nec, quæ mendaci est sub imagine Galla soporis,
Auertisse tuas credita delicias.
Non ego sum Theseus, non sum Pegasæus Iason,
Gnossia nec talis: sed neque Colchis erat.
Tu mihi solus amor. tibi amor sim, Fuluia, solus;
Nostraque dissoluat fœdera nulla dies.
Tecum ego surgentis peragrabo Hyperionis oras;
Tecum ego decidui, vita, cubile petam.
Nec me continuis tellus velata pruinis,
Sæua Lycaonia qua micat Vrsa face,
Insuetumve plagæ terrêre Libystidos æstus
Possit, vbi assiduo finditur igne solum.
Ipsa refrigerium, atque acri blanda aura calori;
Ipsaque frigenti feruor & ignis eris.
Ingratum est, sine te, quidquid sub gurgite voluit
Nobilis auriflua Lydius amnis aqua.
Quidquid Nereides, quidquid per littora Protheus,
Quidquid sub fluctu diuite Glaucus habet.
Deliciosa Pharos nostrum quod mittit in orbem,
Indiaque, & liquidi diues odoris Arabs;
Et quod Erythreæ celatur tegmine conchæ;
Quæque placent magno thura Sabæa Ioui:
Quemque in Hyperboreis asseruant Gryphes arenis
Te sine, lux, pretium vile smaragdus habet.
At te dum teneam & tu me, mea vita, proteruus
Dicam diis magnis me, mea vita, parem.
Tunc afflet madidis terras Notus imbrifer alis;
Luceat & pluuiæ nuntius arcus aquæ.
Tunc subsultanti crepitent mihi grandine tecta:
Tunc spargat gelidas Iupiter vsque niues.

Tunc

Tunc quatiat trepido mortalia corda tonitru;
Tunc cœleste solum fulminis igne micet.
Tunc mihi luctantûm ventorum audire furores,
Tunc mihi deciduæ murmura ludus aquæ.
Inuideant mihi tunc homines, mea Fuluia, diique
Inuideant, faueat dum modo solus Amor.

Elegia V.

Scilicet, vt veles nostri sub crimine culpam
Ipsa tuam de te neu prior ipse querar,
Neve iniusta meæ credatur causa repulsæ,
Fingis in immeritum noxia facta caput;
Nescio cui vestros me diuulgasse calores,
Iactantem poto verba superba mero.
Talis ego tibi sum tam longo cognitus vsu,
Fuluia? sic mihi nil pectoris esse putas?
Sancta Dioneæ vt male sanus munera diuæ
Ignorem & volucris sacra silere Dei?
Ah, quicunque suos demens eliminat ignes,
Conscia cui non est ipsa puella satis,
Ah, pereat; qualis dum se sequiturque fugitque
Ixion rapida voluitur vsque rota
Qualiter aut captat semper cedentia poma,
Et sitit in medio garrulus amne senex.
Ipse adeo, si quid sum per tua vina loquutus,
Bacche potens, vino toxica mixta bibam:
Teïus aut veluti vates iam stranguler vuis;
Cyclopisve fieri tristia fata feram.
Téne ego, te lædam, mea Fuluia? quæ mihi Musæ,
Quæ mihi materies carminis vna mei es?
Si quæ culpa mea est, marcescat tempora circum
Siccus Apollineæ iam mihi frondis honos:
Rideat & sua me indoctum per compita vulgus:
Conspiciam famæ funus & ipse meæ.
Tu quoque, sancta Venus, si sacra arcana retexi,

Hoc,

Hoc, precor, infaustis ignibus vre iecur:
Vt me fidorum turba exsecretur amantûm;
Exemplumque malæ garrulitatis eam;
Iactatusque miser nebulosis duriter Austris,
Æquora, quæ sulco, per tua, magne puer,
Differar in cautes laceranda puppe latentes;
Faucibus infidis combibiturus aquas:
Sidera nec videam nostri rectricia cursus,
Dum desperatam supprimat vnda ratem.
At si nostra nihil peccauit, Fuluia, lingua;
Sed te per populos, quâ licet, vsque vehit,
Cynthius ardentes quâ tingit in æquore currus,
Quâque Aurora iugis surget Olympiacis,
Quâque videt cœli è medio Sol aureus arcu,
Quidquid & Occasus, quidquid & Ortus agit:
Si, bene, quâ possum, mereor, mea Fuluia, de te;
Prosit constanti semper amasse fide.
Aut, hoc si scelus est, peccasse ignosce fatenti,
Lux mea; quò peccem sic tibi semper ego.
Tu saltem, ô, tandem duros miserata labores,
Ante cruenta mihi, sed modo sancta, manus,
Quæ mea sæpe feris, sæpe & mea pectora sanas;
Alba manus, lachrymis sæpe rigata meis,
Desine ferrato crudelia claudere vecte
Limina; (non hæc te cura profana decet.)
Sed mihi perpetuùm vernanti tempora lauru
Cinge libens; vates dicar vt esse tuus.
Et, quæ, pro geminis Arctis, duo lumina sector,
Sub solitos portus carbasa nostra regant.

Elegia VI.

Hos ego promerui infelix sentire dolores,
Fuluia, de lachrymis facta superba meis!
Durior, hei. scopulis, Siculæque incudibus Æthnæ,
Naufragisque mihi surdior æquoribus.

Sicci-

Siccine, quum nostri est percussum fœdus amoris,
Te fore pollicita es tempus in omne meam,
Immemor vt nimium, nimiumque ingrata referres
Exsilium fido præmia seruitio?
Tunc (memini) mea colla tuis ambire lacertis
Iuuit; & in nostro sæpe sedere sinu.
Amplexuque hederas vincentem, atque ore columbas,
Murmure cum tremulo suauia longa dare.
Tunc etiam tumidas licuit tractare papillas;
Tunc lateri tenero composuisse latus;
Quum pariter defessa iacens petulante labore,
Iurabas præ me nolle tenere Iouem.
Ac, nisi barba genis, & fuscus vertice crinis,
Tunc tibi Latoides, tunc tibi Liber eram.
Omnia solus eram. me tunc absente solebat
Lenitor, & pigro repere Sole dies.
Tunc quoq;, si quid id est, tibi carmina nostra placebãt:
Sæpe tibi Naso, sæpe Tibullus eram:
Seu canerem frontem, & nitidi miracula vultus,
Qualis Graiugenas traxit in arma duces:
Pectora seu niuibus certantia, & æmula lacti;
Æmula seu Phœbi lumina luminibus:
Seu coma dicta mihi est, auroque micantia fila;
Marmoreive humeri, marmoreive pedes:
Seu bona crura, meo seu leuia carmine dixi
Brachia; quæ toties vincla fuere mihi:
Seu teretem cecini ceruicem, aptamque teneri;
Seu celebrata mihi est deliciosa manus:
Seu tua Acidalios spirantia basia flores;
Et tua nectareis fœta labella fauis:
Seu, tua qui circumuolitat tener ora, Cupido;
Quæve tibi totam se dedit, alma Venus.
Tunc certe nec opes, sine me, neque regna petebas;
Nec quidquid rerum Dædala terra tulit.
Hocque Deos vnum poscebas, vt tibi mecum

Cespite

Cespite gramineo mensa, thorusque foret,
Ipse mihi testis magni tunc Delus amoris,
Cuius & intumuit fletibus vnda tuis.
Tu mihi sola quies, (dicebas) sola voluptas;
Iura meæ vitæ te penes atque necis.
More pharetratæ tunicam subcincta Dianæ,
Ibo ego sepositas, te comitante, vias;
Siue prement rigidi glacialia plaustra Bootis,
Seu me qui siccos Syrius vret agros.
Nigrantesque domos etiam Plutonia regna
Audaci tecum stat peragrare pede.
Talia iurabas: &, quæ iurata probarent,
Figebas nostris oscula multa genis.
Cur eadem non es? cur est mutata voluntas?
Tam subito nostri quo tibi cessit amor?
Cur, pridem de te qui gaudia grata ferebam,
Nunc patior letho tristius exsilium?
Cur, cui diuorum libuit concedere vitam,
Nunc immortali perdere morte iuuat?
An, quod nulla fides? infidum & fœmina nomen?
An forma, & leuitas fœdera semper habent?
An ne, vt quæque sibi decoris sit conscia rari,
Continuo in miseros sæuiet illa viros?
Atque, nouis persæpe procis confisa rogari,
Despiciet si quis certus amator erit?
Sic est. nullus amor vobis, aut fœdera constant:
Et promissa leuis ventus & aura rapit.
Hæc ego si potero seclis narrare futuris,
Nec mihi præripiet viuere posse dolor,
Audiet & me quod circumfremit Adria littus,
Et quæcunque iacet terra remota salo.
Certe ego, viuacem seu me longinquior ætas,
Seu me (quod cupiam) fata propinqua manent,
Non ego, non posthac (Iunonia numina testor,
Te quoque, quæ cœli tertia regna tenes,

Cypria)

Cypria) fallaces, mea gaudia nuper, ocellos
   Aspiciam, nostri semina prima mali.
Non supplex crudasque manus, & genua tenebo:
   Nec mea periuris oribus ora premam.
Nec sequar infidæ cupidus vestigia plantæ:
   Nec tibi præteriens signa dabo tacitus:
Nec rigidos querar ad postes nocturnus: at vsque
   Dormiat immota ianua surda sera.
Ista iuuent quæ sæua potest laudare puellæ
   Imperia & misero cui placet esse diu:
Qui cupit infandos nunquam finire labores,
   Ac domina immiti sæpe iubente mori.
Mors veniat satis vna mihi: aut, si mors mihi nusquā est,
   Hoc saltem, quod non emorior, peream.

Elegia VII.

Exilium hoc, mea lux, liceat si abrumpere letho,
   Fortuna iubear vel meliore mori,
Aut non infelix aut non inglorius ibo
   Ad nigri subterranea regna Dei.
Nam mors, vt leuis vrgenti quæ meta dolori est,
   Sic, quæ venturis est medicina malis.
Pectoris & timidi, nec sat constanter amantis
   Est, domina faceili, nolle iubente mori.
At, miser, abripior nunc, luce exclusus, in vmbras:
   Et mors exilio conduplicata venit.
Extremas neque tu lachrymas miseraris amantis,
   Sed pulsum spreto cogis amore mori.
O saltem, quia spes superat mihi nulla medelæ,
   Iamque parat Stygium nauita canus iter:
Migrantem occiduo excipiant tua basia vitam,
   Basia Cecropio mellea melle magis:
Stellantesque oculos nutantia lumina cernant,
   Noctis vt illustret nubila clara dies.
Heu, miser, hesterna quæ dixi questus in ira,

Vos precor, ô, celeres irrita ferte Noti.
Nos tangenda tuis iurabam labra labellis
Periurus repetam chara labella tamen.
Chara labella mei immemorem me, Fuluia, voti,
Et faciant testes nil timuisse deas.
Nil timuisse deas inter tua basia fas sit:
Tu mihi pro cunctis es dea sola deis.
Nam, pia seu blandos ad me conuertis ocellos,
Inuideo nullis deliciis superum.
Siue irata oculis auertis lumina nostris,
Auertis superûm tu mihi delicias.

Elegia VIII.

Pixide compositos Hieronyma proiice fucos.
Et fuge mentita velle placere coma.
Hæc tibi (si nescis) deformant addita formam,
Vt nequeas propriis ipsa nitere bonis.
Quam male te nosti, mea lux, si posse videri
Formosam accito non nisi honore putas?
Commendant mihi te formæ ornamenta decentis,
Frons hilaris, fuscæ & crispula fila comæ,
Seu pateris volucres humeris illudere cirros,
Seu libuit certa stringere lege caput:
Quæq; supercilia exiguos curuantur in arcus,
Vnde proterua puer spicula torquet Amor:
Quiq; micant lætum nitidi, duo sidera, ocelli,
Vnde suas reparat sæpe Cupido faces:
Mollesque, ac faciles risus; nutusque loquaces,
Palliduloq; tener fusus in ore pudor.
Lucida ceu Veneris miscentur lilia flori;
Murice vel pictum ceu rubor ornat ebur.
Iucundique sales, & blandæ murmura linguæ,
Et petulans, mixta cum grauitate, iocus:
Quæque assueta mea longum ceruice morari,
Lenta premis cupido basia sæpe mihi.

Ipsa

Ipsa suas dotes tibi Cypris tradidit, in te
Miratur vultus & dea sæpe suos.
Et tibi Chaoniæ mallent sudare iugales.
Arripe formosa tu modo lora manu.
Dignior & volucri vectabere per freta concha,
En planam vt faciunt fluctus & aura viam!
Ac, nisi quod puer est, certæ & rationis egenus:
In qua langueret te petiisset Amor:
Duxissetque suæ dudum te, lux mea matri
Ille nurum, & Psyches fabula nulla foret.
Gratia quanta Ioui, duo qui modo sidera terris,
Quam tenuit cœlo, lucidiora dedit?
Vnde vagos ignes tremulis iacularis ocellis;
Irradiant tristes quæ mihi lux tenebras,
Morte velut sera quum cœlo stella liquenti
Labitur, aurata pone sequente coma:
Vnde venit, quæ lenta coquit mihi flamma medullas,
Quæque vrit tenerum tam mihi suaue iecur.
Fucatos aliis, sed veros da mihi vultus:
Da mihi natiuæ torta flagella comæ:
Quodque super vitæ est, Cyprio transmittere luso
Nos iuuet, & curas post habuisse iocis.
Sic nobis, si forte vlla est ventura, senectus,
Lenis erit, qualis prima iuuenta fuit
Aut, si nulla venit, nullam venisse iuuabit,
Frigore ne senii torpeat acer amor.
Viuamus tamen, ô donec nos cortice fagi
Crescentes pariter rustica turba leget.

Lib. II. Elegia I.

Fortunæ supplex dominæ procumbat ad aram
Appetat & fluxas quas habet orbis opes,
Quem nullo satianda auro suis improba torquet,
Cor agitans vanis sollicitudinibus.

Sat mihi tranquillum vigilare, & carpere somnos:
Sat mihi sint iusti iugera pauca soli.
Hostibus imperitet collecta pecunia nostris:
Ætati & Genio seruiat illa meo.
Hostibus aggestum fur noxius auferat aurum:
Vsibus ipse meis nil superesse velim.
Hostis & altigrados aulæ inuidiosus honores
Aucupet: in tuto stet mihi parua domus:
Sitq; mihi placidam sat tanti ducere vitam,
Seruiliq; procul degere posse metu.
Ac, dum fata sinunt, viridis neq; denegat ætas,
Nec candent sparsa tempora nostra niue,
Dum mea me lætis fortuna aspectat ocellis,
Otia sint; an sint cura laborq; procul.
Me iuuet Ogygii securum munere Bacchi
Ridentis dominæ posse cubare sinu.
Fida Venus placeat; purumq; à crimine carmen,
Iunxisse & lepidis seria mixta iocis.
Non vt Mæoniden, aut Orphea vincere cantu
Cura sit, Inachiden aut superare Linum.
Vt non prima mihi peto, sic postrema recuso
Præmia; postremos gloria nulla manet.
Illa canam, quæ Erycina probet, dictetq; Cupido,
Grata mihi, dominæ non odiosa meæ.
Imbuat Assyrio, si quem iuuat, vnguine crinem,
Mollis vt à toto corpore spiret odor.
Signat Erythræis aurata monilia baccis,
Certet vt excultis ad sua festa deis.
Dum mihi munditiæ, paruaq; parabilis arte
Cultus de medio quem mihi rure legam.
Quæ ratis Assyrios accepit prima liquores,
Quæq; nouas rubro littore vexit opes,
Mille eadem vexit curas, & mille dolores;
Præside Saturno vecta nec illa sene est.
Æterno virides viuebant gramine campi,

Et

Et grauidus Cereris munere semper ager,
Semper honore nouo suffrondescentibus aruis
Spirabat densum per nemus aura recens.
Munera sponte omnis spargebat fertilis arbos,
Vere virens vno, & perpetuis zephyris.
Quum sapiens cœli Saturnus regna teneret,
Nec patrium nosset Iupiter ipse larem.
At nunc mollifluas zephyri genitabilis auras,
Te quoq;, cum zephyro, florea Chlori tuo,
In rabidasq; canes, ac morbiferos autumnos,
In rigidas hyemes, in Scythicum boream
Degener à patriis conuertit Iupiter actis;
Pareaq; de veteri tempora vere manent.
Ille domos, domibusq; fores tutamina fecit,
Ille metus trepidos seuit, & ille dolos.
Primus & admonuit fratrem diffidere fratri:
Armauitq; pias bella ad iniqua manus.
Seminaq; inuersis iussit submittier aruis,
Vnde boum, atq; hominum prodiit vnde labor.
Vnde bonæ gemitus, & vulnera crebra parentis:
Vnde Pales laceros ipsa reliquit agros.
Libera namq; prius, nec conscia limitis arua,
Suetaq; de pleno fundere dona sinu,
Postquam limitibus iacuerunt serua notatis,
Depositum dominis reddere sæpe negant.
Magne pater, Saturne pater, si dextera falce
Armata est, cur non iura tuere tua?
Magne pater, Saturne pater, tua regna reposce,
(Si pudor) & miseris tempora prisca refer.
Te decet æterno moderari sidera cursu.
Iupiter, heus, sancto sceptra repone patri,
Secula qui reuocet mortalibus aurea fessis,
Otia qui longa, & gaudia tuta ferat.
Nec iam mercator peregrinas curset ad vrbes:
Ah, pereat cui non est sua terra satis.

Non abies vasto iactetur concaua ponto:
Sit satis in patrio posse perire solo.
Oppida præcipiti non cingant mœnia vallo:
(Estne procul timor, & fallere velle fidem.)
Ah, pereant galeæ, & conducti militis arma:
Ah, pereant longe prælia, & ira nocens:
Diraque facturus laniator vulnera mucro:
Quin sæua in sæuas vertimus arma feras!
Ne mihi bombardas posthac audire tonantes,
Neu libeat raucas, Martia signa, tubas.
Ad sua quandoquidem communis prælia ridet
Trax Deus, & victor qui fuit ante, cadit.
Mortales, placido ducamus tempora lusu:
Carpamus facilis dona benigna soli.
Vita soluta nimis, nimis atque seuera, valete.
Ebria turba vale: sobria turba vale.
Vita hilaris vita est, cruciant extrema: sequamur
Qua via securo est inter vtrumque pede.

Ad vxorem, quum in Hispaniis ægrotaret.
Elegia II.

Molliri vicina vetet quis fata canendo,
Si canit ipse suas cygnus ad exsequias?
Desine famosas, vxor, venerarier aras:
Victima tergeminas haud mouet vlle deas.
Indociles, eheu, properum non scindere fatum,
Hei quam debilibus pensile staminibus!
Irritare malum, siccaque rigentia febre
Parce pia frustra labra rigare manu:
Nam mihi nulla sitim sedauerit vnda liquore;
In potas inhiat sæuior ardor aquas.
Diuidimur, coniux, sic stant rata fata dearum,
Exspectant certo quæ sua quemque loco.
Mors ades, ô, placido; Mors, concomitata Sopore,
Mors, nostrum nigra in nubila conde caput.

Viximus

Viximus. arenti me claudat Iberia gypso:
Pingueat & tabo torrida terra meo.
Ipsa modo Elysiis volitet mens viuida lucis,
Nutrit vbi lauros mi pater Eridanus.
Qua pia doctiloquum colludunt agmina vatum,
Sacraque perpetuo carmine sylua sonat.
Abstrahor at nostro fera quæ truncabit ab æuo
Adiiciet Famæ tempora mors properans.
Tu tamen, ô coniux, melioribus vtere fatis.
Viue, vale longum prosperiore Deo.
Viue memor nostri: at fletu corrumpere ocellos,
Et gemitu manes parce ferire meos.
Ipse ego, nulla tuos agitent vt tristia somnos,
Somnia per præsens oscula sæpe premam.
Qualia per longas memini tibi figere noctes,
Qualia per longos continuare dies:
Dum ratio eripiat tibi rapti coniugis ora,
Aut desiderium leniat ipsa dies.
Interea condens memori mea membra sepulchro,
Descende Elysias serior ipsa vias.
Excipiam venientem auidis amplexibus vmbram,
Quaque potis, tecum spiritus vnus ero.
Tunc mecum pictis leuis aura vagabere campis:
Ridebit fati spicula fidus amor.
Ordine cognosces, me monstratore, puellas,
Quæ vatum meritis arua beata tenent.
Obuia prima tibi procedet chara Catullo
Lesbia, millenis ludere docta modis.
Complexæque ferens tibi basia mollia, dicet,
Accedis pulchro tu quoque digna choro.
Inde, Vmbrum vatem quæ blandis cœpit ocellis,
Imposito victum dum pede pressit amor.
Inde, tibi Nemesis dabit & tibi Dælia dextram;
Vtraque de roseo flore reuincta comam.
Vtraque dilecto contexens serta Tibullo,

Incedit tenero qui inter vtramq; pede.
Blandaq; deducet cantata Neæra Marullo,
Nunc quoq; quæ vati est flamma, liquorq; suæ.
Albaq; quæ nuper totiam Fannia vatis
Furata est volucri lumina nigra Deo,
Ac puerum cœcum incertas errare per oras
Fecit. & incerta spargere tela manu.
Et, quæ syncero successit Cinnama amore,
Et mœsto propere rapta Ariadna seni.
Et quam sacrata veneratur *Mincius* ora,
Hippolyte, lepidi Castilionis amor.
Illa dies solitos reuocabit vtriq; calores:
Nec iunctos iterum diuidet vlla dies.

Elegia III.

Musa, Pyrenæas penna superante pruinas,
I, pete natiui. Belgica rura soli.
Neu tibi sit dubie longum per inane vagari,
Monstrabit certam Parrhasis vrsa viam.
Qua Rhodanus celeres. qua voluit Sequana lymphas,
Quaq; virens Deli ripa coërcet aquam,
Dum Maclinæam despectes ardua molem,
Mœniaq; hostili non temeranda manu.
Hæc tibi meta via, tacitis hic labere pennis,
Atq; domum nostræ fessa parentis adi.
Quæ sese aduersis pulchræ de mœnibus vrbis,
Luminibus longe conspicienda tuis.
Christiparæ ad fanum Mariæ sustollit in auras
Colle sacro, atq; alios despicit alta lares.
Pars vetus vna domus informi squallet ab æuo,
Pars noua, sed veteri continuata, nitet:
Sparsaq; coctilibus candentia saxa rubricis,
Ardua cæruleo tecta colore regit:
Sustinet & summis pueros de marmore tectis,
Auratus volucer quos micat inter amor.

Quos

Quos prope, marmorea quondam descripta tabella
  Ominis hæc fausti carmina bina leges,
Stet domus hæc, ventis & non violabilis imbri,
  Contemnatque feras insuperata faces.
Quæ patris applaudens operi puer ante legenda
  Carmina venturis sculpta dedit, Marius.
Monte Cytheriaco legit cui serta Cupido,
  Et fouit lymphis Cypris Acidaliis.
Ingredere inuenies subito tibi cuncta patêre
  Ostia,& in tota gaudia multa domo.
Prima parens gressu tremulo approperabit Elissa,
  Siue trahet fusos, textaue pinget acu.
Parte alia celeres inuadent colla sorores,
  Vixque sinent matris basia habere locum.
Desertasque inter telas, iactosque labores,
  Hinc premet hæc charas,hinc petet illa genas.
Frater vterque etiam notis dabit oscula labris,
  Seu prior Eurardus, siue prior *Marius*.
Tu quoque mittentis subeas vt munia fratris,
  Basia plura piis larga refige genis.
Ac,tibi quam dederint plures largire salutes,
  Atque tuo nostrum nomen in ore sonet.
Et, siue arboreis vna spaciaberis hortis,
  Si rigida à medio sole tepescet humus,
Seu potius calices iuxta,& noua musta sedebis,
  Qua stat flammifero mensa propinqua foco.
Implebis charas placitis sermonibus aures:
  Multa sciasque licet tristia, læta refer:
Et,valet,& gaudet dices, longumque valebit,
  Sed longum valeat si tamen ista domus.
Si quid agam quærent. (& quærent) Cæsaris almi
  Exsequitur fida nuncia scripta manu,
Et magnæ, dices, coniungit numina terræ,
  Dum vaga per varium littera currit iter.
Idem,quum grauium permittunt ocia rerum,

Alternat leuibus seria mixta iocis.
Deliciasq; agitat cum læta coniuge lætus,
Nec patitur vacuos, & sine amore, dies.
Proxima amicitiæ loca deliciasque secundas
Vnanimi frater corde Secundus habet.
Nec solos tamen ille iocos, & gaudia fratris,
Grandia sed rerum pondera participat:
Fraternoque alacer socium iunxisse laborem,
Et satagit magnis vsque placere viris.
Ac, licet Arragonum nos claudant torrida saxa,
Rarus vbi riguus frigerat arua liquor,
Nec decorant steriles sitientia gramina campos,
Nec siccos viridis lucus opacat agros.
Nec tremulas variata comas, in margine ripæ,
Subter inumbratis populus instat aquis;
Sola horrens stimulis, foliisq; minacibus ilex
Cocta sub assiduo gypsa calore tegit:
Incultos latè per agros, & inhospita saxa,
Sæpe tamen sacros tentat vterque modos:
Et facit, insuetæ resonent vt carmina rupes;
Dum plaudit Latiis garrula diua sonis:
Rustica arundineo strepitu seu fistula Faunos,
Seu vocet Aonias antra in opaca deas;
Seu repetant veteris diuina poëmata secli,
Quæ penes eloquii stat decus Ausonii;
Ocia dum, Phœbique sinit iam mitior æstus,
Sub vasto errantis sidere Phillyridæ.
Vsque adeo tenet hos priscum reuerentia vatum,
Queis sacra Pierii turba nouena chori,
Saltibus Elysiis, æterna tempora lauru,
Lauriger & facili cingit Apollo manu:
Te te adeo ante omnes, princeps ter maxime vatum,
Vnde parens tantum Mantua nomen habet,
Concelebrant versu alterno; & tua carmina vterque
Substratus nigris concinit ilicibus:

Ac tua fida sequens presso vestigia nixu,
Inuia trans celsum nubila tentat iter,
Parnasi in claram quæ surgit ad æthera rupem;
Et pulsat geminis sidera verticibus.

Elegia IV. Votum.

Aragonum rupes gypsosaq; tesqua valete,
Belgica me tellus culta ad amœna vocat:
Fœta manet nitidis vbi me Maclinia nymphis;
Et domus &, sera cum genitrice, soror;
Et sancti manes, nec visa sepulchra parentis;
Et gemini fratres, pectora fida, mei.
Nec minus ipsa suum exspectat Louania alumnum,
Vrbs vetus, vrbs ortus conscia prima mei,
Vrbs Cereris donis, vrbs munere diues Iacchi,
Artibus vrbs latè nobilis omnigenis:
Sancta vbi siderei referant oracula cœli
Eloquio celebres & pietate viri:
Quosq; æqui ac iusti studiosum pectus honestat,
Ancipites rixas soluere lege docent.
Quin &, quod fratres Podalyrius atq; Machaon,
Gramine quod potuit, carminibusque *Pater*,
Et quod auus potuit medicinæ inuentor Apollo,
Omne simul docta discitur vrbe mea.
Illic sæpe nouum posset Chrysippus acumen,
Et sua mirari dogmata *Aristoteles*.
Ac sua (si fas sit sub corpora prisca reuerti)
Audiat hîc Samius dicta verenda senex?
Agnoscatq; sacros numeros & mystica verba:
Hic memoret leges & sua scita *Plato*.
Occurens reduci doctorum multa virorum
Coniuget notas iam mihi turba manus.
Tuq; adeo, procul errantis solator amici,
Goclenix, ingenti nil Cicerone minor.
Qui nostras vrbem transuexsti nuper in oras

Quam

Quam Tros cum socio struxit Aborigine.
Me tamen ante alias longe optatissima terras,
In virides lucos Haga decora rapit.
Fratris quæ tellus altrixque parensque Secundi
Carminibus viuat illius atque meis.
Qua vagus in longo nil cernit amœnius anno
Cynthius ætherea despiciens specula.
Prima mihi fidos tellus quæ ostendit amores,
Et quos ostendit quæ mihi prima dedit.
Hîc mihi vita fuit melioris mollior æui,
Visaque sunt paruæ lustra quaterna mora,
Qualiter Elysiis felices degitis aruis,
Ignari lentos ire redire dies.
Hîc mihi vita fluat post tristes læta labores:
Huc comes ad patrios vxor armata lares
Ipsa piam matrem, fratresque domumque Cobellam
Mecum post longum salua reuisat iter,
Ac mecum tanto repetat post tempore tecta,
Quæ reuocent primi fœdera coniugii.
Et modo nobilibus iuncti spaciemur in vmbris,
Trita sub arboreis qua via porticibus.
Principis eductam tectis sublimibus aulam
Spectat, & immisso qui fluit amne lacum.
Nunc veteres lucos syluæque virentis honorem,
Nunc iuuet obliquo ducta videre sinu
Littora, mobilibus leuiter surgentia arenis,
Implere & concha multicolore manus.
Qua modo cæruleus resonabat carmina Triton,
Æquoreas mulcens per freta salsa deas.
Qua formosa Venus, puero comitata volucri,
Per natalitias sæpe natauit aquas:
Vdæ vbi Nereides depectunt aurea fila,
Luxuriantque alacres marmore cæruleo,
Quum venti posuêre, micat Sol aureus, & stant
Acclinata suis æquora littoribus.

Hinc

nc agros libeat pariter visisse patronos,
Et fruticum densis delituisse comis.
uo me vadentem socii sectentur amici,
Et comes annoso plena lagena mero.
arua via est, & amœna via est. comitentur euntes
Arcitenens Pæan, arcitenensque puer.
hœbe feras agitat teneras amor vre puellas:
Prædaque rure meo sit sua cuique Deo.
t sua cuique nouo nectatur flore corolla,
Dædala quam verno gramine fundat humus.
Hortensisque fluat totis odor ædibus, & quæ
Stillet ab excoctis lucida lympha rosis.
pse colam venerans erectas rusticus aras.
Ante alios tibi dem spicea serta, Ceres.
Tu face crescentes Austrinis imbribus amnes
Subsidunt, pinguis tu face messis eat.
Vos germana colam frondosi numina Cynthi,
Dælie lucis honos, Dęlia noctis honos.
Dælius apricis lustret so. a solibus: at tu
Collibus errantes, Dęlia, siste feras.
Nec minus, ó, sacrum solers custodia vatum.
Faune parens, & vos turba salax Satyri,
Viua decet vos ara, comis vmbrosa salicti,
Qua leuis ad liquidas canna susurret aquas:
Errantem si me resonis per deuia cannis
Ducitis, & tutum sæpe docetis iter.
Quod si conigeras non fert gleba humida pines,
Vnde aurita Deûm tempora fronde tegam,
Ne pigeat vestri seruasse alneta coloni,
Alnea, pro pinu tempora serta gerent:
Vos facite, æstiuos Cane succendente calores,
Vmbra refrigerium syluaque densa ferat.
Quam subter, viridi suffultus cespite corpus,
Pastorum tacitus furta iocosa notem.
Alcides tibi stet duplici variata colore

Populea,

Populea; at patri querna corona Ioui:
Sufficite in nostris felicia robora syluis,
Viuus vt æterna sit mihi luce focus.
At tua, fœcundi cultrix Pomætia ruris,
Hortorum prima stabit imago via;
Arboreis circum spirabunt fœtibus aræ;
Implebunt geminas aurea mala manus.
Stet socia exigui pulcherrima Flora sacelli,
Qua melius chari parte tepent zephyri.
Inde procul, diuæ, castis semotus ocellis,
Inguine qui fures falceque terret, erit.
Nec te sepositum secreta in parte, Priape,
(Est locus officiis aptior iste tuis)
Neue rudi factum doleas de stipite; si te
Hellespontiaci sic posuere prius.
At nos, tutati memores, fidissime, agelli,
Ponemus capiti florea serta tuo:
Densaq; tendemus membris vmbracula sanctis,
Ne tua transiliens inguina fœdet auis:
Tu tamen ignoscas formosis furta puellis;
Sola tuum petulans sentiat inguens anus.
Interea fusos agiles deuoluite, Parcæ,
Et faueant votis astra benigna meis.
Et tua Phœbe, mihi per iter coma luceat auro:
Crescat dilectæ sic tibi frondis honos.

Ad Carol. V. Imp. Elegia V.

Iam mihi, iam tristes infectant tempora cani,
Horret & inspersa iam mihi barba niue.
Sat dedimus sacris, *Cæsar* ter maxime, iussis:
Plus satis à patrio dum vagor orbe procul.
Sat, comitem tibi me duros hæsisse per annos,
Diaque sollicita scripta notasse manu.
Sat, comitem tibi me viduatas mortibus vrbes,
Armatumque agros ille per Austriacos;

Sutili-

Sutilibusque animam credentem fortiter ornis
Sulcauisse trucis flumina Danubii.
Sit satis Argolico riguas à sanguine glebas
Calcasse, & Thracum corpora trunca virûm;
Quos vafer Augustis perituros liquerat armis
Aufugiens celeri dux Solymanus equo,
Christiadis sæuas cædes & vincla minatus,
Inque profanato sternere templa solo,
Sit satis, insidias, hostilesq; isse per ignes;
Atque famem, glacies & potuisse pati,
Fumida montanis nitentem in nubila claustris,
Nix vbi stat gelidis alta cacuminibus.
Sit satis, Ausonias tecum visisse tot vrbes:
Isse per Hesperiam sit satis occiduam.
Admoneor patrias iamdudum quærere sedes;
Quo fessum in portus Belgica terra vocat.
Da veniam Cæsar, neq; iustis abnue votis:
(Sat dedimus curis, sat dedimusque tibi)
Cætera vita meæ & dominæ sit cætera nostræ,
Dum decet, obscuræ cætera mortis erunt.
nuidia plaudente tibi sic seruiat orbis,
Subq; tuas leges vesper & ortus eant:
.c tua progenies populos moderetur & vrbes,
Donec erunt vrbes, donec erunt populi:
uæq; dies olim flagrantes finiet axes,
Austriadum imperium finiat illa dies.
d prius ipse pias diuus venerére per aras;
Quæque tua asseruit dextera, templa colas:
uricremaque nepos te supplex flectat acerra:
Et dicat, generi sis bonus vsque tuo.

Ad quendam Gallum Iani Secundi laudatorem.
Elegia VI.

i præco mei nimium studiose Secundi,

Atque

Atque idem Aonii gloria amorque chori,
Quando erit illa dies, istos qua cernere vultus,
Atque tuo dabitur posse lepore frui?
Qua potero præsens præsenti soluere grates?
Et cineris muti voce subire vicem?
Aut, postquam spaciis à te disiungor iniquis,
Candori referet quid mea Musa tuo?
Tam raro ignotos manes dignatus honore
Qui celebras, nulla ductus amicitia!
Vt, tibi quæ tribuit præconia Fama merenti,
Transscribas lano prodigus ipse meo?
Francica seu te regna tenent, studiosa virorum
Queis decorant sacras laurea serta comas.
Impensumque decus patriæ tibi grata rependunt,
Siue magis nunc te Teutonis ora capit.
Seu, vates inter, Latiis versaris in aruis,
Tybridis ad ripas, seu, Pade magne, tuas.
Seu, quæcunque procul, cœli quocunque sub axe,
Seruat honoratum terra benigna virum.
Siue vehunt, mediæ circumflua marmora terræ,
Iactatum æquorei cærula regna patris.
Sis felix: talique diu lætère labore:
Sæpius & gratis sic iuuet esse pium.
Omnis te foueat tellus, atque æquoris vnda:
Vendicet & ciuem te sibi quæque suum.
Quique suum tibi dat plectrum, det & ille iuuenta
Te simul æternum posse virere sua.
Quæ mea si Parcæ crudeles vota refutant,
Et vatem quoque te fata profana manent.
Viuant Pierii per secula cuncta labores,
Æquaque sit numeris postera turba tuis:
Inuisos capiat dum Tethyos vnda Triones,
Solque cadat nigras flammeus in tenebras.
Atque vbi, Cumeæ post tempora dena senectæ,
Presserit indignum mors properata caput,

Lauri-

Laurigeras animas inter te plectra mouentem.
Gratus in Elysia valle secundus ames.

ELEGIARVM LIB. III.

In nuptias secundas Gasparis Coruini Schatti. Elegia I.

Hespere, fulgentis Dux vespertine cateruæ,
Quo nullum Veneri sidus amabilius,
Gaudia, quid tantum cupidi remoraris amantis?
Quid retines gelido feruida vota mari?
Ecce, vocat te, Sancte, tibi dat thura sacerdos.
Ecce, pia sponsus dat tibi thura manu,
Ille meus Gaspar Schættus; quem iure disertus,
Ante alios. Tegees vrbis alumnus amat;
Cura pharetrigeri vates non infima Phœbi,
Idem Cyprigenæ maxima cura tuæ;
Cui pridem Hessiacus mansuro carmine vates
Mystica Coruini nomina prima dedit,
Nomina perpetuos nunquam delenda per annos,
Mæonides Latia dum canet arma tuba.
Hunc vidui tædere thori, rursusque coegit
Mollia Acidaliæ vincla subire deæ
Vrsula, formosis formosior vna puellis,
Qua voluit Scaldis sacra fluenta pater.
Hesper ades, tecum & rutilas Hymenæus, ad aras:
Dulciaque ad Veneris sternite sacra viam.
Heus, puer, heus, thalamum myrto consperge iugalem:
Et viola instratum pingat odora solum.
Hesper adest: & adest rutilas Hymenæus ad aras:
Puniceas plenis funde rosas calathis,
Funde puer. iam parce deos vrgere Sacerdos.
Vt Iuuenis pactos gestit adire thoros!
Vt tecto furit igne, calenti accensus ab æuo!
Æstuat vt pulchro flammeus ore decor!

At parte ex alia (dii vanum arcete timorem)
Ægra fugit strati fulcra puella thori.
Pallet: & attonito suspiria ducit ab ore;
Ac, magis Herculea fronde, labella tremunt.
Non sic accipitrem fugiunt aquilamue columbæ;
Non sic agna lupum; non lepus acta canem;
Non ita deciduos vicinis montibus amnes,
Non ita soluendas solis ab igne niues,
Præcipitansque gelu metuit mortemque cadentem,
Quæ stat supposita paruula valle seges.
Pone metum virgo, præsentes fidere diui,
Sanctaque veraci te iubet ore Venus.
Sancta Venus, Venerisque puer iucunde Cupido,
Deme metus: vestras sentiat illa faces.
Ecce redit virgo florentes sparsa capillos;
Ignea cui nitidi spicula sunt oculi;
Grataque vernanti cui purpura mixta colore
Emicat; & teretes pingit vtrinque genas.
I, tentare iocis animum, placidisque susurris
Sponse para; & gratis ludere blanditiis.
(Blanditias amat alma Venus, mollesque querelas)
Prodat & ipsa suas vt noua nupta faces.
Gratia magna deis: sensit tua tela, Cupido:
Iam prodet tremulas ipsa faces oculis,
Iamque faces oculis, ac toto prodere vultu
Incipit, & contra ludere blanditiis.
Pone puella metum; præsentes fidere diui,
Teq; viro Venus, & credere mandat Amor.
Coniugio timor omnis abes, trepidæque querelæ:
Et quidquid lætos haud sinit esse duos.
Coniugio pudor omnis abes. procul este sorores,
Coniugio natæ tu quoque mater abes,
Mater, virginei nuper tutela pudoris;
Non eget hic vestris illa magisteriis.
Sponsus adest, oculis legem qui ponat, & ori;

Quique

Quique vetet refugis oscula ferre labris.
Sed iam mater abi: castæ sed abite sorores.
En, præfert tædas ipse Amor in thalamum.
Insequitor iuuenis, tuque, ô dulcissima virgo
Insequitor, fida ad fœdera ducta manu.
Dic iuuenis bona verba: & tu dulcissima virgo.
Auspicibus thalami dic bona verba deis.
Sic vobis sit semper amor sic nullus amaror.
Nulla dies vobis, nox neque amore vacet.
Sic iuuenis felix, felix sis tu quoque Virgo:
Felix tuque nouis Lectu e deliciis.
Amplexus hederas, vincant atque oscula conchas
Et dulci Paphias vincite murmure aues,
Constantique calore æterno & fœdere nexi
Ducite concordes & sine lite dies;
Ac vestri simulachra breui date tempore natos,
Secura æterni pignora coniugii.
Nam cur difficilis persies, formosa, roganti?
Haud lædet blandas barba tenella genas.
Vulnera (quod nescis) teneri sunt grata pudoris.
Gaudia multa dabis, gaudia plura feres.
Parce tamen iuuenis, rapido concurrere Marte;
Hæc tibi clementer pugna cienda venit.
Blandidulis prolude iocis, & basia iungens,
Inuade ambrosios sedulus ore fauos
Pectora transiliens per eburnea velite dextra,
Perque latus niueum, molliculumque femur;
Tentatos dum se in lusus ac gaudia soluat.
Lenior, & cupiens illa, timensque tui;
Stringere & amplexus prope iam secura tenaces,
Conserere & teneros audeat inde sinus.
At si quæ primæ veniunt fastidia pugnæ,
Nec tolerant medicam vulnera cruda manum,
Ille ferat, qui læsit, opem: ceu vulneris olim
Ipsa sui auxilium Pelias hasta fuit.

Qui deus incendit sata fulmine, fundit & imbres:
Queis cadit ipse, iisdem Cynthius exit aquis.

Candida pudicitia, siue Amor castus.

Elegia II.

Nulla mihi posthac Phœbi, neq; cura sororum,
Nec, de Pegaseo quæ pede fluxit aquæ.
Iamque vale, lasciue Puer cum matre, Cupido:
Casta mihi dictat carmina castus amor.
Tu mihi carmen eris, nostri laus vnica secli,
Exemplumque nouæ prima pudicitiæ;
Cui tota in vultu est tenerorum mater Amorum,
Totus at elucet pulchra per ora pudor.
Candida, non tactis merito prælata Sabinis;
Vnica cura mei pectoris, vnus amor:
Candida, Belgarum columenq; decusq; tuarum,
Carminibus semper clara figura meis.
Nam quamuis tantos neq; Smyrna æquarit honores
Graia, nec Latius Mantua nota modis;
Tu tamen ipsa faue, & nostro sis æqua labori.
Carmina iam riuo diuitiore fluent,
Dumque tuæ mentis per me decus audiat orbis,
Non metuam famæ liuida fata meæ;
Sed solidam vero laturus carmine laudem,
Viuam, tam raræ conditor historiæ:
Ac nostra ante obitus astris illata coruscis,
Posteritas longum nomina iuncta leget:
Collibus & per te exsurget Bruxella superbis;
Et per te tumidis Zenna feretur aquis.
Delectent alios varii sine fine calores,
Incertæq; faces, ac sine amore Venus;
Quiue nouis semper lachrymis exsultat amantum,
Atque nouo semper vulnere, sæuius Amor,

Quem

Quem quicunque colit; cœcatus corda furore,
Igne madet mediis & miser ardet aquis.
Quorum de numero vidit iuuenilior ætas
Me quoq; crudelis spicula flere dei,
Languentem semper, mortemq; in vota vocantem,
Tunc ego non ego eram, sed leuis vmbra mei.
Iamque rogata meis toties, & victa querelis
Cœperat optata hoc mergere nube caput;
Sed tremulos artus ac lurida vidit vt ora.
Extimuit nostra Mors quoque morte mori.
Nunc animi liber, flammisque ereptus acerbis,
Carmine lætanti fœdera sancta canam,
Quæ stupeant Solis subiecta caloribus arua,
Aruaque perpetua quæ niue tecta rigent:
Quæque probent populi Phœbo sub vtroque tepentes;
Mirenturque fidem secula sera nouam.
Me iuuat, ignorans vitii secura voluptas;
Me blandus Veneris, sed sine matre, puer.
Nam, modo sim tecum, castasque probantia curas,
(Quam non dura peto!) lux mea verba feram;
Dum spectem sanctos, & dignos Pallade mores;
Dum detur facie posse pudente frui;
Nil quæram vlterius: non iam vulgaris amator,
Qui neque per lusum basia sicca petam.
Quæque ignota latent, & carmine nostro.
(Laudari nequeunt quæ bona nemo videt)
Pulchra licet tribuisse deos tibi cuncta putandum;
Non recinam formæ nobile præco decus:
Ipse satis celebret niueus te, Candida, candor;
Albaque purpureus qui notat ora rubor,
Vt pudibunda notans puro rosa Cypria lacte,
Vtque rubet Phœbo iam propiore dies.
Magnum est quod toto pulcherrima crederis esse
Corpore sed pulchro corpore maius habes.
Formosam veneror formoso in pectore mentem;

Quam demirari vestra Minerua queat.
Sim tuus ergo comes: nec sanctos diuide amores.
Te videam semper: te teneamque manu:
Teque colam semper fidam semperque pudentem,
Ipse pudens, ipsa fidior ipse Fide.
Quod si oculos quandoque meos frustraberis absens,
Sermo mihi de te, Candida, semper erat.
Tunc referam, vt, quinta quondam trieteride vitæ,
Nupta licet pulchro pulchrior ipsa viro,
Quum pueri volucris gemeretis vterque sagittis,
Vreret & flamma Cypris vtrumque pari,
Præmia nulla tamen Veneris, per quattuor annos,
Ac thalami nullas senseris illecebras:
Inter & amplexus charos viduata cubaris,
Inde viri virgo fleueris ad tumulum.
Vtque hinc, sola iacens castum transmiseris æuum,
Æstas ter donec, ter remearet hyems;
Alite quum meliore nouo es sociata marito,
Cui cessit viduæ virginitatis honos:
Lege sed hac cessit ne cui sua gaudia narret;
Neu retegat rapti dedecus ille viri.
Sed cur non retegat? taceat cur munera tanta,
Quæ si cælaret, perdere dignus erat?
Te siluisse quidem laus est tua damna parentis
Illum non decuit dona silere tua,
O, ter felicem ô natum plaudentibus astris,
Cui tantæ spolium virginitatis erat.
Inuidit dea sæua tamen felicibus orsis
Atropos, & vitæ stamina mox secuit;
At neque iactantem toties sua gaudia Cypris
Concesso voluit munere posse frui.
Ergo, iaces iterum deserto sola cubili,
Candida dilecti funere mœsta viri:
Et tua condemnas miserando lumina luctu,
Ne viduum rapiat qui decus, vllus erit.

Via nec immotam tibi flectent nomina mentem;
Maximus & si te Carolus, orbis amor,
Expetit: occidui dominator & orbis Eoi,
Victori cui Libs seruit, & Afra Nomas.
Nec pater ipse Deûm, rursus si cornua sumat;
Aut tentet pennis plaudere falsus olor;
Non etiam liquidus croceo si rursus in auro
Ludat, seque suo depluat ipse polo,
Crescere confidat precium; culpamue leuari
Dedecoris, domina iudice posse mea.
Quin neque forma rapit iuuenum: neque laudibus vllis
Victa feres placitæ damna pudicitiæ.
Si qua tamen remanet tumuli sua cura sepultis,
Quique vnus fati vulnera sanat honor,
Vir tuus impositum post tristia funera sensit
Elogium; & felix viuit honore tuo:
Iamque per obscuram decerpta papauera noctem
Cœpit Lethæas immemor inferias:
Dedidicitque suæ oblitus præconia sortis;
Seque tibi abductum desiiit esse queri.
Tu quoque quum nequeas decursa reuoluere fata;
Desine turbari & quod datur ipsa velis.
Immortalis eris (sic dii statuere benigni)
Siue tuo merito, munere siue meo:
Non etenim inuideo te, quum merearis, amari:
Sola place cunctis; dum tibi solus ego.
Quod peto non mereor; sed tu me crede mereri;
Et tam laudata possidear domina:
Et tam laudatos seruemus vterque calores;
Ipsa meo felix sed magis ipse tuo.
Nec nos dissimiles ventura redarguat ætas;
Æternos maneat sed calor iste dies.
Certe ego (Dictynnæ purissima numina iuro;
Atque pudicitiæ nomina rara tuæ)
Tam sanctas nunquam deponam pectore curas;

Siue ero apud manes, siue vero apud superos.
Hos non alter amor, hos nulla iniuria nexus,
Hos laqueos Lachesis soluere nulla queat.
Viue diu terris, victura perenniter astris.
Vnanimesque dies auferat vna duos.
Quin, prior ipse cadam, nam, si crudelia fata
Te poscent, pro te sit mihi vita mori;
Vt tua secla tuo longum lætentur honore;
Tuque diu fama viua fruare tua.
Vnum (si merui) sed grata repone clienti,
Hæc tumulum vt signent paucula verba meum;
Qui fatum dominæ subiisti fidus amatæ,
Occidere haud poteras nobiliore nece.

Natalis Candidæ, ad Matrem, Venerem, & Bacchum.

Elegia III.

Mense tuo. Mauors. vitales repsit in auras
Candida: cantetur Candida mense tuo.
Fas sit fœmineas te præside dicere laudes;
Oebaliæ matres si tua festa colunt:
Si venit in mentem Vestæ formosa Sacerdos,
Per vaga quæ de te est somnia facta grauis.
Nec tibi dedecori mea lux, Gradive, futura est;
Tu modò, seposita cuspide, mitis ades:
Qualem sæpe suo tenuit Venus aurea lecto,
Quum prope magna tener volueret arma deus.
Ignoscat tibi chara Venus: tecumque per auras
Vecta, columbino deuolet vsa iugo.
Spectabis similes duplici sub imagine vultus;
Hæc tua sit dubitans, an magis illa, Venus,
Vtraque formosa est; & candida: & vtraque diua est,
At tua (parce) minus diua pudoris habet.
Tu tamen & castas non auersaberis aras,

Alma

Alma parens: & quæ sacra pudica damus.
Non semper vetitis accendit pectora flammis:
Aurea sæpe tuus tela Cupido iacit.
Tu quoque, perpetuos hedera redimite capillos,
Largitor placidæ, Nysie lætitiæ,
Victorem si te strinxit captiua cathenis,
Abstulit & mentem regia virgo tuam,
Fauste veni: dominæque meæ natalibus horis
Annue: namque soles hoc quoque mense coli.
Ipse canam domitosque Scythas, vinctosque corymbis
Ire triumphales Bistonas ante rotas.
Impius vt veterem mutarit nauita formam;
Iactaque Tyrrhene monstra repente mari.
Vt Satyri, Satyrumque caua pater arbore clausos
In Rhodopes syluis appetiere fauos,
Ipse furens pars magna tui, Lenæe, triumphi
Thebanæ matris præda Lycurgus erit.
Inde triumphatus Ganges, Oriente subacto,
Captiuam tardo flumine ducet aquam:
Ipse ego liba feram liquido stillantia melle,
Præmia monstrati quæ tibi mellis erunt.
Et tua mella tuis alacres miscebimus vuis:
Quæque abigant curas mustea mulsa bibam.
Quod faciles tribuere deæ potabimus annos,
Ipse ego natales illius, illa meos.
Ergo age, Sancte, veni: nam te sine nulla voluptas:
Gaudet & ipse tuo munere castus amor.
Sic te Iunonis leuius premat ira nouercæ:
Sic violet nullus vitea dona caper.
At, te vt sæpe canam florentem mollibus annis,
Natalis redeat, Candida, sæpe tuus.

Digitized by Google

In natalem Candidæ. Eleg. IV.

Quas veteres Annæ sacras coluêre Perennæ,
Natales, Idus lux mea Martis habes.
Quod si facta licet sectando prisca parentum,
Poscere quemque suo munera mense Deum;
Quadrupedis fului tibi opes dent lumina Martis,
Magnum animum, & mores posse probare tuos.
Anna suos etiam præest quibus imputet annos,
Ne decus aut æuum deterat vlla dies,
Cætera præstabis tibi tu, felicibus astris;
Felicis patriæ, Candida, dulce decus.
Nos virides viridi lauros iuuet addere myrto:
Hicque dies nobis, Candida, festus eat.
Festus eat semper, castosque reuisat amantes
Donec virtutis fama futura tuæ est.

Ad natalem Candidæ. Elegia V.

Lux bona, quæ Dominæ nascentis conscia nostræ es,
Crystalla hæc longa sume gelata die:
Has quoque, quas legi nitidas de littore conchas;
Et cape candentes munera nostra rosas.
Nec minus hæc, plena quæ lilia candida dextra
Fundimus, albenti iam modo ducta niue.
Quæ post liminio vt redeunt seruata sub auras,
Sic vetet vsque illi stet rediuiuus honos.
Tu quoque carminibus noscenda in secula nostris
Lux bona, cum domina, læta subinde redi.

EPI-

EPIGRAMMATVM LIBER PRIMVS.

De Iouiano Pontano.

QVi potuit calamo Pontanus cuncta potente,
Iure Iouis nomen cunctipotentis habet

De Hieronymo Vida Cremonense.

Eridane, æquoreas qui longe ducis ad vndas
Centum amnes merito nomina regis habens,
Mœnia quando tibi fas est spectare Cremonæ,
Æternum sacris quâ fluis vdus aquis,
Pro me magna mei venerans cunabula Vidæ,
Ipse, licet properes, hæc mea vota refer:
State precor, vestri dum stabunt vatis honores:
Vicinusque æuum Mincius inuideat.

De eodem.

Donec Minciadem iactabit Mantua vatem,
Iactabit Vidam clara Cremona suum.

In Cinnam Medicum.

Cur se non vtar medico me Cinna rogauit:
Respondi, nondum constituisse mori.

Ad Barbaram Hacham Musicæ peritissimam.

Musis grata nouem, gratissima Barbara, Phœbo,
Quæ superas Latias, Argolicasque nurus,
Siue chelym digitis leuiter percurris eburnis,
Seu libuit neruos voce iuuante sequi;
Quod tibi barbaricum nomen posuêre parentes
An non barbarici pectoris illud erat?

Quin

Quin potius, quod te talem erudiere puellam,
O, ter festiuos, ter lepidosque senes!
Nam quorum studiis, mea Barbara, barbara non es,
Barbarus haud dici debet vterque parens.
Barbarus at fuerit, quisquis tua carmina temnet,
Et qui tam doctas nolet amare manus.

In Ponticum, decoctorem.

Exhorres terra serpentem, Pontice, vesci?
Iugera nec terræ mille vorasse times?

Ad Læliam.

Accusas speculum mendacis crimine formæ,
Tam bellam dum te, Lælia bella, negas.
Vis speculum verax? Vis quam sis bella videre?
Luminibus te te, Lælia, cerne meis.

Liber poematum Ioannis secundi,

Tu, quemcunque iuuat tenero cognoscere versu
Seria deliciis mixta Cytheriacis,
Basia quem madidis delectant pressa labellis,
Alter & alterius finis amoris amor,
Me lege & admonitus properata morte Secundi,
Carpe diem: volucri voluitur ille rota.
Ni facis, ereptum lugebis tempus amori,
Quum veniet rapido Mors inopina pede.

Ad Thelesinam.

Ne tibi displiceas fusco Thelesina capillo:
Si non flaua coma est, est tibi flaua cutis.

In Sertorium.

Coniugis haud optat mortem Sertorius, optat
Hoc tantum, æternos viuat vt illa dies.

De

De Hip. Andreasia poetria insigni.

Mantua, quæ fueras vicino clara Marone,
Nunc ciue Hippolyta es nobilitata magis.
Rarior hoc etenim tibi laus, quo rarior ales
Est terris docto fœmina docta viro.

In Gelliam.

Mentitur qui te dicit, mea Gellia, fuscam:
Non es (crede mihi) Gellia, fusca, nigra es.

Agrippina Neronis mater.

Quid sæui superasse maris mihi profuit vndas,
Si ferro nati sum ruitura mei?
Posteritas cuius facinus, vix credula chartis,
Horrebit, dirum & congeminasse nefas.
At, sceleris tanti peragis qui iussa satelles,
Si patitur nullas impius ille moras,
O, saltem dominæ resera ne pectora ferro;
Libera quæ culpæ nil meruere mali.
Infelicem vterum vindex transuerberet ensis:
Hic meruit: quoniam publica damna tulit.

In Mullum.

Nostra ferunt morsu conuellere carmina Mullum.
Mullus at hic dentes non habet; haud doleo.

In Cinnam vulgo conceptum

Desine me, quod sum non magno corpore, Cinna,
Temnere, nec vasta tu tibi mole place.
Exiguus quod sum, quodque es tu maximus, hinc est!
Vnum habeo; plures sunt tibi, Cinna patres.

De

De Pontificatu Clementis VII.

Arma furor, dolos, insidiæ, vindicta facessant:
Imperium Clemens urbis & orbis habet,

In Rufum grammaticum.

Vna dies esset scribendum, Rufus, an vnus,
Anceps dum dubitat, perditur vna dies.
Postera lux aderat, redit in certamina secum,
Grammaticus pugnax: hæc quoque tota perit.
Indice me tandem, & longum miserante laborem,
Ne pereat Rufo tertia tota dedit.

In Anniam.

Quærebam cur se substerneret Annia cunctis;
Non sum vni, at toti nata, refert, patriæ.

In Æmylianum.

Quum tibi sint stipulæ pro cruribus, Æmiliane;
Hasque grauet ventris magna saburra tui;
Nempe furis, certes qui cursu, & saltibus istis
Non ego si mea sint, cruribus ire velim.

Priapus.

Dum sua formosis conniueo furta puellis,
Audaci falcem surripit ista manu.
Non ea formosis ignoscam furta puellis,
Sed neque formosis adnumeranda venit.
Ergo, quæ dempsit mihi protinus arma reponat,
Aut alia ira ti sentiat arma dei.

In annum natalem Tibulli & Ouidii.

Ad Mutinam patriis vsus quum fortiter armis
Hircius, & cecidit funere Pansa pari;
Consule pro gemino geminos tunc, Roma poëtas

Dona

Dona tibi dederint non peritura dei.
Si pro patria cecidêre fugacibus armis:
Longius hic patria viuet vterque sua.

In Posthumam.

Quum sim bella (rogas) cur me tam rarus amator
Ambit? bella tibi es, Postuma; non aliis.

In Aulum.

Quod tua rubrica & gypso & carbonibus atria
Mille locis paries nomina dicta gerit;
Quis non sollicite cantum te iudicet, Aule,
Hac tibi, qui nomen ne excidat, arte caues?

In Leuinam.

Tingere narratur falso Leuina capillum:
Flauus erat (memini) quum tulit illa foro.

In Battum.

Vnica, Battus ait, toto est bona fœmina in orbe:
Quam cupiant omnes, nullus habere queat.
Fallitur; vna modo est toto mala fœmina in orbe:
Ast hanc quisque suæ vir putat esse domi.

In Tyrrhum.

Iam capiunt te, Tyrrhe, senum consortia; vt optes
Iam nunc decrepitum posse videre patrem.

In Pollam.

Quum nulli bona Polla, neges; promitte roganti,
Vt quoties noctem postulo, Polla neges.

In quendam cognomento Spongiam.

Doctior est nemo patinas detergere; nemo
Plus bibit; ex vero Spongia nomen habes.

Digitized by Google

In Turannium Crispum.

Crispus adhuc tota Turannius vrbe Quirini
Creditus in solos incaluisse mares.
Diluit infandum sic dedecus omne, probauit
Germanam pridem se futuisse suam

In Postumum, cœnipetam.

Prandia dum captans per turbam Postumus errat,
Fortè mihi erupit tussis; ait, venio.

In Gelliam.

Candida sum dicis: fatear te dicere verum
Gellia: candorem sed tegit atra cutis.

Ad Candidum.

Angela si quid agat tua quæris, Candide, postquam
Cœpisti sanctas tam procul ire vias;
Tetum abiit pudor: & quod te præsente solebat)
Haud vnquam solo secubat illa thoro.
Sed Venerem insolitis discit variare figuris;
Et lepidæ tenerum mobilitatis opus,
Ergo, redux si illam loca sancta docebis Idumes,
Contra, quod reducem docta docebit, erit

In Næuolum.

Si bene vis tolli doleat qui, Næuole dentem;
Quin facis hoc toti, quum doleat capiti?

Sapientis & Stulti discrimen.

Haud caret affectu sapiens vir, marmoris instar;
Ast animi motus sub ratione regit,
Arbiter ipse potensque sui: mens stulta furori
Paret, & in vitium prona volensque ruit.
Sic bonus, atque malus, nullo discrimine ventos,

Ventis &

Ventis & tumidas nauita sentit aquas:
Ille sed intrepidus proram minitantibus vndis
Obuertens, superat mente manuque malum:
Abiicit hic remos exspes; cedensque procellæ,
Dat latus; & iustam combibit ore necem.

De Pontico.

Post Crocales pressasque genas, tactasque papillas,
Ponticus ad Venerem molle parabat iter;
Dumque amplexa tenet manus altera eburnea colla,
Altera candidulum turgidulumque f mur,
Iamque moræ impatiens teneræ per deuia syluæ
Prætentat digito in Cypridis antra viam;
Illa, fidem diuûm obtestans me lædis acuto
Vngue, ait hei, sæuam rustice tolle manum.
Paret: & vt charæ dehinc vitet damna puellæ,
Vulnificos vncos ordine dente secat.

De Clementis Pont. Max. fœdere cum Carolo V. 1533.

Qui colis Hesperiæ glebam melioris arator,
Qua Bacchi & Cereris munera larga fluunt,
Qui toties fatis gemuisti pressus acerbis,
Orbe alio assidue dum nouus hostis adest;
Nunc victor, neque post sorti obiiciende malignæ,
Finde solum; tutos pelle per arua greges:
Pone aras: accende focos: pia thura cremato:
Gaudia certa tubæ, cornua, sistra sonent.
Perpetuæ Clemens fœdus cum Cæsare pacis
Sanxit; vt afflictæ ferret opem patriæ:
Bifrontisque dei Gradiuum inclusit in æde;
Pax bona pacato regnet vt in Latio.
Quam Caroli, Sanctique patris concordia corda,
Tam bene nunc gemino tutus es imperio.

In furem, qui crepidas claudi, surripuerat.

Damonem crepidis quisquis spoliauit obuncis,
Huic sint Damonis, dii facitote, pedes.

Quum in castris Caroli V Imper. edictum esset, ne meretrix plus quattuor numulos, (marauedisos Hispani vocant,) exigeret.

Cur capias frontemque trucem? & fera cornua fronti?
Vectes vt raptum transmare taurus onus?
Albentiue tegas Cygnus tua corpora pluma
Sustineasve Capri Faunus habere pedes?
Deque viro quare pluuium tenuatus in aurum,
Destilles pathicæ virginis in gremium?
Damnosas habeat monstrosus Iupiter artes:
Integer vt futuas æra quaterna dabunt.

In T. Compatrem.

Sæpe mihi iactare soles te, Compater vllas
Quod nec habes lites, bella nec vlla domi:
Coniugium rixosum, & vincla iugalia liber
Vito (ais) æterni semina dissidii.
Non ideo hæc tu vincla fugis: potior tibi caussa est;
Compater esse cupis; nec cupis esse pater.

In Nic. Brizardi metamorphosin Amoris.

Te ferus haud torsit, Brizarde, impune Cupido:
Vltori pœnas iam dedit ille tibi.
Ergo, age, fas miseri posthac miserescere Amoris;
Plus satis est formas tot subiisse nouas.

Alexander Magnus, ad Achillis sepulchrum.

Magnus Alexander celebrem pugnacis Achillei
Quum tumulum spectans ingemuisset, ait,

Felicem

Felicem, tam clara tuæ cui buccina laudis
Et tam vocali contigit ore cani.

In Leontem indoctum, cui vxor Sophia.

Philosophus qui sit, cui littera nulla Leontes,
Ne mirére, domi semper habet Sophiam.

Lex Personatorum.

Vir fuge fœmineos cultus: matrona viriles:
His etiam distent vir mulierque decet.

In meretriculam frondem sibi radendo depilantem.

Mentis vt effrontis, profligandique pudoris
Alma parens in te prouida signa daret,
Arctarat densis frontem Natura capillis,
Qua solus ingenuus parte sedere pudor.
Dedecus audaci deradis callida ferro,
Exspolias natis & caput ipsa pilis.
Sed ferro, atque omni dea magna potentior arte,
Submittens nigras fronte tibi stipulas,
Detegit vsque dolos. quin cessas? scilicet ipsa
In tanta frontem frons tibi fronte negat.

In quendam.

Quod patrem te Rex vocitat, tibi plaudere nolim.
Filius est, hæres ergo erit ille tibi.

In nuptias Ducis cuiusdam strenui.

Cyprida fulgentem vt vidit crepitantibus armis
Obuia candidula Pax adoperta toga;
Veh, miseræ (exclamat.) quam prælia dira parantur;
Tu quoque nunc hostis si mihi, Cypris, eris!
Quid duro tibi cum clypeo? cum cuspide sæua?

Cur thorax humeris? cur galeata coma est?
Non tibi sanguinei cesserunt munia ferri,
Bella sed imbellis deliciosa thori.
Cui Venus, indomiti domitrix en, vestior arma
Martis ait pugnæ iusta trophæa meæ.
Parce metu, veniunt fessis nunc otia terris;
Et tibi diua, meo munere, longa quies.
Mecum bella gerat, præreptaque tela reposcat;
Fulminet & vanis quamlibet ille minis:
At, modò quem victrix armatum nuda subegi,
Armatam quando vt vincat inermis, erit?

In Aristotelem Latinum Romuli Amasæi

Graius Aristoteles (si quid post funera sentit)
Gaudet Romulea tam bene voce legi.

De Philippo Hisp. Principe, ex Italico Euryali Asculani.

Porrectum quem cernis humo, ferus, horridus, asper,
Sanguineis oculis, denteque fulmineo,
Atque Erymanthæo fuerat violentior apro,
Qui toties homines terruit atque deos:
Quem quondam Antæi victor Tyrinthius heros
Omnis & Eurysthei regia contremuit.
Hunc tamen vt contra strinxit venablas Philippus,
Visus aprum non est figere, sed leporem.

In Nyctilum, de Rustia.

Infidum excusas toties dum Nyctile furem;
Ac miseranda magis quam mala furta vocas;
Dum furcas, laqueos, scuticas & nautica vincla
Admisso clamas asperiora leui;
Dum tibi qui furto nudatus plorat amicus
Displicet, an furem, Nyctile, te esse neges?

Callidior Rullus: cui quod lex Iulia in ore,
Hoc latuit; quamuis, Nyctile, mœchus erat.

In Alonsum.

Immunis quotiens ad prandia venit Alonsus,
Non edit, ah, miser, an esurit? imo vorat.

Ad Olum.

Sic loquere, vt prosis: aut, si prodesse negatur,
Delectes: id si nec datur, Ole, tace.

Ad quendam, subinde sibi nomen mutantem.

Asgo, nomen aui, genito dixêre parentes
Asgus eras iuuenis, Asgus vt ante puer:
Vir quoque non aliter gaudebas, Asge, vocari:
At postquam pridem factus es Ausonius,
Non magis antiquum respondes nomen ad Asgi,
Quam si Lentinum, Panaretumve vocem.
Dum vetus incipio dediscere nomen amici,
Inscriboque recens, Ausoniumque loquor;
Ecce mihi Frisiis adfertur epistola terris;
Inspexit, subito factus es Ascanius.

De Nisa.

Muta licet mihi sis, patiar te, Nisa, tacere;
Ista vicem quando lumina vocis habent:
Lumina tu ne conde modò; vt sine voce loquare.
Hæc ego. mox geminum condidit illa iubar.
Ilicet incumbit cœcis nox plurima terris;
Errat & in toto iam mihi corde rigor.
Quid facerem, miser, in mediis iam frigidus vmbris,
Ni puer ales opem, mater & ipsa ferat?
Consilium res, ecce, dedit: raptim oscula furor.
Lux redit; & cordi, qui fuit ante calor.

In Posthumum, cœnipetam.

Rarius hyberno quod postume tempore, cœnas
Quid caussæ est: stomacho conuenit istud, ais.
Est aliud, (liceat per te si dicere verum)
Cœna magis vacuo conueniat stomacho.
Vrbem æstiue vagus quanta est percurris; & vno
Templa eadem repetis terque quaterque die:
Nunc fora nunc portus, mox rursum templa reuisens,
Anxius & diuos in tua vota vocans.
Totque vbi captatam abnuerunt molimina cenam,
Hinc petitur rapido Principis aula gradu:
Protinus hic alacri prorumpis in intima cursu,
Ac tecum, hic aliquis qui vocet (inquit) erit.
Sic vbi templa forum, pontes, naualia demens
Triuisti, & magna quidquid in vrbe patet;
Cunctaque iam denis implesti compita gyris,
Cunctaque sunt fana, & visa profana tibi;
Tandem aliquis vultus querulos miseratus, & ora
Dudum tabifica lurida facta fame,
Te vocat, ipse præis, ne pallam ignauia scindat;
Nil opus est is te protrahat ipse trahis.
Ergo æstate quidem facile est cœnare, rogaris
Tunc etenim; aut doctis gestibus ipse rogas.
Ast hyemis tenebræ, spaciosam errare per vrbem
Quum vetitant, iam te, nemo miselle vocat.
Hinc ista est laudata salus; quam, Postume cogunt
Inuitum brumæ te tolerare dies.

Ad Nellum, qui versus se cacare iactabat.

Carmina si verè iactas te, Nelle, cacare;
Da veniam, in merdas si caco. Nelle, tuas.

In

In Hernicum, vanum Historicum.

Plurima quæ non sunt, facis vt sint, Hernice; dum tu
Ne pereant, bello quæ periêre, facis.

In Fabullum podagricum.

Qui tibi promisit toties, tot, tanta Fabullus,
Cur pactis non stet, scire cupisne? sedes.

In Numanum, hominem atheum.

Omnia sunt casus placet hoc vt dogma Numano:
Hoc sibi sic fatuo dogmate sæpe placet.
Omnia sunt casus, casus sunt omnia, clamat:
Ac præter casus nil stupida ora crepant.
Ergo, quod vario est facies imitata colore
Marmora, plus lustris iam neque lota tribus,
Casus erit? casus poti quod bucca Numani
Nuper anum, Baccho turgida, conuomuit?
Casus, quod vomitus graueolentes impiger idem
Haurit, quo rursus quod vomat ipse fiet?
Casus quod putidæ vestes? impexaque barba?
Et quod putre caput vermibus omne scatet?
Casus quod digiti nigros armantur in vncos,
Quales æthereis non Iouis ales habet?
Casus quod lacere quum pendet stiria naso,
Vix vnquam legit? & quum legit, ore legit?
Casus quod fur est? quodque esse Numanus adulter
Creditur? & si eam sæpe timere viri?
Hoc comite vt nuper vacuis spaciabar in aruis,
More suo, casus cuncta molestos ait.
Ast ego, sicne tibi sunt casus cuncta? putabam

In rebus taciti numen inesse dei.
Quin(inquit)casus dominatur rebus, & idem
Est deus; hocque fluunt singula quæque Ioue.
Ilicet incaleo: & mecum sub pectore quæro
Quam pœnam insani dogmatis ille ferat.
Iamque simul paruulo ponti consistimus inde
Deturbo hunc gelida in flumina. casus erat.

Sortes ductiles.

Si Fortuna fauentibus
Me spectas oculis, da precium spei.

Alia.

An non pro quæstu sumptum facere ille videtur,
Qui spem sibi precio emptitat?

Alia.

Quod mihi pro modico ingentem spem venditis auro,
Si magnum est; magnam rem date, maius erit.

Ad Philippum Hisp. Principem, quum Andouerpa pompa triumphali exciperetur, sub effusissima pluuia.

Nube sedens nitida sacros dum spectat honores
Iuppiter ad Scaldim, magne Philippe, tuos;
His natam affatur placidis Cythereida dictis,
Cerne tuum vt læto regnet in orbe genus.
Audiit, & sæua exarsit Saturnia mente:
(Necdum iræ veteres exciderant animo)
Conuocat extemplo ingenti volitantia cœlo
Nubila; mox homines compluit atque deos.
Tum pater, Æneadis(inquit) sis aspera, Iuno,
Vt lubet; insanis exagitesque minis:
Inuisosque modo concessis obrue nimbis;
Nuper vt Argieræ ad mœnia barbaricæ;

Imperium

Imperium sine fine tamen telluris & vndæ,
Atque immota tuis, Cypria, fata manent.

De eadem pompa: deque excellentia Andouerpiæ.

Imperii rector liquidi Neptunus, & vdo
Prognatæ Nereo de genitore deæ,
Sacraque velati circum stillantibus vluis
Tempora fluminei lubrica turba Dei,
Exciverat tua quos spectatum fama, Philippe,
Videre vt Scaldis diuia regna tui,
Totque laboratos arcus, festamque per vrbem
Pegmata: non vsquam qualia visa prius:
Humida cærulei gens æquoris admirata,
Concordi audita est hæc cecinisse sono:
Desine præteritos attollere, Roma triumphos:
Andouerpa tuos, sustulit vrbs titulos.
Et, tu Tybri celer, iam labere segnibus vndis:
Nobiliora tuis flumina Scaldis habet.

Ad Amyntham Zelotypum, imprecatio.

Et vigil, vt semper, miser & sis semper, Amyntha.
Lumina tot capiti, quot vafer Argus, habe.

Ad Carolum V. Imp.

Haud alios vicisse sat est tibi, maxime Cæsar,
Ni simul euadas victor & ipse tui,
Dum te victorum miseret, mitissime rerum,
Atque pium medio in fulmine pectus habes:
Ac tecum instabilis versans ludibria Sortis,
Qua vincis victos protegis ipse manu.
Sensit vt hoc clemens, etsi sanctissimus, inquit,
Sanctius haud aliud Cæsare mundus habet.

Google

Ad Annam Susiam Vestalem, deformem quidem, & ætate iam grandem, sed piis carminibus Latinè conscriptis celebrem.

Grudius.

Anna satis dicta es: mutato nomine posthac
Dicêris merito Calliopæa mihi.
Tu veniam modò, Phœbe pater, fac nominis huius:
Sic tua salua fiet Calliopæa tibi.

Anna.

Ruga genis, & muta chelys, nec munera formæ
Si mihi: qui dicar Calliopæa tibi?
Lædere parce deam: sit fas vt nomine iusto,
Aut Cybele, aut Beroe Virgiliana vocer.

Grudius.

Quo iuuenile decus? quo gratia lubrica vultus?
Quæ latites nullis conspicienda viris?
Dulces Phœbeam numeri dant esse sororem:
Satque senex virtus ipsa decoris habet.

Ad Carolum. V. Imp. Pium.

Carole, Magnus erat (quis nescit?) Carolus ille
Cui sua sors magni nomen habere dedit.
Tu verò, hoc maior quum sis victricibus armis,
Assensu, titulum Maximus, orbis habes,
Esse parum tamen id, Cæsar sanctissime, ducis,
Cui decus est longe grandius, esse pio.

Ad eundem, Votum.

Ipse suos tribuat tribuat tibi, Carole, Iupiter annos
Cætera quem posces? tu dabis ipse manu.

Ad regem Phil. in iis sacri ordinis comitiis quæ Gandaui habuit, 1559.

Macte sacro genio, rara & pietate. Philippe,
Macte animi virtute, vetusta & relligione;

Cui

Cui libuit diui cunabula clara parentis
Visere; mansuris & condecorare triumphis;
Magnanimæ reuocas dum Nobilitatis honores,
Pacis opus reducis post longi tædia belli.
Te patrii ciues te Flandria grata salutat:
Optat & æternos vegetum florere per annos;
Sectantem patrias, superis tutantibus, artes.
Carolus ipse parens meritis hæc cernit ab astris.
Atque suos lætans tibi transscripsisse labores;
Sic tecum: ô, sceptri successor digne paterni,
Hoc quoque, Nate tibi cedet post funera cœlum:
Sed tu ne propera conscendere: nam tibi diuûm
Ipse pater dum conseruat sua maximus astra,
Præsidium populis de Christi nomine dictis
Te iubet esse; pia & sub Relligione tueri;
Venturos olim maneat quæ cura nepotes.

EPIGRAMMATVM LIB. II.

In Sannazarii partum Virginis.

Nuper vt Oenotrias aciem deflexit ad arces
Christus, & Eboicæ mœnia Parthenopes,
Mergillina procul qua Tethyos inspicit vndas,
Audit ab Actiaca murmura blanda domo:
Attentusque diu modulamine carminis hæsit;
Inde sacro tales soluit ab ore sonos.
Huc ades ô genitrix, intacti Virgo pudoris,
Arte pia vates dum tua facta nouat
Anne iterum arcano compleri viscera motu?
Depositumque polo reddere credis onus?
Certe ego mi videor primis irrepere cunis
Rursus, & horriferæ mortis inire viam.
Dum mea sæpe tamen sic mors cantetur & ortus,
Nec graue sit nasci, nec mihi sæpe mori.

De

De ipso Actio Sincero Sannazario.

Mantoo quam Virgilio sua debuit ætas,
  Tam debent, Acti, tempora nostra tibi.

In speculum.

Tu, cui forma placet, fragili ne fide figuræ:
  Virtutemque animi corpore pluris habe.

Itidem in Speculum.

Sic speculo speculère, vt pulchram à crimine formam
  Tutéris, turpem pulchra virtute rependas.

Ad Nisam.

Quod tibi basiolum madidis premo, Nisa, labellis,
  Esse refers dulci nectare dulce magis.
At, tu quod siccis reprimis mihi grata labellis,
  Id vero suaui est suauius Ambrosia.

De Homero ex Græco Antipatri.

Quas liuore graui stantes non concutis vrbes,
  Subruta quum flammis Pergama, Homere, canis?

In Nigrinum.

O, quantum desiderium, Nigrine, relinquis,
  Dum properas regi certus abire comes!
Calo, lixa, olitor, lotrix, raphanaria, cerdo
  Suspirant: pistorque, & coquus, & lanio.
Ante alios te sollicitus desiderat hospes:
  Absens cui mœstos sœpe cies gemitus.
Tamne es bellus homo, gemitu vt sectentur euntem?
  An mage, quisque tuum nomen abire dolet?

De anu formosa.

Quas Amor est, flammas iaculatus ab ore puellæ,

Nunc quoque si sæua nos face torret anus?

Ad Carolum V. Imp. ægrotantem.

Regna quidem meritis tantis debentur Olympi,
Carole, sed serus debita regna pete.

Cratetis Thebani apophthegma.

Siue fames tibi sedabit, seu tempus amorem.
Si neutrum poterit, quid reliquum? laqueus.

De Iac. Gasparo Dano, versificatore inepto.

Vate scrobem Dano geminam moriente parârunt,
Tassius hinc hospes, hinc pius æditimus.
Ertoremne putaniam factum numine diuûm?
Condat vt hæc artus: altera versiculos?

De Phillide.

Phillis adulterii natam increpitabat: at illa,
Matris in exemplum filia iure feror,

Ad Ioan. Christopherum Caluetum Stellam.

Solus Alexandrum depingere nôrat Apelles.
Scibere tu solus Cæsaris acta queas.

In librum eius, de Aphrodisii expugnatione.

Interea patriis reuocas dum numina templis,
Templaque numinibus reddere rapta iubes;
Desertisque pios aris indicis honores;
Suadet vt antiquæ Relligionis amor.
Ecce, procul, meritis pro talibus; orbe remoto
Additur imperiis Africa capta tuis:
Victaque gens, versis animis, pia sacra recepit;
Lustraturque deo flumine tincta caput
Auspiciis pugnasse tuis tam iuuit Iberos;
Quos penes est, per te, gloria militiæ:

Nempe

Nempe, sui Deus ipse fouet quod vindicis arma,
Orbe tuo maius, Carole nomen habes.
Id tamen vt nusquam longo obscuretur in æuo,
Æterna illustrans dat tibi Stella face.

In Iacopum Gasparum Danum.

INvita qui te credam cecinisse Minerua,
Quum tamen ad numeros rideat illa tuos?

Problema incessum.

Cur non turpe viro Venus est vaga: turpe puellæ?
Agricolæ partes ille habet ista soli.
Phœbus vna quidem male seruit terra, colonis;
Diuersum & semen vix capit vnus ager,
At paria in variis fas semina spargere cultis;
Aruaque multa bonus sæpe colonus arat.

Portia Bruto.

Libertas tibi quando necis caussa, optime coniux,
Dignius haud poteras vtilius ve mori.
Nec mihi (quod retur quisquam) mors ista dolori est
Esset, ni possem mox tua fata sequi.
At nunc me tua sors ingratis euocat auris;
Restituetque tibi funere lætus amor.
Quam bene, quod fecit Natura parabile lethum?
Et voluit tristes rumpere posse moras?
Ferrum etenim quamuis crudelis turba negauit,
Inueni, qua te subsequar ipsa viam.
Quare age, quæ dulci consunxit pectora nodo
Indiuisus amor, Mors quoque consociet.
Hæc simul ardenti simul obstruit ora fauilla:
Quæ potius flagrans tela ministret amor?

Orestilla, & M. Plautius coniuges.

Vltima Orestillam premerent quum fata iacentem,

Sic

Sic voce affata est deficiente virum;
Ergo, ego te littus naualis at vsque Tarenti,
Chare vir, incessus sponte sequuta tuos,
Deserar hic? diuulsa, eheu, tibi funere solo?
Inque Asiam tua te, me sine vela ferent?
Plautius at contra: neque mors disiunget amantes;
Nec quæ strinxit Amor, vincula dissoluet.
Roma vale: populi victoris iussa valete:
Parcite; non tanti sunt tua sceptra mihi.
Sic ait: & planctus media inter & oscula, ferro
Concidit: ad manes spiritus vnus eunt.

Ad Candidam, castiss. matronam.

Du Venerem te credit Amor, tua pectora tentans,
Fallor (ait) non est hæc genitrix. Niobe est.

Ad Carolum V. de Michaele Bruto.

Carole tanta tibi toties iam debeat orbis,
Quanta tuus scripsit Brutus in historia:
Dum fateare tamen, quidquid tibi debeat orbis,
Debere id Bruto te quoque iure tuo.

In Ianelli Turriani Cremonensis Sphæram.

Sceptra pater magni quum cessit Carolus orbis,
Regibus insueto more, Philippe tibi;
Cedere non voluit, paruoque lusit in ære
Sydera Ianelli dextera docta sui.
Illic larga stupes profusi munera amoris?
Hic quereris parcam plus satis esse manum?
Quin mage diuinum venerare in vtroque parentem,
Quem decuit terris antetulisse polum.

In Lodoici Guiccardini Descriptionem Belgicæ.

Tuscorum quondam genitus felicibus aruis,
Imposuit nomen queis dea Flora suum,

Arne tibi aduersos superans Vespuccius Austros,
Sole vitos populos noscere mille dedit.
Ille tamen madidas narrando creditur aures
Demulsisse modo, non satiasse tibi.
Vnde alio positas stat discere climate terras,
Claudit quas variis Belgica limitibus;
Quas Rhenus, quas Mosa rigant, Scaldisque fluenta;
Oceanus læuum queis lauit vsque latus.
Ergo, alterius ripæ, Arne, tuæ florentis alumnus,
Singula qui expediat, nunc Lodoicus adest,
Guicciardina domus scriptore haud nobilis vno
Quem dedit: & Belgas iussit obire meos;
Scilicet vt nostris melius, nos nostra doceret;
Gentis amor nostræ & gentis honor Latiæ.

Gradus infelicitatis in amando.

Quisquis amas, miser es: miser hoc mage te tamẽ ipso es,
Cernere si dominæ non datur ora tuæ.
Cernere sin liceat, nec eam tangere fas sit:
Iam miser hoc magis es; quo magis urget Amor.
Si quod amas cernis, tangisque, at non tamen, vt vis;
Nec desiderio sat facis ipse tuo;
Sic miser es certe, vt nequeas magis; vsus egenum,
Atque inopem te si copia tanta facit.
Sin quod amas cernes, tanges, tactoque fruêre;
Iure quater felix atque beatus eris.
Ille vtinam, ô felix ego sim, cui iugiter adsint,
Noxia quæ per se singula, iuncta beent,

Ad Lydiam absentem.

Cernere quando mihi tua non conceditur ora,
Nec bona ab ore tuo verba referre licet;
Alloquor, & video afflictæ solamina mentis
Deducta articulis Lydia, scripta tuis:
Hæc mihi sistunt præsentem sæpe petenti:

Quæ-

Quæq; refert vultus parua tabella tuos.
Sed quorum æternis amor arctat corda cathenis,
Cur interfusis diuidit amnis aquis?
Quiq; tuus meliore mei sum, lux mea, parte;
Cur etiam non sum deteriore tuus?

Eucharisticon.

Dum fessos aliis requie sopor irrigat artus,
Dum mutæ volucres, dum pecus omne silent.
Vnaq; per siluas & dumos subter opacos
Ingeminat querulos Daulias ægra sonos:
Vite sub hac mea nunc mecum vigilauit Hyanthis,
Vnde tibi grates optime Liber ago,
Et tibi quæ facibus rutilans Latonia plenis
Efficis hanc latebram certius illa petat.
Efficis vt teretes artus, radiataq; spectem
Lumina, purpureasq; ore legam violas.
Tu quoq; tu nostris nil lusibus inuida, vitis
Ne falces posthac, neu vereare capras,
Vndiq; sed statuminibus suffulta columnis
Qua lubet effusis luxuriere comis.

Ad Lycoridem puellam duriusculam.

Quum maiore mei spolies me parte, Lycoris,
Cur etiam non sum parte minore tuus?

Ad Lycoridem.

Quid mihi sordentes canos, quidue obiicis annos?
Haud pote, quisquis amat, dicier esse senex.

Ad eandem.

Nil in amore aliud si quæris, præter amorem.
Dic, cur displiceat, dura senilis amor?
Languidus ne senex iuuenis quam nuper, amabo?
Quid? quod ero constans nunc in amore magis,

Sin aliud quæris; nec amor satis ipse, Lycoris,
Addam aliud, nec erit sat mihi solus amor,

Ad eandem, de eius passere.

Quod iurgat, duroq; manum tibi morsicat ore,
Dum caput & tangi cætera membra vetat
Iste tuus passer. nil miror, sæua, proboque,
Ingenio dominæ conuenit ille suæ.

Ad eandem.

Cœtum alii quærant populorum, & plena theatra,
Magna satis nobis nos duo turba sumus.

In ridentem nouum amorem.

Vrere qui insolitum mea pectora ridet amorem,
Huic precor, vratur protinus igne pari.
Nec sit amica tamen quæ pressa det oscula labris,
Aut cupiat seram quæ reserare forem.
Hæc nimium qui dura putas, & ferre recusas,
Quam fortuna dedit mi sine sorte premi.

Ad Candidam.

Quod te non homines moueant, non, Candida diui,
Hoc potes vna homines, vna mouere deos.

Felix seruitium.

Vni, sed tali, mihi sit seruire puellæ,
Cui seruisse decus, displicuisse pudor.

Ad Candidam.

Plladis inte quas artes miramur, amamus,
Et cupimus terris omnibus esse palam.
Hoc tamen est Prothei vatis discrimine dignum,
An magis exornet te dea? an ipsa deam?

Ad Candidam.

De te equidem cecini contemto carmina Phœbo,
Hæc tamen ipse Deus carmina dixit amo.
Nec me temnit enim, castæ quicunq; sororis
Elogium grato concinit ore meæ.
Viuite felices per secula plurima versus,
Tu quoque viue, pio carmine facta dea.
Et tibi perpetui sic constet cura pudoris,
Vt nusquam pugnet forma pudicitiæ.

Ad Candidam.

Marmoraque, & longi durata rigoribus æui
Crystalla, & puram quæ tegit illa niuem,
Et lac, & spumam, & vetulos quod vincis olores,
Lilia quod superas, atq; nitore rosas.
Candoriq; tuo quod cedunt cana ligustra,
Candoris merito, Candida, nomen habes.
Dic tamen, ô quæ sit candentis caussa coloris,
An, quod sub niueo pectore torpet hyems?

Ad Candidam.

Picturare genas, neque plectere cura capillum
Est tibi, nec capiti gemmea serta dare.
Nulla sedent nitido baccata monilia collo,
Nulla etiam tereti gemma micat digito.
Nec crinem pingui liquamine ducis Amomi,
Sanguine Sidonio nec tibi nec tibi læna rubet.
Nec forma fragili, aut fugientibus vteris annis,
Vna tibi at curæ est cura pudicitiæ.
Nec lachrimæ nec verba mouent, quæstusue procorum,
Fallacesque alto pectore vincis opes.
Carmina nec magnam flectunt cantata per vrbem,
Gloria queis Belgi diceris esse soli.
Et miramur adhuc tamen. ô, mea Candida, si tu
Exosa es Veneri? ceu Venus ipsa tibi?

Ad Candidam.

Ipsa tibi ingenium Pallas licet, ipsaq; formæ
Inuideat laudem, Candida, pulchra Venus.
Quid refert? lauro cingit vbi tempora Phœbus.
Et matris myrthos fert tibi castus amor.
Inuida quin valeat dic Pallas, & inuida Cypris:
Nam tibi tu Pallas, tu tibi Cypris eris.
Sicq; decus, me vate tuum vulgarier orbi,
Pallade concedet non prohibente Venus.

Ad Ioachimum Bellaium, & P. Ronsardum.

Viuite, Io, longum Musæ decora inclyta Gallæ
Vestraq; per terras nomina iuncta volent.
Per vos, qui fuerat nuper laus prima, Marotum
(Iudice me) vix iam, tertia palma manet.

Ad Battarum.

Quid mihi, quid toties (Viuo mihi) Battare, dicis?
Viue aliis, viues sic magis ipse tibi.

Vitandos improbos.

Virtus si cordi est, consortia sperne malorum,
Haud bonus est, prauos quisquis amore potest.
Viuere vis insons? scelerum contagia vita,
In media fiet nix quoque nigra pice.

In Amicæ duritiem.

Cui vitam dare dura negas, cur fata recusas?
Num dubitas, vtrum dirius exitium?

Ad Dom. Lampsonum, qui vitam scripsit Lamb. Lombardi pictoris.

Senserat à longo moritura Philostratus æuo
Inclyta cum claris tot monimenta viris.
Non tulit; & fati leges miseratus acerbas,
In chartis voluit viuere posse suis.

Tu quoque, tu rebus mortem auersatus amici,
Illas, atq; illum surripis ipse neci.
Vitam etenim non est hoc scribere, sed dare vitam;
Quam, Lampsone, terat nulla maligna dies.
Viue igitur cunctos florens, Lombarde, per annos,
Cum tabulis, vitæ cumque datore tuæ.

Ad Nicolaum Mameranum P. aduersus inambulatores templorum.

Macte animo Mamerane, pio, & præstantibus ausis;
Asseris æterno qui sua templa Deo:
Sacratisque adytis arces procul omne profanum,
Erroresque vagos corripis ore graui.
Supplicia & minitans blasphemis horrida vates,
Non hominum linguas, tela nec vlla times.
Non Musæue leues, vanusue hęc dictat Apollo,
Non Helycone, polo vis venit ista tibi.
Macte animo, Mamerane, pio, sic itur ad astra,
Laurus vbi te non interitura manet.

Ad eundem, pro eo ipso carmine sibi dato.

Si vati vates refero pro carmine carmen,
Hoc Pæan pater, hoc Calliopæa probet.
Musarum expertes alii dent æra poëtis.
Immunis mulam sedula mula scabit.

Gratulatio D. Gerardo à Groisbeeck Episcopo Leodiensium sub persona siue imagine virtutis.

Quem monitis olim nostris toto orbe probatum,
Nunc pietas veneranda Patrum, prudensque senatus,
Ac ciuilis amor, patriæ & vox consona terræ,
Relligioque Fidesque Eburonum pinguibus aruis
Imponit Dominum, & sacratis pręficit aris,
Noster alumne, veni, mecum hic rege publica vota.
Vnica sum claræ Virtus ego semita vitæ.
Concilio nobis, hinc, Mens sibi conscia recti

Assideat. trepidique Metus Clementia victrix,
Illinc præsidium dubiis Concordia rebus.
Quæque, quod ira nequit, peragit Moderata potestas,
Atque infesta malis, dat honestis præmia factis.
Te nostri excipiũt comites, Honor, & Decor, & Laus,
Et Fauor, & ternæ Charites, Musaque canoræ,
Et Plausus & Fama & amœno Gloria vultu.
Iamq; vetusta parant Groilbecæ nomina stirpis
Spargere per terras omnes, per & æquoris vndas:
Temporis & seri æternis inscribere fastis.

Sub persona fluminis Mosa.

Macte virtutis superûm sacerdos,
Ore te vt lato, liquidis ab antris
Efferens vdum vagus amne crinem,
Mosa saluto!

Allusio ad Principis insignia, quibus medio in scuto transuersa Nubes colore purpureo.

Arcent frugificum poli teporem
Nubes & sata concutit rigore,
Prosternens hominum & boum labores.
Seu rupta lapidosa nube grando,
Seu diri tonitrus, rubensue fulmen,
Ingratis quoties Deus minatur
Ast hæc. syderis impotentis iras
Frangens, vmbriferis opaca velis
Nubes, imbribus irrigat tenellas
Stillatim vuidula liquore fruges.
Hæc vna Ambrosiam dat, vna Nectar,
Placitis superis, fauente cœlo.

Ad Cupidinem.

Sæue puer, venis hominum qui spicula tingis,
Ac miseranda fero corda furore quatis,
Te quando ignipotens vapido Vulcanus in antro

Sæuit,

Sæuit, & ad flammas Cypria progenuit,
Quid mirer, si luminibus puerilibus ignes
Influxêre ? abiit membra & ima calor?
Vnde mea Æthnæis vras præcordia flammis,
Quas sedet Siculi tota nec vnda maris?

Ad Licoridem. imitatio Anacreontica.

Sparsa meo nunc cana micant quod vertice fila,
Verq. æui toto quod nitet ore tibi,
Fastidis querulum male sana Lycoris amantem,
Dum tibi disparitas non satis ista placet.
Quin magis, vt doceant plectendis, cerne, corollis
Candida purpureis lilia mixta rosis.

De Dura expugnata à Carolo V. quo in Francia rumor erat, eum ad Argeriam periisse naufragio.

Finge (age) finge mei funus tibi, Francia, magni
Cæsaris; atque Afris piscibus esse cibum.
Mœnia sed superat si mortuus ardua Duræ,
Dic mihi, quid faciet, quum rediuiuus erit?

Ad Anto. Rincam, de sacræ artis seu Chrysopœia mysteriorum veritate ænigmata, ac testimonium.

Quam valeat sacra ars auro mutare metalla,
Aër terra prius fiat; & ignis aqua:
Ante fluat tellus siccos resoluta per imbres,
Mittat ab arce sua quos pater ipse Deum,
Ante duo fiant vnum Sol Lunaq; sydus;
Vanescant tenues & simul in nebulas:
Fumidaq; in terram putrescant nubila massam;
Et qui Coruus erat, mox fiet albus Olor;
Qui piger, & pennas sensim variatus ademptas
Euadat Phœnix deniq; purpureus.
Ac primo exiguus, magna dein mole superbus,
Fine sine, vsq; magis crescat, & vsq; magis.

Et tamen haud aliunde dapes, aut pocula poſcat,
At ſuus hunc tantum ſanguis & ignis alant.
Qui quamuis proprios toties populabitur artus,
Tædia nulla tamen, damna nec vlla ferat:
Fœmina, masq; idem, genitor, ſimul atq; propago,
Conſimile ex ſeſe qui ferat vſq; genus.
Quum purus, natalitiis recreatus & vndis
Tranſire in Soles ſydera cuncta dabit.
Ipſe vnum, ipſe duo, triaq; idem, & quattuor idem,
Ipſe anima, & corpus, ſpiritus ipſe ſimul:
Lymphis ipſe magis Stygiis lætale venenum,
Ipſe idem omnigenis certa medela malis.
Vitaq;, morsq; idem, vilis, precioſus & idem,
Difficilis cunctis, omnibus & facilis.
Omnibus inque locis atq; omnibus obuius horis,
Cognitus at paucis, quos Deus æquuus amat.
Aſtra quibus radiata ampli peruadere cœli,
Falcigeri vſq; datum frigida regna ſenis.
Deſuper atq; imis defigere lumina rebus,
Primaque cum cauſſis ſemina noſſe ſuis.
Ægri vana licet fors ſomnia Rince videri
Iſta queant, tu ne ſomnia vana putes.
Vilia namq; auro mutari poſſe metalla
Confidunt oculis ſecula noſtra ſuis.
Felix, & longe æthereis chariſſimus aſtris,
Munere cui cœli gratia tanta venit:
Ipſe nec infelix quod rege, aſtante Philippo,
Munera mi licuit cernere tanta Dei.

Ad abſentem amicam.

Queîs Amor æterno conſtringit pectora nodo,
Cur interfuſis dirimit æquor aquis?

De ſe ipſo.

Vt non prima mihi peto, ſic poſtrema recuſo
Præmia, poſtremos gloria nulla manet.

Ad Solem & Auroram.

Phœbe celer rutilo cui flauent colla capillo,
Et tu flauicomo præuia diua Deo.
Lumina quid tacitis properatis fundere terris?
Tam cito cur Petales visere cura domum?
Certe ego te, Titan, potui & te, diua, carere
Affusus dominæ molliter in gremio.
Tum quæ fida pio spectatrix pendet amori
Peruigil opposita parte lucerna thori.
Num vero innocuos stat vobis prodere amantes?
Mitia non istud numina velle reor.
Quis tibi Cyrenen, quis Daphnen nescit, Apollo,
In tenebris solitas, nocte silente, peti?
Aut quis deserto dubitat, *Matuta* marito,
Te sæpe in Cephali concaluisse sinu?
Este boni, sinite vt repetam mea tecta per vmbram:
Inuidiam fugiat nostra tegenda fides.

Ad Gallam.

Non quæ suda meis cupide premis oscula labris,
Nec mihi, Galla, magis, quæ premis vda placent.
Non quæ oculis, quæ multa genis, quæ deniq; fronti,
Nulla placent. Quare? non mihi, Galla, places.

Periculum atq; incommoda in amoribus.

Sume nouos prisca pro libertate dolores
Quisquis amas; nec mel cuncta in amore puta.
Dirus odorato sub gramine sibilat hydrus:
Horret & in mediis inuida spina rosis.

Ad Anum, horrenda facie.

Fecit Abantiades noua Gorgone marmora Perseus,
Tu mihi Abantiades, Gorgon & ipsa mihi es.

Ad Melissam.

Hoc strophium hunc cestum sparsasq; has murice vittas
Quæ festa rediens vrbe, Melissa, tuli,

Fas auferre tibi. sed, Sol vbi siderit vndis,
Cognita per tenebras ad coryleta veni.

De Flora puella Veronensi.

Hunc modo dat florem Venetę Verona iuuentæ,
Quæ te olim Romæ, docte Catulle dedit.
Quod si forte duos eadem vos secla tulissent,
Non foret à versu Lesbia nota tuo.

Venerem relicta Cypro, Venetias immigrasse.

Dic, age, tædiferi placidissima mater Amoris,
Hæc adeo vestro qui calet igne palus?
Vnde decor Venetis & gratia tanta puellis?
Sic ego; sic contra quum dea Cypris ait;
Posthabita quandoq; Samo, Carthaginis oram
Incoluit coniux si Iouis atq; soror.
Ipse etiam Pæan si, Deli valle relicta,
Thymbræos colles & iuga sæpe tenet;
Fas mihi sit Paphiam mutasse paludibus arcem,
Æquoris imperium quas penes omne mei.
Et tamen est illis ratio diuersa mihique;
(Sed neq; lex superos alligat vlla deos.)
Iuno Samum repetat: Delumq; reuisat Apollo,
Nescius in solido sistere calle gradum:
At nos, sceptra semel Cypriæ cui cessimus aulæ,
Sic Veneta æternum ludere in vrbe libet.

Ad Cynthiam Venetam.

Cantet in aprica tibi quum Philomena fenestra
Cynthia, torpenti dum riget vnda gelu;
Quis Venetos nemorum contemnere posse leporem,
Quis bruma in media ver neget esse, tibi?

Ad Angelam Venetam.

Quis lethum vitamq; in eadem sede morari,
Te nisi contemplans, Angela, posse, putet?

Viuere nam prohibent quę oculis incendia vibras:
Nata oculis prohibet gratia blanda mori.
O, siue ex oculis (rerum pulcherrima) tantum
Gratia profflueret quæ mihi vita, tuis?
Siue medulliuoros solum iacularier ignes
Posses & fatum sic celerare meum!
Gratia nunc fulgurq; simul vitamq; necemq;
Miscentes, æquè dantq;, negantq; mori.
Felicem hanc sortem! si felix est quid amanti:
Tristem illam! tristis si tamen vllus amans.
Quid faciam? dubiusue petam? num condere flamma
Te iubeam? nuda & lumina ferre mihi?
Quid loquor? haud potis es lethale auertere fulmen,
Ni simul auertas viuificos oculos.
Ergo, oculos tibi neu libeat, ne abdere fulmen:
Me sed vitali morte perire iuuet.

De eadem Marina, sub persona Veneris.

Olim quæ populis sum dicta thalatta Graiis,
Nunc Venetis, Latia voce, Marina vocor.

Ad Martham Tympochrinam artis Musicæ miraculum.

Aut tua te genuit socia testudine mater,
Sic blandum nullo fila labore moues.
Aut certe edocuit numerorum præses Apollo,
Musarum vt decimam præficeat choreis.
Saxa, feras, homines, volucres, vaga flumina, siluas,
Orcum; Persephonem, tergeminumq; canem,
Seu fidibus, seu voce fides comitante trahebat.
Orpheus, tu victrix Orphea, Martha, trahes.

EPIGRAMMATVM LIB. III.
qui est Iconum.

In imaginem Herculis, sub pondere Cupidinis labascentis.

Vt labat exigui sub pondere pressus Amoris,
Cui cœli exiguum machina pondus erat!

In

In picturam Pyladis & Orestis.

Perpetui exemplum iuuenis Phocæus amoris
Certam pro socio certat obire necem.

In picturam Veneris Cupidinisq; dormientium.

Dum post funestos genitrixque puerq; labores
Deuicti placida sub requiete iacent.
Nunc saltem, ô, (si fas) miseri quæramus amantes
Lenimen nostris, consiliumue malis,
Vt prouisa minus nos alte spicula pungant,
Quæ sine non ausim vel meminisse metu.
Quippe arcum cecidisse licet videamq; pharetram,
Et de languidula tela remissa manu.
Sat tamen haud tutum sopitis credere diuis,
Queis sopor in nostrum somniat exitium.

Pictura Luxuriæ.

Luxuriem sequitur celeri pede semper Egestas.
Sunt gemini comites; hinc Pudor, inde Dolor.

In picturam Vulcani, Veneris, & Cupidinis.

Ignipotens mihi tela parat pater, alma Dione
Hic genitrix hominum corda ferire docet.

In Tolerantiæ imaginem.

Fer forti tua fata animo. Tolerantia sola est
Quæ facit æthereos vincere posse deos.

In pictum canem suum.

Sic stabam vigilans ad herilia limina custos,
Quum mea fata mihi luce dedere frui.
Exceptum liquido, post funera mœsta, colore
Hic posuit domini non malè grata manus.

Temperantia & Gula.

Corporis atq; animi totidem fert commoda secum
Temperies victus, quot Gula damna parit.

In

In picturam conuiuii, quod Carolus V. Tunisiorum Regi exhibuit.

Barbarico postquam prædoni, fortibus armis.
Eripuit Cæsar Punica regna pius,
Reddidit & miserans deiecto sceptra tyranno,
Passus in antiquo dicere iura foro:
Sæpe bonus propriis conuiuia splendida castris
Exhibuit, fidei dans monimenta dapes.
Ergo animi lætus rex, & Tuneteia pubes
Concelebrant fausto gaudia festa die.

Fortuna imago.

Haud vno longum gaudens Fortuna tenore,
Nescio proposita lubrica stare loco.

In picturam Danaes.

Si lusit Danaëen sub imagine Iupiter auri,
Auri, quæ spectas, disce timere dolos.

In triumphum, Carolo V. Neapolitanis decretum, pictore Iohanne Maiio.

Carole, barbarica meritos è cæde triumphos
Vrbs semel exhibuit quos tibi Parthenope,
Sæpe tua vt, relegens oculis, virtute fruare,
Pictoris Maii dexteea culta dedit.

In picturam Martis Veneris, & Cupidinis.

Exercet teneras ærata in Casside vires
Paruus Amor: vincti Marsq; Venusq; iacent.

Ad imaginem Candida.

Hos vultus seruent tibi longum numina: pulchrum
Dignior haud alia est mens habitare domum.

In aliam Candidæ imaginem & Cupidinis eam venerantis.

Casta suos vultus, & paruum propter Amorem,
Compositos vna vidit vt in tabula,

Tito-

Pictorem increpuit lachrymans hic Candida dictis,
Hæc si ego sum, iuxta cur malus adstat Amor?
Ille refert, vincens reliquas, tibi, Candida, soli
Victus Amor viden' vt flectat vtrumq; genu?
Vt tibi submittat corythum? arcumq; remissum?
Vtq; faces pede tu fractaq; tela premas?

In Cupidinis imaginem, in thermis positam.

Hic tua quis statuit signa, insidiose Cupido?
An tuus & mediis æstuat ignis aquis?

In Argi fabellam pictam.

Lumina quæ centum quondam Iunonius Argus
Sparsa caput circum malè peruigilantia gessit,
Postquam præsecuit ceruices aliser Arcas,
Diua suæ volucris voluit prætexere pennis.

In picturam Ius.

Ruptæ nulla fides fidei. Saturnia Iuno
Anxia mutatæ pellicis Inachidos,
Ponit Aristoridæ custodes lumina centum,
Arctaq; centum vincula luminibus.
Et tamen arte Iouis formæ donata priori
Exuit in Nili littore tuta bouem.

Ad patientia imaginem.

Nec patitur, bene qui patitur: nec vincere crede
Qui bene non vincit. victor & ipse sui est.
Vtiliter vis posse pati? te vincere disce,
Vtiliter te vis vincere? disce pati.

In Herculem dormientem, & à Pygmæis oppugnatum.

Terrigenam Antæum postquam Tirynthius heros,
(Ne reperet toties materno à gramine vires,)

Subli-

ublimemq; ſolo tenuit, fruſtraque parentis
uxilia inclamantem ad fortia pectora preſſit
ictor: & exanimum flauenti ſtrauit arena:
Dicitur herboſo ſediſſe in ceſpite feſſus,
Dum petit auſtero reſpiramenta labori.
Aſt illum ſecurum animi, neque tuta timentem,
(Vſqueadeo non vlla diu victoria conſtat)
Adrepens placidi per amœna ſilentia ruris
Ignauus Lethi frater Sopor, occupat: atro
Velatus circum nebuloſum corpus amictu.
Qui ferrugineis vt primum tempora pennis
Afflauit, magni pectus victoris opacans:
Continuo rigidus peruadit languor in artus
Inſinuans: flectitque ad humum totumque ſupinat
Alciden: reſidique tegit demerſa quiete
Lumina: labenteſque manus & brachia torpent.
Ac, niſi quod patulo ſuſpiria ductitat ore,
Antæo ſimilis potuit iacuiſſe videri,
Ergo, noctipotens inter ſua nubila Somnus,
Aſpice, monſtrorum vt domito domitore ſuperbus
Subſilit ignauum, & tardo pede proderit herbam!
Quem iuxta, fera bella mouens Pygmæa iuuentus
(Ceu quondam trepidans Palamedis ab alite viſa)
Attonita rapit arma manu, inſultatque iacenti
Amphitrioniadæ: at, quamuis Sopor alligat altus,
Haud ſecura tamen, nec aperto Marte laceſſit
Per tacitum ſtructura dolos. vt cautus Vliſſes.
Creditur immanem vino ſtrauiſſe liquenti
Cyclopa, ac proprio victum cœcaſſe ſub antro.
Aſpice, vt vnanimi coeunt: pars vincula nectit
Arcta pedi: rutilos ſubdit pars eminus ignes,
Hirſutas populanſque genas, ſyluoſaque menta.
Ille petit telis, nodoſæ hic robora clauæ
Comminus incumbens premit: & molimine vano
Tentat victrici nequidquam euoluere dextra.

Parcite

Parcite mortales lætis confidere rebus.
Parcite perpetuos vobis promittere honores.
Parcite languenti virtutem tradere Somno.

In nauem in Caroli V. exsequiis circumlatam, nauigationem Indianam significantem.

Non auri suis, aut famæ ambitiosa cupido,
Non sceptri persuasit amor tot adire labores:
Humani sed te generis pia cura coegit
Nauibus ignotas inuestigare per oras,
Queîs sacra inferres, populos, Christoque dicares,
Membra salutiferæ lustrans aspergine lymphæ.
Successus neq; te Cæsar, spe certa petiti
Destituit, donec de littore soluit Ibero
(Neptuno sternente viam, & Tritonibus vdis)
Auspiciis veneranda tuis, transq; æquora vecta
Relligio, tandem auriferis allabitur Indis,
Luce noua irradians mersas caligine mentes.

In Columnas Herculeas eadem in pompa circumlatas.

Iure tibi Herculeas sumpsisti signa columnas,
Monstrorum domitor temporis ipse tui.

In Cupidinis imaginem in thermis positam.

Hic tuaquis statuit signa, insidiose Cupido?
An tuus & mediis æstuat ignis aquis?

In imaginem Victoriæ, gestantis in vlnis pacem, & pedibus calcantis Martem.

Sic cecidi vt melius nequeam cecidisse, Quirites;
Sic vixi, vt nemo vixerit vtilitas.
Dum vixi, mea vixistis quoq; signa sequuti:
Dum cado, res feci publica ne caderet.

Ad imaginem Marinæ Venetæ, speciæ Veneris.

Olim quæ populis sum dicta Thalatria Graiis,
Nunc Venetis, Latia voce, Marina vocor.

In

In statuam Veneris atq; Cupidinis, in palatio Patriarchæ Aquilegiensis.

Hæccine Mulciberi est lasciua & adultera coniux?
Martis amor? genitrix Pergameique ducis?
Hic igitur pudor vnde nouus? cur ista papillam,
Inguináq; vt celet cur petit illa manus?
Scilicet ipsa tuos oculos, Grimane, veretur:
Séque tibi fugitans occulit ales Amor.
O, qui matronas deceant, te Præsule, mores,
Cui stet, cum puero, sic pudibunda Venus!

In imag. Mercurij Psychen in cælum subuehentis.

Qui Psychen subuectat in æthera penniger Arcas
Admonet ingenio sidera celsa peti.

In caluariam humanam tumulo destinatam.

Siste gradus: oculisque animoque huc aspice: vultus
Hæc hominum cunctos vna tabella gerit.
Grudius hanc, primo viridis sub flore iuuentæ,
Iam tum venturi temporis ante memor,
Ipse meis pinxi digitis: tumuloque paraui:
Sortis vt hinc, hospes, commoneare tuæ.
Iam nunc instantem debent sua corpora mortem,
Mortalem immemorem nominis esse nefas.

HENDECASYLLABORVM LIBER VNVS.

Ioanni Christophori Calueto Stellæ.

DItis gloria, Stella, Barcinonis,
Et quotquot similes tui, meique,

Digitized by Google

Aurem quotquot habent parùm seueram;
Quos lusus tener, atque amor pudicus,
Sincerique sales, nec infaceti,
Et iunctæ Satyris leues Napææ,
Et ruris lepidi iuuat voluptas;
Vobis carmina nostra comparantur.
Vos tutabimini meos libellos.
Austera at procul hinc facesse turba:
Atrox hic nihil est; nihil cruentum.
Lasciua & procul hinc facesse turba;
Solutum nihil hic: nihil supinum;
Hîc salax nihil; hîc nihil proteruum.
Nostri nil petulans habent libelli;
Sed, quod blanditijs petita nullis,
Ac Cupidinis insciens puella
In matris recitet sinu verendæ:
Censor theulogus & probet benignè:
Gesnerusque legat scholæ tenellæ,
Castrator pius ille Martialis.

Margareta Copiria ad suos.

Si vos, chara parens, sororque chara,
Si te, chare vir, occubans fefelli,
Partus post triplicis graues labores,
Languore ex subito repentè cœlo
Transcripta, & supero euocata nutu;
Queri parcite: nec vocate duram:
Neu frustra miseros ciete fletus.
Haud vos deserui; sed antecessi.

Helio Eobano Hesso, Norimberga 1532.

Immortale decus soli parentis,
Et rarum Latiæ decus Camœnæ,
Hæli, deliciæ nouem sororum;
Doctûm qui celebris per ora vatum

Plauden-

Plaudentis veheris canore famæ:
Si quæ danda noui putas amici
Scriptis tempora clariora vitæ,
Quæ longè vtilius ſoles locare,
Vates Argolicos magis ſuauè
Docens Auſonio ſonare plectro;
Leges funera Principis beatæ;
Nomen pacificæ potita dulce
Quæ longi ſerie colatur æui.
Iſtis ſi auribus hæc nihil (quod optem)
Aut ſcabrum nimis aut inexpolitum,
Sed quiddam tolerabile inſonabunt;
Felix ſat fuero; & ſatis probatus
At ſi (quod vereor) minus placebunt,
Vulcano dabis vſtulanda flammis.

In Salm. Macrinum T. impudenter mendacem.

Dum fames miſerum & macrum Macrinum,
Nullum & tetra ſcelus timens egeſtas
Depreſſat nimium, & fatigat vſque;
Ære proſtituit ſuas Camœnas:
Et, conductitius poëta factus,
Magnum carmine Carolum laceſſit:
Dum criſtas aquilam timere galli
Fingit ſcilicet; & facit fugacem.
Ac (ſi dijs placet) haud veretur amens
Peius addere; miſcuiſſe diri
Sanctum pocula Cæſarem veneni.
Quid non, macra fames, iubes malorum?
Aut ſcelus quod inops times egeſtas?
Sed quid futilibus ſuis ſuſurris
Veſanus, temerarius Macrinus
Vel ſperat ſibi, poſtulátve tandem?
Surda an poſteritas vt aure fiat
Diri carminis impijs venenis?

Digitized by Google

Vel quid pro ſcelere improbo ac nefando,
Deteſtabilibuſque pro ſuſurris
Meretur ſatis horridum, & ſeuerum?
Virgas? lora ne? fuſtuariúmne?
Veracéſne metus? fugamne veram?
An veri magè poculum veneni?
Certè. at aſperius libet precari:
Vt conductitius poëta ſemper,
Mendax turpiter, impudenſque ſemper,
Ære proſtituat ſuas Camœnas:
Ac preſſet nimium, & fatiget vſque
Nullum terra ſcelus timens egeſtas,
Et fames miſerum & macrum Macrinum.

De reſtituto, Lauræ ſepulcro, ab Franciſco primo.

Rex, ô, magnanime, atque amice Muſis,
Qui poſt tempora tot fluentis æui
Nouum manibus excitas ſepulchrum
Pudicæ dominæ ſacri poëtæ,
Quo Thuſcus meritò ſuperbit Arnus.
Debet Laura tibi; & tibi Petrarcha:
Vnum at difficile expedire. plúſne
Laura, an plus tibi debeat Petrarcha.

Neæra ab Ioanne Secundo ſculpta.

Formoſæ hæc Veneris Neæra cura,
Cœlo, & nobilis oſculis Secundi eſt.

Nicolao Mamerano.

Mamerane, manus, genu, pedeſque
Seruiles ſine baſient Iberi.
Gens nos libera, gens amica Muſis,
Dilectæ dominæ genas, ocellos,
Et fragrantia baſiemus ora.

In pla-

In plagiarium, sua Nugarum titulo inscribentis.

Nugas cur vocitas tuos libellos
urum maxime litteratoriorum?
olle pessime, tolle tolle furta:
edde vatibus improbas rapinas.
otam, pessime, paginam repone,
andenti niue quâ puella adurit
ncauto iuueni proterua pectus.
otam pessime, paginam repone,
Quâ desidereo venire olympo
ixum vulnere amor deum coëgit.
Redde, pessime, redde redde furta
incero, Aoniæ patri choreæ,
Queîs Christus queritur suos dolores.
Redde, pessime, redde furta;
Redde vatibus improbas rapinas,
Furum maxime litterariorum.
Sic demum poteris tuos libellos
Insulsos, fatuos, leues, inanes
Veraci titulo vocare nugas.
At, vos, ô, Satyri, iocosa turba,
Si vos cura tenet sacrûm virorum,
Cingunt queis hederæ comam sequaces,
Vos, ô, vos decet improbas rapinas,
Et tot pessima vindicare furta.
Hunc ergo plagiarium poëtam,
Vrtica truce terga morsicatum,
Vos permeiete mentulis caprinis;
Dum reddat lacer improbas rapinas.
Mox dein continua cacatione
Insulsas, fatuas, leues, inanes,
Veras denique concacate nugas.

Honorato Ianio patriam repetenti.

Me sine, ad patrias redibis oras.

Seu, quæ virgineæ dicata diuæ,
Quam penes nemorum manet potestas,
Et, quæcunque nemus colunt, ferarum,
Senis exsilit illutosa cannis:
Seu, quæ frigidulum citans Soporem,
Horarum didicit notare cursus:
Seu, quæ publica, publicos in vsus
Deducta, irriguo fluit liquore;
Quo sæpe à rapido leuatus æstu,
Fasce dum posito sedet viator
Felices mihi comprecatur annos.
  Aut qui cum, salibus lepore tinctis,
Argutisque iocis, nec infacetis
Alternare queam seuera dicta;
Hinc quæ Socratici tibi libelli,
Stageræ & veteris decus perenne,
Præceptisque Panætius disertis,
Et scholæ Argolicæ verenda turba,
Hinc penu locuplete liberalis
Arpinas Ratio senex ministrat.
  Nam te quis melius, peritiúsve,
Nexu flexibili & tenace vinclo
Tortosque ancipitesque syllogismos,
Nodos irresolubilesque soluat?
Explanétve poëticos libellos?
Deûm progenies? deûmque amores?
Tot secli quoque fabulas prioris?
Et tot mystica sensa fabularum?
Aut quis historiæ vetustioris
Mores, nomina, temporumque lapsus?
Orbis quis varios perinde tractus,
Montes, æquora, flumina, ac paludes,
Arces, oppida, viculos, colonos,
Leges, legiferos viros, monetas,
Reges, imperium, vagasque gentes,

Duces

Duces, prælia, funera, & trophæa,
Ore doctius explicet rotundo?
Iam, quis dexteriúsve, certiúsve
Collapsos veterum, grauique pressos
Sub caligine procidentis æui,
Nube & temporis obrutos labores
Situ vindicat eruit, reponit,
Sanat, restituitque, reficitque,
Primæuoque iterum polit nitore?
Communis merearis vt vocari
Parens iam veterum nouus virorum.
Quis mathemata verius quis artes
Callet omnigenas? semelque totum
Naturæ genium tenet potentis?
Tu tamen patrias redito ad oras,
Atque arua Hesperiæ beata terræ,
Quâ serum posuit cubile Titan:
Quo te Carolus orbis imperator,
Quò te magnanimus vocat Philippus:
Neptuno & facili ferente vento,
Tutus per tumidas veharis vndas,
Vdæ ad littora rauca Barcinonis:
Stellam quâ reducem suum manentes
Coniux anxia, paruulique nati
Occurrent bibulas adusque arenas:
Et cingent cupidè hinc & hinc lacertis;
Figentque oscula & hinc & hinc labellis;
Spargent fronde simul solum virente; &
Nectent tempora floreïs corollis,
Et myrti teneræ comas honore.
Hinc mox ad patriam meabis vrbem;
Et Valentiâ te beata cernet:
Felix illa quidem ac beata merce,
Quam mittit procul hinc Eoüs, illinc
Mollis quos zephyri fouent tepores;

Seu, quæ virgineæ dicata diuæ,
Quam penes nemorum manet poteſtas,
Et, quæcunque nemus colunt, ferarum,
Senis exſilit illutoſa cannis:
Seu, quæ frigidulum citans Soporem,
Horarum didicit notare curſus:
Seu, quæ publica, publicos in vſus
Deducta, irriguo fluit liquore;
Quo ſæpe a rapido leuatus æſtu,
Faſce dum poſito ſedet viator
Felices mihi comprecatur annos.
Aut qui cum, ſalibus lepore tinctis,
Argutiſque iocis, nec inſacetis
Alternare queam ſeuera dicta;
Hinc quæ Socratici tibi libelli,
Stagera & veteris decus perenne,
Præceptiſque Panætius diſertis,
Et ſcholæ Argolicæ verenda turba,
Hinc penu locuplete liberalis
Arpinas [illegible]atio ſenex miniſtrat.
Nam te quis melius, peritiúſve,
Nexu flexibili, & tenace vinclo
Torteſque ancipiteſque ſyllogiſmos,
Nodos irreſolubileſque ſoluat?
Explanétve poëticos libellos?
Deûm progenies? deûmque amores?
To[illegible] quoque [illegible]
F[illegible]

ices, prælia, funera, & trophæa,
æ doctius explicet rotundo?
n. quis dexteriuſve, certiúſve
ollapſos veterum, grauique preſſos
ib caligine procidentis æui,
ube & temporis obrutos labores
tu vindicat eruit, reponit,
nat reſtituitque, reficitque,
imæuoque iterum polit nitore?
ommunis merearis vt vocari
rens iam veterum nouus virorum.
uis mathemata verius quis artes
allet omnig nas? ſemelque totum
aturæ genium tenet potentis?
Tu tamen patrias redito ad oras,
tque arua Heſperiæ beata terræ,
uâ ſerum poſuit cubile Titan:
uo te Carolus orbis imperator,
uo te magnanimus vocat Philippus:
eptuno & facili ferente vento,
utus per tumidas veharis vndas,
dæ ad littora rauca
tellam quâ redu entes
oniux anxia, p
ccurrent bib s:
t cingent c certis;
igentque
cent

Tot

Seu, quæ virgineæ dicata diuæ,
Quam penes nemorum manet poteſtas,
Et, quæcunque nemus colunt, ferarum,
Senis exſilit illutoſa cannis:
Seu, quæ frigidulum citans Soporem,
Horarum didicit notare curſus:
Seu, quæ publica, publicos in vſus
Deducta, irriguo fluit liquore;
Quo ſæpe à rapido leuatus æſtu,
Faſce dum poſito ſedet viator
Felices mihi comprecatur annos.
Aut qui cum, ſalibus lepore tinctis,
Argutiſque iocis, nec inſacetis
Alternare queam ſeuera dicta;
Hinc quæ Socratici tibi libelli,
Stageræ & veteris decus perenne,
Præceptiſque Panætius diſertis,
Et ſcholæ Argolicæ verenda turba,
Hinc penu locuplete liberalis
Arpinas [illegible] senex miniſtrat.
Nam te quis melius, peritiúſve,
Nexu flexibili & tenace vinclo
Tortoſque ancipiteſque ſyllogiſmos,
Nodos irreſolubileſque ſoluat?
Explanétve poëticos libellos?
Deûm progenies? deûmque amores?
To[illegible] quoque[illegible]
F[illegible]

Duces, prælia, funera, & trophæa,
Ore doctius explicet rotundo?
Iam quis dexteriúſve, certiúſve
Collapſos veterum, grauique preſſos
Sub caligine procidentis æui,
Nube & temporis obrutos labores
Situ vindicat eruit, reponit,
Sanat, reſtituitque, reficitque,
Primæuoque iterum polit nitore?
Communis merearis vt vocari
Parens iam veterum nouus virorum.
Quis mathemata verius quis artes
Callet omnigenas? ſemelque totum
Naturæ genium tenet potentis?
Tu tamen patrias redito ad oras,
Atque arua Heſperiæ beata terræ,
Quâ ſerum poſuit cubile Titan:
Quo te Carolus orbis Imperator,
Quo te magnanimus vocat Philippus:
Neptuno & facili ferente vento,
Tutus per tumidas veharis vndas,
Vdæ ad littora rauca [illegible]:
Stellam quâ redu[illegible]entes
Coniux anxia, p[illegible]
Occurrent bib[illegible]s:
Et cingent c[illegible]certis;
Figentque [illegible];
[illegible]gent [illegible]

Tot

Seu, quæ virgineæ dicata diuæ,
Quam penes nemorum manet poteſtas,
Et, quæcunque nemus colunt, ferarum,
Senis exſilit illutoſa cannis:
Seu, quæ frigidulum citans Soporem,
Horarum didicit notare curſus:
Seu, quæ publica, publicos in vſus
Deducta, irriguo fluit liquore;
Quo ſæpe a rapido leuatus æſtu,
Faſce dum poſito ſedet viator
Felices mihi comprecatur annos.
Aut qui cum, ſalibus lepore tinctis,
Argutiſque iocis, nec infacetis
Alternare queam ſeuera dicta;
Hinc quæ Socratici tibi libelli,
Stagera & veteris decus perenne,
Præceptiſque Panætius diſertis,
Et ſcholæ Argolicæ verenda turba,
Hinc penu locuplete liberalis
Arpinas Ratio ſenex miniſtrat.
Nam te quis melius, peritiúſve,
Nexu flexibili & tenace vinclo
Torteſque ancipiteſque ſyllogiſmos,
Nodos irreſolubileſque ſoluat?
Explanétve poëticos libellos?
Deûm progenies? deûmque amores?
Tot [illegible] quoque [illegible]
F[illegible]

by Google

Duces, prælia, funera, & trophæa,
Ore doctius explicet rotundo?
Iam quis dexteriuſve, certiuſve
Collapſos veterum, grauique preſſos
Sub caligine procidentis æui,
Nube & temporis obrutos labores
Situ vindicat eruit, reponit,
Sanat, reſtituitque, reficitque,
Primæuoque iterum polit nitore?
Communis mereare vt vocari
Parens iam veterum nouus virorum.
Quis mathemata verius quis artes
Callet omnigenas? ſemelque totum
Naturæ genium tenet potentis?
Tu tamen patrias redito ad oras,
Atque arua Heſperiæ beata terræ,
Quâ ſerum poſuit cubile Titan:
Quo te Carolus orbis Imperator,
Quo te magnanimus vocat Philippus:
Neptuno & facili ferente vento,
Tutus per tumidas veharis vndas,
Vdæ ad littora rauca [illegible]:
Stellam quâ redu[illegible] entes
Coniux anxia, p[illegible]
Occurrent bib[illegible] s:
Et cingent c[illegible] certis;
Figentque [illegible];
[illegible] ent [illegible]

Vel quid pro ſcelere improbo ac nefando,
Deteſtabilibuſque pro ſuſurris
Meretur ſatis horridum, & ſeuerum?
Virgas? lora ne? fuſtuariúmne?
Veracéſne metus? fugámne veram?
An veri magè poculum veneni?
Certè. at aſperius libet precari:
Vt conductitius poëta ſemper,
Mendax turpiter, impudenſque ſemper,
Ære proſtituat ſuas [illegible] amœnas:
Ac preſſet nimium, & fatiget vſque
Nullum tetra ſcelus timens egeſtas,
Et fames miſerum & macrum Macrinum.

De reſtituto, Lauræ ſepulcro, ab Franciſco primo.

Rex, ô, magnanime, atque amice Muſis,
Qui poſt tempora tot fluentis æui
Nouum manibus excitas ſepulchrum
Pudicæ dominæ ſacri poëtæ,
Quo Thuſcus meritò ſuperbit Arnus.
Debet Laura tibi; & tibi Petrarcha:
Vnum at difficile expedire. plúſne
Laura, an plus tibi debeat Petrarcha.

Neæra ab Ioanne Secundo ſculpta.

Formoſæ hæc Veneris Neæra cura,
Cœlo, & nobilis oſculis Secundi eſt.

Nicolao Mamerano.

Mamerane, manus, genu, pedeſque
Seruiles ſine baſient Iberi.
Gens nos libera, gens amica Muſis,
Dilectæ dominæ genas, ocellos,
Et fragrantia baſiemus ora.

In plagiarium, ſua Nugarum titulo inſcribentis.

Nugas cur vocitas tuos libellos
Furum maxime litteratoriorum?
Tolle peſſime, tolle tolle furta:
Redde vatibus improbas rapinas.
Totam, peſſime, paginam repone,
Candenti niue quâ puella adurit
Incauto iuueni proterua pectus.
Totam peſſime, paginam repone,
Quâ deſidereo venire olympo
Fixum vulnere amor deum coëgit.
Redde, peſſime, redde redde furta
Sincero, Aoniæ patri choreæ,
Queîs Chriſtus queritur ſuos dolores.
Redde, peſſime, redde furta;
Redde vatibus improbas rapinas,
Furum maxime litterariorum.
Sic demum poteris tuos libellos
Inſulſos, fatuos, leues, inanes
Veraci titulo vocare nugas.
At, vos, ô, Satyri, iocoſa turba,
Si vos cura tenet ſacrûm virorum,
Cingunt queis hederæ comam ſequaces,
Vos, ô, vos decet improbas rapinas,
Et tot peſſima vindicare furta.
Hunc ergo plagiarium poetam,
Vrtica truce terga morſicatum,
Vos permeiete mentulis caprinis;
Dum reddat lacer improbas rapinas.
Mox dein continua cacatione
Inſulſas, fatuas, leues, inanes,
Veras denique concacate nugas.

Honorato Ianio patriam repetenti.

Me ſine, ad patrias redibis oras,

Atque arua Heſperiæ remota terræ,
Quà ſerum poſuit cubile Titan,
Fidus magnanimo comes Philippo,
Iberûm decus vnicum virorum,
Quicunque Aonias amant ſorores,
Doctæ & Palladis vna cura, Iani
Honorate, animi mei voluptas;
Quo nil cultius, expolitiuſque
Aut Tagus colit, aut minax Iberus:
Quo Valentia geſtiens alumno
Deſpectat reliquas ſuperba terras.
Ac tecum Heſperias reuiſet vrbes,
Qui te diligit vt ſuos ocellos,
Et Graiis bonus, & modis Latinis,
Iucundus ſimul, & ſimul venuſtus
Conſaluus meus: atque Garcilaſſus:
Et, quis pro meritis, tibi rependat
Amorem Benauidius perennem.
Tum, quem delicias tibi facetas
Auguſtina domus dedit vetuſta,
Facundis Hieronymus labellis.
Et, qui Phœbicolas viros honorat,
Clarus artibus ipſe mox futurus
Petrus ille Auilæ propago ſtirpis.
Tuque, ô flammiferi beata cœli
Seſe regia ſæpe cui recludit,
Doctor vnice præpotentis aulæ,
Aulæ chare ſenex: tot vt retruſa
Vatum oracula præſcium queas, &
Verbis vnigenam expedire Chriſtum.
Accedet lepidis ſacer Camœnis,
Iucunduſque ſimul: ſimul venuſtus,
Et Graiis bonus, & bonus Latinis,
Noſtram qui ſolet approbare Muſam,
Nec luſus patitur perire noſtros,

Ditis

Ditis gloria Stella Barcinonis:
Seu mauult patrio ſonare plectro
Doctos Hendecaſyllabûm labores:
Seu grauis Latio intonat cothurno
Magni, poſtera quæ ſtupeſcat ætas,
Geſta principis, & ſacros triumphos.
Nec, me monticolis deis canentem,
Inter Naiadas, & leues Napæas,
Nec muſcoſa per antra garrientem
Vocalem mutilata verba diuam
Subnigris fruticum audies latebris.
Nec, per gramine prata mollicello,
Vmbroſis ſpaciaberis ſalictis:
Paruus Gæuera quâ virente ripa,
Ac pellucidulis decorus vndis,
Leni murmure blandulùm ſuſurrat:
Dulci & gutture perſtrepunt volucres.
Nec mecum zephyri recentis auras
Captabis, nemorum vagans opacis
Comis pomiferûm: vel inter alta
Quercus robora, candidaſque fagos
Antiquæ ſyluæ & cauos receſſus,
Sacratos Veneri, & nouem deabus,
Latoo & domino nouem dearum:
Et, qui corda ferit furore dulci,
Æternum volucri ſacros Amori.
    Ergo, cui potero meæ calores
Et queſtus lege improbos iuuentæ?
Noſtris cui libeat vacare Muſis?
Emendare ſimul meos labores,
Seu dum ſeria ſeu iocoſa tracto?
Vt nuper tibi? dum mei pererras
Alſinbergiaci hortulos amœni,
Et gratos teneris agros Camœnis:
Inter murmura tot ſtrepentis vndæ,

Seu, quæ virgineæ dicata diuæ,
Quam penes nemorum manet poteſtas,
Et, quæcunque nemus colunt, ferarum,
Senis exſilit illutoſa cannis:
Seu, quæ frigidulum citans Soporem,
Horarum didicit notare curſus:
Seu, quæ publica, publicos in vſus
Deducta, irriguo fluit liquore;
Quo ſæpe a rapido leuatus æſtu,
Faſce dum poſito ſedet viator
Felices mihi comprecatur annos.
Aut qui-cum, ſalibus lepore tinctis,
Argutiſque iocis, nec inſacetis
Alternare queam ſeuera dicta;
Hinc quæ Socratici tibi libelli,
Stageræ & veteris decus perenne,
Præceptiſque Panætius diſertus,
Et ſcholæ Argolicæ verenda turba,
Hinc penu locuplete liberalis
Arpinas Latio ſenex miniſtrat.
Nam te quis melius, peritiúſve,
Nexu flexibili & tenace vinclo
Tortoſque ancipiteſque ſyllogiſmos,
Nodos irreſolubileſque ſoluat?
Explanétve poëticos libellos?
Deûm progenies? deúmque amores?
Tot ſecli quoque fabulas prioris?
Et tot myſtica ſenſa fabularum?
Aut quis hiſtoriæ vetuſtioris
Mores, nomina, temporumque lapſus?
Orbis quis varios perinde tractus,
Montes, æquora, flumina, ac paludes,
Arces, oppida, viculos, colonos,
Leges, legiferos viros, monetas,
Reges imperium, vagaſque gentes,

Duces

Duces, prælia, funera, & trophæa,
Ore doctius explicet rotundo?
Iam quis dexteriuſve, certiúſve
Collapſos veterum, grauique preſſos
Sub caligine procidentis æui,
Nube & temporis obrutos labores
Situ vindicat eruit, reponit,
Sanat reſtituitque, reficitque,
Primæuoque iterum polit nitore?
Communis merearis vt vocari
Parens iam veterum nouus virorum.
Quis mathemata verius quis artes
Callet omnigenas? ſemelque totum
Naturæ genium tenet potentis?
Tu tamen patrias redito ad oras,
Atque arua Heſperiæ beata terræ,
Quâ ſerum poſuit cubile Titan:
Quo te Carolus orbis Imperator,
Quò te magnanimus vocat Philippus:
Neptuno & facili ferente vento,
Tutus per tumidas veharis vndas,
Vdæ ad littora rauca Barcinonis:
Stellam quâ reducem ſuum manentes
Coniux anxia, paruulique nati
Occurrent bibulas aduſque arenas:
Et cingent cupidè hinc & hinc lacertis;
Figentque oſcula & hinc & hinc labellis;
Spargent fronde ſimul ſolum virente; &
Nectent tempora floreïs corollis,
Et myrti teneræ comas honore.
Hinc mox ad patriam meabis vrbem;
Et Valentiâ te beata cernet:
Felix illa quidem ac beata merce,
Quam mittit procul hinc Eoïs, illinc
Mollis quos zephyri fouent tepores;

Digitized by Google

Tot viriſque beata litteratis:
Sed felix magis, & magis beata,
Ac tanto magè glorioſa nato:
Altæ& collibus inuidenda Romæ.
Tecum illuc comites eant amici:
Et læti excipiant reuerſum amici:
Stipatuſque ſodalium corona,
Vernantes oleas & inter aureas
Citros floribus vſque candicantes,
Narrabis cupidis tuos labores,
Erroreſque viæ laborioſæ,
Suritæ, veteri mei ſodali,
Germanique animæ mei Secundi:
Reſendoque, Sepuluedæque magnis:
Quorum nomina nulla tollet ætas.
Ac, dum ſingula te iuuat referre,
Et lugubria temperare lætis:
Forſan nec meminiſſe te pigebit
Alſinbergiaci mei venuſti:
Ipſe & pars fuero tuæ loquelæ:
Sui & carmina Belgici poëtæ
Docto Ianius intonabit ore.
At tu Palladis vna cura, Iani
Iberûm decus vnicum virorum,
Honorate, animi mei voluptas,
Quæ te cunque dehinc tenebit ora,
Præſens mi tua & vſque & vſque imago
Obuerſabitur intimis ocellis!
Hæreſcetque mihi intimis medullis.
Rurſus, noſtra ſibi vſque & vſque imago
Obuerſetur & intimis ocellis:
Hæreſcat tibi & intimis medullis.
Sic te, Palladis vna cura, Iani
Honorate, libens honore honeſtet
Magni Carolus orbis Imperator:

Et bo-

Et bonus tibi nil neget Philippus:
Delectum at numero choroque ab omni
Prudens ſeuocet eruditiorum,
Quos ſiue Itala terra, ſiue Ibera
Ad vſque Herculeas habet columnas;
Patris delicias, auique, & orbis,
Spem ſecli & melioris vt puellum
Formes aureolum, fauente cœlo,
Ritu, moribus, eruditione.

Andreæ Stellæ Bruxellenſi.

Qui me Teutonicas tot & per vrbes
Per & Rhetica ſaxa, per & alpes
Rigentes caput algidis pruinis
Deduxti ad Venetas comes lacunas,
Ægrum dein Venetis & in lacunis
Viſis ſedulus, & foues benigne,
Andrea, tibi quid precor deorum
Gratus numina? (namque quod rependam
Nunc fortuna negat) bono ſodali
Optem quid potius, beatiuſue?
Quam te vt fata velint virere ſemper,
Æui tempora molliter terentem?
Cures nec patriæ virem cadentis.
Nec quid quiſque ſenex cadaueroſus
Priſcæ turpiter immemor iuuentæ
Seuero nimium ſuſurret ore?
Vt lætus valeas? graues & auro
Semper vt tibi tinniant locelli?
Quo ſe nulla neges tibi puella
Tentanti varios ſubinde amores.
Siue Anthenorea ſedebis vrbe,
Hæ ſeu te capient magis lacunæ
Et te nunc Marietta, nunc Camilla
Nunc te Florida, collibus Quirini

Quæ

Digitized by Google

Quæ ſpretis Venetas amat lacunas,
Nunc Bellochia candidis lacertis
Complexum teneat tenebricoſis
Dum te noctibus impotente luſu
Tranſmiſſis retegat dies recurrens
Laſſato quoque pene prurientem
Hæc optem tibi dum viret iuuenta,
Imis & calor aſtuat medullis.
Torpenti at mihi frigida ſenecta
Cui ſolos animos, vigore nullo,
Iam pridem fugitiua liquit ætas
Hoc tantum fuerit ſatis ſuperq;
Si vultu ſimilis meæ Cobellæ
Propinqua Catharina de feneſtra
Vilem pectine ductitans capillum
Moto vertice dulce fulgurantem,
Primos mi referat meos amores:
Et dignata ſenem alloquutione
Sinat cernere pætulos ocellos.

FVNERVM LIB. PRIMVS.

In funere Annæ Cobellæ vxoris

Sidentis quæ me es Solis ſectata ſub oras
  Vecta per æſtiuo torrida rura Cane,
Atque Pyræneas tempſiſti inuicta pruinas,
  A pluuioq; Ioue frigora dura pati;
Deſerto infandum lachrymanda, Cobella, marito,
  Et matri & charis fratribus, Anna, iaces:
Pulchraque iam ſæuis fœdabunt vnguibus ora
  Fida tibi ſemper pectora terna ſoror.
Quas nunc forte, rigens torquet dum plauſtra Bootes,
  Cernit in æquoreo littore ferre gradum,
Quâ glaucæ vitreâ ludunt Nereides vnda,
  Siccantes rutilas Sole tepente comas:

Aut

Aut Hagîj nemoris denſas errare per vmbras,
Et ſolitis alacres ludere deliciis.
Forſitan & lepidis nos admiſcere ſuſurris,
Heſperiumq; iuuat commemorare ſolum.
Cæſaris & forſan magni dum mente reuoluunt
Gratum animum, atque mei pondera ſeruitij;
Stultificas & opes, vmbrarum & ſomnia honores,
Multaque de nobis omina vana ferunt.
Forſitan & manibus teritur nunc littora noſtra,
Heu, nimium propera littera miſſa manu,
Febriles ſe iam pridem fregiſſe calores,
Iamq; tibi quartos leniter ire dies.
Non tamen audiuere, febris quo erratica ductu
In quartum reditus fixerit ante diem.
Non etiam, vt ſe poſt quartanæ iunxerit hydrops
Dirus, & à nullis exſatiandus aquis:
Non intemperiis fuerit vel maxima cauſſa
Indulgens mâli copia quod Libyci
Omnia quæ ad notas Dea garrula perferet aures,
Quæ cita per terras & freta longa volat
Sic ridet pelagi confidens nauta tumultus,
Æquora pacantes quum videt Alcyonas;
Turbida cui cœli tempeſtas imbribus atris
Iam feriet quaſſam in naufraga ſaxa ratem.
Felix ô, genitor! licuit cui triſtia natæ
Peruertiſſe ſuis funera funeribus!
Tu neque non felix mater, fraterue, ſororue
Queîs aberunt ſcripto triſtia multa meo,
Non ſubito ambiguæ credetis nuncia famæ;
(Sunt magna exiguæ commoda ſæpe moræ)
Bis ſeptem ſi non natarum funera præſens
Spectaſſet Niobe, non foret ipſa lapis.
Rex neque Cretęus ſpeculâ ſe mittat ab altâ,
Ni videat Theſei carbaſa nigra ſui.
Theſſalicis victrice rate quum redditus oris,

Negle-

Neglexit dubij iuſſa tenenda patris:
Aſt mihi,eheu,vociſque vias præcludit,& vſum:
Mœſtities,longa non minuenda die;
Lumina qui vidi indigna rugantia morte,
Nuper ſidereis æmula luminibus.
Lumina tunc in nos obtutu hærentia fixo,
Lumina blandiri ſic quoq; niſa mihi.
Vidi vocales tendentem ad ſidera palmas,
Officium linguâ iam renuente ſuum,
Lingua,quæ toties mœſtum eſt ſolata maritum,
Atque animam toties reddidit exanimi.
Frigidulis tenui ſingultibus exſpirantem;
Captaui extremnm,fugit vt ore,halitum.
Membraque compoſui mulcens frigentia letho,
Populeis vultum pallidior foliis.
Et querulos inter geminaui baſia planctus;
Mortua de ſalſis ora lauans lachrymis.
Funera pullatam duxi miſeranda per vrbem,
Quum mecum gemerent omnia voce pari:
Ipſe ſuos noſtris queſtus ſociauit Iberus;
Cingaque turgidulis fletibus intumuit.
Tempore non illo fuluis lucebat arenis
Exundans queruli turbida lympha Tagi;
Quum myrtum, & Cyprios beneolentia munera flores
Intulerunt tumulo fœmina virque tuo.
Tuque adeo,nondum ora notans lanugine prima,
Franciſce,Idalio ſternis honore ſolum;
Ac pia thura piæ fundis lachrymaſque ſorori,
Hæſiſti longis cui comes vſq; viis.
Ipſe quoque ante alios Ianus tibi dona Secundus
Mixta dedit rubris alba liguſtra roſis;
Atque hac,Anna ſoror,lachrymas miſerabilis munus
Addo (ait) à lachrymis iſta tepeſcat humus:
Condimus argenti qua pauca numiſmata puri,
Cœlo parta meo;quæ ſimulachra tui.

Parte vnà vultus, diuerſâ parte mariti
  Venturis populis ora videnda dabunt.
Eſſe comes nuper potui per Gallica regna;
  Cur tecum haud luſtro quæ modo regna petis?
Interea hæc vox vna viis Templiſque ſonabat.
  Fata nimis propere te rapuêre tuis.
Corpus inane animæ, atque animam ſine corpore, lõgâ
  Proſequimur pompâ relligioſa cohors,
Immortale æuum per ſecula cuncta precantes,
  Vrenteſque piis fumida dona focis.
Ipſe adeo impleui ſacris ſuffitibus aram,
  Pinguit & donis funus odoriferis,
Quæue Sabæus ager terris tranſmittit Iberis,
  Quæue dat aſſiduo Sole peruſtus Arabs.
Ipſe etiam clauſo dixi pia verba ſepulchro,
  Nomine ſiue domus, nomine ſiue meo.
Eheu, longæuæ nata anxia cura parenti,
  Oſſibus hic requies ſit diuturna tuis.
Eheu, materies fraternis longa querelis,
  Quam procul à Batauâ, quæ tibi terra parens?
Eheu, perpetui mœroris cauſſa marito.
  Sic poſitam cuſtos ſed mihi ſeruet Amor:
Nec finem, vt vitæ, Mors fido ponat amori:
  Fas eſt hic fatis iuris habere nihil.
Ter denos Lacheſis nec dum tibi nouerat annos,
  Rupit & indomita ſtamina vulſa manu.
Te multum vixiſſe neget, qui digerat annos,
  Aſt bene quæ vixit, vixit & illa diu.
O, felix nimium tellus, quæ amplecteris oſſa!
  O, nimium felix, qui tegis oſſa lapis!
Chara vale, Coniux noſtri memor, atque thorum,
  Æternum ſolidis hinc fruitura bonis.
Nam leuibus zephyris atque aurâ fœta recenti
  Diuitis Elyſij rura beata colis.
Quin tu parte tui cœlum meliore ſubiſti;

Membra

Digitized by Google

Membra manent iſto contrumulata loco.
Famâ etiam late nomen crebreſcet in orbe,
Carmine quod grati non breue nacta viri es:
Qui nunc, heu. mentem non conſolabilis ægram,
Luctiſonis ſine te, fletibus ora madet.
Nec tamen heu, lachrymis ſperat mulcere dolorem:
Haud perit at flendo paſcitur ipſe dolor:
Paſcitur ipſe dolor memori per tempora mente,
Dum ſecum bona, quæ deperiêre, putat.
Aurea nec Phœbe, rutili neq; luminis Eos
Certabant decori lux mea clara, tuo.
Occidis ecce tamen, mediâ ſubducta iuuentâ;
Ac pariter virtus, ingeniumq; iacent.
Ecquid? qui tremulo vertex radiabat ab auro,
Fiet deciduis calua retecta comis?
Cætera cur memorem? cur gaudia lapſa recenſens.
Damna per, in luctus ingenioſus eam?
Quid Pomona ſuis venena adducis ab Afris?
Debueras nocuas linquere nata feris.
I, nunc puniceæ celebra medicamina ſyluæ,
Acti, & Pœoniis finge iuuare modis;
Pallentiq; graues dic pellere corpore morbos;
Quæ lethi dominæ cauſſa fuêre meæ.
Quid querar, ô Coniux? quoue hinc veſtigia vertam?
Ni nuſquam apta meis vlla medela malis?
Si mihi tu nuſquam es: ſit te, chariſſima rerum,
Non teneo: dulci nec licet ore frui?
Ac neque te referant quæ vultu pignora linquis?
Et ſterilem nobis dij voluêre thorum?
Viuere ſic, ſine te, non erit mihi viuere; verum
Defectam longâ ducere morte animam.
Ergo, ô fatales mihi nunc abrumpite Diuæ
Si qua manent terna penſa trahenda manu.
Ceſſant? tu tonitrus, & ſæuæ lampadis ignes
In me (ſi pietas) deiaculare, pater.

Aut

Aut tu, Perſephone, melior Ioue, terra dehiſcat
Iam iube; pateant quà loca nigra mihi:
Triſtia quà fugiam ſpectacula ferreus ille eſt
Exempto quiſquis viuere amore poteſt.
Credite, non mouit furuas Rhodopeius vmbras;
Et cytharis Stygiæ non patuêre fores.
Nulla polo pietas. pietas non vlla ſub orco eſt.
Non audituros parce rogare deos.
Quid loquor ah demens? æterni ignoſcite diui.
Auferor heu, quo me luctus & ira rapit.
Quid ſed agam infelix? miſero aut quid deniq; reſtat,
Chara prius conſors, nunc quoq; chara mihi?
An patriam repeto? & qui nos iunxêre penates?
Suſtineoq; tuæ nuncius ire necis?
Quid mihi tunc animi, quum ſolus tecta ſubibo,
Quæ reuocent chari fœdera coniugij?
Fœdera ad octonos quæ vix perduximus annos,
Poſt primas ſocii delicias thalami?
Quid mihi tunc animi quum priſcæ conſcia flammæ
Ante oculos ſtabit ſylua videnda meos?
Nec tamen, heu, mecum notis ſpaciaberis vmbris?
Nec iunges preſſo in gramine molle latus?
Ire iterum in lachrymas ſtillantes omnia cogent
Lumina ſollicitis obruta mœſtitiis.
Infelixne igitur ſedeam crudelibus aruis,
Quæ medium meme ſurripuêre mihi?
Non ego, non poſthac, tanti monimenta doloris,
Nec videam extinctam qui tenuêre lares.
Non te, digna licet ſpectari, Mantua, cernam:
Occiduus fugiam quidquid & orbis habet.
Quin etiam valeas, mihi dudum maxime Cæſar:
Hoc quoq; mi (vereor) nunc graue nomen erit.
Iamq; niuoſa ideo perrumpere clauſtra Pyrenes,
Et glaciata gelu ſtat ſuperare iuga;
Vnde per audaci ſeu concita flumina pinu,

Siue rotâ volucri, currere detur iter.
Atque vtinam ipſe ſuas Arcas Deus adderet alas
Acriſion:ades vel mihi ſternat equum:
Dum longe te,terra nocens Hiſpana,relinquam,
Quo veniant de te nuncia nulla mihi.
Te fugio,tellus infamem funere tanto,
Obruitur veſtro gloria noſtra ſolo.
Te fugiam.quæ iniuſta rapis mea gaudia,tellus;
Impia(ſi neſcis)viſcera noſtra premis:
Viſcera quid dixi?mentem premis impia noſtram.
Heu premis,heu noſtrum tuq, animum, atq; animã.
Sed(quia fata iubent)tibi raptos æger amores
Depono;referat quos mihi ſumma dies.

In mortem Ioannis Secundi fratris.

Siccine in æternam clauduntur lumina noctem,
Lumina perpetuos digna videre dies?
Siccine pallentes raperis,germane,ſub vmbras?
Victima ſic Orci nil miſerantis abis?
Nec tua te virtus,duris exercita rebus,
Nec tua te pietas, nec tua nota fides,
Nec ſanctæ ſtudium Sophiæ remorantur euntem?
Eloquiumue potens?ingeniumue ſagax?
Arte Promethæâ quid viuas ducere formas
Profuit?aut cœlo ſaxa animaſſe tuo?
Alciatoue ſacras leges didiciſſe magiſtro,
Qui facit Inſubrum clarius eſſe ſolum?
Aonos aut dulces iam tum nouiſſe ſorores,
Curſabas patrium quum puer ante larem?
Cui mox Cyprigena iuueni,cum matre,Cupido
Blandus Acidaliis ora rigaret aquis,
Firmior ætate vt faceres certantia morti
Carmina,Thymbræo doctus ab ipſe Deo:
Quæ caneret facili dominæ blanditus amator;
Quæ gemeret duras peruigilante fores.

Ergo, nec audiuit te carminis author Apollo?
Ergo, pij vates turba profana ſumus?
Cura deûm fruſtra, fruſtra ſacra turba vocamur,
Mors quoque ſi ſacris non minus atra venit.
At, tibi, dij facerent, melior pars iſſet vt æui
Quum ſecuit vitæ ſtamina Parca tuæ.
Crudeles diuæ, Stygiis depoſcitis vmbris
Luſtrum cui quintum claudere non licuit?
Dij facerent, interque manus atque ora tuorum,
In patrioque ſolo te potuiſſe mori.
Vndique præruptis ſingultibus ora ſonarent;
Solaque non fleret te modo noſtra domus.
Mœſtus vterque tuam fleuiſſet Catſius vmbram,
Catſius in verſu clarus vterque tuo.
Clericus & fleſſet, qui fuſcâ ſub cute velat
Pectora non tacta candidiora niue.
Goclenius rapti ploraſſet funus amici,
Goclenius nullis vatibus inferior.
Atque alij, longo lachrymaſſent ordine amici,
Sectantes mortis dira feretra tuæ.
O, quam multa graues educens pectore queſtus
Corriperet madidas vngue puella genas?
Ipſa quidem ante alias flens charum Iulia vatem,
Illa tuus, frater, Iulia primus amor,
Iulia formoſas inter victura puellas,
Vatis amatoris munere clara ſui,
Immiti ſpargens myrtumque roſamque ſepulchro,
Condiret lachrymis funera deciduis;
Oraque de largo imprimeret turgentia fletu
Vatis amatoris, dona ſuprema, genis.
Tum longæua parens, nati complexa cadauer,
Mixta daret tepidis oſcula cum lachrymis.
Et non vna ſoror, laceros turbata capillos,
Et lanians ſæuâ pectus & ora manu,
Et tumulo terni, iunctiſſima pectora, fratres,

Digitized by Google

Diro cum gemitu florea ſerta darent.
Aut te ſi patriâ procul acceſſuq; tuorum
Inuidioſa deûm fata tulêre mori,
Saltem non diui ſpectaſſes vicus Amandi
Implentem vitæ munia ſumma tuæ;
Nec ſatis à patriâ prope, complexuq; tuorum,
At neque ſat noſtrâ de regione procul.
Nigra dies melius rigidos clauſiſſet ocellos,
Sub deſertorum rupibus Arragonum:
Siue Tagi ad ripas, calidi ſub lumine Phœbi;
Arida quum febris clauderet ora ſiti;
Quum ſæpe (vt memini) nequidquam fata precatus
Senſiſti ſurdos ad tua vota deos.
Serius vt certe veniſſent nuncia lethi,
Veniſſent domui ſic leuiora tuæ:
Et genitrix, quæ nunc ſubito exanimata dolore eſt,
Senſiſſet medicam temporis eſſe moram.
Forſitan ipſa etiam minuiſſent tanta locorum
Interualla aliquid; quod propiora negant.
Nec tam certa tuæ manaſſet fama ruinæ;
Eſſent nec lethi tot monimenta tui.
Lenius ipſe equidem ſic tunc mea damna tuliſſem,
Redditus aſſiduis durior vſq; malis;
Quum mea (quid grauius?) lenti poſt tædia morbi
Coniux eſt furuas ire coacta vias:
Nec charam illius potui comitarier vmbram;
Vt ſequerer duræ non voluêre deæ.
Quis ſcit an ipſe etiam tunc æquius occubuiſſes,
Languidus & fractus pene dolore meo?
Certe aliquid fuerat quoſdam ſpectare tuorum;
Quodque oculos tegeret fratris amata manus:
Et tumulo noſtræ componi poſſe Cobellæ:
Quodq; vnus fieret mixtus vterq; cinis.
Triſte ſubiiſſent Venerilla Neæraq; funus,
Quas Hiſpana tibi conciliarat humus.

Hæc quoq; frigenti tot baſia figeret ori,
Quot ſolita eſt viuo figere quotq; modis.
Ipſe ego thura,ſacraſq; darem cum carmine lauros,
Quæ tua promeruit nil temerata fides,
Quam longum pariter conceſſos egimus annos,
Seu fors blanda mihi,ſeu mihi dura fuit;
Quò me cunq; tulit fati imperioſa poteſtas,
Cæſaris ex terno dum vagor orbe comes,
Quem dominum late occaſus veneratur,& ortus,
Et plaga,ab aurifero quæ tepet vſque Noto.
Pinigero,ô,quoties hærentes vertice nubes,
Quæq; Pyrenæo nix iacet alta iugo,
Tecum vna potui celeri percurrere manno?
Sæuaq; ab hyberno frigora ferre Ioue?
Tecum vna Heſperios quoties contemnere ſoles,
Finderet arentes quum ferus ardor agros?
Ilicis,ô,quoties tecti requieuimus vmbra?
Quum dedit alternos noſtra Thalia modos?
O,quotes matutinas venatibus horas
Luſimus,vt caderet paruulæ præda lepus?
Tecum igitur duros potui qui ferre labores.
Qui tecum omnigenis ludere deliciis,
Cur non te potui per regna inamœna ſequutus
Tranſmitti Lethes dira fluenta nigræ?
Ac triſtes ſine luce domos ſine lumine lucos
Viſere inigrantes & comes ire vias?
Inde etiam tecum Elyſios habitare receſſus,
Quà per odoratum ſibilat aura nemus?
Sic mage conſtarent fraternę fœdera dextræ;
Nec meus imparibus paſſibus iret amor.
Veſtra mihi,diuæ,toties cur defuit ira?
Cur trahitis lentâ ſtamina noſtra manu?
Imo,ego quin ferro tantos finire dolores
Accelero?& mihi do,quod mala Parca negat?
Nam nec longa dies mihi me placauerit;aut quæ

Digitized by Google

Afflictos animos Bacchica dona leuant.
Quid tamen, heu, prodeſt renouari vulnera verbis?
Quidue iuuat gemitus publica damna ſequi?
Aut, tibi quid valeat me lethum vrgere negatum,
Si redimi noſtra mors tua morte nequit?
Spero equidem, (quin certa fides) veſtigia mox iam
Chara ſequar: neque nos diuidet illa dies.
Ergo, agite, ô, porro rigidarum penſa Sororum
Currite mi, nulla præpedienda mora.
At vos, ô, chari manes, requieſcite in vrnâ
Interea, tellus nec premat oſſa grauis.

De eodem Io. Secundo fratre.

Inuida te primâ rapuerunt fata iuuentâ;
Ne poſſes veteres exſuperare ſenex.
Iamque iſto germane, iaces tegeriſque ſepulchro;
Exiguo at tumulo non breue nomen habes.
Non te tempus edet, non fama obſcura recondet,
Nullo expers Clariæ tempore laudis eris.
Omnibus æternum viues celebratus in oris
Et mors par tantæ non erit inuidiæ.
Saxa etenim ſua ſors longinquo vt pulueret æuo
Perpetuis fatum non venit ingeniis.

De imagine fratris, picta ab Ioanne Schorello.

Ad ſecundum.

Quis te pingere dignior? Schorellus.

Ad Schorellum.

Quis Pingi tibi dignior? Secundus.

FVNERVM LIB. II.

Nic. Euerardo, Belgici Senatus præſidi:
Patri opt.

Euerardo patre, de Glycera genitrice creatum

Valchria

Valchria Nicoleon me tulit inter aquas.
Docta rudimentum dederat Louania legum:
Quæ mihi, mox à me, quas docuit, didicit.
Iuuerunt iuſtos oracula noſtra clientes.
Inflexêre animum munera nulla meum.
Integer hac æquum colui prius vrbe ſenator;
Poſt Batauis præſes iura ſacrata dedi.
Magnatum rigidiſque minis precibuſque potentum
Infractus ſenas pene trieterides.
Quum vocat huc iterum Cæſar me Carolus vltro,
Præſes & enſigeræ virginis arce locor.
Noſtro nec ſat habens ſeclo prodeſſe, reliqui,
Quæ, bona Poſteritas, te quoque lecta iuuent:
Natorum licuit viuenti cernere honores,
Quos mihi Bladellæ ſtirpis Eliſſa dedit:
Qui tumulum & titulos apto poſuêre parenti,
Aſtreæ, & Clario turba probata choro.
Parte mei meliore æui ſatur, aſtra petiui:
Deterior quadro hoc marmore preſſa latet.

Eliſſæ Bladellæ, matri optimæ.

Hoc ego, Bladellæ de nomine gentis, Eliſſa
Contumulata cubo, tempore victa, ſolo.
Præſide quæ fuerim quamuis celebrata marito,
Et natis, tumulum qui ſtatuere pii:
Vicenoſque quater ductarit ſtamen in annos,
Hoc tamen audiuit me ſibi Parca queri.
Clara tuis, coniux, titulis & clara ſepulchro,
Quod non & noſtros vrbs habeat cineres.

Mercurino Gatinario, Caroli V. Cancellario.

Deſinite, ô, vanis ſuperos vrgere querelis:
Surrigere & tenſas, irrita vota, manus.
Haud reuocant lachrymæ, poſtquam ſuprema ſororum
Pendent funeſtâ fila reſecta manu.

Nec lathrymis poſt fata locus: tenet oſſa ſepulchrum;
Peruolitat lætum ſpiritus Elyſium.
Conditus hîc ego ſum illuſtris poſt tempora vitæ.
Mors mihi ſancta fuit; vita prius fuerat.
Nec iuenis iaceo ante diem; glomerauerat olim
Penſa mihi lucis plurima terna Dea.
Mercurii data ſunt diuûm mihi nomina nutu;
Mens cui Mercurii nomine digna fuit:
Ingenium felix; doctæ facundia linguæ;
Sæpe mea & varia vita voluta rota.
Ipſe tamen iuſti aſſiduus ſeruator & æqui;
Et mens in ſanctis vſque fuit ſtudiis.
Cura fuit mihi prima Dei, fuit altera cura
Publica; terreni tertia cura Iouis.
Illa meum rurſus nomen. mea commoda curans,
Auguſtis quoties dona dedit manibus?
Tempora puniceo velari cana galero
Præſulis Auſonii dextera ſancta dedit.
At (fateor) ſenſi quum iam mihi morte cadendum,
Optaui in patria me potuiſſe mori.
Sed quanquam occiduus morientem vidit Iberus,
Accepit patrium non minus oſſa ſolum.
De me pauca loquor: nam pro me fama ſuperſtes
Dicet, & in longa poſteritate colar.

Stellæ Virgini.

Quum ſua flammiuomos Stellæ Mors clauſit ocellos,
Æthere tunc duplices ſe occuluêre faces.

Innominato.

Me pater è nata genuit; genitumque trucidat:
Ac, ne quis noſſet, nomina nulla dedit.
Exponor; velut ignotum dedit ille ſepulchro:
Inferiaſque nepos à genitore tuli.

Pareti-

Paretino.

Hic tegitur longe patriis Paretinus ab oris,
Pulſus in hæc moriens littora curua mari.
Piſcibus eſca natant ſocii, miſeranda caterua:
Ora quibus ſalſis Adria merſit aquis.

Fauſtulo adultero.

Fauſtulus hoc premitur variato marmore mœchus;
Dignaque quæſitæ præmia laudis habet:
Iuſtus enim ſæuo fecit mucrone maritus,
Erret vt obſcuris nunc leuis vmbra locis.
Marmore quot maculas hoc. diſtinctoſque colores
Aſpicis? at plures polluerat thalamos.

Iugulato ſimul ac naufrago.

Ditibus Ægæas onero dum mercibus vndas,
Procubui telo ſaucius Argolico:
Inde ratem incertam furibundum abſorbuit æquor,
Oceanique vias voluor in ancipites,
Donec in Heſperias tumidus depellor arenas,
Et pars magna mei piſcibus eſca fuit.
Crudeles diui, & diuûm crudelia fata,
Hoſtilique magis noxia fata manu!
Mors hoſti fuit vna ſatis: vos altera fata
Naufragium facitis, poſt mea fata, pati.

Andreæ Alciato.

Sedibus Alciate Aſtræis ſuccede beatus,
Præpropere terris mortue, ſero Deis.

Eraſmo Schetto.

Fortuna, ingenio, fama, annis, morteque felix,
Felix & natis Schættus Eraſmus eram.

Baldaſſaro Caſtilionæo, & Hippolytæ Andreaſiæ.

Caſtilion iacet hoc tumulo, & caſtiſſima coniux
Hippolyta, exemplum nobile coniugii.

Clarum vtrique genus, proauis ex ordine claris.
Carmine Apollineos auxit vterque choros.
Muſarum hos ſtudium commune, hos fœdere ſancto
Vinxit fidus Amor, non modo iunxit Hymen.
Hippolyta in ſolo nam vixit Caſtilione:
Caſtilion ſola vixit in Hippolyta:
Ille igitur, poſtquam hæc ſupero diſceſſit ab orbe:
Eſſe ſuper charæ non potuit dominæ.
Sic bene compoſiti ſaxo clauduntur in vno,
Vnum qui gemini non niſi pectus erant.
Fortunatæ animæ æterno viridantia vere
Ludite ſacrati prata per Elyſii:
Atque per argutos redolenti tegmine lucos,
Mobilis Eridani dulcia propter aquas
Carmina decantate pares teſtantia curas:
Sancta fides ſanctis perſtet, vt ante, animis.
Ex merito binis ornentur tempora ſertis:
Vna pater Pæan, altera plectat Amor.

Roſæ, puellæ piæ.

Heus, hoſpes, quæ tu inſiſtis, quæ marmora calcas,
Aſpera ab inſculptis aſpicis eſſe roſis?
O, quam conueniẽs tumulo, quam commodus index!
Nam tegitur virgo, cui Roſa nomen erat:
Cui ſtudium viuæ conſpergere floribus aras:
Et roſea ad magnos pendere ſerta Deos.
I, ver perpetuum roſeis ſit manibus, opta:
Elyſiaque legant nunc quoque valle roſas.

Gillo puero ſubmerſo.

Paruulus Adriaco natitabat in æquore Gillus:
Laudabat varias multa puella vices.
Ante alias formoſa Lyce ſuſpirat euntem:
Quæ comes in liquidas dum parat ire vias,
Inuidêre imo pelagi de gurgite Nymphæ,

At

Ac puerum ardentes ſub vada ſalſa trahunt.
Ah, crudelis amor, puerum quid perdis amatum?
Immeritam pulchro iam bibit ore necem.
Gaudia quæ longum poterat ſperaſſe per æuum,
Dilectum magnis cui nocet eſſe Deis?

Felici, nomine ſimul & re.

Felix nomine eram; nec ſolo nomine felix:
Felix ſed vita, me quoque iudice, eram:
Sorte mea lætus, facilis caruiſſe negatis,
Tu quoque ſic felix, ſi ſapis, hoſpes, eris.

Matthæo Olaho Hungaro.

Marmore ſub picto Matthæus claudor Olahus,
Vrbs quo Zaſuaros præſide tuta fuit:
Mirata eſt cuius virtutem Pannonis ora,
Et ſectata ſuum ciuica turba ducem.
Me tamen haud virtus, clarorum aut nomina auorum
Trans Alpes Valacho ſtemmate ducta iuuant,
Si, quem non potuit proſternere barbarus enſis,
Quum toties ſæua in prælia ſigna tuli:
Nunc iaceo, lenta conſumptus tabe, viator;
Nec bis terna datum cernere luſtra fuit.
Quod potuit fecit Mors dura, aſt viuida famæ
Obruitur nullis gloria marmoribus.

Adultera, quæ veneno ſe interemit.

Dulcis adulterii furtum confeſſa marito,
Occubui factis conueniente nece.
Nec peccaſſe piget; piget at mea gaudia faſſam:
Nec mihi mors pœna, at non tacuiſſe, fuit.
Hoc vltura nefas, voci indignata loquaci,
Qua mage peccaram parte venena bibi.
Quæ fuerim, ne quære (precor:) puerique, virique
Vulgari nomen non meruêre meum.

Pyrrho,

Pyrrho, nouo coniugi.

Poſt mala ſollicito tranſactæ tempora vitæ,
Poſt mala longinquæ mille pericla viæ,
Contigerat vario mihi gaza parata labore,
Mens aderat partis & mihi velle frui.
Contigerat coniux deceat quam diuitis eſſe,
Mollis & ad luſus obſequioſa meos.
Baſia mille nouo dum continuamus amore,
Irruit in primas mors cita delicias.
Triſtia pro læto peraguntur iuſta Hymenæo:
Pyrrhum pro thalamo dira feretra gerunt.
Tempora cur nequii mala vel præuertere letho?
Tempore vel nequii deteriore mori?
Nam mihi quum vita arripior felicibus horis,
Conduplicat fati vulnera fauſta dies.

Fuluiæ ſuæ.

Fuluia. compoſitam quæ te complectitur vrna,
Omne ſimul, dare quod Dii potuêre, tenet.

Syllio, rabulæ pagano.

Iurgia ficta foro, ac ſimulatas vendere lites
Syllius aſſueui, dum mihi vita fuit.
Nec ſatis hoc: placidos armaui in bella colonos:
Nec potuit per me publica ſtare quies.
Proſtrato nunc læta ſuo Pax hoſte triumphat.
Ruſtica nunc concors viuere turba potes.

Gratiano Gillino, præ Lucillæ amore mortuo.

Qualis erat, Phrygia rapuit quem Iuppiter Ida:
Qualis erat, nondum flos, puer Oebalides:
Qualis erat, vitrei moribundus fontis ad vndam,
Ipſe ſibi in mediis qui fuit ignis aquis:
Talis erat forma, talis pubentibus annis,
Iſta tamen nunc quam frigida ſaxa tegunt

Naſcen-

Naſcenti non vna dedit cui gratia nomen:
Qui fuit vna ſui maſcula ſpes generis:
Longus amor longi duxit faſtidia morbi,
Inde fuit ſubitæ cauſa repulſa necis.
Sæua puella, tui ſi quid te pœnitet acti,
Inſperge hoc ſaltem, non modo ſæua, ſolum
Auricomante croco, & flauentis flore geniſtæ,
Et dic, ah, nimium cur tibi dura fui!

Lucillæ pari morte conſumptæ.

Crudelis miſeri ſuſpiria nuper amantis
Quæ riſi, & ſiccis vidi oculis lachrymas,
Heu, Gilline tuas; nec erat mihi cura mederi;
Nemine mox rupi commiſerante genas.
Nempe, vltore Deo, fidos qui curat amores,
Te Lucilla ſequor, tabe pereſa pari:
Et quæ viuentem fugi, ſecura furoris,
(Heu, quanto venit fœdere tardus amor!)
Nunc precor extincti miſeranda ſubire ſepulchro,
Quod toties noſtris quæſtibus incaluit.
Exemplo tibi ſim, nimium quæcunque ſeuera es;
Nam ſtrepitu nullo iam tibi pœna venit.
Adueniet, quum tu faſtus irriſa ſuperbos,
Lugebiſque dolos, & tua facta feres.
Si qua ſapis, certo nunquam pugnabis amori;
Si non ardoris cauſa inhonora tui eſt.

Monticolæ occiſo.

Cui ſedes fuerat ſummo caſa pendula ſaxo,
Dum vixi, nunc eſt hac mihi valle domus.
Non habuit rupes, quo conderet hoſpitis artus:
Qua tegerer tribuit ſed mihi vallis humum.
Militis eniſi ſuper aſpera culmina montis
Me preſſit certa lancea torta manu.
Securum nihil eſt miſeris mortalibus vſquam,
Qui ſapis, inſidias ſemper, vbique, caue.

Vene-

Venerillæ.

Quo vati dilecta cubat Venerilla Secundo.
Alma roſas tumulo det Venus ipſa ſuas.

Arioni, arithmetico.

Hic Graia de gente iacet numerator Arion,
Quo neque Pythagoras promptior ipſe fuit:
Littora per curuata maris numeraſſet arenas.
Inuidit tanto Parca ferox decori.
Nunc quoque, ſi quid agat quæris, per lurida regna,
In mediis atomos dinumerat tenebris.

Duobus coniugibus Maclinia ſepultis.

Quos natale ſolum, quos lux natalis, & hora,
Quos Amor, & ſacra quos facie iunxit Hymen,
Quos iidem arcano vinxerunt fœdere mores,
Abſtulit vna duos febris, & vna dies.
Compages Mors corporeas diſſoluit vtrique:
Soluere ſed fidei vincula non potuit.
Nunc ergo, vnanimes paribus quos currere fuſis
Vnanimis voluit regia tota poli,
Mortales quoque communi iunxêre ſepulchro,
Vndique ne iunctos diſſociet tumulus.

Cæco nato.

Haud, miſer, adſpexi ſub quas ſum proditus auras,
Quid me ſub Stygia nocte videre putes?

Catharinæ Vytæ, pro Ioan. Mayo marito, pictore Caroli V.

Perpeſſos poſt mille domi, bellique, labores,
Fortia dum ſector Cæſaris arma mei,
Poſt triumphatos Numidas, & Punica regna,
Olim quo ſteterat Byrſa ſuperba ſolo;
(Quæ depicta mea licet, hoſpes, noſcere dextra;
Cernereque è tuto bella cruenta loco)

Cuncto-

Cunctorum requies mihi ſola futura malorum
  Obtigeras, coniux, ô, Catharina, mihi.
At te fata frui longùm vetuêre maligna.
  Morte tua, heu, redeunt nunc mala cuncta mihi.

Puero mox a natiuitate mortuo.

Gaudia qui naſcens tuleram cumulata parenti,
  Mox idem moriens cauſa fui lachrymis
Prima dies mihi quæ fuerat, fuit hæc mihi ſumma.
  Naſci cur potui, viuere ſi nequii?

Fuſco & Probino, amicorum pari.

Quale pios olim coniunxit fœdus Atridas,
  Qualis in Oebaliis fratribus ante fides,
Talis amor certo tibi fœdere, Fuſce, Probinum
  Iunxerat: & vita eſt teſtis, & interitus.
Vixiſtis pariter; pariter mors abſtulit vna.
  Nec mirum hoc; vnâ vixiſtis vterque animâ.

Perpetuo, & Varo, amicis.

Perpetuum dum, Vare, tegis, teque ille tuetur;
  Pro ſocio & cupitis fidus vterque mori;
Quod petitis dat vtrique Deus: dare noluit vni:
  Fixus & optato vulnere vterque cadis:
Ac neuter tua fata gemis; ſortem ſed amici.
  Miretur Belgam Caſtor & ipſe fidem.

Tubicini Cæſareo.

Deſertas Libyæ arentis percurrere terras
  Dum me magne tui, Carole, cogit amor,
Ære viros rauco Mauortia ad arma cientem
  Fixerunt profuga ſpicula miſſa manu.
Neſciaque humano pingueſcere rura labore,
  Saxaque fluxerunt ſanguine ſparſa meo.
Proſtrataſque ſolo antiquæ Carthaginis arces
  Atque oleas inter, ſancta Minerua, tuas.

Procu-

Procubui exſpirans: animus ſupera alta petiuit.
Membra fuere vagis prandia vulturibus.
Hîc vacuum poſuit mihi coniux mœſta ſepulchrum:
Et deſiderium flebile grata fides.

Iuſto, Vinitori.

Pampinea merito vineti contegor vmbra,
Qui colui vites iuſtus, Iacche, tuas.
Thura Deis ſacra vndanti funde hoſpes. acerra:
Dum tumulo haud pigeat fundere vina meo.

Fauniæ meretriculæ.

Faunia laſciuas inter memoranda puellas,
Illa ego famoſis gloria fornicibus.
Qua teneros mouiſſe iocos haud doctior vlla,
Nec fuerat Veneris fingere mille modos.
Dum luſu nimium dulci laſſata recumbo,
En. ſubito incautam Mors nigra me rapuit.
Omnia quum rapiant non ſunt mihi fata dolori:
Sed quod non medium Mors fuit inter opus.

Chriſtinæ cognomento formoſæ.

Vnica fama mei Chriſtina & gloria ſecli,
Seu carperent mores ſeu decus oris, eram:
Ac, velut vna forem. paſſim formoſa vocabar.
Quæris, quid nunc ſim? nomen inane cinis.

Puerpera, & quatuor prolibus.

Hîc iaceo pariter natos enixa quaternos,
Et mecum extincti paruula turba iacent.
Sed bene quod viuos luſtralis perluit vnda;
Ipſaque quod fœtus ſum comitata meos.

Conr. Goclenio, apud Louanienſes Profeſſori.

Vltima Goclenio legerent quum ſtamina Parcæ,
Pieridum hæc concors vna querela fuit,

Ergo

Ergo etiam vates, & conſcia turba deorum
  Imperio cedent, Mors truculenta, tuo?
Ipſe pium cinerem defleuit Phœbus ad vrnam;
  Luxit & euulſa Calliopæa coma:
Et quando nequeunt (ait) impia fata moueri,
  Parcere productis neſcia ſtaminibus;
Mens age, cœleſtem patriam læťata reuiſe:
  Nil tumulus præter corpus inane tegat:
Nomen inextinctum reſonet terraque marique,
  Et fama geminum pulſet vtrinq; polum.
At vos, quos docuit, Latij ſermonis alumni,
  Vox quibus audita eſt illius ore, mea,
Erepto violas orbi properate magiſtro;
  Terraq. de veſtris immadeat lachrymis.

N. Banzo, Hiſpano, medico, Andouerpæ à meretrice per ſoporem iugulato.

Ergóne Banze iaces cœli fatalis ab ira?
  Anne ideo ad Scaldim miſerat vnda Tagi,
Sæua ſoporatum quo te iugularet amica,
  Per noctem nummis inſidiata tuis?
Nec tibi profuerunt monſtrati ab Apolline ſucci?
  Nec pro te felix ars fuit vlla tibi?
Non fatum, aut læſit cœli reuolubilis ira,
  Pro fato potius ſed mihi culpa fuit
Cur etenim oſtentans collectum perditus aurum;
  Illexi diras in mea damna manus?
Quiſquis es ô taciturnus habe quodcunq; paraſti.
  Solus & exemplo diſce cubare meo.

Fortunio Affaytato Mathematico.

Affaytate tuæ, Fortuni gloria gentis,
  Arcana Vranie cui ſua ſcire dedit,
Poſt longos terrarum obitus, pelagique labores,
  Audijt vt ripa te cecidiſſe ſua

Ipſe pater Thameſis, iuncoſó emerſus ab amne;
Stillanti tales edidit ore ſonos:
Terra ferax vatum æterno celeberrima Vida,
Mœnia quâ Latij colluit vnda Padi,
Te quoque perpetuum tanto ſe iactet alumno:
Dum mihi ſit tumuli fama ſecunda tui.

Io. Carolo Affayto, Giſtellæ domino.

Notus Ioannes toto bene Carolus orbe,
Gentibus & varijs & charus regibus, hoſpes,
Ante alios tibi qem ſenſiſti, Carole Cæſar,
Præſidium dubijs non aſpernabile rebus,
Hic iaceo: nec opes fatum potuêre morari,
Nec precium eximij claræ virtutis honores.
Naſcentem Affaytata domus lætata Cremonæ eſt.
Andouerpa necem doluit. nunc Flandrica ſeruat
Clauſum marmoreo dominum Giſtella ſepulchro.

Adoleſcenti Bruxellæ, nouo mortis genere defuncto.

Ruſtica me ſtrictis nimium complexibus vrgens,
(Quis credat?) collum luxat amica mihi.
Ilicet, ecce, humero incubuit caput; atque ſoluta
Ceruice, ipſa ſimul ſemita clauſa cibo eſt.
Hoc quoque vix potui ſuppreſſa voce profari,
Es mihi tu raræ, Cypria, cauſa necis.

Adriano Schorelio Batauo, poetæ.

Luſtrata Auſonij poſt culmina ſacra Quirini,
Regnaque ſollicito Gallica trita pede,
Ad ſedes reduci patrias, proauitaque rura,
Vt iuueni ſecuit ſtamina Parca tibi,
Hollando quâ ſtat nimium vicina profundo
Felix rurigenis Schorela delicijs;
Haud volupe eſt, inquit. mihi ſcindere fila poëta;

Nec

Nec mors æternis vatibus vlla venit.
At fatis parêre meam, te temnere fas eſt,
Perpetuùm Elyſijs perfruiture locis.
Laudibus ornaſti patriam: memor illa rependet
Elogium cineri, dum ſtabit ipſa, tuo.
Quin etiam (ventura licet ſi pandere Parcis,
Et noſtrum quidquam ponderis omen habet)
Iſtius vt faciem obruerint telluris, arenæ
Quas vomit emotis Ennoſigæus aquis,
Ipſe per ora virûm volitabis viuus: & illa
Nomen inextinctum poſt ſua fata feret.

Petro Bruhezio, medico eximio.

Fatorum fuerat cui promptum inuertere leges,
Quo ſedit vacua vindice naue Charon,
Inuitis poteras qui ducere ſtamina Parcis,
Artéque præcipites ſuſtinuiſſe colos;
Et ſua cui Lycius transſcripſit munera Phœbus,
Et cui Phyllirides ceſſerat Æmonius,
Magnus in exigua Bruhezi conderis vrna;
Quæque alijs, artes non valuêre tibi.

Caroli ab Herlar Theodorici filio.

Clara Ducum titulis Burgunda à ſtirpe propago,
Nuper & Herlaræ ſpes ego ſumma domus,
Carolus hîc recubo; quem ſextum claudere luſtrum
Sors vetuit, cœptis inſidioſa meis.
Sonniaci ſaltus obeo dum munia cuſtos
Imperijs, ô, rex magne Philippe, tuis;
Traiectus volucri candentia pectora plumbo,
Pro fida exitium ſedulitate tuli;
Paruula naſcentem quondam Viluordia vidit,
Nunc Bruxella meæ eſt conſcia facta necis.
Plura alij referant. mihi de me dicere tantum
Hoc liceat, nulli me nocuiſſe grauem.

Digitized by Google

Candidæ caſtiſſimæ matronæ.

Omnes quam cupiêre, omnes quæ ſpreuit amantes,
  Primæuo iuuenum neſcia flore capi,
Neſcia flecti opibus, blanda prece neſcia flecti,
  In qua conſenſit forma pudicitiæ,
Cui largita ſuum facilis Natura decorem,
  Cuique ſua addiderat prodiga dona Charis,
Omnes vna nurus æui tranſgreſſa prioris,
  Quantum Latois ſidera parua præit.
Candore à niueo mentis cui Candida nomen,
  Caſtus Apollinei Candida vatis amor
Hoc nunc ſub tumulo latitat depreſſa; ſimulque
  Virtus non ſolito digna calore coli.
Grudius erepti ſolatia luget honoris,
  Et tantum Elyſijs inuidet ipſe decus:
Quæque tuum viuæ concedens læta pudorem
  Mirata es dotes tam valuiſſe tuas.
Te multo cum thure rogat Tritonia virgo,
  Quas plantat circùm caſta ſepulchra roſas.
Surgere, cumque roſis candentia lilia dones;
  Quæq; pluant ſacrum pura liguſtra ſolum.

Vrſalo pro patria mortuo.

Fulmineq; & tonitru ſuperûm mentita tonantem
Machina dum noſtra trahit eminus vrbe ruinas,
Subuerſaſq; ſolo cogit procumbere turres;
Ante diem cita mors longæui ante ora parentis,
Ante oculos fratrum, te funere mergit acerbo,
Vrſale, ſuppreſſum defenſæ fragmine molis;
Quæque dedit, vitam patriæ pius ipſe rependis;
Extincti memores ponit quæ grata ſepulchro
Hoc titulos; nunquam quos poſtera deleat ætas.

Actio Syncero Sannazario,

Sæpe ſuam Cytharam facilis, cui ceſſit Apollo,

Cuius

Cuius & obſtupuit turba nouena modos,
Parthenopes decus excelſæ quando occidis, Acti
Syncere, Aonij fama ſecunda chori,
Fons Aganippæus te defleat omnibus vndis,
Aon & è ſacris te gemat ipſe iugis.
Et, quæ Virgilij tellus tegit oſſa Maronis,
Te tegat; & ſimilem proximus inde lapis:
Quem circùm æternas Zephyrus pater educet herbas;
Myrteaque in tota ſylua ſuſurret humo.

Iuſtinæ virgini ſub ta morte extinctæ.

Dormiat hæc ſancto feliciter vmbra ſopore,
Liliaque huic caſta ſpargite carpta manu.
Gloria quæ Belgis fuerat Iuſtina puellis,
Cui dederat dotes Gratia larga ſuas,
Hoc tumulata ſolo eſt. vacuo nil viuere lecto
Profuit & ſocij gaudia ſpreta thori
Intempeſtiua ſecuit nam ſtamina dextra
Atropos, in liquido dum lauit amne comam,
Exanimis cecidit media florente iuuenta:
Certa eſt incertæ ſemita vita necis.

Lodoico Hungariæ regi numerale.

Te Lodoice Getæ obiectas qui debilis hoſti
Pro patriâ; in patriâ, cum patriáque iaces.

Aſtrologo, in rixa interempto.

Fatidico vitas hominum præcurrere verſu,
Et coniurantes fata in acerba deas
Aſſuetus, nequij crudelia tempora lethi,
Teláue, vel cauſas ante videre mei.
Nam quamuis tremulum radiante à ſydere Martis
Falciferique fuit ſemper ab igne timor;
Vt tamen iratum compeſceret obuia amantem
Sperabam liquido Cypria nata mari.

Illa etiam viſa eſt tardum placaſſe parentem,
Sede latus claudens inferiore poli.
Phryx puer hoſpitium nitidâ de Pleiade nato
Quinta parte, vrnas inter, habere dedit:
Et prope, dans mandata patri portanda per auras
Phœbus, ad Aſtreæ limina nota domus.
Iuncta ſoror dextram roſeo Latonia Phœbo
Spondebat longos viuere poſſe dies.
Interea tamen hic, miſeranda ſorte peremptus,
Ipſe meæ iaceo cauſſa pudenda necis.
Plus ſat forte noui per Saturnalia læta,
Adbiberam muſti, Bacche animoſe, tui.
Rixantur ſocij: ſuccurro: miſceor armis:
Tempora perrupit cantharus: occubui.

Rudolfo Carbaſio Campingio, diuiti ſed ſordido.

Carbaſij generis, patria Groeningius, aulæ
Sectator longùm, Carole Quinte, tuæ,
Atque Palatini titulo Comes, atque ſacerdos,
Doctor, eques, cantor, ſcriptor Apoſtolicus,
Qui ſacras Solymas, qui fuſcos viderat Afros,
Ambas qui, vt Friſiam, nouerat Heſperias;
Qui ſibi fecit opes aſinina voce Rudolfus,
Qui nunquàm vixit, mortuus hìc habitat.

Euerarde Nicolaio, Præſidi Machlinienſi fratri.

Eurardus tegor hoc tumulo de præſide præſes
Qui genitus, iuuenis reſpondi ciuica iura;
Grandia dum fugio, dum tuta & paruula ſector.
Inde ſenatorum Friſius me vendicat ordo:
Quæ regio vt multos languentem viderat annos,
Iam meliore velut cœlo fruiturus & aura,
Macliniæ iubeor magni pars eſſe ſenatus.
Mox iterum Friſias præſes ablegor in oras,

Inde

Inde ſed in propriam me clemens euocat aulam
Poſtque ſenem ſummo rex ornat honore Philippus,
Exantlatorum precium non vile laborum:
Namque prius genitor qua ſederat arce locauit.
Cuius ego vt mores viuens imitatus & artes,
Haud regi ingratus, nulli grauis, omnibus æquus,
Et charus patriæ vixi, & dilectus amicis.
Sic etiam ante pedes illius habere ſepulchrum
Nunc iuuat; extinctum neque deſeruiſſe parentem.

Lodoico Vogelio Iuriſconſulto.

Senſit vt ante diem præciſos coniugis annos
Vogelius, tumidi margine Scaldis; ait,
Vrbs Antuerpa vale, & noſtri tot ſigna doloris:
En, fugio ingratum quà via prima ſolum:
Cum dictoque leues conſcendens impiger axes,
Nymboſo veluti turbine raptus, abit.
Mox tamen, vt Moſæ ſubſedit feſſus ad vndam,
Quid fugio (dixit) ſi comes vſque dolor?
Quin potius te, chora ſequor? cœlique ſub oram,
Semita quam monſtrat lactea, flexit iter.

Adriano Mario Geldriæ & Zutphaniæ Cancellario fratri.

Te, mihi quæ rapuit, ſorti ſubduxit iniquæ
Haud inopina tibi mors tua chare Mari,
Vincula non patriæ, patriæ non funera cernes;
Sceptra nec ambigua poſta repoſta manu.
Liquiſti morbos, ægræ luctamina vitæ;
Liquiſti curas, mobile mentis onus.
Coniuge cum mœſta liquiſti abreptus amicos,
Orbati qui nunc fletibus ora madent.
Deque bis ante nouem natis genitoribus iiſdem
Nunc ſuperant vnus frater, & vna ſoror.
Qui, ceu te ærumnis vincunt, & ſegnibus annis,

Debuerant iſtam ſic prius iſſe viam.
Non tamen hæc partam, non inuidet ille ſalutem,
Sed properat, rerum feſſus vterq; ſequi.
Sat vixti; benè nam vixti tibi Geldria teſtis,
Dudum quæ leges audijt æqua tuas:
Teſtis & Antonina ſuperbo vbi margine Rhenus
Plurima per tacitis ſecula torpet aquis:
Ac poſt liminio exceptum qui à morte ſenatus,
In natalitia te ſepeliuit humo,
Præſidibus ſocians corpus fratrique, patrique,
Vt ſociat veſtras regia celſa animas.
Sis bonus, ò, generi & caſus miſerare tuorum,
Vt redeat patriæ cum pietate quies.
Interea monimenta tuæ cultiſſima dextræ
Fas ſtudio, frater, compoſuiſſe meo;
Tempora ne clari lateant ventura labores;
Neue decus meritum deterat vlla dies.

In obitum Ioannæ Moyſſæ, Coniugis ſecundæ.

Semper ego inuiſum producam luctibus æuum?
Et noua cauſa nouis ſemper erit lachrymis?
Nec mors optanti toties continget amata,
Hei mihi quod ſemper mitis acerba magis?
Impia iure quidem, violas quia ſacra vocaris:
Prius tamen hæc pietas impietatis habet.
Fatorum ô, duro inciſas adamante tabellas?
O, rata tergemina ſtamina ducta colo!
Ergo alijs ſtabit cunctis lachrymabilis æui
Terminus? at ſoli mors mihi nulla venit?
Ergo, iaces animæ, ſine me, pars maxima noſtræ,
Ergo iacet probitas; ingenuuſq; pudor;
Virtutumque ferax pectus, fœcundaque corda
Artibus; & nitidis cultibus apta manus;
Et caſtigati verecundo in corpore mores;
Saturno & qualis regna tenente fides:

Atque

Atque amor, & pietas, formoſi atque oris honores;
Et qualis diuis gratia Pierijs.
Omnia falcifera abſecuit Mors impia dextra;
Ac tulit in cineres hora ſuprema leues.
Infelix coniux mutam te plorat ad vrnam:
Nec ceſſat fati tempora tarda queri.
Ægra per ingratam tracturus tædia vitam,
Si qua manet madidis euigilanda genis.
Sed bene quod geminas le quiſti pignora natas;
Pignora non ſubito deſtituenda tamen:
Quæ facie vt referunt matrem, ſic moribus æquent.
Viuere ſi longùm, te ſine matre queant.
Sed. benè quod tardo glaciari frigore pectus
Sentio; teque ſequi ſpes quoque certa mihi eſt.
Spes mihi certa ſequi eſt; gemitu irreuocabilis vllo
Quando iaces. noſtræ maxima pars animæ.
Cætera qui ſupereſt putet aut tellure manendum?
Optet an orba diu parte manere ſui?
Te Deus at rapuit Morti. vt mihi; chara Moyſſa;
Victamq; domos traſtulit æthereas,
Quo tua nunc virtus. humili ſat cognita terræ,
Accipiat meritum per ſupera alta decus:
Deſuper vnde meos ſpectas miſerata labores;
Dum rigido de luchrymis ante ſepulchra meis;
Quæ quondam nobis ſtatui, & communibus ante
Conſului exſequijs. (quod pia fata ſinant:)
Signaq; ſolliciti cernis manſura caloris,
Quas modò nigranti in marmore figo notas,
Ære notas nitido: quas ſpectet turba nepotum:
Nec tamen hìc noſtri finis amoris erit.
Sed mihi nunc celeres Parcarum currite fuſi;
Vt citò quæ dominam, me quoq; terra tegat:
Et quos iunxit amor iungant communia buſta;
Miſceat & tatum quæ modo mixta thoro.
Firmaq; venturis teſtetur fœdera ſeclis

Æterna, & nunquam fama futura cinis.
Manibus at ſanctis hoſpes, bona verba precare;
Immadeant lachrymis & pia ſaxa tuis.

Epitaphium Caroli V.

Carolus, & Hoſpes.

C. Quintus ego hic iaceo. H. quis? C. Carolus. H. illéne
Arbitrium magni quem penes orbis erat (Cæſar,
C. Ipſus ego. H. tantus tantilla clauderis vrna?
C. Quin ſpatium ſuperat. H. qua ratione precor?
C. Omnia qui quondam fueram, nunc nomen, & vmbra
Sum tantum; aut melius nominis vmbra mei.
H. Quid potior pars illa tui? C. claro æthere regnat;
Parta vbi, poſt turbas, eſt mihi tuta quies.

In tumulum proprium Alſinbe'ga.

Hunc tumulum viuens ſtatuit ſibi Grudius olim
Prouidus exequias dum parat ipſe ſibi,
Quem ſua ſi forſan nolint hic fata iacere,
Ipſe tamen teneat nomen inane lapis.

SYLVARVM LIB. I.

Ecloga Narciſſus, ſiue, de Deorum Amoribus.

Alcon, & Lycidas.

Paſtores, fuſcus Lycidas, & candidus Alcon,
Hic melior fluuio trepidantem educere piſcem,
Ille arcum lentare, & arundine figere ceruos
Nobilis, Ortygiæ gratiſſima cura Dianæ,
Lanigeros iunxêre greges, ſpirantibus aruis,
Et dumeta vagas carpentes ſumma capellas;
Quâ rapidus niuea decurrit Cinga Pyrene,
Curuaque ſaxoſæ præcingunt flumina ripæ,
Subque cauis latuêre iugis: dum Cynthius axe

De medio rerum breuiat feruentior vmbras,
Inter ſe paribus modulantes carmina cannis:
Vt reſono quatiant ſyluas & flumina cantu.
Piſcatorque vagis ob velans piſcibus hamos,
Accetam enodans tremulam, prior incipit Alcon.
Cinga tuos ſacros latices, amnemque liquentem
Dicere perſpicua vt properent armenta ſub vnda,
Huc, illuc, fluctu & vibrantibus acta procellis.
Vtque inflexa natent viridanti gramina fundo,
Quæ, ſi non tellus lenta radice retentet,
Sectentur nitidos ignotum ad Nerea piſces.
Ipſa adeo vt celſæ ſubter decliuia ripæ
Sylua micans vitreo annumeret de gurgite poma;
Et rerum amne cauo vocumque recurrat imago.
Hinc canitur varius formæ per cærula Proteus:
Monſtrorum domitorque Ægæon ſquamigerorum
Impiger Ægæon cetorum immania terga
Vt premat vt victor frænis rabida ora fatiget
Centimanus: quondam ille Iouis quot fulmina contra
Torſerit infrendens ſcopulos; quot ſtrinxerit enſes
In caſſum, & fragiles vinctus damnauerit iras.
Quique pius vatem inſidijs, mirantibus vndis,
Pulſantem chordas euexit Ariona delphin.
Ponè ſequebantur porrectæ ad carmina phocæ,
Inde aries fallax, Athamantidos aureus Helles
Portitor, anguſto fecit qui nomina ponto,
Vt nunc Martis honos ſublimis fulgeat aſtris.
Oceanum in primis patrem, Neptuniaque arua,
Nereaque, & centum Nereo de patre ſorores,
Carmine commemorat, cum conchiſono Tritone.
Vtque ſtrepant pulſis pariter freta ſaucia remis,
Dum ſalit, & gyris in ſe coit vnda reductis.
Palmipedes placido vt volitent ſuper æquore lintres,
Quæque rati leuibus connixa impellitur alis
Inuitos contra fluctus, vndaſque cadentes.

Vt ni-

Digitized by Google

Vt niteant ſummo remorum verbera ponto
Aduerſis Phœbi radijs. vtque æquora late
Lintea ſubtexant ventis ſinuata ſecundis,
Quum liquidum per iter geminata curritur arte.
Porrecto vt volitans per cærula marmora tractu,
Neptuno facili, fœlixq; ſequacibus auris,
Radat littoreas tua, Carole, claſſis arenas,
Comparibus ſpacijs interlucentibus vndis:
Haud aliter quam ſi tepidum protenſus in Auſtrum
Arctoaſq; niues incanaq; rura pruinis
Effugiens longo diſtinctis ordine turmis,
Grus volucer caua remigibus ſecet æthera pennis.
Vt ſpument longe timidis vitanda carinis
Non intermiſſo reboantia ſaxa fragore:
Oppoſitiſq; furens diſſultet molibus æquor.
Vtq; ſua inuehitur duplici per marmora piſce,
Alma Venus; per quam tellus, & pontus, & aër
Concipiunt; veniuntque ſuis noua ſemina rebus;
Et veniunt dulces vegetis animantibus ignes:
Imaque ſolliciti irrepunt in pectora motus
Alituumque, hominumque, natalitiumque ferarum,
Quæque habitant nemus, atque exeſa incaute receſſus.
Mox Iouis omniuoli, diuumque hominumq; parentis
Furta canit. mentem inſano furiatus amore
Ceperit vt toruam frontemque & cornua fronti;
Quo raperet trepidam trans æquora lata puellam.
Idem vt Tyndaridem ſpaciantem ad flumina Ledam
Candidus in molli ſtratam temerarit olore:
Nereidumque amens varios tentarit amores,
Præponens ſupero fluuios, atque æquora cœlo.
Excipit hinc Lycidas. meminit quoq; noſtra calores
Sylua deûm: corylos ſubter, murideſque meatus,
Iupiter Antiopen gemino inter robora fœtu
Compleuit, ſimulans hirſuto corpore Faunum.
Quin etiam Inachiden, nemorum dum finibus errat,
Obnubens

Obnubens ſubita terras caligine preſſit,
Et chara ante alias noſtræ comes vna Dianæ,
Saltibus Arcadiis, defeſſa Lycaone nata,
Depoſito curuoq; arcu grauidaque pharetra,
Captabat molles fruticum ſub tegmine ſomnos;
Quam ſimul ac ſolam celſa deſpexit ab æthra,
Miratus roſeaſq; genas & virginis annos,
Rex ſuperum, infando mentem flammatur amore:
Et latitans cinctæ aſſumpta ſub imagine Phœbes,
Securam amplexu ſuperat, ſoluitq; pudorem.
An non & primis iuuenis Cephiſius annis,
Sæua hominum comitum, comitum fax ſæua deorum,
Deſertis ſyluis vagus & feralibus antris
Errauit miſer: & ſyluæ exſpirauit in vmbra
Infelix: auxitq; nouo loca deuia flore?
Purpureas pueriq; genas, oculoſq; nitentes,
Formoſos artus pueri, geſtuſq; decoros,
Et vidit ſtupuitque atque arſit Naias omnis;
Populeis ſeu propter æquam dum ludit in vmbris,
Brachia ſeu variat fugiente natator in vnda:
Ac quoties petit ima, aut blandis redditur auris,
Nulla libens non cedit iter, non ſubleuat vnda.
Vos quoq; formoſo puero ceſſiſtis eunti
Frigentes piſces, atq; incaluiſtis amore.
Et vos remiuagi caluiſtis in æquore lintres.
Et vos frigidulæ caluiſtis amoribus vndæ.
Ipſa parens adeo nati mirata decorem
Lyriope, genitorque ſuo Cephiſus ab amne eſt.
Et puerum hic dolet eſſe marem: dolet illa parentem
Aut ſe formoſi iuuenis non poſſe negare;
Aut non poſſe piam deleſſe è pectore matrem,
Namq; volatilibus ſeu per nemora auia telis
Armatus pharetraque humeros incinctus eburna
Dum graditur, circum luſtris indagine clauſis,
Vulnificum ſinuauit in vltima tempora cornu;

Seu

Seu cane præcipiti leporum præuertere curſus
Per tumidos libuit colles, valleſque remiſſas,
Præpetibus plantis, iactoque per aëra crine,
Delius aut poterat ſoror aut Dictynna videri;
Sic certi decuêre ictus, fuſique capilli;
Sic volucri radiant argentea tempora ab auro:
Sic per tranſpicuos pellucet candor amictus;
Aut rutilas intonſa comas Semeleia proles,
Candida ſanguineum ſic inficit ora corallium:
E ceraſo qualis verna color emicat aura;
Qualis in æſtiua currit rubor arbore malis;
Qualis ab aprica monſtrat ſe purpura vite.
Ipſa etiam domini volucrem mirata ſagittam,
Læta caditque, adamatque decens fera ſaucia cornu;
Atque Cupidineo figi ſe cogitat arcu,
Nec mortem in gelidam, tepidas ſed cædit in auras.
O, quam ſæpe poli è ſummo, luſtrator Apollo,
(Vnde maris, terræ & medium videt arduus orbem)
Anxius aurifluis retegit quibus omnia late
Quæſiuitque oculis iuuenem? & conſpexit euntem
Per ſyluas: dixitque meus Cypariſſus in iſto eſt?
Iuſſit & alipedes lentum properare iugales?
O, quam ſæpe graui dedit Endymiona ſopori
Cynthia, nocturnam cœlo vt delapſa per vmbram
Aſpera Narciſſi molliret pectora verbis
Blandidulis: fruſtraque parans retinere fugacem;
Ipſe mihi in mediis, ô, formoſiſſime, lucis
Occurras (ait) & nudatam in flumine cernas
Impune: ô, liceat: nec ſint tibi fata timori
Cœcati ſenis: aut miſerandi Acteonis error.
O, quam ſæpe ſuis iuuenem Venus aurea cygnis,
Ætheris ad radios, dubia ſub nocte petitum,
(Flumina dum Sicula informat Vulcanus in Æthna)
Vluaue in rigua, dura ve incaute iacentem
Tentauit precibus fruſtra, roſea oſcula fruſtra:

Præ-

Prætulit aſpernanti? vſque & diuerſa ſequenti?
Quoque fugis (dixit) Venerem ſic linquis amantem.
Dure puer! ſaxo atque Æthneo durior ære?
Frigidior ſaxo hoc, rigua hac frigentior vlua?
Parce tamen heus, chare puer, puer vnice, parce,
Dum fugis ignotum per iter ſub luce maligna;
Lædere formoſas ſalebroſo marmore plantas:
Candida neu ſpinis lacera neu crura rubetis:
Parce puer heus, chare puer, puer vnice, parce
Occurſare truci nigris in montibus vrſæ.
En, habet errantûm veſtigia certa ferarum
Puluis: &, hæc fuluos cælant ſpelæa leones.
Syluaque fulmineis tibi velat dentibus apros:
Ah, dolor, ah, mea cura puer. puer vnice, verte,
Verte gradus; ah, verte gradus; ah crede monenti:
Nec fuge me: fuluos fuge per ſpelæa leones:
Ah, fuge fulmineis minitantes dentibus apros.
Aut, ſi nulla tuæ Veneris das pondera dictis,
Ipſe dolor Veneris lacer inguina pulcher Adonis
Terreat; & tenero tellus maculata cruore.
Ille ferox diuerſus abit diuæque vocantis
Verba ſuſurriferis mandat diffundere ventis.
Vos quoque, quos nondum cœli dignatus honore
Maluit vmbroſis dominari Iupiter antris,
Inter Hamadriadumque choros, virideſque Napæas;
Tegminibus fruticum, nigriſque illudere ſyluis,
Capripedes illum. Satyri, vidiſtis: & vna
Inter Hamadriadumque choros, virideſque Napæas
Suſpiraſtis eum: iuuenemque arſiſtis euntem.
Vidêre, ſtupuêre, atque exarsêre Napææ:
Arſit Hamadriadum chorus omnis: vos quoque longe
Montiuagæ ſæuo exarſiſtis Oreades igni.
Arboreiſque nouus venit de frondibus æſtus.
Et vos frigentes rupes caluiſtis amore.
Et vos frigidulæ flagraſtis amoribus auræ.

O, quo-

O quoties fugientem illum per deuia Fauni
Semicapri? quoties virides petiere Napææ?
Ipſe & Hamadriadum chorus omnis, quà via cunque
Per ſyluam datur: & ſcopulos per Oreades altos?
Vrgentem deſider o fallente laborem?
O, quoties, medioue die aut fugiente ſub vndas,
O, quoties, pariter viridanti in gramine feſſæ,
Muſcoſiſue antris denſæue ſub arboris vmbræ,
Laſſato comites iuueni, & venatibus ægro,
Captarunt calidis frigentem mentibus auram?
Surde puer ſurdis ſcopulis, & ſurdior vndis,
Sæue puer ſæua crudelior Amphytrite,
Frigidior glacie, Scythiciſque rigentior auris,
Te fruſtra errantem nemorum per deuia Fauni
Semicapri, & virides fruſtra petiere Napææ,
Ipſe & Hamadriadum fruſtra chorus omnis, & omnes
Errantes fruſtra ſcopulos per Oreades altos.
Nequidquam & comites viridanti in gramine tecum
Muſcoſiſue antris, denſæue ſub arboris vmbra,
Captarunt calidis frigentem mentibus auram,
Heu fax ſæua puer, comitum fax vna deorum.
En, riguum inſolito flaceſſit gramen ab æſtu:
Antra calent: calidæq; omnis ſunt arboris vmbræ.
Feruentes calidiſq. trahuntur mentibus auræ.
Te quoque per ſyluas pulcher Narciſſe, ſilentes,
Sæpe micante die, te ſæpe nigrantibus vmbris,
Immemor ipſe ſui & ſpretis Saturnius aſtris,
Dicitur inque niues, inque aſpera ſaxa ſequutus;
Æthereoſq; ægre tandem rediiſſe penates;
Dum fixus roſei egregium ſtupet oris honorem:
Nequidquam tamen ille niues, atq; aſpera ſaxa,
Charaq; nequidquam ſupplex veſtigia preſſit:
Et verba in ventos nequidquam talia fudit.
Tu mihi, quod terris nemo; tu Iupiter alter
Pulcher eris: mecum immenſo dominabere cœlo:

Nectar,

Nectar. & ambroſiam mecum veſceris eandem.
Incedes auro chlamydem variatus & oſtro,
Auratoque manum ſceptro decoratus eburnam
Iura dabis, longo diuum plaudente ſenatu:
Et mecum in pronas vibrabis fulgura terras;
Et ſolio duo noſtra ſedebunt numina in vno.
Quò fugis in ſyluas iuuenis digniſſime cœlo?
At tibi charorum nemorum ſe cura manebit,
(Et maneat) mecum à ſuperis venabere luſtris
Mulciber auratam pharetram, tela aurea, & arcum,
Omnia de ſolido properabit ſedulus auro.
Interea (tibi chare vt ſit mora nulla) pharetram
Dum parat auratam ignipotens, tela aurea, & arcum
Omnia de ſolido properat dum Mulciber auro,
Ipſa ſuos arcus dabit & ſua ſpicula Phœbe,
Ipſe ſuam pharetram tibi nectet noſter Apollo.
Quid loquor? & formoſa dea & formoſus Apollo eſt
Ipſe tibi (hoc potius) ſapiens dabit aurea Chiron
Tela ſenex Chiron humero dabit ille pharetram,
Auratumq; arcum: & ſylua te ſiſtet aperta,
Aurata ſylua, magno quæ maxima cœlo
Saltantem Capream; teneroſq; in collibus Hœdos;
Ac leporem quibus & Leporem ſectere Moloſſos,
Tum geminas vrſas nutrit, Libycumq; Leonem.
Phœbæum ingentem, fuluis & cornibus Vrum:
Omnia quæ viuo prudens operatus ab auro,
Quum duplici teretem ſuſpendi cardine mundum,
Ludere perpetuo volui per inania motu.
Aureus Eridanus (tentant ſi flumina mentem)
Irrigat auriferos aurato gurgite lucos:
Paſcit & æthereis ſitientia ſidera lymphis:
Et ſalit ignitus liquidis Delphinus ab vndis.
Arte alios, gemini flauus per corpora ſquamis,
Formoſi grauidis ſimiles ſub fluctibus aureis,
Continuant caudas coguntq; examina Piſces:

Grata quies Veneri, ſedes gratiſſima nobis.
Hos, formoſe tibi comiti ſub flumine ſeruo:
His, formoſe, ſimul cœli vectemur in vndis:
Quà placidum Paphij recinunt per littus Olores.
Et teſtudineo geritur Latonia Cancro
Siue magis libet Argolica volitare carina,
Qua vecti proceres olim, lectiſſima pubes
Æmoniæ, Colchis auertit ditibus aurum;
Aurea nunc etiam aurato celer innatat amni.
Sed nimium diuerſus abis: refugiſq; precantem,
Surde puer, ſurdis ſcopulis, & ſurdior vndis:
Sæue puer, ſæua crudelior Amphytrite:
Frigidior glacie, Scythicisq; rigentior auris.
O, quas non facies, ô, quos non Iupiter artus,
Dum geſtit placuiſſe, oculiſq; applaudit amatis,
Induit? aut quem non diuumue, hominemue, feramue
Sollicitus ſimulauit amans? tu lumina vertis
Ah, demens (quorſum damnoſa ah, lumina vertis?)
Tu cunctas facies Iouis auerſaris, & artes;
Tu fugis vſque Deum, perque auia, & inuia dumis,
Quà via nulla viriſue, feriſue; & temnis amantem.
Quô fugis, heus, ignare deos? cui roſcida ſeruas
Labra, puer? cui ſtulte genas? cui lumina ſeruas?
Cui ſeruas nitidum ambroſij puer, oris honorem?
Ergo dies aderit: nec longe fata morantur,
Sed te certa manent; merita exagitatus Erinny
Iras quum ſero victorum deflebis amantum:
Mortali & nulli diuûm nec amabilis vlli,
Nequidquam, infelix, gelidis ardebis ab vndis.
Fax eris ipſe tibi: tua te furiabit imago,
Nequidquam infelix: nec te potieris amato,
Nec tu te effugies; præſens tibi ſemper, & abſens.
Solus & obſcuris lugens tabebis in antris:
Solus & irrigua moriens tabebis in herba,
Et deceptricem exſpirans tabebis ad vndam.

Vna tibi, tot per ſyluas & ſaxa ſequuta,
Vna hominum, puer infelix, atque vna deorum,
Vna aderit, miſeros Echo miſerata labores:
Ac fruſtra inſanos ſataget lenire dolores;
Ac fruſtra inſanis Echo reuocabit ab vndis.
Quin morere. amentem finis manet iſta furorem.
Arida ſed fuſis lachrymis quum vita ſub auras
Ceſſerit, & totum vanus te abſumpſerit error;
Ceſpite gramineo, dilecti fontis ad oram,
Roratis flos de lachrymis, noua purpura, ſurgat;
Quæ duri æternum Narciſſi nomina ſeruans,
Formoſos moneat pueros, moneatq; puellas,
Neu fugiant placuiſſe deis; neu iungere amores:
Neue ſua in fluxa ſpeculentur lumina lymphæ.
Hæc Lycidas. pharetramq; humero ſuſpendit, & arcū
Intendens, vicina petit trans marmora Tempe.
Aclon flumineas vncum demergit in vndas,
Cœptum opus. aſt imo gemuiſti, Cinga, profundo:
Cingiades alto gemuiſtis gurgite nymphæ
Infauſtum iuuenis fatum meritoſq; dolores.
Inque ſuis tacite doluêre Pyrenides antris.

Ecloga, Myrtilus.

Myrtilus (vt fama eſt) ſolo deſertus in antro,
Infelix puer hæc vacuas iactabat ad auras:
Quo mihi, quo poſt hac calami? ſi dura Corinna,
Carmina noſtra fugis, dedignariſque Camœnas?
Queis ſua iam mites aſpirant murmura venti?
Saxaque quas mutila conantur reddere voce?
Saxa minus te dura, minus te frigida ſaxa?
Quas referens vicina ſuſurrat arundine ripa?
Vicinamque tegit quæ vitea purpura ripam?
Argutumque procul pomaria denſa recantant?
Ipſa ſuam noſtræ miſcens philomela querelam,
Qua licet, indignum tentat mollire dolorem.

Digitized by Google

Cætera turba tacens volucrûm, ſtupefacta per vmbras
Ingemit; infidos & deteſtantur amores.
O, ſi qui ſuperi ſi quæ ſunt numina cœlo,
Semidei terris: quibus hæc mortalia curæ;
Nec te, Relligio, veneramur nomen inane;
Vos teſtor: vos; extrema quæ conqueror hora
Leniter exaudite; atq; hæc rata reddite vota.
Tuque adeo arcitenens, ſanctas mihi culte per aras,
Auerſere meas immitis, Apollo, ſagittas;
Ne ſibi de celſa deturbem ſede palumbes,
Si petat, altiuolaſue grues ingrata Corinna;
Vni cui ſoleo ſcabras inſcendere cautes;
Vni cui teretes ferratis calcibus, alnos;
Cui fluuios tranare truces, & vincere ſaltu;
Dum capreas capto celeres, implumiaq; alte
Pignora, per fragiles ramos, ſine more, volucrum,
(Ah dolor) obſtipam ad mea carmina claudat vt aurem.
Vos quoque cur amens, Fauni, cauaq; antra colentem
Pana rogem, pecoriſue deum, pecoriſue magiſtrum?
Voſque, leues Satyri, tutis per opaca latebris
Qui ſemper vario Nympharum ardetis amore?
Quin Pan, quin Fauni, quin culta cacumina Faunis,
Cuncta valete, & vos, Satyri, pagana deûm gens.
Quæque deæ ſyluas vbicunque habitatis opacas;
Quæ montes, quæque antra tenetis, & inuia teſqua;
Et fonte, & fluido gaudentes Naiades amne:
Omnia ſi votis pugnant contraria noſtris,
Phyllida Thyrſis habet; Crotalen pauperrimus Idas,
Purpuream Crotalen, vrbana veſte ſuperbam;
Callirhoën Daphnis, Leucippen fuſcus Iolas;
Loripedem ſequitur Melibœum flaua Lycoris,
Flaua comas ſtrophio at niueo redimita pupillas:
Nicla petit Lycidam; vt naſylum nata Melampi,
Stridentem quamuis male iunctis carmen auenis;
Altippen potitur Naretas, Ornitus Aglen,

Sic

Sit licet hic gibbo, atque oculo deformis vtroque;
Texere nec calathos ſciat ille, aut vimine naſſas.
Aſt ego, non forma aut opibus, non artibus vlli
Inferior, cœlo exoſus, nec amabilis orbi,
En ſolis iaceo reſonis miſerabilis auris;
Hiſque adeo ſaxis; olim miſerantia fata
Quæ noſtri muſco ſtrauerunt aſpera molli.
Et mihi dirus Amor ſic torret lampade pectus,
Trinariam coquat vt non ſæuior æſtus anhelam,
Noctes atque dies. nec ſpes eſt vlla tenere,
Quam ſolam cupio, quam ſolam ex omnibus opto.
Munere nec reparor Cereris; nec dulcis aquai;
Nec me, terra nouos quum fundat læta colores,
Prataque florifero ſtent formoſiſſima vere,
Aſpirans leni zephyrus genitabilis aura
Flatibus ardentem recreat; nec ſub leuat æſtũ.
Quæ mihi luxerunt naſcenti ſydera? vel quos
Offendi nocuus diuos? malefida Corinna,
Nuper diua mihi, quo te nam crimine læſi?
Quo non demerui potius te munere? demens
Qui non grata magis, quam me, mea dona putaui.
Sed nocuit mea magna fides. me perdidit ægram
Crudelitas nimis, ah, facilis. cur deditus vni
Nam tibi delatos aliarum aſpernor amores?
Niſa mihi poſito nudauit pectora velo,
Et cygno, & nouiter mulcto certantia lacti?
Decliui pexum dum ſiccat Sole capillum,
Nuda genu, nudos exerta lacertos,
Torrentem ad Sicorum; multumque morantia fixit
Baſia; & à noſtra longum ceruice pependit;
Triſte querens lucem optatæ non cedere nocti,
At me Niſa nihil, nihil oſcula roſcida labris
Preſſa meis toties nil & ſuſpiria mōrunt;
(Dij mihi ſint teſtes. & vindex audiat æther)
Namque ego ſic, mecum; ſi linquere ſaxa tenaces

Digitized by Google

Hæ poterunt hederæ; ſociam ſi deſeret vlmum
Vitis, & ipſe meos linquam deſertor amores.
Quandoquidem mirans repetebam lumina vultus
Læta tui, æthereis late radiantia flammis;
Candida auratos, qui pingunt colla, capillos;
Pectora qui Idaliis zephyris auraq; recenti
Laſſa iuuent, blanda & vegetent ad gaudia vires.
Dulces quinetiam memorabam in pectore voces,
Tu mihi quas pridem (nemoris quà finibus vlmei.
Paſcuaq; & colles & rura patentia ſubdunt
Seſe oculis; quum te genitrix ad penſa vocabat)
Sponte dabas; dextram, properata per oſcula, dextræ
Conſtringens: dum lothos aquas, dum myrtus amabit
Littora; (ſic, memini, dicebas; verba notaui)
Dum repetent Veneris ſublimia tecta volucres;
Dum lupus hirſuto pecori timor; ardua rupis
Per iuga dum ſimæ carpent dumeta capellæ;
Hac me teſte tuam iuro fore, Myrtile, dextra.
Ora tibi hæc, has, chare, genas, hæc vbera ſeruo,
Vni tacta tibi; quæ me, quum ſæpe rogaret,
Cernere nec potuit, ditiſſimus vnus Alexis
Cingiadæ quamuis, & formoſiſſimus oræ
Nuncque adeo, mea vita, tibi non vbera tantum
Iſta darem. ſed mater adeſt, prohibetq: morari.
Hæc tua lacteolam periuria temnere Niſam
Fecère; vniuſq; tui ſperare Hymenæos.
Vniuſque tui amplexus optare iugales
Hos ne fero fructus tam blandi floris acerbos?
Hoc fidei precium? hos amplexus, ſæua, rependis?
Hæc ſuſpirati refero nunc gaudia lecti?
Non ita, quas rapiunt Autumni flamina, frondes,
Veſtra leues vt cuncta volant promiſſa per auras,
Infidumque genus, & noſtræ ludibria vitæ.
Sponte ſua ſpargent curuata cacumina fœtus;
Quercubus & rigidis rorabunt dulcia mella;

Et

Et tu, Phœbe, nouos aliunde precaberis ignes;
Seraque iucundo ridebit bruma virore;
Vlla puellæ ſuo quum fida manebit amanti.
Quid tamen hæc auras incaſſum teſtor inanes,
Si me dura fugis? ſi non reditura, relinquis?
Sed cur diſpliceo tandem tibi? ſunt mihi rura
Iuncta tuis; ſed culta magis fœcundaque gleba,
Quam liquit moriens genitor mihi nuper Amyntas.
Sunt & oues; & ſunt aluearea tecta geniſtis,
Et quæ corticibus, quæ ſtramine clauſimus ipſi.
Ergo floricomos ſueui ſpectare per hortos,
Gramen odoratum caſiæ, & thyma cana, roſæque
Purpur: & aurati populantem veris honores;
Mox quoque ſub tardas reuolantem in ſepta tenebras
Cærea, melle grauem, & defeſſam crura volucrem:
Cecropiam tutis prædam ſubducere caſtris.
Agmina quid memorem mihi quæ paſcantur equarum?
Quid, mihi barbatoſque greges, cornutaque late
Montibus, & referam ſyluis armenta vagari?
Aut ſua rure meo repetant quot tecta columbæ?
Aut, nihil vt deſit rerum, quarum indiget vſus?
Hæc ſed erant, per te licuit quum dotibus iſtis
Poſſe frui. periêre mihi iam cuncta, tibique,
Nequidquam inclemens; quid enim prodeſſe, voluntas
Obſiſtat ſi dura, queat? Vos, ô, mihi tandem
Vos manes, iſtas venio ſi fidus ad vmbras,
(Cætera quando meis perſtant contraria votis)
Eſte boni. mutate grauem mihi morte dolorem.
At vos, ô, nuper grata vmbra, valebitis vlmi,
Fœderis & teſtis, periuræ & conſcia vocis.
Nunc neglecta malis albeſcat meſſis auenis.
Præfocet lolium ſegetes, ceu me ira Corinnæ.
Non ego, non Cereri libabo meſſor ariſtas,
Non mihi, non pingues paleæ teret area culmos:
Omnia ſi votis obſunt contraria noſtris.

Non inflare leues mihi poſthac cura cicutas:
Contempta hoc tenui pendebit fiſtula ramo.
Non volucrem laqueo, non piſcem fallere lino,
Non madida viridans in valle putare ſalictum,
Robora nec valida proſternere dura ſecuri,
Non ſalientis aquæ riuos ductare ſequaces
Rura per, atque hortos, & oluſcula mollia tentem:
Nec leues facili iuncos implectere hibiſco,
Funiculos tenui tortos neque ducere ſparto.
Omnia ſi noſtris pugnant contraria votis
Myrtilus haud poſthac pecuaria mollia radet,
Luce ſub aprica; aut fluida merſabit in vnda.
Ac neque cura ſues vernis pauiſſe geniſtis;
Seruatave famem pecori depellere glande:
Omnia ſi votis obſtant contraria noſtris.
Aurifera vmbroſis mihi non ſtet citrius hortis;
Nec vitem laqueare grauem, aut ſtrinxiſſe fluentem
Multa fronde iuuet, botroſque oſtendere Soli.
Nec mihi compreſſis fluitent noua muſta racemis,
Irato mihi iam nec pendeat vua Lyæo.
Chara prius pereant Bacheia munera vites;
Moraque ſiue rubis ſeu Panos in arbore nata;
Punica poma oleæ, baccæque, hirſutaque fraga;
Vos quoque ſanguineo lucentia corna rubore:
Omnia ſi noſtris certant contraria votis
Contriſtet trepidas Notus atro turbine terras;
Æternoque ſilens Nox conſociata Sopore,
Velati gelidas nigrantia nubila frontes;
Deucalioneis & tellus ſtagnet ab vndis:
Omnia ſi in terris pugnant contraria nobis.
Quin potius, tremulis ipſos cum meſſibus agros,
Cumque agris pecus & dominum, villaſque ſonantes,
Seu Iouis infeſti iaculatum ex æthere fulgur,
Impia ſiue manus violenti militis vrat:
Cuncta aduerſa meis glomerant quando vndique votis.

Sed

Sed mihi genua labant: ſicco vox deficit ore.
Frigidus en, totos iam diditur horror in artus:
Et nebulæ inuadunt defeſſa in lumina: & ipſa hæc
Pendula in aërium vaneſcunt antra colorem.
Sic iuuet immites tandem finire labores.
Populus albenti tamen hæc in cortice ſeruet,
Quæ legat æſtiua paſtor reſupinus in vmbra:
Et fletus oculis ſuſpiria pectore ducat.
Myrtilus vt lachrymis aduerſo exſuccus in antro
Tabuit & longis vox eſt tenuata querelis:
Occidit à flammis paulatim exeſus amoris:
Sæua Corinna ſuum morientem riſit amantem.
Extinctum at fontes, vicinaque flumina flêrunt:
Flêrunt & ſcopuli: flêrunt per deuia ſyluæ:
Floribus & myrtus ſparſis, & laurea baccis.

Gratulatio Carolo V. quum anno 1540. Valentianas ingrederetur, Henrico Delphino, & Carolo Duce Aureliano regiis liberis comitantibus.

Vnde noui motus? ſubiti quæ cauſa tumultus?
Vndique quò denſe concurritur? vnde repente
O ciues, vnde hæc animis tam feruida veſtris
Lætitia inceſſit? ſonitus qui verberat aures?
Quid ſacra tot ſummis reſonant de turribus æra?
Quò pius antiſtes? quò noſtræ ſigna ſalutis?
Paruorumque chorus? rutilaque in veſte ſacerdos?
Quò ruitis? quorſum muris effunditur ardens
Vulgus: & immixtæ properant nullo ordine matres?
Quo proceres? ſanctuſque ruit ſine more ſenatus?
Cæſar adeſt. An Cæſar adeſt? an Cæſar ab oris
Carolus Heſperiis, emenſus Francica regna,
Inuiſit patrias mediis Aquilonibus vrbes?
Tantus amor noſtri ſanctiſſima pectora tangit
Illius? anne redis, patriæ pater, optime Cæſar?
Ergone Cæſar adeſt? magnus terraque, marique

Digitized by Google

Cæſar? Biſtoniis auctum de cædibus Iſtrum
Voluere purpureos qui fecit in æquora fluctus?
Æneæ ſanguis, formoſi ſanguis Iûli?
Cæſaris antiqui ſanguis formoſus Iûli?
Qui, conſanguineæ regnum miſeratus Eliſſæ;
Æquora deductis in Punica mille carinis,
Ipſe manu victor prædone ex hoſte recepit;
Reſtituitque ſuo Tuneteïa ſceptra nitori?
Sed video (nunc Cæſar adeſt) procedere longo
Agmine torquatos proceres, quîs arietis aures
Martia ſigna ſinus decorare. O, fortia bello
Pectora. vos comites domino per inhoſpita Teſqua,
Et per inacceſſas rupes, ſcopuloſque minaces,
Per fluuios, malefida freti per & æquora vecti.
Fida cohors toties extremas iſtis in oras;
Mille per inſidias, lætique pericula mille,
Signa ducis veſtri, & veſtigia chara ſequuti.
Qualiter Alciden comitata & Iâſona quondam
Auſa nouas tentare artes Argiua iuuentus,
Prima ratem, fortes animos ſectantibus auris,
Æetæ regnis & Phaſidos intulit aruis:
Ditiaque æquoreis deuexit vellera Colchis.
Ite, ite, ô, proceres. longorum hîc meta laborum.
Hæc requiem dabit vrbs: & corpora feſſa leuabit.
Ecce, foro in medio Liber ſua dona miniſtrat
Ipſe pater vobis: & læta obliuia fundit.
Ite, ite, ô, proceres, quâ vos via ducit, & ordo;
Magnanimoque viam veniente aperite magiſtro.
Agnoſco placidos oculos, atque aurea menta,
Formoſaſque genas, & mitia Principis ora.
En, nunc Cæſar adeſt. & adeſt par nobile fratrum,
Ambo annis, animiſque virentibus; vtraque Franci
Deliciæ regni, Franciſci ſanguine creti;
Cui Ligeris quâ fert vitreas, quâ Sequana Lymphas,
Quâ murænigeno diues fluit amne Garumna,

Quâ Rhodanus ruit; & molimine quâ ſe tardo
Circumflexit Arax. donec properantibus vndis
Abreptus ſimul immenſum decurrit in æquor;
Et cita quá rapidus prouoluit flumina Varrus,
Fancigenum late parent felicia regna;
Regna viris armiſque potentia, charaque cœlo;
Regibus vnde noui venêre inſignia flores:
Non quales madidæ ſinuoſo margine ripæ,
Iridis à vario queis nomina ducta colore,
Candida vel cultis quæ lilia carpimus hortis:
Digna polo magis eſt patrio facieſque, coloſque;
Lilia nam quamuis formaque & nomine reddant,
Eradiant auro tamen: vt, quum, nocte ſilente,
Ignea ſubluſtri ſcintillant ſidera mundo.
Cœruleo aut quales cœlo radiaſſe ſereno
(Fallere ſi nequeunt veterum monimenta virorum)
Priſca olim ternos ſtupuerunt ſecula ſoles.

Expectata dies, & votis ſæpe petita,
Cæſareos patriæ quæ reddis cernere vultus!
O, quas non aras onerauimus illius ergo?
Quæ non dona tholis ſuſpendimus! eia, age, ſalue
Sancta dies, patriæ quæ nunc ſua vota reportas:
Tales quæ comites noſtra adducis ad vrbes.
Eia, age, clara dies, non te vaga nubila turbent;
Obſcurentve Noti, nymbiſve horrentibus Auſtri.

At tibi, num ſat erat, magnorum maxime regum,
Securum quod Cæſar iter, per Gallica regna,
Perque vrbes, arceſque tuas; ac te duce, carpſit!
Te te adeo monſtrante viam? & ductante per agros?
Ni ſocios illi tua pignora chara relinquas?

Sæpe etenim, miſſiſque viris, ſcriptiſque tabellis,
Inuitaſti, vt, quando ſuos prouiſere Belgas
Iam pridem menti ſententia certa ſederet,
Longinquos Latio neu circumuertere curſus

Neve

Neve procul vellet Germanis otia terris
Conterere. & dubio gradiens errore vagari:
Claſſe nec hybernis inſternere menſibus æquor,
Fortunamque orbis nimium fallacibus Auſtris
Ac pretioſam animam malefido exponere ponto:
Fraternæ ſed ſe mallet concredere dextræ.
Ambigua vt noſtras habeat ſententia mentes,
Candidiorne tibi ſteterit fiducia, Cæſar,
An fuerit, rex magne, tuus conſtantior ardor.
Vſque adeo, ancipiti quæ præſtat dextera ferro,
Nouit & iratis vti quæ fortiter armis,
Paci eadem melior. meliorque eſt pacta tueri.
Macte animo. & virtute noua Rex optime regum,
Macte animis iuuenes. heroum clara propago,
Macte pio genio, confidentiſſime Cæſar.
Ergo, tibi non ſceptra modo communia fecit
Magnanima rex ipſe fide: ſed pignora certa
Dat fidei: ſolumque ſua decedere terra
Noluit: ipſe tuis, ſed vel te ſiſtere regnis:
Vno vel pro ſe binos adiungere reges:
Seque tibi totum in gemino bis credere nato:
Vt populis tam ſanctus amor ſpectatior eſſet:
Ac longe externas hæc iret fama per oras,
Quæ Byzantini preſſaret corda tyranni.
Macte animis, rex magne, & tu clariſſime Cæſar,
Macte animis iuuenes, diuorum certa propago:
Magnanimi heroës, quam læto fœdera vultu,
Quæ fecére, vident ſuperi! pater, ecce, deorum
Annuit, & tonitru læuo concuſſit Olympum
Teſtatus, Stygiam haud dubitans iuraſſe paludem.
Alma Iouis coniux liquidos Saturnia nimbos
Continuit. vernas aſpirat & Æolus auras.
Fulgidiore coma Cynthi Deus aëra luſtrat.
Quid? non & populi vultus, & cernitis ora?
(Qualis enim facies cœlo, quod cuncta gubernat,

Talis

Talis in humanos deſcendit motio ſenſus)
Quæ podia applauſu claro non grata ſalutant,
Magnanimi heroës, diuorum ſtirpe creati?
Raucisonæque tubæ, pridem Mauortia ſigna,
Non iam ad bella cient, ſed tam bona fœdera laudant:
Hoſpitioque vocant. aſt quid procul intonat ingens
Machina? diuorumq; hominumq; imitata parentem,
Quum libet horrifico mortalia corda fragore
Concutere: & flauos incendere fulmine campos?
Scilicet, in vacuum exonerat Deus armiger iras:
Irritaque arma quatit: quæ nunc pax optima rerum
Abripiet: mites & transformabit in vſus:
Aut imis abdet terris: vbi ſemper amœni
Lumen inaſpectum Phœbi, maneſque repoſti
Semper, & obductæ picea caligine ſyluæ.
Macte animis iuuenes, patris germana propago,
Vrbs, en, tota patet vobis: ſuccedite muris
Iam veſtris: veſtris alacres ſuccedite regnis.
Ipſe etenim vobis Cæſar communia ſceptra,
Commune imperium dedit: vt, quos fœdere firmo
Iungit certus amor ſolio iungantur eodem.
Cernite curuatos arcus, & pegmata cunctis
Stare viis, fidæ ſpectacula & omina dextræ.
Cernite Romanis cœleſtia lilia ſignis
Miſceri & Paphias concordia corda volucres
Magna licet iunctim tenero pede ſceptra tenere:
Ægyptus quas docta notas rectoribus olim
Præſtituit ſancta vt valeant quam fœdera ſcirent.
Parte alia, en, ſcandit dilectam vitis in vlmum:
Purpureumque decus ſociæ partitur amatæ,
Ipſa autem vt grato reſpondeat arbor honori,
Dilectas frondes & amicas ſuſtinet vuas:
Robur amicitiæ ventura in tempora præbens:
Sicque ſuam dum pandit opem, & ſua dona viciſſim
Vtraque, longinquo ſtat non violabilis æuo:

Vtque

Vtque ſupra, immixtis auras concordia ramis
Obnubens late ſuaues conſpirat odores;
Sic etiam, inferno implicitis radicibus aruo,
Indiuiſus amor communiter occupat agros.
   Quin etiam Charites, coniuncto numine diuæ,
Aſpicite vt ſtrictis ſeſe complexibus vrgent!
Tergemino vt conſtet concordia ſancta tenore!
Nimirum fidei ſpectacula & omina veſtræ,
Magnanimi heroës, & tu, mitiſſime Cæſar.
   Cernite porrectaſque manus & brachia vobis.
Cernite ab excelſis Cyprios volitare feneſtris
Seruatos flores aſſeruataſque corollas.
Vnanimoſque duces ſpiranti inſpergere nimbo.
Auditiſne cauum ferientes æthera voces,
Saluete æternum, heroës. gens edita cœlo?
Macte animis rex magne? & tu clariſſime Cæſar?
Macte animis iuuenes. diuorum certa propago?
Saluete æternum: ſanctiſque inſiſtite pactis?
   Vos quoque, qui claris comites heroibus itis,
Montemorentiaci ſummum generis decus, Anna,
Anna author pacis, tantorum cauſa bonorum,
Alter honos regni, cuius cum Rege potente
Diuidis imperium ac paribus moderaris habenis;
Et tu, cui iuueni, primæuo in flore iuuentæ
Maturum mirata animum, moreſque ſeniles,
Tempora puniceo decorauit Roma galero;
Vos alii, quorum nunc quærere nomina longum,
Quicunque vnanimi heroum gaudetis amore,
Saluete: & ternos, iunctiſſima pectora, reges,
Semita quâ dat iter, celſæ penetralibus aulæ
Siſtite: vbi regina, ſoror tua, Carole, læto
Amplexu excipiat venientes: & pia iungat
Oſcula fraternis, tanto poſt tempore, labris:
Et quos vnus amor communi fœdere vinxit,
Conſociet domus, & communis fercula menſæ.

Saluete æternùm heroës, gens debita cœlo.
Macte animis, rex magne; & tu ter maxime Cæſar.
Macte animis iuuenes, diuorum nota propago.
Quæque animis vtrinque ligat populoſque, duceſque,
Adſtringat ſeros concordia firma nepotes:
Nec voluenda dies ſanctiſſima vincula ſoluat.

Ad Venerem & Cupidinem de Ioanne Secundo, fratre.

Laſciui genitrix alma Cupidinis,
Laſciuæque Deæ telipotens puer,
Cultorum duo vatum:
Semper mitia numina,
Veſtris imperiis ſi meus obſequens
Ianus concinnit mollia prælia;
Nullum & quæſiit ægris
Finem lentus amoribus:
Vos raptum Elyſio ſiſtite amabili:
Quâ vatum recinunt aſſiduùm chori.
Proſit regna proterua
Decantaſſe ſuauiter.
Et, quâ Sol propior feruidus imminet,
Et, quâ bruma riget marmorea niue,
Tellus quâ vaga circum
Ambitur tumido æquore,
Et, quâ fluctiuagis eſt via nauibus,
Humanive memor terra iacet pedis,
Vatis ſacra Secundi
Viuat fama perenniter.

EPISTOLARVM LIB. I.

Ad Halium Eobanum Heſſum.

Qui Latii pecoris Germanis paſtor in aruis
Primus es, (vnde tibi fama perennis eat)
Qui docti manibus populi geſtaris; & vrbis

Nobile

Nobile cantatæ es Noridis. Heſſe, decus:
Sublimis medio quum ferueret igneus axe
Phœbus anhelanteſque vreret acer equos:
Laſſatus veſtram veni peregrinus in vrbem,
Quâ ſacro magni Cæſaris ore vocor.
Goclenii tibi me commendat littera vatis:
Belgarum quo nil grandius ora tenet:
Si quis amicitiæ vacuus locus exſtat in albo,
Eſſe gregis chari me quoque ſcribe tui.
Scribes poſt reinum nunc me: ſed forſitan olim
Transferet in primos inde probatus amor.
Sic tibi facundus longæuo carmine, Pæan
Dicere det Siculi florea rura ſenis:
Trinacriiſque procul deductas rupibus agnas
Heſſiacis ditem paſcere poſſe iugis.
Teque pater vatum monſtrante aſſueſcat Homerus
Hinc canere Auſonio Dorica bella ſono.

Ad Romulum Amaſæum.

Felſineæ decus vrbis & Auſonii decus orbis,
Romule, Romani deliciæ eloquii:
Cui geminæ arbitrium linguæ concedimus: & quo
Non fuit Arpinas cultior ipſe ſenex:
Dum ſibi me comitem Heſperias vult Cæſar ad vrbes,
Arcana & fidis ſcribere iuſſa notis,
In Latias pridem deuectus barbarus oras
Vltro ambire tuam cogor amicitiam.
Nunc etenim quæ ſunt quondam mihi credita famæ,
Conſpicio ingenii dona beata tui.
Barbara mi patria eſt, ſi Italis committitur aruis:
Sæpe tamen rectis fertilis ingeniis
Auribus Oenotris notum dedit illa Rodolfum
Agricolam, tenuit qui ſtudii omne genus.
Notus & occiduis & longe notus Eois,
Vagiit hac prima ſcriptor Eraſmus humo.

Hinc

Hinc quoque facundo proceſſit grandior ore
Longaque victurus ſecula Longolius.
Atque alij, quorum viuacia Fama remotas
Nomina per terras, & vada ſalſa vehit.
Queis ſi componi nequeo, ne deſpice: nec ſi
Ignotum denſæ nomen habent tenebræ:
Hoc modo quære, tibi ſi Belgicus vllus amicus,
Quique nihil nunc eſt, poſt queat eſſe aliquid.

Ad Auguſtinum Saratum Hiſpanum P.

Dulcia amicitiæ labuntur ſemina cœlo.
Quæque hominum iungit pectora ſancta fides:
Siue ille æthereis ſcintillat ab ignibus ardor,
Quos eſt ſuppoſiti vis penes omne ſoli:
Siue magis ſic ſtant ſummi decreta parentis,
Vſque pari ſimiles nectere amicitia.
Certè ego, te primum quum vidi Sarate, ſenſi
In tua me totum fœdera mente rapi.
Anne vnum nobis fuiſit naſcentibus aſtrum?
Tutatúrne idem nunc quoque nos genius?
Hoc duce (credo equidem(tectis his iungimur ijſdem:
Hic vult nos vitæ currere ſorte pari:
Plurimáque eſſe ſuis voluit communia alumnis,
Queis nouus aſſiduè firmior iret amor.
Vtraque ſecretos ſeruant fidiſſima iuſſus
Pectora: & arcano eſt vtraque fida manus.
Cæſareus tua ſcripta legitque probatque ſenatus:
Cæſareis oculis littera nota mea eſt.
Dum verſus ſimiles communia numina Muſæ:
Iudiciumque tuo nec mihi diſſimile eſt.
Quare perpetui coniungat dextera amoris,
Quos eadem iungunt ſydera quos genius.
Sic Thereſilla tuis toto cantetur in orbe
Verſibus: & vati fida ſit vſque ſuo.

Digitized by Google

Ad Gonſalum Perezium.

Imbriferum Taurus caput effert cornibus aureis;
Et rediuiua boni tempora veris eunt:
Omniparæ telluris amor leuis aura Fauoni
Suaue tepens veſtra ſpirat ab Heſperia.
Iám veteres nidos peregrina reuiſit hirundo;
Integrat & queſtus Daulias ægra ſuos:
Almáque Acidalijs irrorat germina ſuccis,
Sufficiens rebus ſemina certa Venus.
Tu tamen interea fumoſa clauderis vrbe,
Flumine quam bifido Zenna perennè rigat:
Ac, dum magnanimi exſequeris mandata Philippi
Conſilio fidi pectoris, ore, manu;
Teque iuuat non eſſe tuum; querulûmque clientum
Sollicita perfers ambitione premi;
Quæ præſtas alijs, tibi non das, chare Perezi,
Otia: & omnis abit fœta labore dies.
Aſt ego, quâ tremulis anguſtus Gæuara lymphis
Pinguia vernanti gramine prata ſecat,
Æthereæ ſacris dominæ ſub collibus ædis,
Nota valle tibi, libera lætus ago
Non ignaua tamen prorſus, nec inania rerum
Otia, nec luxu deſidioſa malo:
Sufficiant ſed quæ vires; reparentque labori
Vrbano; & curæ non inhonora meæ.
Quæ mecum thalami conſors dilecta iugalis
Participat ſocijs commoda delicijs.
Et iam fragrantes Zephyrus mihi fundit odores;
Dædala quâ vario flore renidet humus;
Arbor & oſtentat tectas lanugine gemmas,
Autumnoque ſuas pollicitatur opes
Nec glebas piget adſtrictas contundere; nec me
Fœcundum irrigua ſubdere ſemen humo.
Ponitur hic Veneri ſua myrtus; laurea Phœbo;

Citrius & folijs non viduanda ſuis;
Bis ternis iaculata vijs vbi murmure dulci
De picturato marmore lympha ſalit.
Quam prope pennigeræ, vocalis turba, volucres
Solantur caueæ tædia ſerua ſuæ.
In medio volucer ludens plaudentibus alis
Monſtrat Amor liquido gutture lene queri.
Sæpe etiam, ſacris non dedignanda Camœnis,
Vel reſono mecum carmine ſylua canit;
Vel percuſſa ſpecu muſcoſo immugit imago:
Acclamant alacres ruricolæ Satyri,
Ipſe mihi, ante alios, Minoi prope flumina, rara;
Et placidas cantat Tityron inter oues
Virgilius: reſonant formoſam Amaryllida ſyluæ,
Paſtoris calamis otia dante deo.
Tum quò perducat miſeros diſcordia ciues.
Militibus linquens pingue nouale, monet.
Dumoſaque procul pendentes rupe capellas
Ire iubet tutam, ſole cadente, domum.
Gaudia mox domini incaſſum ſuſpirat Alexim;
Et vano abſentem carmine luget amans,
Nec metuit Corydon, hoc ipſo iudice, Daphnim,
Si vera eſt plano reddita imago mari.
Nunc pecus Ægonis; teque ô, peruerſe Menalca;
Carmine Dametis promeritumque caprum;
Pignoraque ad mulctram venientem ſæpe iuuencam,
Faginaque artifici pocula facta manu.
Sicelideſve canit Muſas, maiora mouentes;
Quæque venit cœlo, iam noua progeniem,
Quæ diuûm accipiat mortali in corpore vitam;
Quæ ſoluat veteris regna timore mali,
Chara deûm ſoboles, magnum Iouis incrementum,
Falcifero reuehens tempora recta ſeni.
Nunc Mopſumque bonum calamis, verſuque Menalcam,
Carminaque in viridi cortice ſcripta refert.

Digitized by Google

Daphnidis aut rapti crudelia funera nymphas,
 Sub corylis, propter flumina flere docet:
Abſentique deo pia reddere vota quotannis,
 Dum montes aper, & piſcis amabit aquas.
Aut gratum Muſis attollit carmine Varum,
 Vt Varum montes, vt nemus omne ſonet.
Dein tumidum venas, vinoque grauem, Silenum,
 Torpens dum ſomno lumina victa iacet;
Mnaſylonque, Chrominque, & nigris ebria moris
 Tempora ridenti quæ linit Ægla leni;
Ac tenera immenſi repetit primordia mundi:
 Cunctaque quæ diues poſtmodo terra tulit.
Qui, medium ſortita locum, grauis inſulta terræ
 Deciduo ſedeat pondere firma ſuo.
Quique globum ſtabilem inſtabili vagus ęquore Nereus
 Ambiat; & varijs curſibus aura leuis.
Paſiphaëſque truci dementia de grege furta:
 Quæque Promethæo ſanguine ſaxa fluunt.
Vt fruſtra clamatus Hylas ſit littore toto.
 Cumque pia vt quondam coniuge Deucalion
Germanam miſerans perijſſe ſub æquore gentem,
 Sparſerit auerſis iactibus omne ſolum;
Saxeaque humenti commendans ſemina terræ
 Ediderit ſubitos lata per arua viros.
Nunc, Corydona facit laudantem & Phillida Thyrſim,
 Blandaque quas denſas Phillis amat corylos.
Nunc, quarta teneræ Damon trieteride vitæ,
 Niſa, tuis oculis ſe perijſſe gemit.
Quid ſit Amor didicit, quoniam feruére medullas,
 Et queritur ſæuo corda calére deo:
Et parat inſanos abrumpere morte dolores:
 Seque procelloſo præcipitare mari.
Finijt vt Damon, ſuccedens Alpheſibœus,
 Et vittis aras cingit, & haurit aquam,
Atque adolet magicas herbas, & maſcula thura,

Con-

Congeminans diri carminis ore ſonos:
Ternaque de triplici Veneris diuerſa colore
Cæreus implicitus vincula Daphnis habet:
Farráque compoſitis vritque bitumina lauris;
Vt malus vratur Daphnis ab igne pari:
Daphnidis & quodcunque tenet de corpore pignus
Limine ſub primo protinus abdit humo,
Quod reuocet, retrahatq; inuitum ad limina Daphnim:
Atque domum foſſa cogat inire via.
Tum canit, vt tumidis Galatæam Mœris ab vndis
Sub ver purpureum, frigidaque antra vocet.
Tum Gallum indigno pereuntem mœret amore,
Frigora quod Rheni dura Lycoris adit;
Nec fontes liquidos, nec patra recentia curat;
Dum profugus lachrymis non reuocatur amor.
Reſponſatrices referunt ſuſpiria ſyluæ,
Ad latices claros ſacra Arethuſa tuos.
Inde agros, ſegetes, & magni ſidera cœli
Seruanda agricolæ; & Bacchica dona refert:
Vtque tenax ſerpat vicinam vitis in vlmum,
Quæ tectam viridi fronde marita premat.
Lanigeri pecoris deceat quæ cura magiſtros.
Quo veniant ductu ſub iuga prima boues.
Arboribus quæ cura nouis: quæ ſemine iacto;
Quæque ſua, nullo ſemine, ſponte venit.
Ac ſparſam tellure Palen. quis fortis ad arma
Sit ſonipes: & quem curua in aratra legas.
Dulciaque aërij miramur munera mellis;
Iraſque & leuium bella proterua ducum.
Denſaque quæ cæſis examina nata iuuencis
Paſtor Ariſtæus matre monente, tulit.
Orpheaque vmbroſas fruſtra mulcere cateruas;
Ac fruſtra Euridycen præmia ferre lyræ:
Immemor, heu, verſuſque animi dum reſpicit; vnde
Rapta iterum cupidas effugit vmbra manus.

Arma alius canat, atque immitis fulmina belli;
In fera Dardanios fata ruiſſe viros;
Ereptoſque rogis patremque deoſque ferentem
Æneam Auſonias quærere puppe vias;
Atque ſalo errato, deſertæ funera Didus;
Captaque Troiana ſceptra Latina manu:
Rura ego, cum ſyluis, & inermia carmina cantem
Agricola à ſtudijs non aliena meis.
Ipſe etiam, ſi quando oculis te reſpicis æquis,
Exactoque ſedet velle labore frui,
Et ſi longinquaſque vias, vigileſque labores,
Duraque Siſyphidis prælia Dulichij,
Magnum opus à Graio deduxſti nuper Homero,
Mœonidemque ſuum te tua terra legit;
Iamque, tua Laërte ſatus facundior arte,
Hiſpano didicit mortuus ore loqui;
Pana tamen mecum, & longæuæ numina ſyluæ,
Et venerare leues per vaga rura deas.
Et, ſeu perſpicuis collaſciuire ſub vndis
Agmina, & æternos, vitrea regna, lacus,
Seu, Labyrinthæos (tua ſymbola) cernere flexus
Te iuuat; atque vnam currere ſæpe viam;
Seu, quæcunque tuos placidi miracula veris
Oblectant oculos, ad mea rura veni.
Ad quæ non ipſum piguit veniſſe Philippum
(Quis credat magnos parua mouere deos?)
Cerneret vt noſtræ mirans molimina dextræ,
Quodque Syracoſiæ ſtruximus artis opus,
Qui moueat, quæ certo horas diſcrimine ſignant,
Fonte cadens, æquo pondere lympha rotas.
Forſitan ille dies veniet (ni flauus Apollo,
Et ſoror audentem Calliopea vetent)
Quum maiore tuba reſonans, celſuſque cothurno,
Cæſareas aquilas, bellàque ſancta canam,
Haud ignota mihi, ſed quorum pars quoque tecum

Ipſe

Ipſe fui, domini iuſſa ſequutus eques;
Auctum de Gerico quum ſanguine videmus Iſtrum
Voluere purpureas ad maris æquor aquas:
Aut ego Cæſareo ſeruata tropæa Philippo
(Hunc modo tutentur mitia fata) canam.
Vt Iuuenem egregium patrias iuuet ire per artes,
Prælia ſeu tentet, ſeu magè Pacis opus.
Vt, quæ debentur, malit tamen ipſe mereri:
Vtque hunc Antæi Barbara terra tremat:
Vt Libyen victor, Mauors & conterat armis;
Amſaga quoſque ſuis diuidit altus aquis.
Quæ mea me docuit ter quinos ante Decembres
Vranie, quum me veſtra teneret humus;
Diuinum & puerum ſpectarem patris in aula,
Certaque magnanimi pectoris indicia.
O, mihi tam claris liceat ſupereſſe triumphis;
Et videam euentus ominis ipſe mei.
Tunc mihi ſumma dies ſatiatos claudat ocellos;
Ad manes hilarem tunc iuuet ire ſenem.
Tunc me viridicum laudent mea ſecula vatem;
Et me per populos conſcia Fama vehat.
Nunc inter Dryadeſque vagas, virideſque Napæas,
Dulciaque vdarum murmura Naïadum,
Donec me curis exutum rura tenebunt,
Veris odorati carpere dona libet.

Hieronymo Faleto.

Sicne tuos nobis mittens, Hieronyme, verſus,
Mittere de rigido te flores dicis agello?
Mollibus aut illos prunis, rudibuſve corollis
Componis? ſic repere humi? ſic celſa ſubire
Nunc primum tete meditari in culmina rupis
Aoniæ? ſic me ſacrato in vertice ſiſtis?
Parce, precor (verum fatear) ſunt nomina nobis
Vertenda, atque tuo mutandæ in carmine partes.

Digitized by Google

Ipſe etenim ſacros latices, fontemque beatum,
Vnde trahunt vatum præcordia ſancta furorem,
Haud vnquam guſtaui: audaci nec mihi planta
Eſt tentatus apex Helyconius. at modo tantùm
Sacrati montis procul in radicibus imis,
Quâ zephyri tenues inter virgulta ſuſurrant,
Ludenti, ſatis eſt voces audire canentûm
Nympharum; Phœbique choros, Phœbique ſororum:
Atque per anfractus dubios & lubrica ſaxa,
Suſpicere ad ſummum felici euadere paſſu
Magnanimos iuuenes; quos Phœbi viuidus ardor
Excitat, audacique pares facit ire labori:
Te te adeò, Falete; tuo de nomine Vates
Æternos, Vidam, Fracaſtoriumque ſequentem.
Sic te Phœbus amet: ſic tempora Dapnide cingat.

Ad Nicolaum Brizardum.

Quamuis haud patior libens
    Quas non promerear laudibus affici,
Craſſi conſcius ingeni:
    Nec magnis bene me vatibus inſeris,
Brizarde, eximium decus
    Muſarum & patriæ maxima laus tuæ:
Pergratus tamen eſt honos,
    Quum tos verſiculis molle ſonantibus
Noſtros concelebras agros,
    Vitæ præſidiumque, & requiem meæ.
Docta ſic etenim chely
    Exæquas numeris quæque potentibus,
Coram cernere vt arbitrer
    Tot fœtos teneris floribus hortulos;
Montes; colliculos; lacus;
    Fontes perſpicuos, Naïadum domos;
Prata herbis viridantia;
    Vmbroſas ſyluas; ſyluiuagas deas;

Et tot

Et tot grata deis loca:
Sacrata & Satyris antra ſalacibus:
Ac myrtum Veneri ſuam:
Frondentemque tuo lauream Apollini:
Cultum quæ tibi verticem
Suſpirat meritis cingere honoribus.
Daphne nam tibi naſcitur,
Totus Pegaſidum quem celebrat chorus.
Ignotum at mihi ſit ſatis
Pallentes hederæ ſi caput ambiant.

IANI GRVTERI.

Ad Reginam Britanniæ.

MVlta poëtarum quamuis tibi carmina culto
Dixerunt laudes, Regia Nympha ſono:
Carmina, Parnaſi lauros ſapientia montis.
Carmina Pegaſei nectare tincta lacus:
Spero tamen quoque poſſe meæ teretiſmata Muſæ
Influere auriculis haud odioſa tuis.
Non quia vernanti decorentur & ipſa lepore,
Iiſque ſibi ſua ſit. gratia ſitque Venus:
Sed quia, ceu Regina audis puriſſima Virgo,
Sic quoque ſit virgo tota Camœna mea:
Nulliuſque vnquam laudandum, ſumpſit in ore
Viui hominis nomen dum tuita ipſa diem eſt.
Tu modò nunc prima es, cui linguæ plectra reſignat,
Virgineoque iacit virgineum ore melos.
Quo tibi ſi poterit minimum minimumque placere:
Vt modo principium es, ſic quoque finis eris.

Ad Harmoſynen.

Multa quidē, Harmoſyne miror; ſed nil mage, quā non

Ob te cœlorum linquere templa Deos.
Ecquod enim Numen ſtellis haud ocyus altis
Elicias formæ dexteritate tuæ?
Nedum animæ fulgore illo cui ſemper vbique
Virtutum præbet biga gemella latus.
Fallor? an interijt Diuûm gens priſtina, tuque
Illorum è buſtis vna refecta Dea es?
Sic rear: ac pro tali ideo Phœnice deinceps
Non eris ipſa animo diſſimulanda meo.
Quin tibi iam ecce meo ſtatuo de pectore Templum,
Cui ſua relligio, cultus & vber adeſt.
Aurum deſit ibi fateor, pretioſaque bacca,
Attalicæque artes Phidiacæque manus.
Sed tamen eſt horum pretium quod vincere poſſit,
Si pretium raris grandius eſſe ſolet.
Qualis enim nunquam morienti lumine lampas
Fanum olim Veneris condecorabat heræ;
Tale item de corde oritur Fax, neſcia vinci
Siue ſitu annorum, grandine ſiue Iouis.
Has inter flammas graphicè tua paret imago.
Harmoſyne telis ſculpta Cupidineis.
Illi deuotè centumplex vena miniſtrat.
Procidua ad ſacros nocte dieque pedes.
Vtque ſuos ſine voce Deos pia Memphis adorat,
Te quoque ſic motu Pulmo ſilente colit.
Aram Hepar duplicem præſtat, quam rite recenti
Hora omni fibræ mille cruore rigant.
Tu tali, Harmoſyne, macta optima maxima ſacro:
Neu maieſtatem numinis abde tui.
Sic quos nunc impendo tibi modò primus honores,
Impendat poſito Mundus vterque genu.

Ad Ioſephum Scaligerum.

Scaligeros Suadæ, cor Phœbi, lumen Athenæ,
Qui cœlum totum cum cupis ipſe tibi es:

Sic ve-

Sic velut huius agis modo Phœnix rarior æui,
Illa quoque vnigenæ ſecla volucris agas:
Adſpice abortiui ieiuna Poëmata partus,
Diuinos ſtatuo quæ pius ante pedes.
Ipſa quidem referunt Vrſam de matre recentem,
Vſque adeo formæ linea nulla ſuæ eſt.
Sed quid? non poteram citiori munere mentes
Deuotæ vnanimas exſinuare faces
Forſitan & ſimili nimo, cum ſtipite malum,
Pro voue Alexicaco victima facta Deo eſt.

Harmoſyna.

Vt te cerno tuis intexere crinibus aurum
Ipſumq; in varios flectere deinde modos:
Obſtupui, Erganam mihi cernere viſus Athenam;
vſq; adeo omnis erat ars minor arte tua.
Vt tamen inde tibi capior dare baſia, tuq;
Ex oculis curſu prætrepidante fugis:
Eſſe mihi Ixion ſub te Iunone videbar,
Amplexus nubem, ſed ſine nube, tui.
Aſt vt tandem aliquot de vertice fila reuellis
Iiſq; mihi armillas imperioſã facis:
Armillas, quibus haud dextram læuamq; ligarer,
Sed geminum hinc armum, ſed geminũ inde pedem:
Viſa mihi Venus es, transferreq; retia, queis te
Cum Mauorte tuo ceperat ante Faber.
Et mirararis adhuc cur non quoque deinde voceris
Harmoſyne, verum uno, Minerua, Venus.

Ocellis eius.

Ah quid vos Oculi eſſe? quid vos,
Quid vos eſſe Oculi feram? anne gemmas
Gemmis gemmiferas mage? anne flammas
Flammis flammiferas mage? anne ſtellas
Stellis ſtelliferas mage? anne Diuas

Diuis

Diuis Diuiferas mage? anne Cœlum
Cœlis cœliferos mage? imo, nil, nil
Horum nil Oculi eſtis: eſtis ex his
Quiddam compoſitum cui arte ſeſe
Cui ſeſe ſtudio profecto nulla,
Nulla vnquam queat anteferre gemma,
Nulla vnquam queat anteferre flamma,
Nulla vnquam queat anteferre ſtella,
Nulla vnquam queat anteferre Diua,
Nullum vnquam queat anteferre cœlum:
Non ſi ſe ſimul hæc ſemelque cuncta
Confundant bene miſceantq; in vnum.

Amor fruſtra clemens.

Vt perdi tot Amor cernit nec ſimplice morte,
Harmoſynes oculos qui tuerentur heræ;
Indoluit iuuenum ſtrages tot vbique virorum,
Haſque aliqua cupidus præpediiſſe nota;
Ergo quid? Harmoſyne nigro os velatur amictu;
Funerei cunctis ſigna cauenda mali.
Conſilium pulcrum ſed non tamen vtile mundo;
Vtpote nunc etiam qui ſine fine ruat.
Tota iuuenta quidem clare ſatis vndique cernit
Funerei ſibimet ſigna cauenda mali.
Imo tota iuuenta ſatis clare vndique centum
Harmoſynes occulis horret ineſſe neces:
Sic quoque ſed gliſcit cupido ebibere impete centum,
Eius quas oculis horret ineſſe, neces.

Ad Achillum Harlæum,

Cum tueor centum ſe immittere flumina Ponto,
Actutum meminens mens fit Achille tui.
Nam veluti nulla eſt ex accurrentibus vndis
Quæ certare ipſi marte vel arte queat:
Sed quoque Doctorum nemo eſt, nemo Orbe Bonorũ,
Quin

Qui n genio adſurgat iure libenſque tuo.
Sicut & exaugent alij Pontum vndique fontes,
Eius & amittunt nomen in amne ſuum:
Sic quoque cunctorum tibi laus tranſcribitur vni,
Nec quenquam minimum nomen habere ſinis.
In ſummâ, Oceanus merus es reuerenter honoris
Cui decimas gaudet pendere quiſque ſuis.

De Harmoſyne.

Exſpectent alij bis ſenis menſibus annus
Signa ſuæ ſubeat dum duodena rotæ:
Et modo eos ſpebus ver atq; Autumnus ineſcet;
Et modo vano Æſtas angat Hiemſq; metu.
Quatuor hæc anni iunctum mihi tempora præſtat
Quottidie Harmoſynes, Sol ſine Sole caput.
Halitus ambroſij ſimul oris panditur ac vox;
In me floriferi gaudia Veris agunt.
Iratos quoties lime defigit ocellos;
Triſte canis ſidus ſentio triſte Nepæ.
Verum vbi poma ſinus cernuntur roſcida, verum
Vt mihi crinitæ panditur vua comæ;
An non Autumno Autumnus locupletior omni
Alite ter fauſto ſub mea iura fluit?

Ad eandem.

Qualiter ætherei Solis gemmata quadriga,
Vt ſubit hiberni pallida ſigna Capri,
Sic tamen humano generi ſua lumina prodit,
Splendet & Eois Heſperiiſque plagis:
Haud ſecus ingeritur cunctis tua frontis imago,
Diua locis, radios ſuppeditatq; ſuos.
Verum vbi iam Titan hiemat, tunc noſtra profecto
Tantillo nunquam membra calore ferit.
At quo Nympha procul magis à te ſeparor, hoc me
Hoc magæ me Cancri zona peruſta coquit.

Eidem.

Iam plures fateor mihi per annos

Perſtas

Perſtas dura nimis, nec vlla vox eſt
Qua guttam, Harmoſyne, ſpei propinas:
Hoc ipſo tamen haud tepeſcit ardor
Quem formæ almitie merà excitaſti:
Quum tanto altius acriuſq; creſcit
Veſbij qualiter, aut caminus Æthnæ
Ventorum quibus incubant flabella.
Imo mille mihi licet per annos
Perſtes dura nimis, nec vlla vox ſit
Qua guttam, Harmoſyne, ſpei propines;
Hoc ipſo tamen haud tepeſcat ignis
Quem formæ almitie mera excitaſti.
Sed tanto altius acriuſq; creſcet,
Veſbii qualiter aut caminus Ætnæ,
Ventorum quibus incubant flabella.
Quod ſi iam faciant Dei Deæque
Sic ardore tuo perurar extra,
Sic ardore tuo perurar intus
Vt vita ipſa eat omnis in vaporem,
Ac totus maneam repente puluis;
Quam felix foret ac beatus ardor.
Nam ſi denique poſt faces rogales
Ipſe adſcribitur Hercules Olympo;
Nec factus Deus antea, Æſculapi es.
Quam te fulmine Iupiter ſacrauit:
Quei non quæſo etiam ipſe, quæſo, quei non
Supremo fierem ipſe ab igne Phœnix?

Manibus Petri Ronſardi.

Ronſardo nato, Charites Muſæque cadentem
Excipiunt, propria perpoliuntq; manu.
Cœleſti nudum caſto inuoluere Diones;
Ploranti lac, lac Pieris vnda fuit.
Hinc vagit Muſis Venerique probanda tenellus;
Hinque puer Muſis & Venere æqua canit.

At Iuuenis, plenus Muſis, plenuſque Dione,
Delicies & amor publicus Orbis erat
Vir ſed enim; Charitum viſus ver, viſus amorum,
Ore loquebatur lilia & ore roſas.
Eius & Aonios fontes reperire per ædes
Fas fuit, & lauros maxime Phœbe tuos.
Factus vt eſt ſenior, Tithonum cernere verum
Et verum Anchiſen cernere rurſum erat:
Quem dum Aurora ſibi totum dea pugnat habere,
Et ſibi dum totum pugnat habere Venus;
Muſæ interueniunt cœlique ad Olympica raptant
Sidera; vbi æternum Sidus & ipſe micat;
Deliciesque & amor cœlorum vbi publicus audit,
Delicies & amor ceu prius Orbis erat.

De Eliſa Britanniarum Principe.

Anglia nō vna pridem vexata procella,
Oceani in tumidis naufraga agebat aquis.
Iamque ſuis nimium temere viduata gubernis
Præda ferebatur, cuilibet horna vado:
Cum ſubito, mirum! cœlo deſcendit Eliſa,
Duplice virgineas anchorâ onuſta manus.
Nomina eis Pietas ac Iuſtitia; vtraq; molem
Tam laceram in vaſto Docta ligare mari.
Siſtitur ergo: nec hoc ſolum; mare detumet ingens,
Viſque cadit Boreæ fitq; ſerena dies.
Ex illo, mediis tranquilla Britannia in vndis,
Halcyones veluti indulus alter, agit.

Quis euadet,

Vno nempe modo nunquam capiuntur amantes,
Vna licet cunctos pœna deinde grauet.
Iſte columbinis Dominæ illaqueatur Ocellis,
Cſtaneæ cirris vincitur & ille Comæ.
Hunc pia Virtutum meliorum gratia verſat:

Dulci-

Ducitur hic cantu ducitur ille chely.
Quinque ſed hæc cum me miracula captiuarint,
Mirum quincuplici ſi cruce vexor amans.

Phaeton ac Deucaleon idem.

Cognitus Ætnæi cui nunquam eſt verticis ignis,
Cui nunquam Oceani cognitus ille liquor:
Ille liquor, totum qui circinat vnicus Orbem;
Ille ignis Siculam qui cinere opplet humum:
Non opus aut Ætnam petere, aut Mare: pectore regnat
Ætna meo, eque oculis vis ruit alta maris.
Ex oculis ruit illa maris vis alta ſecundum
Diluuium vt terris iam modo iamque foret;
Ni ſic ingrueret mox pectoris ardor adulto
Deſtruere ore Orbis qui queas omne latus.
Deſtrueretque etiam, niſi mox, alia vnda renaſcens,
Roboris auferret munia cuncta ſui:
Vnda: homines iterum præſens ſubmergere, flamma
Noſtra in eam citius ni rediuiua furat.
Ergo, quod à Pelago manet integer orbis & Igne.
Debetur fatis ſcilicet omne meis.
At quod ab igne Orbi toties flammaque periclum,
Sæuitiis Dominæ debet id Harmoſynes.

Ad Scæuolam Sammarthanum.

Specto libens lympham, quæ nigra è caute profecta,
Florea ſomnifero murmure prata lauit.
Illam crebra ratis merce altili onuſta frequentat:
Illa viatorum torrida labra rigat.
Nec fugitur poſitis omni velamine Nymphis,
Nec ſuperiorum Aris eſt inhonora Deûm.
Flumina contra odi, quæ limum ſaxaque voluunt,
Ruptoque agricolis aggere damna ferunt.
Diſplicet & torrens tumidis ſpatioſus in vndis,
Quas peperere imbres, quas peperere niues.

Cur-

Digitized by Google

Currit agris pecorique nociuus tempore verno:
Æſtate at nulli conſpiciendus adeſt.
Talis vena tuæ minime eſt, o Scæuola, Muſæ;
Quæ blanda ex vario fonte quieſque fluit:
Æmulaque argentum, criſtallumque æmula, Vatum
Nectareo ora adeo prona liqnore beat
Ipſum vt hydropem aueant; vltro tua flumina quei ſit
Vſque ſitire grauem nec releuare ſitim.

Ad Hugonem Donellum.

Quod Doctrina ſimul virtuſq; tua incluta, parui
Corporis in ſtadio, dic Donelle, vigent:
Haud vitium eſt Naturæ: imo imo hoc arguit ipſum
Doctius haud quidquam te melius ve magis.
Quidquid enim pretio eſt rarum ac venerabile, eidem
illi habitus breuior ſemper adeſſe ſolet.
Sic lapidis punctum eſt Adamas ſic Vnio, quorum
Res nulla æſtimio par tamen eſſe queat.
Aurea ſic minimo cenſentur pondere vaſa:
Grandior argenti ſic neque forma minis.
Quid mirum, Pontus multum ſi claudit aquarum:
Res noua, res mira eſt Fons, cui Pontus ineſt.

De Harmoſyne.

Si quiſquam in tenebris egit cœcum hactenus æuum;
Nec vernas vllo tempore vidit opes:
Ille licet brumâ mediâ ver cernat, aprili
Si modo fas noſtræ Virginis ore frui.
Circum ipſam certe Zephyrus Zephyriq; marita;
Imo adeo ipſa Venus ludit & ipſus Amor.
En vt cunctam oculo vel ſimplice recreet aulam;
En vt mille vomat florifero ore roſas.
Aſpice purpureum malis vernare colorem;
Quem lilij niueus temperet ille nitor.
Qualis ab Arrabiæ ſiluis diffunditur altis;

Talis ab ambroſia cæſarie halat odor.
Qualis ab Indorum ſpirat ſub luce lapillis;
Omnibus è membris gloria talis abit.
O decor! ô: ſed iam mihi vox male torpet in ore:
O honor! ô: ſed iam fulgure vulta cremor.
Namque tuæ dotes formæ Harmoſynilla quis auſit
Veri ipſi, imo ipſis quis ſimulare Deis?

Excors & Examinis.

Cum deſperaret ſine te Cor viuere, nec non
Eſſe Animus propior gliſceret vſque tibi,
Deſertrice fuga me liquit vterque, tuiſque
Molitur nidi ſemina, Nympha, comis.
Id tulit id mea vita; à te ſed ſupplice voto
Mox reddi petiit transfuga membra ſui.
Ipſa quidem reddis: ſed quid vix tranſiit hora,
Par illud propius quin tibi rurſus adeſt
Et licet à Vita inde iterumque iterumq; petatur,
Eſt tamen impatiens poſſe monere domi.
Sed ſine fine tuis ſe crinibus abdit, & iſthic
Quæritur à Vita mox ſiue fine mea.
Præ me igitur felix Iſis. natum illa puſillum
Perpetuo perdit, ſemper vt inueniat.
Ipſe ſed heu contra mihi Corq; Animumque miſellus
Inuenio ſemper, ſemper vt aufugiat.

Alter Phaeton.

Ne mihi quis poſthac Phaëthontis iactitet auſus,
Quos proprio igne ferox puniit ira Iouis.
Ipſe etenim ipſe etiam, pennis vectatus Amorum,
Aëra per ſuperum regno ſuperbus eques.
Et licet Harmoſyne, Harmoſyne æquiparanda ¦ Tonāti,
Siue oris tonitru, fulgure ſiue genæ:
Ipſa, inquam, licet Harmoſyne alta ex arce Diones
Hin oculi hinc linguæ fulgura viua ruat,

Non

Non tamen audaci dextra ſua frena remitto,
Incutiuntue animum flammea tela metum.
Sed tanquam ſoboles Aquilæ genuina, patenti
Haſce tonitrales ſuffero fronte faces:
Meque probo dignum, quem mutuo honeſtet amore;
Vtpote degeneris cui nota mentis abeſt.
Tu tamen o Dea parce mihi, parce o! ſat & ignes
Exploratrices ſit toleraſſe diu.
Si niſi quæ totas Solis iubar excipit horas,
Vis Aquilæ omnis hebet, vis Aquilæ omnis hebet.

De Iacobo Cuiacio.

E cathedra dum Cuiacii Romana docentis
Scita nimis cupide deuorat aure Themis:
Mirata eloquium, mirata adamantina dicta,
Vſque ſuum ſuberat fas quibus atque pium:
Aut nunquam meus inquit Papinianus obiuit;
Aut ſuus Orbi alter Papinianus adeſt.

Ad Phœnicem.

Phœnix, Naturæ ſpes ac metus acrior, vt iam
Proximior viui funeris hora tui eſt:
Ecquid adhuc Solis matutini incolis hortos,
Heic nec ades regnum virgo vbi Eliſa tenet?
Heic certe tibi erat videndum Auis vnica ſemper,
Nolebas ſenio ſi tua membra premi.
Huius enim Reginæ oculis luſtratus honoris,
Tempora nec morbi nec paterere necis,
Perpetuo ſed ouans florentis vere iuuentæ,
Secla ageres ipſis inuidioſa Deis.
Quæris pro tanto quid rurſus munere pendas?
Quid? niſi gratantis dulcius oris epos:
Dulcius oris epos; cuius pellacia cunctos
Ocyus huc duplicis attrahat Orbis Aues;
Argutiſque ipſas doceas garritibus almum

Virginis vnigenæ ſic celebrare decus;
Vt mox indociles claudi regione Britanna
Trans mare magnum ala liberiore ruant,
Atque ibi ſic ſummum nomenque & numen Eliſæ
Alituum inſtillent per loca cuncta choris;
Totum vt Eliſæ erret nomen numenque per Orbem,
Donec erit Mundus, donec & Ales erit.

Harmoſynæ.

Ah! ſibi quid voluit factum, cum, Nympha, creauit,
Cultorem vſque adeo metu in arte tuum.
Quidue ſibi voluit gemino cum lumine tantas
Obſeruari tui iuſſit honoris opes.
Quin ego debueram, digne vt canerere, Maronis,
Mœonidæque aliquid grandius ore loqui.
Debueram imo alios aſſumere corporis artus,
Quo propius poſſes, quo meliuſque coli.
Debueram fieri Lynceus ſimul, & ſimul Argus
Nec minus & volucris lumina habere Iouis.
Debueram fieri ceu Geryon ille, tricorpor;
Sic vt cuncta tamen membra forent oculi.
Aut potius naſci debebam corpore vaſto
Titanum inque vnum tunc quoque abire oculum:
Vt ſaltem illo oculo ad quem oculus ſe verteret omnis,
Te mundi intuerer mirificum illum Oculum:
Illum Oculum mundi, quem propter mundus in orbes
Pendet vt ore tuo fas propiore frui.

Ad Henricum Ranzouiam.

Tanta tibi eſt placidæ Ranzoua, modeſtia frontis,
Cui comes it ſimplex ingenui oris epos;
Vt niſi cœleſtis mera ſis Bonitatis imago;
Poſſideat Bonitas cor tamen illa tuum.
Viue igitur, Ranzoua triſecli Neſtoris æuum;
Tam diu vti Bonitas viuere & ipſa queat.

Nam

Nam certe quæ te orta oriente eſt primitus Orbi,
Orbi etiam haud nollet te moriente mori.

Capiti Dominæ.

O quodnam mediter, caput, meliſma
Te dignum tibi? quod decus decori
Æquem præco tuo? es quidem Cupitæ
Noſtræ tu caput: aſt idem profecto
Naturæ quoque es officina iunctim
Theſauros vbi cœlibes reſeruat
Quos à mille retro pepercit annis:
Ornatus vbi nubiles propalat,
Quos per mille dehinc refundet annos.
Oris namque ego gratiam puſilli.
Linguæ namque ego gratiam diſertæ.
Naſi namque ego gratiam ſagacis,
Frontis namque ego gratiam arcuatæ,
Qua tandem exſequar elocutione!
Aut quo quæſo Oculos canore fratres,
Aut quo quæſo Genas ſono ſorores,
Aut quo quæſo Labrum melo gemellum,
Nec non dentium ebur, rubras & aures
Digne magnificem? vnicis capillis,
Qui cantor minus audio diſertus?
Longis, diuiduis, fabris capillis,
Et lentor quibus ille & illa virtus
Vt ferri genus omne vincat, omnes
Et vincat chalybis tenacitates;
Ipſi vixque Adamas ſecundus extet:
Vix: ſed pluribus haud opus. capillis
Tam præfortibus, inquio. atque duris
Vt non totam hominum modo, ſed ipſam
Diuorum quoque vinci aut propagem:
Idque hercle arctius implicatiuſque,
Quam quondam Venerem ſuo atque Martem

Concluſit Faber ille rete claudus.
Nam ſic haud dubie eſt, Dei Deæque
Quuandocunque periculum ſuarum
Mox feciſſe volent potentiarum,
Suſpenſamque remiſſius catenam
E cœlo ſolum ad vſque florulentum
Cuncto pondere corporum grauabunt;
Illam ſi ex alia parare forſan
Quærent materie, è meris capillis
Quam noſtræ Harmoſynæ; haud modo Tonantem
Non ad ſe crepera trahent ruina:
Sed, rumpens medio catena niſu,
Omnes per caput ac pedes repente
In terram male præcipes locabit.

Ad Ælin.

Vt me delicias feli fecere aſpicis, Æli,
  Vxor, ais, quondam pulcra futura tibi eſt.
Si coniectura non falſa niteris, Æli,
  Tu nunquam coniux ipſa futura mihi es.

Ad Rumoldum Hogerbecium.

Amiciſſime amice, cum voluntas
Iamdudum regat vna meque teque;
Fruſtra miſero ego tibi Kalendis
Iani munera. nam tibi obſecro ecquid
Poſſem mittere, quod quoque ipſe non ſis
Miſſurus mihi? Quidquid ergo habere
Luce hac me cupis, hoc habeto
Rumolde ô tibi, non velut tuum, ſed
A me rite datum tibi. ipſe contra
Seruabo mihi, ſit velut tuum quod
Decreram tibi mittere. Inuenire
Ecquid tertium enim queam queaſve?
Amiciſſime amice, cum voluntas
Iamdudum regat vna meque teque?

Vt

De Iani Douſæ Poëmatis.

Nox vbi Perſephones laxato carcere Olympum
Nigrante nubit infula:
Surſum homines tollunt oculos, mundique ſalutant,
Modo hæc modo illa lumina.
Sol at vt igniuomam quaſſando lampada, Noctis
Equabus iniicit fugam;
Ilicet exiguæ Faculæ moriuntur, vbique
Stetere, dicere haud queas.
Sic quoque, ſi libeat vatum monumenta recentum
Modo hæc, modo illa voluere;
Fors quædam melioris erit ſpectare monetæ,
Reconditæque adoreæ.
Douſeæ ſed vbi oſtentant ſe emblemata Muſæ,
Fabra Cupido quæ manu
Mille & mille locis ita vermiculauit, vt herbam
Apollo & ipſe porrigat:
Cedite Romani ſcriptores, cedite Graii,
Sonus virûm vnus omnium eſt.
Qui volet ergo Eratus montes laticeſque fatiget,
Canorus ales vt cluat.
Douſæ ſcripta Helicon mihi erunt, mihi erũt Aganippe,
Poëta mox vt audiam.

Ad Harmoſynen.

Quid non molita eſt, quo non ſe promptior ira
Extulit in pœnas, Harmoſynilla, meas?
Proditione mera dextram læuamque ligaſti;
Cum iam expectarent præmia pacta ſibi.
Ecquis enim capitis tam leuia fila putaſſet
Carnificis tetricas poſſe ſubire vices?
Sic vincto, gemini furiato luminis ictu
Mille locis laceras pectora, mille modis.
Nec minus in linguam ſæuis, imitata Tyrannos
Tereas, in populos ne ſcelus iret atrox.

Sed nihil efficies. nam ceu Philomela ſorori
Indicio telæ vulnera nota facit:
Sic hæc Muſarum peplo infortunia pangam,
Sæuitiæ indicium non leuidenſe tuæ:
Indicium, ſeros quod ſerpet ad vſque nepotes,
Donec Amata ſuper, donec Amator erit.

In effigiem Reginæ Eliſæ.

Qui curti cupis æquoris tabella
Naturæ vnigenam videre prolem;
Cui ſic inſuper ambiente voto,
Adiecere Dei ſuos honores,
Adiecere Deæ ſuos decores;
Vt nec tam niteant honore Diui,
Vt nec tam niteant decore Diuæ,
Reginam videſis Britanniarum.
Miraris, retices & obſtupeſcis?
Atqui hæc ipſius eſt imago tantum:
Hæc tantum ipſius eſt imago tantum:
Hæc tantum ipſius eſt imago picta.
Viuam quippe videre ſi figuram
Reginæ volup eſt Britanniarum;
Non ſolummodo te putabis vltro
Naturæ vnigenam videre prolem,
Cui ſic inſuper ambiente voto,
Adiecere Dei ſuos honores,
Adiecere Deæ ſuos decores;
Vt nec tam niteant honore Diui,
Vt nec tam niteant decore Diuæ:
Non tunc, inquio, te Britanniarum
Reginam aſpicere autumnabis; ipſam
Ipſam aſt artificem omnium Dearum,
Ipſam aſt artificem omnium Deorum;
Aut ſi quid melius potentiuſve
Ipſa eſt artifice omnium Dearum,
Ipſa eſt artifice omnium Deorum.

Votum

Votum.

Si conceſſa mihi foret illa aliquando poteſtas,
Vt tria conciperem vota fauente Deo:
Non ego ſectatus Theſæi exempla furoris,
Carorum ſcelerem cæde frequente lares:
Primitus aſt optem; ne vnquam Harmoſynilla ſeneſcat,
Nec metuat formæ damna ſecunda nouæ:
Deinde, vti longinque quouis riuale repulſo,
Vnicus ipſius ſemper amator agam.
Denique, nos ambos horâ fatum auferat vnâ,
Vnicus ac claudat corpus vtrumque lapis.
Quod ſi immortalem Diui fortaſſe iuuentam,
Carnifici nollent Mortis obire manu:
Tertia vota forent, vt ego quoque perpete vitâ
Nobilis, Harmoſynen tempus in omne colam:
Longimanique vltra Thetidis pomœria, tranſque
Paſcua Solares qua ſtabulantur equi,
Condignæ vocis paſſim irrequiete canore
Vnam ipſam, ipſam vnam nocte dieque ſonam.
Id ſi contigerit, tum homines plauſu vndique dicent,
Ha! quam præ Hippolyti patre Grutere ſapis.

In Fabullam lucifugam.

Quid te locis Fabulle claudis abditis,
Foraſque trudis arbitros?
Ah falleris, Fabulle, ſi ſic omnium
Latere credis lumina.
Nam quid abeſſe conſcium prodeſt, ſi adeſt
Fabulle conſcientia?

In effigiem Caroli Vtenhouii.

Pingere dum Gnydiam forma excellente Dionem
Quærit Apelleæ docta cupido manus;
Non vnam fertur veſte exſinuaſſe puellam,
Arti ſicque ſuæ conciliaſſe decus.

At ſi quis vera cuperet ſub imagine patrem
Muſarum, in tabulæ propoſuiſſe quadra.
Non opus hunc atque hunc iſtumque requirere, Phœbi
Cuius ad exemplar fiat agalma Dei.
Tantum Vtenhouiadæ vultum ſit pingere Belgæ:
Vſque adeo facies vna duobus adeſt.

De Harmoſinæ capillo.

In rerum natura homine haud imbellius, vltrò
Ipſe probo; ſimplex quem ligat ecce pilus.

Ad Hugonem Donellum.

Sæcula ſi lucem tibi priſca Donelle dediſſent,
Nondum ierat peſſum cùm pudor atque fides.
Aut Nerua, aut Labeo, aut Syrius Phœnicis alumnus,
Iulius aut Paullus, Papiniusue fores:
Vel potius, (quia par his es ſolidè omnibus vnus)
Omnibus ex iſtis effigiandus eras:

Ad Cyperum.

Non eſt quod metuas, Cypere vatum
Multorum graue quo notere carmen:
Te Natura ſat antehac notauit.

In Obitum Lucii Ducatii, Poetæ

Sic calentiore uruntur alba Sole lilia:
Sic Notus roſæ fragrantem decutit trux purpuram:
Macte ſic tamen Ducati. quippe quod virentibus
Atropos detraxit annis, fœnore hoc milleſimo
Verſibus tuis Iuuentas addet atque Gloria:
Nomen ac tuum hæc & illa Apollinaris laureæ
Cortici admodum tenello gemmeis pangent ſtylis:
Scriptus illic; vſque & vſque in ore viues omnium:
Perque montes, perq; valles, perque aquas, perq; æthera
Surget in laudes Ducatii, non modo alitum genus,
Piſcium ſed gens ſquamoſa, ſed virens coma arborum,
Sed

Sed propago aprica florum, fruticumque opacitas:
Nominiſque erit perennis Lucius Ducatius,
Quàm diu mortalium vllus permanebit, quam diu
Fama rerum aget ſuperſtes, temporumque æternitas.

De ocellis Harmoſynes.

Eſſe quid hoc dicam, de tot quot millibus vni
Aſpectus noceat ceu iaculum Harmoſynes?
Cernitur his, illis, & cernitur hercule lætis;
Tanquam queis varie commoda plura ferat:
Hac mihi ſed viſa fit non mediocris amaror
Qui penetret corpus, qui penetretque animum;
Ha Natura parens, eius ſi pupula duplex
Tanta erat immerito totque latura mala;
Cur non temporius proueni in luminis oras?
Aut cur non tuita eſt ſerius illa diem?
Si tamen abſque ipſa noſtrum infelicius æuum
Eſſet, [illegible] è damnis fert lucra cara meis;
Nil queror [illegible] triumpho magis. nam publica quæ res
Eſſe faci[illegible]n, quei miſer eſſe poteſt?

In pa[illegible]m argenteam Donello donatam.

Ecce tibi [illegible]ram, cuius gremio aurea reſtat
Iuſtitiæ [illegible]ladio lance ſed inde potens.
Fallor? an & nutu vultuque fatetur, in orbe
Ingenio tutam ſe genioque tuo?
Fallor? an & vadem noſtri ſe ſpondet amoris,
In terra dum vel nomen amoris erit?
O ita Diua velis! meruit ſic nempe Donellus
De me: ſicque vouet corque animuſque mihi.
Cor animumque haud temne Donelle, imitate Deorum
Exemplum; queis mens noſtra vel vna ſat eſt.
Certe ſi cupiam te munera quærere digna;
Deficiatque ſolum, deficiatque ſalum.
Ambo deficiant; licet hoc vertatur in aurum;
Illud at electro, chryſolitiſque fluat.

Ad

Ad Eliſam Britanniæ Reginam

Terra Britanna quidem candente beata metallo eſt,
Nec non lanigero cornigeroque grege.
Portubus illa eadem ſpecioſa atque vrbibus amplis;
Queis ſua non proles deſit adulta virûm.
Sat quoque temperie felix æſtuſque gelique,
Et Cereris nunquam deficiente penu.
Hoc ſed enim longe longeque beatior vno,
Quod natale tuum fertur, Eliſa, ſolum.
Quippe quod eſt rutilo Gemma exquiſitior auro,
Numinis hoc ipſi gratia honoſque tui eſt.

Ad Ioſephum Scaligerum.

Quod nimium faceret plebis furioſa profanæ
Barbaries Phœbo Phœbicoliſque metum;
Muſarum ter terna trias duce Apolline terras
Alarum volucri deſeruere fuga.
Diuorum ſed vbi doluit gens cætera, ſenſim
Doctrinæ humanis omne perire decus:
Nec tamen adduci decas illa poëtica poſſet,
Rurſus vt hæc coleret tam ſceleroſa loca:
Ipſius ecce vicem Diui te Scaliger omnes
Effigiauerunt de meliore ſui.
Scilicet vt qui vnum irreuerenter haberet, in vno
Is violaret item Numina cuncta poli.

In tumulum Hadriani Turnebi.

Conderis exiguo vir maxime marmoris orbe;
Quod tibi digna queant nulla ſepulcra dari.
Namque aliàs, aurea ponendus in æde, pyropo
Simplice debueras atque adamante tegi.
Si verum tamen eſt bis ſeni à funere partus
Sponte artus Niobes ſaxificaſſe Deos:
Iidem vtinam faciant mox totus vt vnio fiam;
Tuque cinis gremio ſuſcipiare meo!

Haud

Haud tamen vnà optem lacrymas quoque:ſed mage vo-
Memnonis effigies quam dare mane ſolet: (cem,
Vt velut ipſe Diem naſcentem rite ſalutat;
Sic ego præco tui te ſine fine canam.
Nam mihi, namq; Orbi Sol es, Sol vſque manebis,
Grande tui ſpargent dum iubar vſque libri.

Harmoſyne.

Iam mihi plus decies cupido vox torpuit ore,
Plectraque plus decies deſtituere manus;
Dum linguâ ſociare tuæ miracula formæ
Molior ad citharæ floridioris epos.
Nam data large adeo cum ſit tibi ſumma bonorum,
Orbis vt exiſtas huius & huius honos:
Obruor ingenti virtutum pondere mentem,
Et ſtupet ad laudum cor oculuſque iubar:
Vixque datur vultuſque tuos numenque ſerenum
Pectoris intra adytum ſat venerare mei.
Ne tamen ingrati populis cognomine monſtrer,
Aut reus infelix impietatis agar:
Iſta tibi, Harmoſyne, breuiter formauimus orſa;
Queis oculi adiicias ô vtriuſque iubar:
Gnara ipſi gratos Puerarum quamlibet hymnos,
Ipſi, inquam, cuius ſtirpis es, eſſe Ioui.

In Pudentem.

Tam dicis Volerum, Pudens, nocentem,
Vt vitæ vitia eius vniuerſa
Horis non foret explicare bis ſex.
Ferme credo Pudens. at ipſe contrà
Tam purus ſceleris probæque vitæ es;
Vt vix criminibus tuis minuti
Vndenos repleam pedes Phaleuci:
Totus quippe Pudens es ipſe nil quam
Fur, lurco, paraſitus, aleator.

Ad l

Ad Iacobum Auguſtum Thuanum.

Antea licet te Virtus Literæque iam diu
Aureâ pennâ per omnes auferant cœli vias;
Siſque amor communis Orbis vnà honorque, ne meæ
Ne tamen Thuane Muſæ ſperne gratitudinem.
Eſt quidem nimis puſilla ſeque vix leuat ſolo:
Impotens certe eſt volare Lunæ ad vſque circulum:
Mentis at deuotione nemini conceſſerit;
Ne quidem aliti Diale fulmen vngue qui gerit;
Obſtinata peruicaxque, ſicut alter Terminus.
Ergo cum Deis voluntas atque niſus ſe probet,
Nudus hic & illa nuda; tu tuos eia Deos
Æmulare, nec recede cœlite ab origine:
Ac ſinas Camœna noſtra, quo poteſt modo, tuum
Os honoret atque adoret mente, voce, geſtibus.
Cum ſuas inter ſorores Muſicus Pæan canit;
Aërem diuerſa vocum verberat ſymphonia,
Sæpiuſque tam remiſſa quam toroſa perplacent.
Surge, Muſa, Muſa ſurge deq. aromatum arcula
Parmulam auream Thuani prome pictam imagine:
Hancque collo pendulam omne fer refer per Belgicum,
Monſtri ad inſtar delicati, quale ſeculo haud prius
Fas eis vllo videre, nec videre deincipe eſt.
Menſe primo inſiſte terræ penſili veſtigio,
Ac Thuano agalmate omnem inebria prouinciam;
Ne puer puellave vlla, ne vir neve fœmina,
Ne ſenex anuſve viuat vel domi vel publice,
Quin honoret quin adoret Franciæ vnicum Alitem.
Menſe at altero, modeſtis nubium volatibus
Prima ſcande; ibique cunctis obuiè mortalibus
Parmulam auream Thuani prome pictam imagine.
Nam me cuncta, Muſa, fallunt, aut Charis noſtra prece
Victa, victus ac Cupido cæterique Cœlites
Lumina æquo qui intuentur gratioſa pectora,
Ilicet tuo de collo dulce id auferent onus:

Vtque

Digitized by Google

Vtque Alexandreiæ in vrbis æde imago pensilis
Cernitur Reginæ nixa, nulla ab adminiculo;
Sic Thuanus aëre ipsus collocabitur suo.
Non tamen loco vsque vt vno pendeat, sed æthera
Nocte obambulet dieque, sidera vt cœlestia.
Iam descende Musà, Musa iam redi domum: aëra
En Thuana obit imago luculenter: en latus
Hinc Amor præbet, sed illinc Gratiarum illex trias.
Pone & ante plurimæ ipsam prosequuntur Alites:
Alites quidem figura, Numinum sed hospites,
Orbis aut quas procreauit iam recenter astricus.
Hocq; & ordine hoc & voce prædicant plus quā palam:
Nam quæ Auis choros eiusmodi arte ab vlla duxerit?
Tale Cygnus, tale Aëdon quando protulit melos?
Ah ita est! nouem Camœnæ hoc delitent sub schemate.
Euge iò proles Monetæ! euge iò comes virûm,
Quos per asperam raptauit Herculis virtus viam,
Inque templa sacra Honoris duxit arcto tramite,
Famaque osculis beauit, Gloria ast amplexibus.
Euge iò proles Tonantis! euge grex Nouensilis!
Tanto honore, tanto amore qui Thuani icunculam
Afficis, viuum Thuanum amore digno percoles:
Percoles honore digno, quam diu mortalium
Orbe vtroque Amor superstes, orbe vtroq; Honos erit.

Harmosyne.

Fingere te volui cera: sed cera liquescit
Igne, nec in longum seruat aprile decus.
Fingere te volui cedro: sed & illa securim
Materies metuit fumificosque rogos.
Fingere te volui non vno marmore: marmor
Tale sed hinc Boreas, hinc Capriffce teris.
Fingere te volui niueo flauoque metallo:
Hinc at item ærugo liuida furque nocet.
Fingere te volui mansuro Adamante; cruore

Duriciem

Duriciem hircino perdit & ipſe ſuam.
Ergo meæ reſtat cordi incidaris imago
Plus quam perpetuis, Harmoſynilla, notis.
Illud enim igne ſuo ſic indurauit Amorum
Dux, vt obeſſe ipſi nulla elementa queant;
Non ſi æther, ſi flamma omnis conſpiret in vnum,
Terraque fiat ei fiat & hoſtis aqua.
Nam ne ibi ſacrilegis liceat quid, lux mea, dextris:
Excubias pro te grex aget ipſe Deûm.

Ad Araneam.

Incaſſum properas ter turpis Aranea: nullus
Harmoſynes ſupereſt hac tibi ſede locus.
Téne comæ ſacram ſcalam calcare? capillis
Téne audere tuo collutulare pede?
Heic habitant Diuæ tantum, melliſque parentes;
Alituumque canor, virgineuſque pudor.
Sed ſodes accede palam: nam toxica ventri
Tantum aberit valeas conciliare tuo:
Vt contra, virus cogare refundere, quo te
Ingenii ſcabies noluit eſſe leuem.
Sed quid? an auditis fugis his? fugis hercule. verum
Non quia purgari res odioſa tibi eſt:
Aſt mage quod Dominæ lateri quam proxima vultu
Plus minus adſpicuo viſa Minerua Dea eſt.

Ad Afrum.

Deprendit modo cum ſua Lupercum
Claudillus Glycera. arbitrer Lupercum
Qualem quæris Afer? profecto tardum.

Eliſæ Britannæ.

Vulgus ait non ferre vnam ſimul omnia terram:
Ipſaque res vulgo fecit haberi fidem.
Te ſed enim nata, populi ſententia fallit.
Nam quæ te regis, regia Virgo, tulit;

Illa

Illa ſimulq; ſemelque tenet Natura per orbem
Dædala quod cunctis ſparſerat ante locis.

In antiquitates M. Laurini Dn. de VVatervliet.

Marce Mineruæ oculus Muſarum os, dextera Pluti,
Cor Phœbi Charitum mens, Veneriſque latus.
Cur Watervlitii triuiali agnomine gaudes?
Cur tibi ab argento tota ſit arcta domus.
Atria cum tumeant ſignis ex ære Corinthi,
Atque auro & gemma quælibet arca fluat.
Fallor? an innuis hoc, lapidũ omne atque omne metalli,
Tecum habitare genus, more perennis aquæ?
Signa Monarcharum non vna loca omnia inundant,
Effigieſque frequens obuia vbique Deûm eſt.
Heic Latium totum eſt heic Græcia tota, ſuaſque
Ipſe recognoſcit hic prior orbis opes:
Et fatur lacrimans: quibus ah miſer ipſus vbique
Ante ſuperbibam. nunc tenet vna domus.

Ad Iacobum Vlaſſium.

Aula ſplendidius; nil eſt. nihil altius Aula.
Inde vt opes manant ſic quoque manat honor.
Spes ſed ibi proprias ſedes cum fixerit, illa
Pollicitis opulens ard a rebus Anus:
Ah vereor, tactu mutem licet omnia in Aurum;
Aurum omne id teneam conditione Midæ.
O Dea Libertas, Muſarum ô florea tempe!
Dulce mihi in veſtro viuere, dulce mori.

Ad Harmoſynam.

Fulgura turbatis ſimul in me ſtringis ocellis;
Liuida iam fati ſentio cuncta malo.

Nec mihi membra anima ſecus exſuguntur opimâ,
Quam tumuli ſepſit quos Libitina cauo.
Aſt vbi pacati iubaris frons leniter adflat,
Viuida iam vitæ ſentio curcta bono:
Nec mihi membra anima ſecus exaugentur opimâ,
Quam Iouis ad menſam cui cibus ambroſia.
Ergo quid aut verear Clotho, venererve Tonantem?
Vna mihi vitam ſi facis, vna necem?

Phœnix.

Vnigenam quoties ſenii premit aura volucrem,
Atque iuuentutis iam minus igne calet,
Conſtruit in palma ſeu cunas ſiue ſepulcrum,
Diuitis ex raris Indiæ aromatibus:
Haud ſecus ipſe etiam varios varioſque decores
Harmoſynæ formâ de meliore lego.
Solariſque velut Phœnici regia flammam
Sufficit ambroſia qua cremet oſſa pyra
Sic quoque de Dominæ fax plurima prodit Ocellis
Pro ſubita vitam quæ mihi morte paret.
Ille tamen fulgur rapit à Titane volente:
Inuita rapio fulgur at ipſus Hera.
Res bona; ſi non mox, veluti ſacer ille Prometheus,
Cœleſtis furti redderer ipſe reus.
Res bona; vulturium ſi non mutatus in atrum
Carperet vſque vorax intima cordis Amor.

In Ioan. Paſſeratii Poemata.

Si quis vimque decuſque repræſentare tuorum
Vult Paſſerati carminum:
Ille neceſſe habeat Cygni confundere voces
Sonis Aedonum aureis:
Terque trium lectos Muſarum adiungere voces
Et Aedonum meliſmati;

Dein

Dum ſituum flatu fidibus miſcere lyrarum,
   Tubæque bombos barbitis.
Omnibus ex illis concentus qui fluet, is par
   Vix verſibus fluet tuis.

Ad Ollum.

Inſtas Olle mihi vſquequaque & vrges
Mox ænigma tuum tibi reſoluam.
Quid ſoluam cupis Olle, quod ligatum
Sic nobis quoque plus ſatis moleſtum eſt?

Philippo Pleſſæo.

Forte queam laudare fluenta illimia riui
   Muſcoſo lapidis qui penetrale ſalit:
Verum vbi vicinus Pelago teretis male dulci
   Ipſius in laudes totus abire paro;
Illicet obſtrepitant tonitru horrifico vndique fluctus,
   Abſorbentque meos ore tumente ſonos.
Quid quod & ipſe animo menſus maris illud apertum,
   In quo tot naues tot periere viri:
Lumina ſuffundor pulla caligine, vixque
   A caſu ſeruo debiliore pedes.
Sic quoque ſic Pleſſæe vbi te celebrare laboro,
   Materies linguæ ter decumana nocet.
Ingens Oceano aſſimilis doctrina tua, ingens
   Oceano virtus aſſimiliſque tua eſt.
Ac velut ipſe caret [illegible] vbi ſic Honor expers
   Littore, ſic expers littoris Fama tibi eſt,

Ad Harmoſynam.

Si tecum certare quis audeat argumentis,
   Audeat ille etiam bella mouere Deis
At quod pace tua liceat tamen, arguo cordi

Facta tuis oculis vulnera magna meo.
Vt non vlla foris reſtet viſenda cicatrix:
Pectoris vtque omni parte ſit æqua cutis;
Quid tunc Harmoſyne? quid tunc? penetralibus imis
Num minus idcirco ſentio grande malum?
Sit ſatis ah mea Lux, intus ſi ſaucior etſi
Inuidia exterior frons grauiore vacet.
Sit ſatis ah mea Lux. verum ſi proloquor, etſi
Id ratio faciat nulla profana palam.
Et tamen abſconſum loculis ſi fulmina conflant,
Argentum, loculos nec tamen igne cremant.
Sique eadem penetrant vaginam innoxia, ferrum
Sed quod ineſt ceræ more modoque liquant;
Quid mirum quæſo ſitu quoque ciuis Olympi,
Abſque ſuo nobis vulnere corda doles?

Ad Britannos.

Ne iam pro vobis poſthac veſtraque Britanni
Pro ſobole, æthereos ſollicitetis Heros.
Tantum orate diu terris vt præſit Eliſa:
Viua ipſa cunctis commoda cuncta fluent.
Quid ni? nocte die pro vobis excubat, eius
Inque ſalute vna publica nixa ſalus.

Ad Noctem.

Nox Erebi coniux, nigræ Nox filia Terræ,
Letheſque non diſcors ſoror:
Ipſa ferare licet mera Morti, imago, tuiſque
Trux horror alis incubet;
Tu mihi Sole tamen melior cenſeris, & eius
Perenniclara lampade.
Præſi le te clauſis oculis Dominæ modo formam.
Ipſiſſimam vidi meæ.
Vidi,& io quali ad talos á vertice ſummo,
Paſſim decore ſplenduit!

Haud

Haud ſecus hortorum Roſa germina odoribus oris
Naſcentis afflat Punicis.
Haud pecus Arrabibus ſpecies patefacta Dies
Fulgure prodit gemmeo.
O tu glis, tuque vrſe, rigenti tempore Brumæ,
Quos perpes occupat ſopor.
Tuque ô Cœcigene vnica quem nox matris ab aluo
Ducit ſepulcralem ad ſpecum:
Cur non ſum ſimilis vobis, vt cernere longum
Vultus Heræ detur meæ?
At cur non Epimenidis inſtar Endymionis
Somno perenni mancipor?
Vel. ſi mors nihil eſt quam fine carens ſopor ô *Mors*:
Ecquid te adhuc morus moror?

In Iſſam.

Cur tibi clauſa die domus eſt. cur nocte pateſcit?
Cur? niſi quod Veneri nocte dieque litas.

In opera Franciſci Duareni.

Aſtreæ verande Deæ, Duarene Sacerdos
Cui Sophiæ ambroſio lingua π adet latice:
Quæ tibi quæ inſinuat ſe Sphinx atque invia magnis
Iura iubet fandi ponere Principibus?
O reſponſa ſacra Themidos librata bilance!
O ſenſa hauſta puto *Mercurii* è cerebro.
Felix cui licuit coram te audire docentem
Qualia ſcire homines non potuere prius!
Ipſe nec infelix, cui fas tua ſcripta tueri.
Os in iis æque cernitur ac cerebrum.

Amicitia.

Nil ſale, nil ſole vtilius mortalibus ægris
Fama ait; & famæ res ſtruit ipſa fidem.
Verum cum ſit vbique frequentior vſus amici

Quam queat aut ſolis, aut queat eſſe ſalis:
Præ ſale paſſim etiam præ ſole colatur Amicus;
Aut ſoli certè par eritque ſali:
Sed potius ſuperet quoniam tantummodo viuis
Vſus adeſt ſolis; vſus adeſtq; ſalis,
Aſt veri poſt fata itidem ſuus vſus Amici eſt:
Parſque in eo noſtri magna ſuperſtes agit.

Mortuus non mortuus.

Mortuus à cunctis ſi vere creditur ægro
In cuius ſupereſt corpore nulla anima:
Mortuus ipſe ego ſum. ſpreto nam pectore fugit
Hinc anima Harmoſynes facta repente comes:
Aſpice vt in mediis ſedeat laſciua capillis,
In telæ centro qualis Araneola
Sed queo ſi vixi, non ſingula membra fatiſcunt,
Conduntur que putri putida prorſus humo?
Sed quei ſi vixi. veteris violentia flammæ,
Exanimes mihi adhuc ſæuit in articulos?
Ah ah! iſta hominum ſuperant miracula captum:
Sic quoque luminibus ſaxea flet Niobe.

Ad Harmoſynam.

Harmoſyne mea lux mea mens. mea vita meum cor;
Harmoſyne columen deliciumque meum:
Vera licet ſoleat Phœbi cortina profari;
Te tamen huic nolim ſemper habere fidem:
Haud dubiè ex adytis vbi profert γνῶθι σεαυτόν,
Inſidiis tentat teque tuumque caput.
Nam ſi te minimum capiaris noſcere, nam ſi
Contigerit decoris notitia vlla tui;
Heu heu quam metuo, Harmoſyne mea, protinus eius
Naſcatur decoris ne tibi ſæuus amor.
Sæuus amor, cuius violentia fecerit, vt iam
Virgine de dia flos oriare recens:

Nar-

Narciſſique feros patiaris corde dolores
  Tunc etiam Lethes cum ſpeculabere aquas.
Nempe vafer cum nil valeat reperire Cupido,
  Quo bene debellet formæ elementa tuæ;
Quidquis conſilii longe lateque requirit,
  Queî comitraris nubilis vna tibi:
Nec ſecus Aiacem quam vicerat ipſemet Aiax,
  Harmoſynem ſuperet nemo niſi Harmoſyne.

Memento nouiſſima.

Si quis amat fibras vitiorum exſcindere, ſi quis
  Cœleſti in terris viuere more petit;
Is ſolum ante oculos ponat fatale diei
  Qua Lacheſis vitæ fila ſuprema metet.
Sic etenim quidquid dicet facietve; tenebunt
  Perpetuo medium dictaq; factaq; iter.
Seu vigilet, dulci ſeu det ſua lumina ſomno;
  Perfectum numeris illud & iſtud erit.
Publica curabit, curabit priua? nec vngue
  Tranſuerſum affectus pernicioſus aget.
Tempora ſunt pacis, ſunt belli tempora? vultu
  Vnius conſtans integritatis ouat.
Verſatur ſub teſte? malo abſtinet, eſtne remotus
  Arbitriorum oculis? ſic quoque recta facit
Et quis adhuc horæ renuat meminiſſe ſupremæ,
  Tot bona cum ſecum tempus in omne ferat:

Ad Iacobum Bongarſium.

Bongarſi Charitum Charis imo Minerua Mineruæ
  Nec minus & Conſi viua medulla ſenis:
Latoïdæque idem ver autumnusque Dearum
  Mnemoſyne peperit quas ſociata Ioui:
Tempore ſi tibi ſum tenere dilectus ab illo
  Quo prætexta breues cinxerat ampla pedes:
Nunc quoque adhuc, quæſo gratantia ſomnia vultu

Verte oculos, puero ſomnia nata mihi;
Tunc vbi tyro recens pelago iactarer amantum;
Quod Dea de lacrimis fecerat ante Cypri;
Ac, velut æſtubus alternis, vrgeret vtrimque,
Dulcacido nimium Speſque Metuſque mero.
Quid faciam his? inquis, nihil hercule: ſed tamen eia,
Religioſa animi ſigna fer eſſe mei.
Sicut enim aſtragalos rhombumque pillamque dicare
Mercurio è pueris cum puer exit, amat:
Haud ſecus Harmoſyne, mihi culta prioribus annis,
Protinus ecce, tuos ſiſtitur ante pedes.
Vt modo quæ paucis erat interitura diebus,
Sæcula dein viuat numine mille tuo.

Ad Harmoſynen.

Quæris me Harmoſyne tui quid eſſe
Credam maxime amabile atque dium?
Sunt iſti gemini profectò Ocelli.
Vin' & ſcire, tui eſſe quid ſecundum?
Credam maxime amabile atque dium?
Sunt iidem gemini profectò Ocelli.
Vin' & ſcire tui eſſe tertium quid
Credam maxime amabile atque dium?
Iidem ſunt gemini profectò Ocelli
Vin' & ſcire tui quid eſſe quartum
Credam maxime amabile atque dium?
Sunt iidem gemini profectò Ocelli.
Quin hos nominitare ius & æquum eſt,
Si quintumque roges, rogeſque ſextum,
Si cunctos numeros roges, ſupraque
Quam poſſit numerare calculator.
In tantum omnia ſunt tui iſti Ocelli:
Sedes nempe pudoris atque Mentis
Sedes nempe Leporis atque Linguæ;

To-

Totiuſque adeo tui: imo ſedes
Magnarum quoque Cœlitum: imò ſedes
Totius ſimul Orbis atque Cœli.
Sedes: Harmoſyne illices Ocelli
Iſti, inquam Harmoſyne illices Ocelli,
Sedes ſunt ſimul Orbis atque Cœli:
Sunt ſedes ſimul Orbis atque Cœli?
Imò ſunt ſimul Orbis atque Cœlum.

Superato maiores.

Cùm virtus inſit patrum ſua quæque iuuencis:
Progeneret Paphiam nec Iouis ales auem:
Maiorum meritò veſtigia quiſque ſuorum
Proximiore terat, prætereatve gradu:
Degener an hominis cenſeri nomine poſſit,
Neſcio: bruta inter non habet hercle locum.

Ad Claudiu Puteanum. V.C.

Ferre tellus omnis omnia haud ſolet: ſed quæ tulit
Te parens Claudi, ſimul ſemelque cuncta protulit
Improbo quæ vix petat voto impotens mortalitas.
Quidquid Ars, Natura, quidquid, Sorſq; virtuſq; obtinet
Singulæ in te id contulêre largiter tanquam horreum:
Horreum dicens Muſarum Gratiarumque horreum.
Ergo non modo florentis Galliæ Vnio vnicus
Orbis at theſaurus audis vtriuſque: id eſt vetus
Quidquid Ars Natura quidquid, Sorſq; virtuſq; obtinet
Cinnus eius, condus eius, promus eius es recens.

Cupidini.

An tot obarmetur fera dorſum haſtilibus hiſtrix,
Cypria quot medio ſpicula corde ſedent;
Neſcio: ſed male me noctuque diuque feriri.
Perſpicuam

Perſpicuam faciunt vulnera mille fidem,
Heu. Amor, heu ferior noctuque diuque ſagittis
Non ſecus atque ipſis ſi pharetra eſſe queam.
Sed nequeo certè; ſic vndique & vndique preſſas,
Vt noua nullum habeat plaga relicta locum.
Tantum inter ſeſe pereunt tua tela priora
Impete dum lacerant poſteriora ſuo.
Certe ſi quando illa inde ipſe revellere quæres,
Vni è millenis vix ſuus vſus erit.
Parce Cupido igitur non iam mihi ſed tibi, parce:
Ac iaculorum alio proiice mitis onus.
Sterne rebellantes: victum quid figis eumq;
Vicerat Harmoſynes quem prius vmbra comæ?
Cerne manu mea me geſtantem vincula vtraque;
Cerne capillitii colle reuincta iubâ
Omne ſuperuacuum eſt quod agis, puer aliger omne
Ridiculum quamuis te ſuperare foret:
At non Harmoſynes poteram iſtunc ſoluere nodum:
Si neſcis, plus quam Gordius ille mihi eſt.

Ad Harmoſynen.

Cum mihi ſeruitium inſtaret fatale, nec illud
Declinare aliqua Marte vel arte foret:
Non modo ſolatii multum eſt, ſed honoris Ocellis
Harmoſyne tandem ſucubuiſſe tuis.
Vinculaque his ipſis ſaltem debere Capillis
Sol quibus atque aurum nil tribuiſſe queat:
Multa ſed á quibus aurum ac ſol aſſumere poſſit,
Natiuum valeant quo cumulare decus.
Grande quidem damnum eſt libertas perdita grande
Dedecus ad ſeclæ ſemper obire vices
Sed non perpetuo quin damnum ac dedecus omne
Votiuum eſt. quoties quò cumuletur habet.
Et tibi quiſnam hominum, Harmoſyne, ſeruire recuſet,

Cæ-

Cœſorum dudum cui famulantur heri?

Ad eandem.

Quid vis Harmoſyne? tibi te tunc pulcrior ipſe es,
 Vt lapidum crebro cingeris orbe caput?
Hincq; pyroporum flammeſcit purpura, & inde
 Baccarum niueo germine ridet ador?
Sic reris loquerisque quidem; ſed non ego, ſed non
 Ille cui formæ vis bene nota tuæ eſt.
Quum ibi tunc tibi te demum deformior ipſa es,
 Vt lapidum crebro cingeris orbe caput;
Hincque pyroporum flammeſcit purpura & inde
 Baccarum niueo germine ridet ador.
Nempe vbi natiua procedis fronte, comæq;
 Gemmarum fucus ſubdolus omnis abeſt;
Tunc mihi tunc ſoli Harmoſyne pareſſe videris;
 Vixque tuum valeo ſuſtinuiſſe iubar.
Aſt vbi compta venis notho es mihi lumine Luna.
 Luna mihi notho lumine es, Harmoſyne.

Ad Brabantiam.

Regina eras Brabantia, ante Belgicæ:
Sed vt paris bonum commune Lipſium,
En Gallia omnis, omnis en Germania,
Tibrique pota gens & pota gens Tago,
Faſces libenter ingenii inclinant tuis.
Nox literarum perpes iis denaſcitur,
Et literarum perpes iis lux naſcitur,
Simul paris bonum commune Lipſium.

Ad Eliſam Britannam.

Nil mirum ſpreto thalami quod amore iugalis.
 Vſque illibatus ſtat tibi Eliſa pudor.

Sicut

Sicut enim toto Phœnix viget vnicus orbe,
Nec volucrum è numero cui ſocietur habet:
Haud ſecus ipſa orbi magis vnico es vnica, cuique
Rite mariteris nemo vir eſſe poteſt.
Quamuis, ecquid opus Reginæ incumbere proli,
Nomina cum *Matris* ſic quoque virgo geras?
Teque ſuam indigitet tua terra Britanna parentem?
Aut melius ſi quid eſſe parente poteſt.

Ad Somnum.

Docte mihi toties ſopito, Somne, figuras
Nunc ſimulare hominum, nunc ſimulare Deum;
Da precor Harmoſynes longinquum abſentis imago
Vera toros noctu pareat ante meos
Ipſi humeros circumuolitet cinerem æmula verum
Largiter in numero flamine fiſſa coma.
Frons niteat late ſinuati more profundi,
Cui fluctus nulli flamina nulla nocent:
Sub nigricante ſupercilio geminetur ocellus,
Quorum hic ſpiret *Aren*, numen at ille Paphi.
Labra foris tumeant ſuffuſa colore roſarum;
Baccarum ſeries bina ſed intus hiet.
Conchylis niueas diſtinguat purpura malas:
Aſſimilis lacti ſtet gula, colla niui.
Pectore ſit largo, multiſque trementia filis
Vbera Venarum molle imitentur ebur.
Quid refero vlterius? Domina ſic ſuggere totam,
Ipſamet vt viuæ ſuppleat vmbra vicem:
Imo adeo hanc deinceps in ſomnis cernere malim,
Matre ſua natam quam vigil Harmoſynem.

Amor captus

Sic eſt ſe primum puer ille Dioneus vltrò
Crinibus ambroſiis inſinuarat Heræ.

Crediderat que illic potuiſſe quieſcere longum,
Atque deinde ſuo liber abire modo.
Nunc vbi crinaleis deſperat rumpere nexus,
Inſtantis ſupereſt rima nec vlla fugæ:
Captiuas imitatur aues vafraque iuuentam.
In ſua non vafram retia voce trahit
Nec vafra modo voce, ſed & pellexit Ocellos
Sic quoque cuſtodis ad noua vota ſuæ:
Noſtra vti corda ſalire ipſo de pectore cogant,
Fallacique vltrò ſe laqueare comæ.
Sic quoque captus ego: qui ſpem licet eiurarim,
His norimque plagis eſſe neceſſe mori:
Id tamen inter mille beat miſerum mala, mecum
Quod meæ & heic auctor mortis obibit Amor.

Ad Lydum coquum.

Quid mihi Achæmenios concinnas, Lyde, paratus,
Oggeris ac raræ mattya lauta gulæ?
Nulla mihi dapis eſt, mihi nulla libido Lyæi:
Hic Heræ & hic oculus, dapſque merumque meũ eſt.
Ipſorum è radiis nectar ſolidum exprimo; eiſdem
Exprimo de radiis ambroſiam omne genus.
Quid nebulo exertis ſic aduerſare cachinnis?
Anne oculo inuiſa eſt menſa quod iſta tuo?
Ha, quaſi non quæ Diis Gamymedes ponit & Hebe,
Viſum hominum effugiant effugiantque manus?
Scilicet è ſolo viuunt animalia vento
Queis nouus atque nouus ſumitur vſque color.
Scilicet Eois populus reperitur in Indis
Vita cui florum conſtat odore mero.
Et quid? ſi ſolidos alit Aura homineſque feraſque
Cur non vmbram homini⸗me bene viſus alat?

Ad Petrum Fabrum Sanior ianum.

Si tibi quiſquam ex re caperetur condere nomen,
Deberes, vt habes, nomen habere Fabri.
Nam Faber es ſceptrum qui tornas muſteum Athenæ,
Contundat ſubitis quo ſtolida ora viris.
Nam Faber es Muſis qui priſcum Helicona reſinges
Nam Faber es Themidos qui ruta templa nouas.
Nam Faber es qui Iuſtitiam ſuo honore reueſtis,
Naſum adeoque ipſi ſufficis atque oculos.
Nam Faber es qui cuncta dolas ita aſciam, vt illis
Nemo ſecunda queat ſcalpra adhibere Faber.

In I. Lipſii Conſtantiam.

Qui ter mille modos oracula fandi
Ebria Athenarum Romul dumque fauis:
Qui Sophię theſaurum omnem quidquidq; ſupra omnẽ
eſt Sophiam hoc cernis rite patere libro.
Quid noua miraris rerum mira adque tonaris
Ad tantum ſtupida mente magiſterium?
Non hæc humanæ pia ſunt effamina linguæ!
Ingenium peperit tot ve virile bona.
Numina ſed Diuû, ſed cœlorum alma decemplex
Orbita, Naturæ ſed generoſus amor,
Doctrinæ Maieſtatis, Facundiæ & Artis
Hoc operæ ſpecimen propoſuere ſuæ.

In Sabelium.

De tot, de tantis, quibus vrbs quibus orbis abundat,
Sola deeſt virtus reſque, Sabelle, tibi?

De Harmoſyne.

Pingere iuſſus erat Zeuxis ſimulacra Lacenæ
Quam propter Graia Troia cremata face eſt.

Dignius

Dignius hoc vt agam dixit, non vna puella
  Eſt obeunda oculis corpore nuda meis.
Nec mora quam plures ad calcem à vertice pulcrâ
  Natiuum artifici proſtituere decus.
Ipſe quod in quaque eſt perfectius enotat, atque
  Picturæ tranſfert in monumenta ſuæ:
Inde abſoluit opus, nequeat quod carpere Liuor,
  Cuique adeo vel ſic nobile numen ineſt.
Hæc quondam: at modo ſi quid tale nouare neceſſe,
  Vna mea Harmoſyne ſit ſatis imò ſuper.
Hoc eſt, exemplar præter formoſius, ad quod
  Exprimi ament vltro Iuno, Minerua, Venus:

Eliſæ Angliæ Principi.

Paciferas poſtquam terræ pomœria Enyo
  Præcipiti vrgebat deſeruiſſe Deas,
Aſſumtis alis, venit ad tutamen Aſyli,
  Conuenere tuæ ſedis Eliſa ſinu.
Vtque ibi ab inſidiis ſibi ſatq; ſuperq; caverent,
  In ſumma vigilem te ſtatuere Pharo:
Cordatam vigilem quæ oculi ſpeculamine puro
  Longiter ac latè diſſita quæque notet;
Fulmineæque adeo frontis fulgore ſe vero
  Mox inimicorum conterat omne genus.
Et miramur adhuc, cuncto Orbe ardente duellis
  Cur tamen hic vigeat perpes, Eliſa quies?
Tu tu illa in ſpecula reſides inſomnis, & hoſtem
  Eminus hinc prodis; cominus inde necas.

Ad Barnabam Briſſonium V.C.

Briſſoni vt fieri debebas incola terræ,
  Concilio coiit concio dena Deûm:
Et te decrerant Puerum effigiare Trimembrem,

Heſperii

Heſperii qualis Rex erat ille maris.
Corpus enim aiebant, ſimplex ſatis eſſe labori
Neſciet, aſſiduò quem ſine fine feret.
Dum nunc Doctorum prodet dictata coronæ,
Florida Romulidum Graiugenumque ſale.
Nuncq; Orci è peniti penetralibus eruet imis
Cuncta ſagi quondam cuncta decora togæ.
Et nunc Regis aget non vna negotia magni,
Iuridicoque triplex nunc reget ore forum.
Iis ſed vt in mentem venit ratione quoque iſta
Pro monſtro inuidiæ poſſe venire malæ
Vno ficte quidem es Briſſoni, corpore; ſed cui
Viis genii triplicis ter genioſa ſubeſt.

Ad Augerium Gislenium Busbequium.

Quod ſic aſſidue videant homines iubar ingens
Solis Olympiaci ſideraque alma poli;
Haud magni pendunt cœlorum lampadas, imò
Luciferi ille ferè vilet imago Dei.
Tantum inſtar miraculi habent rubeoſque pyropos
Candidaque Eois grana petita vadis!
Hæc illi. at tibi quo Gislene frequentior adſum
Contemplorque animi tot mera mira tui;
Hoc magis atque magis ſupplex ſtupeoque tuique
Aſpectum, ac Genii dona verenda colo.
Mentior? an rebus ſcio ponere præmia vera?
Aut cœli, aut Solis maior honore venis.

Domini eſt Salus.

Calpha velut Solem ſequitur, cœlum omne ſolumque
Siue nouercæ obeat, ſiue parentis opus;
Sic quoque ſeu ſors læua tibi, ſeu læta miniſtret,
Vnica & vna animo ſit Deus vſque ſalus.

Vnica & vna ſalus certe eſt, cœlum omne ſolumq;
Siue nouercæ obeat ſiue parentis opus.

Ad Deos.

Ah ſortem miſeram meam ah profanam!
Sementem facit agricultor in ſpem
Fructus: trans mare nauta currit in ſpem
Lucri ſolum ego amo coloque, nec ſpem
Propono mihi quam feri doloris,
Quam curæ ſimul & crucis perennis.
Ah! clauam prius auferam Herculi, aciem
Ah tygrin citius domem, ah calore
Incendam potius gelu, ſeipſam
Quam comem mihi præbeat Capita.
Vitæ ergo dum aliquid ſuperſtat, illam
Crudeli eripiamus vngue amoris
Aut ſi Mars nequit vllus Arſue nulla
Crudeli eripere illam Amoris vngue:
Tunc ſaltem id date Dii Deæque, ſicut
Abſque ſpe Dominam neceſſe amare eſt,
Ipſam ſic quoque amem doloris expers,
Et curæ ſimul & crucis perennis,
Nam cur obſecro damna ſola me me,
Damna, inquam, haud quoq; lucra conſequantur.

Ad Harmoſynen.

Si me lætitiis lætum cupis omnibus, imò
Lætitiarum ipſum ſi cupis eſſe patrem:
Ne mihi delicias oculorum, dia, tuorum
Surripe, neu longæ ſubtrahe filia comæ.
Fila, quibus nimium pulcrè ligor, imò ligari
Queis aueam Lacheſi dum ſupereſt quod agat.
Turpe quidem vinciri, at tunc ſolummodo turpe,
Infames pariunt illa vbi vincla notas.
Sed ſi aurum Reges, ſi Reges gemma coronat,

Nec maieſtatis fama ſit inde minor:
Cur vitio mihi ſint collo manibuſq; capilli,
Queis aurum cedat, rarus & ipſe lapis?
Hunc ſua lima licet non ſimplex triuerit, illud
Coxerit Heſperius Callaico igne focus?
Imò fortunam fortunis ipſemet ibo
Ante meis, ſi me non ſinis eſſe meum.
Sed vincto denſis collumq; manuſq; capillis
Adſpires iubaris ſimplice luce tui.
Lumine traductus Solis ſcio *Marſq; Venuſq;* eſt,
Tunc vbi Mulciberi prenſus vterq; toro eſt.
Sed mihi non ita erit quia contra lumine vinctum
Si tueris, facies, Harmoſynilla, Deum.

Cupidinis procacitas.

Dum forte Harmoſynæ, vt ſolet, capillos
Comit gratia terna, pyxideſq;
Plures euacuat beatiore
Fœtas ambroſii liquoris aura,
Interuenit, Amor, ratuſq; matrem
Ornari Eurynomæ à tribus puellis,
Ceruicem roſeis ei lacertis
Amplexus, teres os ſuo ore ſuxit.
Quin imò quoq; dextera atq; læua
Diuiſit lepide comas vagantes,
Ac nudo implicuit repentè collo.
Mirata Harmoſyne improbi pueli
Confidens facinus, niuem genarum
Tinxit purpureo pudore. & vna
Infantem intuita hoc & hoc ocel o,
Irarum ignibus haud ſecus tumenti
Quam Pal'as dea, vbi abſq; veſte nuda
Viſa eſt Tyreſiæ amnis in fluento.
Poſt factum hoc oculos veneno vtroſq;
Afflari inſolito Cupido ſenſit,

Obduciq; perennibus tenebris.
Quid tum, quid faceret Soli atq; Cœli
Ille ante induperator? ecce pendet
Luce orbus, neq. Gratiæ mederi.
Factis vulneribus queunt: dolorem
Solum planctibus eiulatibuſque
Teſtantur trepidis, Amore multum
Inuito. iis etenim infit, ah miſellæ
Ah quæſo charites ſilete quæſo,
Infortunia ne iſta noſtra ſi iam
Cognoſcant homines Deiq; noſtra
Infortunia rideant cachinnis
Paſſim perpetuis redire viſus
Si nobis nequit, heic mihi manendum eſt.
Heic inquam mihi perpetim manendum
Sic proles Veneris: ſuiſq; quanquam
Infantem Harmoſyne miſerta cœcum
Extricauerit illico capillis,
Haud diſcedere amat tamen: capillis
Sed collum inſerit vſq; & vſq;, nodos
Ex iis ſed facit vſq; & vſq; tanquam
Ad ſuſpendia reperire dignam
Nec æſtim magis arboremq; poſſet.

Error Mnemoſynes.

Nuper vt in ſepti nemoris florente roſeto
Exerit harmonicos Harmoſyne ore modos.
Attactuq; ſimul citharæ vocalia fila
Mobilibus digitis, irrequiete quatit:
Mnemoſyne ſuper ecce venit, pellecta ſonore,
E natis vnam dum putat eſſe ſuis.
Regaleis ſed vbi cultus, regaliaq; ora
Intuita eſt proprius, tota repente ſilet.
Tota ſilet, tandemq; gemens, quis non ſemel, inquit,
Hanc mallet, natas quam peperiſſe nouem?

In libros Ioan. Bodini de Republ. ſcilicet.

Nuper vt Elyſii obtulerat cultoribus Hermes,
Librum tuum, Bodine, de Republica:
Ipſe alios inter celeri Cicero quoque legit
Quædam huc & illuc ſaltuatim lumine.
Vndique ſed Sophiæ videt vt ſpirare medullam,
Nitere verba ſuauia vndiq; vt videt:
A capite ad calcem ſtudioſe euoluit; & imo
Tandem trahens ſuſpirium cum gaudio:
O quam vos Superi, propter deperdita ſcripta
Frequenter immerito ſcidi conuitiis!
Certe ni mea tu Reſpublica tota periſſes,
Totus periſſet Marcus ille Tullius.
Namq; perire mihi eſt, cum Doctorum audierim rex
Huc vſq;, à te redigi, Bodine in ordinem.

In Vacerram.

Conſenſu populi, patrumque punctis
Factus en hodie eſt Vacerra Conſul:
Mendax, lurco, madens, fugax Vacerra;
Cordis cui neq; mica nec cerebri:
Si non forte latet paterna in arca,
Auri inter cumulos grauesque gemmas.
Et te quiſpiam adhuc rependit olim
Cai Cæſar, equo quod incitato
Decreras dare tres nouemq; faſces?

Harmoſynæ.

Iam puto dixiſti decies, ſi tanta doloris
Copia vexaret meque meumque caput,
Mirari te cur lacrymis non tingerer vſque,
Ex oculis viuæ flumen abiret aquæ.
Hæ Domina, ha! parce ille dolet cui fiere poteſtas:
Cambyſes docuit rex ſat id ille Phari.

Ha-

Ha Domina, ha! quin hoc potius mirare, loquaces
Quei mea adhuc valeat promere lingua modos,
Namq; tui frontis ſic fulgura bina micantis
Cuncta pererrarunt membra furore mero,
Exedat vt pingueis veteraſcens flamma medullas,
Incendatque nigra viſcera toſta lue.
Iamque adeo humorem circum vitalia fuſum
Prorſus inaſpicuo peſtis ea ore bibit:
Deſit vti feſſos abeat qui ſudor in artus,
Nec ſua ſit lacrymis vena relicta prior.
Talis vita,puto certè mors, ducitur illis
Quas tetigit dentis torrida Dipſas acu.
Heu caleo,heu vror! ſitieaſq; in corde venenum
Euacuet Nilos, euacuetque Pados.
Hocque vident omnes, hoc omnes voce fatentur
Te ſine,quæ tanti fons & origo mali.
Vnde fit,vt nullos tibi credam corpore ſenſus,
Aut,adamanta trucem cordis habere loco.
Qui ſi molliri neſcit ſine ſanguine, venis
Cum modo nulla meis vena cruoris agat,
Vſque tibi cor erit, Hera inexpugnabile, eritque
Tempus clauſa mihi Telepho in omne ſalus.
Imò etiam mors ipſa: mori quid enim queat vnquam,
Pro ſceleto quiuis quem gradiente timet?

De eadem.

Cernere vbi Harmoſynam eſt, cerno omnia: vbi omnia
Nec tamē Harmoſynā eſt cernere, cerno nihil (cerno
Hæc eſt, quæ modo Lyncea me facit & facit Argum
Phinea,mox vna Tireſiamque facit.
Non male, ſi fierem Lynceuſq; frequenter & Argus,
Sed non: tam raro conſpicienda venit,
Vt mage Tireſias merear Phineuſque vocari,
Tunc quoq; vbi Lynceus, tunc quoq; vbi Argus ago.

Minerua.

Quæris Mineruam Iupiter
Cur non iuget connubio?
Ne nempe matre quæ caret
Matris vocetur nomine.

Ad Ianum Douſam Patrem.

Douſa Minerualis cœtus dux: vertice flexo
Cuncta ſagi parent cui ſacra, cuncta togæ:
Perpetuuſq; idem fontis Dictator equini,
Nec minus & Charitum Cyprigenæq; iubar:
Ad leuia hæc quæſo diuerte crepundia, quondam
Quæ peperi, in collo cum mihi bulla foret.
Caſtraq; ridiculæ impubes ſectarer; in album
Ipſe manu ſi non me retuliſſet Amor:
Dius Amor, qui quidquid agitue probatue proteruè
Eſſe facit iuſtum ſcilicet atq; pium.
Illius auſpiciis iſthæc quoq; nata: ſereno
Quæ vel obhoc vultu, Douſa videnda tibi.
Namq; alias en corde carent oculiſq;, ſed illud
Hoſq; tui extemplo Numinis aura dabit.
Sane laſciuum valuit, ſi Cypris in vſum
Senſu animare ſui Pygmalionis ebur;
Cur cor hiſce meis oculoſq; negabis in æuum,
Queî te tota ſacra relligione colant?

Ad Themin & Aſtraam.

Cana Themis, Themidoſq; Aſtræa perunica proles,
Ad ſuperos deinceps quin remeate Lares,
In terris opera veſtra quid opus? vice veſtra
Et legum & iuris cura Donellus adeſt.
Imo omnes pereant leges, iuſq; occidat omne,
Ecce, breui per quem reſtituantur, erit.

Ad

Ad Emericum Vicum.

Fama eſt, ſopiti vulgus leue Formicarum
Triticeis granis ora repleſſe Midæ:
Fama eſt, Steſichori clauſo ſediſſe palato
Luſciniam, atq; illic dulce iteraſſe melos.
Fama eſt taurigenas labrum apes puerile Platonis
Ætheriis fartim perpoliiſſe fauis.
In cunis ſed enim tibi, Vice, Minerua medullas,
Ingenii indulſit ſugere poſſe ſui.
Clamq; ſoporato indulſit cum lacte Thalia
Doctrinæ rarum viuidioris odor.
Ipſaq; quidquid habet pulcrumq; ac dulce Dione
Haurire vberius ſiuit ab vberibus.

Ad Harmoſynen.

Obuius ipſe tibi quoties ſum, tuque ſerenis
Me viſas penetras fulgidi acuminibus:
Haud aliter rigeo, quam ſi Ægocerota premente
Sole, habitarem vſtos frigore Hyperboreos.
Deuius ipſe à te quoties ſum, tuque micantis
Me radiis adflas nulla ſupercilii.
Non aliter caleo, quam ſi canis ora premente
Sole habitarem vſtos æſtubus Æthiopas.
Ergo alium te fas Solem mihi dicere, faſque
Ammonis fontem me vocitare tibi?
Ammonis fontem niſi quod cum oracula pandam
Vera aliis, vni mentiar vſque mihi.

Ad Phœnicem.

Aliituum princeps, obitu cui ſæpe renaſci
Ius datur, ac ſenium ponere in igne rogi.
Si tibi deinde libet genitali occumbere letho,
Haud opus ad Solis mane volare rotas.
Succuſſuque frequente alarum quærere flammam

Impete quæ viuo mox tibi membra cremet.
Huc ad ſidereum Dominæ vertaris Ocellum
In cineres ſimplo te radio ipſe dabit.
Quin neque dehinc, nidi cauſſa ſpoliare neceſſe
Arrabias gentes mercis honore ſuæ.
Quidquid enim late duplex genit India odorum
Eius in ambroſiis flos viget vſque labris.
Ex quo ſi fuerit tibi prima renata figura,
Naturæ haud iterum mortuus angor eris.
Perpete nam pollens pollens, æuo, ſtabilique iuuenta,
Naturæ fies vel Faber ipſe tuæ.

Ad Pictores.

Si quis pictorum eſt hodie, fiducia cui ſit,
Exprimere Harmoſynes penicuii arte caput.
Illi ego me cum fortunis ſimul omnibus vltro:
Illi ego mancipio me ſine fraude dabo
Quin mihi lætitiæ tantum tabula illa creabit,
Harmoſynes viuæ quam dare vulta queant.
Nec tamen interea cruciabilitatibus vrar,
Forma quibus Domina, me genuina coquit.
Ah ha! Vana loquor. nam ſi Leo pariete pictus
Crœſi olim gnato ſic quoque fata tulit.
Cur me non etiam, cunctis mage ſæua Leænis,
Harmoſynes quamuis ficta figura ferat.

Ad Aulum de Chione.

Turba togatorum qui leges iuraque callent.
Quid mirum obſideant ſi Chionæ aulæ fores.
Multas & grandes Chione lites habet, eſtque
Orbæ ac decrepitæ res ſat opima domi.
Nempe vbi, præſagit mox adfore pingue cadauer,
Vultur ibi ſemper multus adeſſe ſolet?

Reginæ Britanniarum.

Si tibi ſi parcè nimis emetimur honores
O ſecli duplicis vnicum Eliſa iubar:
Ille cupidum os ideo, cupidam neu deſpice mentem:
Quin vires potius ſuffice vtrique nouas.
Suffice: vel reputes culpæ heic minimum eſſe canenti,
Virtuti culpæ plurimum at eſſe tuæ.
Quæ cum tam ſit abunda atq; admirabilis illam
Vt fruſtra humanum promere quærat Epos:
Sat dixiſſe putandus erit, ſat ſe quoque quiſquis
Dicere velle probat, dicere poſſe negat.

Philippo Sidneo. V. N.

Quidquid amorũ habet ipſus amor, quidquidq; leporũ
Ipſe Lepos, Venerum quidquid & ipſa Venus:
Si non inſumptum eſt breuibus Sidnæe, libellis
Pamela queis dicta eſt queis Philoclea tibi:
Tunc certè Veneres poſſis Veneri addere, teque
Vim meram amorum vltrò non male poſcat amor.
Illepidoque lepos ſe clamitet ore, lepores
Tu niſi des ipſi munus habere tuos.

In Titum.

Quæ tibi ducta ſeni coniux iuuenis, pie, ducta
Neſcio vicinis ſit magis anne tibi.

Ad obtrectatorem.

Si quis erit nimis effuſis cui dicar habenis
Per laudes Dominæ velificare meæ:
Ille quidem aut talpa eſt, aut nunquam lumine pictæ
Punctum vllum Harmoſynes quiuit obire meæ:
Nedum ipſam Harmoſynam; quam ſe potuiſſe creare
Vix bene adhuc rerum credit opima parens.
Vſq; adeo magnis eſt æquiparanda Deabus,

Vſque adeo magnas vincit honore Deas
Nonne oculis hebetat meliores ætheris ignes?
Nonne genis æquat lilia, nonne roſas?
Ecquando tales Indum tulit æquor elenchos,
Ordo duplex roſeo qualis in ore nitet?
Quodnam ebenum gemino frontis certauerit arcu,
Quodnam lac colli nobile vincit ebur?
Ecce comam lamnas ſuperantem diuitis auri,
Quo Phryxi quondam luxuriabat ouis.
Scilicet vt toto Phœnix auis vnica mundo eſt,
Nec potis eſt aer terraue ferre duos:
Sic forma Harmoſyne eſt vna magis vnica Phœnix,
Vltro Eridis pomum cui daret ipſe Paris.

Monſtrum.

Vt Clytie Viduas vbi Sol mare tangit habenas,
Se foliis operit pallida tota ſuis.
Illo ſed currum raptante per æthera curſus
Ex calyce auratam promit honora comam:
Haud aliter mihi nobilior genii occidit aura,
Tantillum quoties diuidor igne meo.
Sed ſimul ipſius mihi frons alabaſtrica lucet,
Terrenæ videor fæcis habere nihil.
Raptus at indomito Iouis ad penetrale volatu,
Ambroſia veſcor, nectareoque mero.
Solaque ſimpliciter votorum ſumma meorum eſt,
Non, vti Lynceo lumine clarus eam;
Aut Aquilæ ſuperem viſum viſumque Draconis,
Corporis aſt ne oculis pars vacet vlla mei:
Sic tamen in ſomnos ne delabantur, vt Argi
Lumina, Mercurii cuncta ſepulta lyra:
Horum ſed minimus certet vigilantibus Hydris,
Siue tuo Mauors, ſiue tuo Afer Atlas.
Namque alias in Hera rerum miracula tot ſunt,
Vix vt eis oculi mille ſat eſſe queant:

Mille

Mille oculi, quorum certet minimiſſimus Aſtris
Imo etiam Lunæ Luciferoque Deo,
Monſtra quidem fateor mera profero, non tamen illis
Monſtrorum Harmoſynen qui didicere Chaos.

Roſarum fortuna.

Quid his repente, Vita contigit Roſis?
Quæ cum prius rubore matrem Memnonis
Floramque odore vincerent Fauonii,
En vt modo priuentur eheu flaccidæ
Colore cuncto, nec ſit iis odor ſuus:
Ipſaſne ventus interemit peſtilens,
Aut ſanguiſugus æſtus, aut præceps gelu?
Ignota cladis cauſſa vera eſt: attamen
Si locum habet ſuum apta diuinatio:
Illæ Diones inclitum genus Roſæ
Ceſſere victæ, Vita, protinus tibi:
Atque vt comæ ſentere primitus tuæ
Flauuro rubentes puberem fragrantiam,
Elanguerunt omnibus mox artubus.
Sic interit maiore ab igne cereus:
Sic ſiderum cum Sole marceſcit decor.
Et hercle cum rem lance iuſta pondero,
Illam Roſæ inficere adibant quæ Roſa
Eſſe ipſa met quibuslibet quibat Roſis.

Ad Carolum Cluſium.

Cluſi delicies amorque noſtri
Maximi Æmiliani, Opimitate
Quo nil nil ſapientia, orbe toto
Aut eſt aut fuit, aut erit ſecundum:
Quam rectè tua nomina omine imples!
Quam rectè inquio, Cluſius vocaris!
Non quod ſacra oculis tuis Apollo
Aonumque Machaonumque cludat:

Non

Non quod ſint tibi Hygeæ operta Tempe,
In queis & Venus & iuuenta viuunt:
Non quod Palllados arcearis aris,
Quas prudentia menſque recta ſeruat.
Plane ſacra oculis tuis Apollo
Aonumque Machaonumque nudat.
Sanè ſunt tibi Hygeæ aperta tempe
In queis & Venus & iuuenta viuunt,
Certè Pallados aggregaris aris,
Quas prudentia menſque recta ſeruat.
Sic dictus potius, quod vnus ipſe es
Cuius corde animoque continenter
Se Phœbus, *Medicina*, Athena claudant.

Ad Henricum Ranzouam. V. N.

Sunt quos clarificant tituli & ſtemmata Auorum,
Sunt quorum Attalicas arta flagellat opes,
Sunt quos magnificis virtus ſua honoribus auxit,
Sunt Doctrinarum mens quibus orbe viget.
At qui quatuor hæc coniunctim poſſidet, vnum,
Te Ranzoua ætas hæc modo noſtra videt.
Inuideatque etiam niſi quem ſe crederet iſtic
Sub ſpecie humana diſſimulare Deum.

In Italiam Laurentii Schradei.

Prodiit vt pugnax abiegnis Græcia coſtis,
*V*t daret in cineres Laomedontis opes:
Æneas medio pius eripit igne Penateis.
Fertq. humeris Veſtam, *P*alladiumq; ſacrum.
Tu quoq; rararum cultor rariſſime rerum,
Cernis vbi peſſum Romulidum ire decus.
Barbariemq; iterum comitatam inſcitia agreſti
Tentare Auſoniis imperitare focis:
Germanas ſubitus transfers abigens ad Vrbeis
*I*taliæ rarum quidquid in orbe fuit;

Hoc-

Hocq; adeo Veneris gnato felicius eius
Numina cum longa iam periere die.
At Schradæ tuæ creſcente ætate rapinæ,
Æſtimii ac formæ nobilioris erunt.

Ad Harmoſynen.

Ecce meam libertatem, Harmoſynillà, capillis
Implicitam ſpolium non mediocre, tuis.
Nam velati libra quæſiſſes ærequè, iuſtum
Mancipium poteris ſemper habere tibi.
Cerne minas vt adhuc ſpiret ſic capta, probetq;
In ſe degeneris ſanguinis eſſe nihil.
Haud aliter certè debebat carcere condi
Conſtringique manus fortiter atq; pedes.
Ipſam igitur quæſo cures adductius: ipſam
Ferre doce ſeruum noctꝫ dieq; iugum.
Quid loquor? imò, imò mea lux crinalia tolle
Vincula, ſitq; illi qua libet ire viam:
Sic quoq; te nunquam vel latum deſeret vnguem:
Vſque adeo formæ capta vigore tuæ eſt.
Erecta fateor graditur ceruice, truceſq;
Hinc atq; hinc oculo voluit vtroq; notas.
Sed quid? is eſt habitus cuſtodis, quem cupit vltrò
Impendiſſe dehinc tempus in omne tibi.
Fallor? an ipſa tuo donec lateri hæſerit, Argi
Excubias vincat perpetuante fide?
Hiſpanus nec ei certet, nec Colchicus anguis,
Herois quamuis hic erat, ille Dei?
Iure quidem merito. nam tu pretioſius ipſi es
Auro pomorum lanitiiq; bonum.

Hominibus curioſis.

Quod mihi circumeant dextram læuamq; capilli,
Formoſæ Dominæ verticis ante decus,
Luxuriæ notor à multis, nec curo, gemellam

Dum-

Dummodo ſic cingant tempus in omne manum.
Nam quid? ſi licitum eſt auro gemmiſque ligari?
Si neque dedecori eſt veris alumna roſa,
Cur non circumeant dextram læuamque capilli,
Formoſæ Dominæ verticis ante decus?
Ecce roſa quauis vt ſint roſei magis: ecce
Aureus iis cedat coctus vt igne nitor.
Ecce omnem nimis vt valeant incendere gemmam,
Eruta ſiue ſuo ſit mare ſiue iugo.
I procul ô Liuor procul ô Inſcitia: non eſt
Cuiuſuis verum cauſſa mei iſta fori.
Cauſſa mei iſta fori eſt, vbi ſum ilicet omnia ſolus,
Teſtis item ac iudex, actor item atque reus.

Ad Violas.

Formoſæ violæ, violæ graue munus amicæ,
Præ quo aurum ac gemmæ ſint pretioſa minus.
Cuius vos dextræ factas rear eſſe rapinam,
Natalemque ſimul ſuſpicer eſſe locum?
Num forte è Guidiis tulit Harmoſynilla viretis
A Charitum triga vera putata Venus?
Chloridos an Zephyrus ſeptis ſubduxit, vt ante
Sæpius, ac lenæ iuſſit obire vicem?
Non vos ſane aluit mortalis dextera, numen
Ah fuit, aut ſi quid numine maius agit.
Gratulor & merito vobis, euadere noſtram.
Quod fuit: vſque adeo frigoris igne riget,
Vt mox adflatis glaciali vredine vobis
Vix vmbræ fuerat mica futura ſuper.
Sed quei me quoque ſic, violæ, fugitatis? an æſtus
Forte grauat cordis quem penetrale vomit.
Ha nihil eſt: mea pro geminis en lumina riuis;
Hi facile ardori qui medeantur erunt.

De

De Auguſto Thuano.

Suada. Aſtræa, Charis, Iuno, Cytherea, *Minerua*,
  Heic indiuiſos conſtituere Lareis.
Heic habitant iunctim, ſunt iis heic omnia præſto
  Quæ poterant celebri vel decus eſſe poli.
Miraris? talem Saturnius ipſe Thuanum,
  Talem inquam finxit prouida dextra Iouis,
Vt ſimul ad terram è cœlo properaret, in illo
  Cœlum aliud ſubito poſſet habere ſibi.

Felix infelix.

Dum iuxta Harmoſynen ſedere fas eſt,
Ac fixis oculis tuor, manuque
Lenta mulceo floreos capillos,
Quos ſic crebro adipauit vnione,
Vt formam referant recentis vuæ,
Aut cœli potius nitentis Aſtrum:
Non vnus mihi tunc Gruteridarum
Sed verus videor Deus penatum
Quos ver aſſiduo colit Iuuentæ.
Seu quid lætius eſt Dea iuuenta.
Hanc iuxta ſed vbi ſedere non eſt,
Nec fixis oculis tuor, manuue
Lenta mulceo floreos capillos,
Quos ſic crebro adipauit vnione,
Vt formam referant recentis vuæ,
Aut cœli potius nitentis aſtrum:
Non vnus mihi tunc Gruteridarum,
Sed verus videor reus penatum
Quos Bruma aſſiduo colit ſenectæ,
Seu quid triſtius eſt Dea ſenecta.

Harmoſyna.

Grande putas facinus, poſſe hæc tua lumina viſis

Quod

Quod ſubitò inducant ſaxea membra viris?
Atqui tale etiam poterat quoq; calua *Meduſæ*,
Turgida cui multo ſtabat ab angue coma.
Grandius ah quanto facinus, lux ô mea, *Pyrrhæ* eſt;
Mortale è ſaxis reddidit ipſa genus.
Nempe hominem quæuis perdat quoq; vipera, eundem
Vnius at rurſus viuificare Dei eſt.

Ad Camillam Morellam.

Sic eſt, hîc charitum, Virgo, ſelectior audis;
*V*ſq; adeo rarus vernat in ore lepos.
Illi ſed cœlo delapſa putaris Athena,
Vſq; adeo ingenio vis capitalis adeſt.
Sunt quibus occurris verè Zephyreia Chloris,
Vſq; adeo morum gratia flora tibi eſt.
Eſt quoq; cui coleris dio ſub nomine *Peithus*,
Vſq; adeo pellax profluit ore ſonus.
Eſt in te Venerem qui demigraſſe loquatur,
*V*ſq; adeo formæ nobilitate nites.
Nec deſunt quibus æs *M*uſarum maxima Muſa,
Vſq; adeo verſus ebria vena tui eſt.
*V*erum ego cum penitè magis ac magis omnia rimor,
Te natura quibus ditat, & arca Iouis:
Non æui laudanda venis tantummodo noſtri
Muſa, Venus, Peitho, Chloris, Athena, Charis.
Omnibus ex iſtis magis es compoſta Deabus,
Muſa, *V*enus, *P*eitho, Chloris, Athena, Charis.

Sperandum.

Turpe magiſterium eſt, hyemis terrore futuræ
Præmerſiſſe vltro ſeq; ratemq; mari.

Ad Ioannem Viuianum.

Eſt vox parua quidem tuæ cicutæ,
Verum vox ea, Viuiane parua.

Multo

Multorum citharaſque barbitoſque.
Accentus generoſitate vincit:
Sicut Luſciniæ canor puſillæ
Clamorem gruis anteit fragoſum.
Aures grus fateor ſat implet: aures
At implere parum eſt, ſonore ſi non
Sic cor ſicque animum replere eodem eſt,
Vt quærant fieri hic & illud aures.

In obitum Chriſtophori Thuani Præſidis.

Galliæ Thuane Neſtor ſalue age, ac ſimul vale.
Salue age ac vale Thuanæ: plura non ſinit pudor.
Laudium nam qui tuarum amant coronam texere,
Pectore ii quidem omnium in ſe prouocant fauentiam,
Ore contra ſed merentur omnium ludibria.
Tantū enim illud adſequūtur, quod qui ſympulo breui
Claudere vniuerſa vaſu cogitat maris freta.
Ah Thuane! ſumma virtus, maxima eruditio,
Inſolens integritas & æqua Diis prudentia,
Galliam totam theatrum nominis fecit tui:
Nocte vbi dieque plauſum perpetem oris ac manus
Eruditorum ac bonorum indeſinenter excipis.
Nempe te Dice chariſque de feretri ſuſtulit
Capſula talique ſucco membra bis ter abluit,
Spiritu vt nouo recepto rurſus incaleſceres:
Inque ſella te Curuli collocares præſidem.
Nec mora vlla, vtrumque Numen ſic ſedentē protinus
A ſolo hinc & hinc leuauit ad domos Olympicas,
Latè vbi ſplendore claro fulguras, & Galliæ
Sufficicis tuæ abſolutam præſidis imaginem:
Galliæ tuę imo Europæ, vtriq; imo Orbi, imo omnibus.

De Ocellis Cupidæ ſuæ.

Ergo credam oculis meis? meiſue
Ergo credam oculis? tuoque verè

Cerno deſluere hoc & illo Ocello,
Hoc illoque perenni fuluo Ocello
Imbrem argenteolum? ergo lacrymarum
Gemmis æmulus. æmuluſq; baccis,
Prorumpit tibi riuus ex ocellis,
Qui tot fulgura, tot faces, tot æſtus
In noſtrum iecur antehac pluebant?
O meræ lacrymæ! ô ſacrata gutta?
Vt vos ore libens bibo. vt medullis
Immitto cupide, liquore grato
Quei cordis mihi temperetur ardor,
Prognatus oculis, parente veſtra.
Sed quid ſentio? ſed quis alter ignis,
Dum vos poto, iterum cor omne flammat?
Ah ah! non lacrymæ eſtis: imber ah ah
Non es; ſed pyra, flammeumq; flumen
Quale altis Siculi è iugi caminis
Ardenti pede peruagatur Ennam
Et quidquam miſer ipſe amans deinceps
Sperare, Harmoſyne audeam. vnda ſi iam
Non eſt amplius vnda? flamma ſi iam
Non flamma amplius eſt? ſed hinc & inde,
Vnda flamma miniſtrat, vnda flammam?

Ad Pictorem.

Linea ducta quidem dextrè eſt tibi, pictor & ipſam
  Harmoſynen primus ſic quoq; carbo refert.
Sed tamen ô quæ fax oculum hunc animabit & iſtum,
  Spiret vt hinc Mauors, ſpiret vt inde Venus?
Sed tamen ô qui deinde color digne ſatis almæ
  Illa tot abſoluet ſtamina dia comæ?
Stamina pro vinclis quibus vtitur ipſa Dione,
  Cum cupit audaces illaqueare viros?
Ah! qui peniculus ſatis efformauerit, iſthæc,
  Efformabit item Solis & ille iubar.

De

De Cupidine cœlo excluſo.

Vt nihil occurrit toto orbe, potentibus armis
Quin ſibi ſubiiceret Cypride natus Amor,
Intumuit pueri de more, frequentibus ac Diis
Nil niſi parta nouo Marte tropæa crepat.
Illi eadem toties pertæſi audire, puellum
Omni præcipitem deuoluere polo.
Exul erat, ſed non etiam ſibi diſplicet exul:
Sic quoq; ſed ſpirat fronte manuq; Deum.
Cœtibus ac certus bellum acie inferre Deabus,
Harmoſynes ponit callida caſtra coma.
Vix ibi conſedit vindicta en excidit omnis,
Dememinens cœli, dememinensq; Deum eſt.
Quid mirum oblitum reliqua ilicet omnia? quin te
Tantillum poterat nec meminiſſe ſui.

Ad Harmoſynen.

Ah ira quænam erit tua? ira quænam erit
Harmoſyna ſi iam mitis & comis noces?
Meam eſſe te fateris, & vere es mea:
Flammis tuorum ſic tamen totus cremor,
Ocellulorum, nec minus totus gelor
Linguæ pudicæ craſtinantis ſpiritu,
Vt neſciam quid ſim, quid haud ſim, ſed duo
Cernam ire in vnum elementa vel contraria
Vt perdat vnus mutuo inquam pignore
Frigus calorem roborat, frigus calor.
Ah ira quænam erit tua? ira quæ nam erit
Harmoſyna, ſi iam mitis & comis noces?

Ad Hugonem Donellum.

Ingenii tot viua tui dum fulgura mentis
Irradiant nebulas, die Donelle, meæ:
Iure ego te miror ceu lapſum deſuper Aſtrum

Quod tenebras animi non ſinet eſſe graues.
At dum prolixe quoq; pectoris intima pandis
Viſcera, meq; mei more parentis amas:
Iure ego te ſpecimen veri complector amoris,
Nec ſcio tete vtrum mirer amemue magis.
Hoc ſcio, cuncta licet coner poſſe; haud tamen vllo
Tempore mirari me nec amare ſatis.

Ad Alexandrum Magnum.

Maxime Rex Macedum ſi vere diceris olim
Soluiſſe nodum Gordium
Nodum quem ter mille occulta volumina nulli
Perſuaſerant ſolubilem:
Nunc ego te gladiumq; tuum cuperem mihi, liber
Vt his abirem vinculis.
Ita quibus Dominæ impediit mihi brachia, totos
Imo vel artus corporis.
Forſitan hæc etiam, quamuis lentiſſima, quamuis
Nodis mere intus conditis:
Forſitan hæc etiam rueres: ſed forſitan: illa
Formido namq; eſt, ne tibi
Iſtud rete meum tam nobile poſſet haberi
Tantæq; pulchritudinis;
Prorſus vt admiſſo fieri dolor enſe minutim
Concidere, aut corrumpere
Sed tamen haud ideo eſt cur illud perdere ceſſes,
O *Magne* ouator Indiæ.
Scis etenim auratas æquè vexaſſe Darium,
Quam vel catenas ferreas.
Imo etiam mage: nam quo plus fulgore coruſcant,
Hoc latius reum notant.
Præterea tanto quiſq; ſceleratior audit,
Quanto ligatur carius.

Ad Philippum Marnixium.

Ergo etiam tibi noſtra placent minus otia, iuge
Quæ mihi nectit faceſſunt quæ diu negotium ?
Parce humili parce ah animæ: non poſſumus omnes
Omnia eſſe quod iuuentæ ver fuit *Marnixiæ*.
Tu quod es, hoc vel mille virorum ſæcula vix vix
Improba optione ſperent. at mihi eſt par quilibet.
Parce humili parce ergo animæ. Teſtudo volantem
Si neget ceruum ſequi, laus eſt magis quam, inertia.
Satq; ſuperq. mea hæc teſtudo tramite tuto
Repere ad vireta Delius ſi poteſt & gratiæ:
Egerit vtq; illic vitæ quod reſtat inanis
Ad Monetæ transferatur aureæ aureos tholos.
Jlla ibi ſeu fidibus nullis obducta iacebit,
Siue quis de genere amorũ eam induet chordis nouõ,
Qualicumq. manu pulſabitur, ocyus vltrò
Proxime à Phœbo Philippum concinet Marnixium.
O ita ſit Clio ! ô ita ſit charis ! ipſemet vt ſim
Mortuus cliens Dearum, quarum eram & viuus cliẽs.

Fatum ſiniſtrum.

Jam premit Erigones lampas Phœbeia lances,
Dædalaq; omnimodo germine vernat humus.
Quid tamen hoc ad me, ſi nox caput iſtud obumbrat
Spinoſo variè cincta ſatellitio?
Quid tamen hoc ad me, ſi cordi cura ſuperſtat,
Et prohibet propius gaudia ferre pedem.
Ha lacryma ! ha gemitus ! niſi tu, lux ô mea, ſudum
A claro exhibeas frontis honore diem.
Obruor æternum tenebris, fruſtraq; laborent
Ponere mœrori cuncta venena modum:
Non ſi me cyathis Helena obruat aurea, queis mox
Thelemachi indixit triſtitiæ exilium.
Non ſi me Alcidæ deponat nectare coniux:

Non ſi baſiolis me riget vſq; Venus.
Baſiolis obitum quibus irrorauit Adonis
Tranſmiſitq; in eum florem animi atq; animæ.
Cycnigenæ ah valeant cryſtalla, latexq; Iuuentæ,
Voxq; Cupidineæ, labra valete Deæ.
Telephus en alter fio medicinaq; fiet
Vna mihi, cuius vulnera prima tuli.
Quæ, ſi tantillum, radioſa aſpergine vultus
Riſerit argutis multa locuta notis.
Ocyus immenſum ſe ſponte ad gaudia laxat,
Exultans toto pectore mentis amor.
Vlteriuſq; piam Lunæ atq; Hyperionis axem,
Remigio vitam perpetuante, ruit.
Vera loquor. ſed quid? tam grati luminis aura
Vix mihi vix ſexto menſe videnda venit.
Tuncq; etiam furtim tantum, atq; horæ vnius vno
Momento, aut breuius ſi quid eo eſſe poteſt.
Ergo me miſerum decies deciesq;! ſed ô ter
Te Scytha felicem per glaciem atq; niues?
Quippe licet mera nox capiti ſex menſibus inſtet,
Semeſtri reliquo lux quoq; iugis adeſt.

Manibus Gulielmi Canteri.

Arduo tibi parentent cæteri poëmate
Auream ac laudum tuarum ſtrenue perambulent:
Cumq; multa, cumq; magna ore eloquente dixerint,
Plura adhuc tamen relinquant prædicanda poſteris.
Ipſe hoc diſtichon pro longis conſecro præconiis:
Occubas cantere vere ætatis, at magis ſenex
Eruditione nemo obiuit aut virtutibus.

In XXX. matrimonii Ant. Mauclerquii annum.

Huc ades Cupido: adeſte compares Cupidinis,
Flore frontem, flore dextram, flore fulgidi ſinum:
Tuq; Hymen connubialis, tuque feſte Mercuri,

Huic

Huic amorum eia choreæ gemmeas luce faces.
Igne tali fulgurantes, vt genus mortalium
Alteram hinc Solem alteram inde Lunam oriri ſentiãt:
Sexus eſt velut ſui Sol omnibus *M*anclerquiut,
Sexus eſt velut ſui Luna omnibus francinula.
Hi trigeſimum modo implent coniugii vindemiam;
Vixq; eis tamen videntur eſſe triginta dies.
Imo vix horæ videntur eſſe eis ter ac decem.
Mentior: vix eſſe horarum tot minuta exiſtimant.
Aut ſi quidpiam eſt horarum ſcrupulis minutius.
Nec nouum id columbulorum more, more turturum
Abſq; iurgio abſq; felle, mutua inter Oſcula
Mutuos inter ſuſurros fœdera inter mutua
Dum dies noctesq; ducunt, factus annus eſt dies,
Imo factus annus hora eſt, factus hora ſcriptulum eſt
Hocq; promptius quod vlla haud interim domeſtica
Crux, crucis nec vmbra eorum decoloraris Lareis:
Mortuum nil extulere limine: imo è limine
Nulla ſerua nullus ſeruus tranſiit ad exteros:
Perſtitere vſq; vſq; eodem, vel piam per copulam
Nuptialem tranſiere proprias inde ad lareis,
Atq; heri exemplo, exemploq; heræ ſuaues coniuges
Abſq; iurgio abſq; felle, mutua inter oſcula,
Mutuos inter ſuſurros, fœdera inter mutua
Noctem agunt omnem diemq;, tempora imo negligũt,
Et velut Dei Deæq;, tempore abſq; victitant.
O nimis vitæ innocentis dulce contubernium
Quale quiſq; ſi vellemus viuere æuum deincipes,
Non Enyo, non Mars eſſet, non Eris, non Faſcinus:
Exſulet ſimultas omnis, omnis & calumnia.
Exſulent Quadruplatores iuriumq; interpretes,
Natio crumenimulga, ſanguiſuga natio.
Exſulent ſoni tubales, exſulent enſes feri.
Pax vbique regnet regnet mentium concordia.
Inque equis triumphet albis tam voluptas quam quies.

Ergo vos Dei, viciſſim tam beatam copulam
Quæ me honore quæ me amore maximo complectitur.
Maximo eia nunc amore nunc honore maximo
Mactam habere eam inſolenti proſequi adorea.
Huius illiuſq; fronde multa ambite verticem,
Fronde, luco de parentis ſegrege, in quam nil queat
Vel Noti brumale frigus, flamma vel caniculæ,
Sed virore quæ perenni, ſed quæ odore perpete
Anteat myrtum Diones laureamq; Apollinis.
Vale ſertum vterq; malit, quam coronis aureis
Colla ſi ac caput grauentur, ſiq; de rubro mari
Grandibus micent pyropis, grandibus baccis micent,
Dexteram ac læuam iis operti operti & aures & comas
Attrahant ad ſe popelli lumina atq; murmura.
Gemma morte, morteq; aurũ non caret flãma improbũ
Nunc eis aufert honorem, nunc vetuſtas temporis,
Ne perire ſæpe dicam vi vel inuidentia
Sæpe furto ſæpe caſu, ſæpe latronum impetu.
At quem amor fratreſq; amoris floreo vnquã aſpergine
Frondeaue vnquam corona decorare obnoxius
Mortibus morbiſue non eſt. hunc iuuẽtas hunc Venus
Hunc charis Lepeſq;, chloris hunc vna & Fauonius
Tranſuehunt montes ad illos in quibus Phœbus ſedet,
Tranſuehunt fontes ad illos in quibus Muſæ natant.
Heic ſemel quicunq; venit, viuit æuiternitet
Nomen eius at tabellis annotatum gloriæ
Creditumq; honoris albo literis mere aureis,
Sumit ala atq; pennas, & volatu præpete
Inde abit terram per omnem, queq; Titan æquore
Conditur proditq;, quaq; regnat Arctos ac Nepe.
Nuſpiam tranſit ſecundo gentium ſine omine:
Quiſq; clamat quiſq; plaudit, quiſq; ei laudes canit:
Non modo ore, at tympanorum ac tibiarum iubilis,
Sed teſtudinum tenore, ſed tubarum flatibus,
Sed lyrarum ac cymbalorum cornuumq; vocibus.

Dum

Dum ſalutantum increbreſcit diſſonans ſymphonia,
Templa, turres mœnia arces adſonant applauſibus:
Fluminum ripæ hinc reſultant, æquorum inde littora,
Antra vallium reclamant, rupiumq; confraga;
Collium accinunt arbuſta montiumq; vmbracula:
Cunctaq; hæc in vnum mixta argutia Echus garrulæ
Aëris per alta Diuûm iactat ad palatia,
Et replet Francinula omnia, omnia & Mauclerquio.

Ad Tiam.

Quod pretioſa tibi velamenta aſperet aurum,
Totaq; gemmarum fulguret igne coma.
Vndiq; quod talis celſum implicet vnio collum,
Auriculis qualem nec Cleopatra tulit:
Te Veneres, pia ſurripuiſſe vnam omnibus omnes
Plebs putat & per te Cypria nulla Dea eſt.
Plebs putat: at non ipſe etiam. ſcin' cur? mihi tantum
Illa placet vere quæ ſine veſte placet.

Ad Harmoſynen.

Dum perſæpe meo, mea vita, in corde voluto,
Quanta tuis membris regnet vbiq; Venus:
Nec reſtet toto terrarum fœmina circo,
Virtutum quam ſic biga gemella beet:
Mœrorum maculas fundo de pectoris omnes
Exigo & inſolita gaudia mente fero.
Non quia te forſan ſperem quandoq; potiri,
Aut ærumnarum corde fouere minus:
Lumina ſed quoniam ſcio bina ſepulta tenebris,
Afflauit qui me primus amore Dei.
Nam ſi amor vti oculis poſſet, lux, teq; tueri
Pellacem à ſummo vertice ad vnguiculos,
Ipſe tui inuitus quemuis deponere cultum
Cogeret imperio turbidioris heri.
Sic etenim rabidi flamma flagraret amoris,

Vt ſubitam iaceret in tua colla manum:
Non tamen ignota velatus imagine vultum
Qualiter in Pſyches dicitur iſſe thoros:
Talis at, ocyus vt clames, puero huic Dea Cypri
Aut eſt, aut certe debuit eſſe parens.

Ad Eliſam Reginam.

Quod ſit forma tibi, cura ſapiente Dearum
Quam teretes ſenſim compoſuere manus.
Quod pater & proaui poſtrema ab origine cinctum
Regifico inſigni forte habuere caput.
Quod mare vtrumq; tegis velorum grandibus alis,
Adq; tuum nutum regna remota tremunt:
Maxima pars eſſent laudum, Regina, tuarum,
Si non Orbi omni ſuſpicerere magis
Quod puram intacto conſerues pectore mentem,
Quod flammante colas relligione Deum.
Quod candore animi ſuperes cretamq; niuemq;,
Quod cunctis parili iura bilance feras.
Quod fortis toleres vtriuſq; immobilis auram:
Quod præſente oculo quæq; futura notes.
Quod non vnius linguæ ſcia, Muſica ab arte
Dignere æternum promeruiſſe decus.
Scilicet hæc bona ſunt tua vere: ſcilicet hæc ſunt
A cunctis quare iure ferare Dea:
Sin homo, talis homo qualem ætas triplice mundo,
Nulla aliquando dedit, nulla aliquando dabit.

Optat pectus è Cryſtallo.

Si pectus mihi cryſtallo transfulgeret ac cor
Fas foret omne oculis exhibuiſſe palam;
Illius certe medio appareret imago
Ad viuum, Harmoſyne, ſculpta nitere meæ.
Iamq; ſupercilii igne fibras ſuccenderet, & iam
In iecoris laueret ſanguine vtramq; manum.

Sicq; modo esurie cruciatet hiante medullas,
Sicq; modo venis staret iniqua siti.
Vndiq; vt vno omnes clamarent ore puellæ,
Nil mage te sæuum, nil mage me patiens!
Suaderentq; simul,trux illud agalma fugarem,
Inducta alterius Virginis effigie.
Non male, si foret è cera liquente cor, èue
Materia incidi cui noua forma queat.
Sed quid? me vnquam alia posset gaudere figura,
In solidum vertit cor Adamanta Venus.

De Harmosyne.

Obuia cum mihi sit faciem velamine tecta
Harmosyne viuens deserit ora color.
Visceraq; extremo quassus moribunda tremore,
Deferor ad terram præcipitante genu.
Iamq; omnis morerer, capitis nisi tegmen opacum
Tolleret, & nudi panderet oris opes.
Nam simul ac vultus læto splendore lubescit,
Et medicinam oris spiritu hiante facit.
In cunctos redeo sensus, animaq; recepta
Tollor humo, atq; eius pronus adoro pedes.
O signum miserantis heræ! ô pietatis imago
Vnica! plebs fieri cum videt istud, ait.
Sed falso: Busiridicæ nec parte sat vlla
Semina tantillum cognita mentis habet.
Præstat id, heu, solum propriæ consulta salutis,
Illo ne pereat quo peream, ipse die.
Vita etenim veluti mea pendet ab huius Ocellis,
Est & ei noster sic quoq; vita dolor.

Contra Capillum armilla intextum.

Ha virtutis anus Capille, cuius
Libertas mea, sic ligata nexu
Haret simplici, ceu catena totam

Totam

Totam ferrea ter quaterque obiret
Vnde inflexibiles, tibi eſſe neruos,
Vnde indiuiduum tibi eſſe robur,
Vnde inuiſibiles tibi eſſe nodos,
Vnde inquam hos adamantinos oriri
Nodos ſuſpicer? ipſus hercle fruſtra
Fruſtra herclè ipſus in hoſce conuocaui
Vires corporis vndequaque fortis,
Vires ingenii vndequaque cauti.
Vires carminis vndequaque docti.
Nam virtutis anus Capille, reſtas,
Reſtas nodus vt Herculanus; imò
Reſtas nodus vt ille Gordianus;
Imò firmior hoc eoque reſtas.
Reſtas firmior hoc eoque quare
Spes nobis quoque nulla iam ſuperſtes
Imò ſpecula nulla quæ ſalutem
Tantillum adferat. vſquequaque veſtris
Libertas mea vinculis neceſſe eſt
Ah! ah! immoriatur, ô Capille,
O virtutis anus Capille. Niſi
Hocq; atrocior heu ſenis capillo,
Quod languoribus intimis pereſus.
Vix tandem immoriar tibi, ô Capille:
Cum Niſum, quod & aucupent beati,
Nec mors vnius enecarit horæ.
Horæ inquam? imò nec horulæ, imo nec mors
Puncti dimidii vt lubet minuti.

De eodem.

Heu quantum humano generi natura repugnat
  Noſtra! ſuumq, vltroq; quærit auetque malum
Iſti animæ Harmoſynen noui fataliter hoſtem,
  Et tamen Harmoſynen non modo perpes amo,
Dona ſed ambitioſa illam depoſco precatu,

Quæ

Quæ latura mihi ſemina mille mali.
Vos certe Armillæ, armillæ quibus aurea fila
Arte capillorum circumiere globos:
Vos certè Armillæ iam nunc mihi non minus ipſum
Cor teritis, teritis quam vel vtramque manum.
Sic tamen ô porro, ſic porro pergite: namque
His videor felix nexibus eſſe nimis.
Dici at interea, num ſit ſpes vlla fidelem
Deuctumque alibi me reperire magis?
Non puto nec fieri potis eſt: quia quilibet hercle
Si liceat vinclis quærat abire ſuis.
Ipſe libens mea vincla fero, vereorque ſagaci
Hæc mihi ne quiſquam furcifer vngue clepat.
Ipſe libens mea vincla fero, vereorque recurſu
Temporis, vt ſtringant corue manumue minus.
Imo ideo mortem ſolummodo deprecor iſtis
Diſſoluat per eam ne quoque forte plagis.

Ad Harmoſynen.

Quod tibi tot circa ſplendeſcunt colla Pyropi,
Effigies rubei queis ſua cordis adeſt.
Fallor? an indicium eſt occulato te ariete frontis
Mille hominum e penito corda ruiſſe ſinu?
Haud aliter certe Ducibus capta vrbis imago
Multa triumphales ducitur ante rotas.
Hoc tua ſed Regum, Harmoſyne, victoria maior,
Quo minus eſt ſterni ſaxa trabeſque ſolo,
Cogere quam Heroas ſine conditionibus vllis
Sponte puellares ſe iacere ante pedes.

Alter Promethew.

Hoc ergo verum eſt, ergo verum eſt, cor meum,
Furti notatum te Dica.
Dum plura radiorum latenter millia
Heræ ex Ocellulis clepis?

Cunctaſ-

Cunctaſq; vires iis inſigniter foues
  Siti, fameque languidis?
Summum ô ſcelus! manere quoq; perpetim
  Ne fata acerba contuor!
Hoc perduellionis ipſo crimine
  Heu illico trahar reus.
Quin iam modo ecce triſtiori ſibilo
  Aues malæ ambiunt caput.
Quin iam citato Robur ac Rigor gradu
  Vincla inferunt Vulcania.
Quid heu quid hoc? ſic implicari aheneis
  Manus pedeſq nexibus?
Ha quo feror ſublimis? ha quis Caucaſus
  Noſtro notandus ſanguine?
Quid hoc, quid eſt? an cura vulturis modo,
  Radicitus cor exedit?
An cor idem renaſcitur ſtatim feris
  Diſcerptum vt eſt ab vnguibus?
O parcite ô. ſed non Promethei denuo
  Viuam repræſento crucem.
Atqui haud tamẽ Phœbi rotę abſtuli faces,
  Orbi bene vt noſtro foret.
Solum modeſte herile de ſacrario
  Scintillas clam ſuſtuli.
Quæ vix vel vni, in hac fame ac ſiti extima
  Iuſtum forent diarium.
Ad hoc me adegit, cui Deum nemo poteſt
  Reſtitere, heu Neceſſitas.
Sed quid profundo verba? ſum pol ſum nocens
  Æque atq; priſcus ignifur:
Pareſq; ei neceſſe ferre item neces
  Quæ nec ſemel necem inferant.
O aſperam ſortem! meis ô flebile
  Vel hoſtibus ſpectaculum!
Quippe alterum furem ipſe tandem triſtibus

Sol-

Soluit catenis Hercules.
At me, ô dolor! pudorque! nunquam Heræ hinc feret
Placabilis benignitas.

In Dominæ picturam.

Heic tu picta quidem es, dici ſi picta meretur
Cui penitus formæ linea nulla ſuæ eſt.
Atq; vtinam foret heic ſaltem te cernere Solis
Qualiter in ſtanti cernitur arcus aqua!
Quanquam pars ſit ibi molis minimiſſima vaſtæ,
At vaſtum vel ſic indicat ipſe Deum.
Atque vtinam foret heic ſaltem te cernere, Solis
Qualiter in fluida cernitur orbis aqua!
Quanquam pars ſit ibi lucis minim iſſima vaſtæ,
At vaſtum vel ſic indicat ipſe Deum.
Iſta tui vix eſt ſed imaginis altera imago.
Altera? non: vix eſt tertia imago tui.
Quid loquor? imo vix milleſima imaginis vmbra eſt:
Imo nihil prorſum eſt, Harmoſynilla tui.

Ad Philomelam, in natalem Reginæ.

Mille & mille potens pridem Philomela ſonorum,
Primo vbi floriferas panderet annus opes:
Quid nunc in dumis alibi illa poetria ceſſas,
Tempus Eliſæ iſtud nec genitale canis?
At tibi iam modo erant linguæ vocalia plectra
Exercenda citis nocte dieque modis:
Cum tellus etiam ipſa, etiam ipſus vitulet æther,
Quotquot & ex magno fulmina nata mari.
An fortaſſe ſiles, reperire meliſmata tantæ
Paruula quod meritis non potes æqua Deæ?
Ah, ne ideo muſſes! quia ſi ipſam à nemine fas eſt
Laudari, quam cui ſic ſatis oris erit:
Omnes ad ſummum merito taceamus ab imo,
Vſque adeo heic fandi vis abit omnis iners.

Quin

Quin illam ſummi, quin illam dicimus imi,
Velle vt in nos videat omnia, poſſe nihil.

Ad Philippum Porteum.

Preſſa quod exiguis ludas Epigrammata neruis
Pumilus inque breui puluere ſudet equus:
Haud ideo tibi diſpliceas, Poëta: puſillis
Maior vbique Venus, maior vbique charis.
Certè Adamas punctum lapidis, punctúmque Pyropus
Exſuperant vaſtæ fragmina vaſta molæ.

Ad Harmoſynem.

Fallor? an idcirco vincta eſt coma diuite ab auro,
Vt liqueat quanto ſplendeat illa magis?

De Hugone Donello.

Vt nuper Peletronius ille videre Donellum
Quærit, & in medio fors videt ire foro:
Vah! tantulne ait eſt tantilli pectoris auſus?
Hiccine iuridicæ paruus agalma rei eſt?
Sic ego ſed contra: tam paruo, aut corpore nullo,
Romani iuris Bibliotheca viget:
Bibliotheca loquens: quæ ſi ſemel occidat, ite
Si libet, Auſoniis legibus exſequias.

In obitum Iani Melleri Palmerii.

Ergo cadis vixdum medius Mellere iuuentæ?
Noſque tot exterres præcipitante nece?
At ſaltem Autumni te fugiſſes limen adulti,
Noſque beauiſſes fruge recente tui:
Sed non incubuit maturis floribus Auſter.
Iunctaque Lucifero veſpera ſera nouo eſt.
Vtque Cometa æui fueras ſic more Cometæ
Non poteras multos impetitare dies.
Attamen artis erit donec Criticæ vlla ſuperſtes

Guttula

Guttula, Melleri fama ſuperſtes erit.

Ad Carol. Vtenhouium de Conſt. Liskirchio.

Audio quæ dictas ô rarior vnio Suadæ
    Vtenhoui idque etiam quod cupis ipſe volo.
Sed volo ne quiquam velutiq; volebant Vlyſſes
    Sirenum audierat cum g niale melos.
Nempe Acheloiades cupiebat adire ſorores;
    Vincla ſed obſtabant hinc pedis inde manus.
Et mihi pro vinclis ſubeunt ratioque pudorque,
    Queis totus, tanquam duro Adamante, ligor.
Nam quid? vt æternis Liskerchum annalibus addam?
    Liskerchum cui dii cuncta dedere bona?
Hucque ablegarunt regararet vt aurea ſecla,
    Pandoræ quondam conſceterara manu.
Ah! nulli laudum mare fas, tam grande merarum
    Abſque necaturo currere naufragio.
Nedum id ego poſſim, cui tantum cymbula præſto eſt
    Remige arundineos findere ſueta lacus.
Quin ipſum potius tacita intra pectoris abdo:
    More ſacerdotum quos pia memphis habet.
Vtque deos adeunt ipſi ſine voce; potenter
    Sic ego Lisherchum vel ſine voce cano,
Namque alias, ſolidum induat vt facundia corpus,
    Liskercho fuerit, vix tamen ipſa ſatis.

Ad Danielem Rogertem.

Parua quidem tua ſunt, ſunt pauca poemata Rogers,
    Pectora amicorum queis recreare potes:
Parua ſed iis nequeant nequeant iis paûca videri
    Pendere qui quæuis, non numerare, ſolent,
Pæonis integros auditur Pica per annos,
    Scandit & antiuolans clangor in aſtra Gruis.

Sed tamen ad ſe aures animoſque potiſſima vertit
Sufficiens vernum vix Philomela melos.

De Dominæ ſuæ oculis.

Cum nondum Harmoſynes vidiſſem crudus Ocellos,
Nec maieſtatis tot decora alta nouæ,
Talis eram qualis medio nauta æquore vexant
Vndique quem fluctus vndique quem tenebræ,
Ipſe tremit: Diuiſque vovens matrs exta molaſque,
Sollicito cœli lumine lumen auet:
Deque tot aſtrorum faculis vnam expetit, index
Quæ ſit & à cœcis monſtret abire vadis,
Fruſtra.nam reliquus choreis addictior ordo,
Non potis eſt vno ſe retinere loco.
Sola tenax ſedis,velut alter terminus. Vrſa eſt,
Quam tandem vt cupidè mente oculoque videt,
Flet præ lætitia. luxq; huius gratior illi,
Quam quæ de Oebalidum nomine nomen habet.
Quippe duce hac à Sole occaſu tutus ad ortum
Iuerit imo eius finibus vlterius.
Sic quoque, vt exhibuit Dominæ radioſa Cupido
Aſtra animæ erranti qui cynoſura meæ;
Non ego nunc hanc intente nunc intuor illam;
Quæ deſiderio ſit ſatis vna meo;
Quamque adeo incidi fibris radicitus optem,
Ne quid ibi teneat ſpeſue loci.
Harmoſyna ſolideque beor, ſolideq; triumpho;
Proque aliis Nymphis omnibus vna ſat eſt.
Et meritò.talis quia dum ſit copia flammæ,
Hinc Iouis ad ſolium carpere nitar iter;
Imò emetiri modo ſi ſupereſt chaos atque
Scrutari nondum cognita multa Deis.
Nam quænam interualla poli. noctiſve tenebræ
Propoſitum valeant eripuiſſe iubar?

Nil extra eum ſit nilque intra mœnia mundi,
Frontis iaſpidibus quin ſine fine riget.
Nuper & hoc Maia genitus quoque ſenſit, Olympum
Et Styga iuratus luce vigere noua.

Ad Solem.

Luminis ô ſæclique parens, cur alite ſcurru
Sic ſubitò noſtris quæris abire plagis?
An properas narrare locis ſub Atlante repoſtis,
Heic regnare merè ſideris ora noui?
Aut illic potius pergis lucere, ſat heic quod
Harmoſyna illa tuam ſuppleat vna vicem?
Siue hoc ſiue illud cauſſæ eſt: ne ſic fuge ne ſic
Flammigenis iuſta ſol generoſe feris.
Quin ſtriga quæſo, ſtriga; atque diu aſpice lento
Intuitu Harmoſyne quot ferat ore dies.
Vix eius decora in tanto milleſima curſu.
Tamque interuallo diſpatiante notes.
Nil audis video: fugis imo hoc ocyus eius
Vſque adeo vel ſic ſunt tibi crux oculi.

De Cupidine.

Dum non ceſſat Amor crebris vrgere ſagittis
Pectoris anguſti durum adamanta mei,
Tenſa diu nimium tandem diſrumpitur arcus
Chorda; nec eſt telum quod iaculator agat.
Conſilii ergo exſors lacrimas tot fundit, vt eius
Inde extincta repens ſit quoque flamma facis.
Id ſimul vt video, metuoque ſeuerior in me
Irrueret Veneris ira inopina Deæ;
Comiter his puerum plorantem accedo: parumper
Fletibus ô fiat pauſa, Cupido, tuis.
Fallor? an Harmoſynes accendere lampada Ocellis

Digitized by Google

Ius tibi; neruum eius iuſque nouare comæ?
Lampada quæ poſthac nulla moriatur ab vnda,
At neruum cui cor cedere quodque velit.
Sit ego: nec ſignis mea obire Cupido reperta;
Priſca armis ſentit iura redire ſuis,
Nec ſentire ſat eſt: etiam in me explorat vtrumq;
Ne Phalari indigeant ſæcula noſtra ſuo:
Alter & ipſe ferar non fauſta ſorte Perillus,
Qui proprium princeps imbuat auctor opus.

In effigiem Iulii Cæſaris Scaligeri.

Exhibeat vultus viui arcta Tabella figuram
Scaliger, vnum abſens ni foret oris epos.
Quod tamen vt deſit, ſine linguæ effamine plane
Annuit argutis proloquiturque notis;
Venam ex Principibus duci tibi ſanguinis altam:
Longe animi ad victum nobilitate genus.
Vſque adeo apparet grauitas heroica membris
Omnibus, edulcat quam Chariteia trias.
Vſque adeo ex oculis ſpirat vis doctrinarum,
Tingit & ambroſio Suada liquore labra.
Vſque adeo frontem ſapientia prouida clarat,
Inſtruit ac Genii dædala cura genas.
Et vocitamus adhuc muta hæc ſimulacra, loquaci
Dicere quæ vultu tam bona multa poteſt?
Ah minime. de te ſiquidem ſic plura profatur
Vlla hominum valeat quam rata lingua loqui.

Sol retrogradus.

Mane patefactis vt ſe mea Vita feneſtris
Veſtit & in ſpeculi perplacet ære ſibi;
Vidit eam inuiditque ſimul pater ille diei,
Deque ſuis ſaliit mente profundus equis

Nec

Digitized b

Nec mora totum iterum ſe ad calcem à vertice comis
  Horarum reſides nec ſinit eſſe manus.
Pluribus hæ gemmatum oculis decorare iubentur
  Quadriiugeſq; feros, quadriiugeſque rotas.
Hæ magis horribiles radios de pyxide promunt,
  Fulgeat indómitæ queis mage flamma comæ,
Iamque ſuo poſitus ſolio perinane triumphat,
  Harmoſynæ certus vincere frontis opes.
Alite ſed læuo. nam viſis eius ocellis
  Deficit, ac ſueto non regit arte iugum,
Redditus imo ſibi caput en auerſus in ortum
  Flectit & Auroræ lumina ruſus initi.
Cogitur vtque exire minis Iouis; exit opertus,
  Et Dominæ ignotum currere geſtit iter
Hæc vbi contingunt, Titane ego mœſtior adſto,
  Omnibus ac ſudor manat ab articulis.
Eſtque metus modo, ne Domina ſpeculante metallum,
  Narciſci renouet morte liquente necem.
Et modò ne Phœbus Furias ſtygis excitet: inque
  Auricomi vultus lumen virumque volent.
Ergo ne Soli mutetur menſque colorque;
  Et maneat deinceps illaque & iſte mihi
Ne mea Lux; te deinde illi da quæſo videndam
  Quam ferè vbi medium iam peragrarit iter.
Tunc etenim occiduo potius caput æquore condet
  Quam velit emeritos trux reuocare gradus,
Cui tamen ipſa bono de forma conſulis orbes?
  Quæ mouet inuidiam Phœbo, ea pulcra ſat eſt.
Imo imò Harmoſyne, ſi par eſt credere vero;
  Quæ mouet inuidiam Phœbo, ea pulcra nimis.

De oculis Dominæ.

Lumina cum Dominæ fas eſt ſatutare decore,
  Quam circum ludunt hinc Amor, inde Charis:

Talis inhumane populatur flamma medullas,
Ætneæ ſpeculæ qualis ab arce ſalit.
Sicque mihi valido diuexat corda calore,
Temporis vt puncto iam cinis atra forent,
Ipſa niſi à Dominæ vultu impromptiſſime abiret
Deſidioſo animi mens moribunda gradu.
Sedquid? vix abiit, cito cum reſtinguitur ignis,
Nubilis inque iſto pectore regnat Hiems;
Sicque mihi valido diuexat corda rigore,
Temporis vt puncto iam gelus acre forent,
Ipſa niſi ad Dominæ vultu promptiſſime adiret
Impetuoſo animi mens moribunda gradu.
Horæ vix ſed ibi momen fuit, ilicet inde
Quin volet: ac ſemper ſic abit atque redit.
Ah! hæc Ixion ſi non tua tormina vincunt,
Si non hæc pœnas Siſyphe priſce tuas:
Quid precor eſt cauſſæ, cur nō quæ A- h- tunte ferūtur
Eſſe cruces, cunctas vnicus ipſe feram?

Ad Amorem.

Hæc tria plena roſis tibi pono, Cupido, caniſtra:
Pro quibus ô votis da rata ſigna meis.
Non ego morte mala pereat peto: non peto Diuos
Degeneri hos illos demercare prece:
Cuncta mihi, mihi cuncta dabis puer alme Diones,
Si ſtet Hyperboreo vellere cana caput.
Nam me quod ſpernit nam me quod ridet, aprilis
Purpurea facies hoc facit aucta coma.
Da Deus hoc: vetulamque vbi iam mollivero, tunc tunc
Fac ipſi redeat, priſtina forma cutis.
Non inſueta peto: modo quas de murice cernis,
Scis vbi ebur poterant æquiparare roſæ.

Ad

Ad Leandrum.

Ipse tuos quoties recolo Leander amores:
Vtque sacram intulerit cæca lucerna necem;
Fit cito cordolium mihi palientique colores
Mille graue ex oculis depluit agmen aquæ:
Multaque tardipedi facio conuicia fabro,
Multaque ventorum de feritate queror.
Sic tamen at lætor tacite mihi tale quod vnquam
Discrimen nequeat fœdaue Lybsve dare.
Non quia formidem Nerei dare membra procellis,
Crinibus abstergat quæ mea vita suis:
Non quia formidem glaciari totus, vt inde
Rursus heræ tepeam viuidiore sinu.
Sed quia lux per aquas mihi prælucerer: ab vllo.
Non minuenda freto, non minuenda Noto.
Harmosynes, dico, duo sidera: quæ licet irem
Solis ab Aurora, Solis ad vsque Thetin.
Non allucerent aliter quam quæ vomit alto
Vespere centeno lumen ab ore Pharus.
Nunc sed enim heu! tua quam sors est contraria nostræ?
Per flammas Dominam cogor adire meam.
Præcipites flammas quæque eminus iiicet, heu heu
Sic animi atque animæ sensa calore coquunt,
Sæpius vt fiat votorum summa, deinceps
Pro tumulo totum posse tenere mare.

Ad Elisam Britanniarum Reginam.

O reliqua, ô Regina, tui Carbuncule sexus,
O orbis præsens huius & huius honor:
Quæ statuarum amplæ moles, quæ altaria, quæve
Virtuti cedant debita templa tuæ?
Fallor? an vt lustris operas hinc inde ducentis

Conferat Europæ iunctim Aſiæque plaga.
Haud te digna tamen ſurgant fundamina ne dum:
Imponatur eis rite ſuprema manus?
Nempe tuæ vt fiant monumenta æqualia laudi,
Naturæ totum non ſatis hoc ſit opus.
Vixque vicem Fani fuerint cœleſtia Tempe,
Quicquid & hæc extra, quidquid & intus habent.
Præſtet & ipſa ægrè Tellus Florentior Aram;
Adque ſacrum Laticem ſit minor unda maris.
Et nimis exili ſcintillent Sidera flamma,
Vt ſubitus fiat victima multa cinis:
Victima, Taurorum non de grege ſumpta toroſo,
Non conflato Ouium de trepidante choro:
Verum quæ cupidis conſtet Regumque Ducumque
Cordibus, es quorum relligioſus amor.

Ad Harmoſynem.

Muſarum ſi non decima Harmoſynilla, Dione:
Altera ſi nan es ſi neque quarta Charis:
Compoſita Aonidum certè es de triplice triga,
Deque tribus Chariſin, Cyprigenaque Dea.

Stephano Vinando Pighio.

Rerum antiquarum mens atque anima vnica Pighi,
O Latiæ ô Graiæ prima columna rei.
Excipe non parui paruum teſtamen amoris,
Harmoſynæ imparibus Lumina dicta modis.
Lumina quæ toties miro mihi fulgure membris
Nunc peperere æſtus nunc peperere gelu.
Cuncta quidem male ſarta vides, mole ſanaq; : quid tũ?
Sic ſueuere, quibus mens ſua mota loqui.
Hæc male ſarta tamen male ſanaque mutabuntur,
Nec poterunt in ſe nil reperire ſui.
Si ſemel illa tuo placide dignabere vultu:

Huicque

Huicque repente adſis Sol mer[illegible] ipſe Chao.
Sol: non verum aliquid maius. Sol deficit atque
Vt ceſſit cœlo nox prior illa redit.
Tu ſed inocciduus coram, Pighi vſque vigebis
Luce cui eclipſis nulla venire queat.

Monſtrum.

Nil ego non cinerem fieri me miror ab omni
Harmoſynes quanquam fulmina parte cadant.
Toto tantoſque amnes Lacrimæ ac Suſpiria nubeis
Noſtra creant neutris vt queat eſſe ſatis.
Vix inquam penetrat nebulas ac nubila cordis
Ne dum oculorum omnes tollere poſſit aquas.
Hoc potius ſtupeo, potius ſtupeo, vnde creari
Tot ſuſpiratus totque queant lacrimæ.
Sic ego, ſic at Amor: viridi quis credat ituros
Stipite tot fumos, id mihi flamma probet.
Huic ego ſed contra: turris ſimul vſtus ab igne eſt,
Nulla, Amor è toto puluere gutta fluit.
Humor at exiuit mihi vbi omnis pectore, torrens
Ocyus en oculis maior vtrimque ruit.
Ergo argutatis contra Dominum? infit ô excors
Hoc magis, eſſe magis quo tibi corda putas.
Si meus eſſe cupis, linguam cohibe improbe, verè
Non amat ille vſus cui rationis adeſt.

Pugna cum Morte.

Nunc vtinam gererem cruda cum Morte duellum,
Adque manus Macies ſicca venire velit!
Fallor? an has ego fruſtrarer calida arte, mihiq;
Hactenus inuictæ palma vtriuſque foret?
Quantum etenim hæc atq; illa prior mihi viribus, ipſas
Conſilii tantum vinceret ingenium.
Quippe vbi Marte pari vix iis obſiſtere quirem,
Bbb 5 Feſſaque

Digitized by Google

Feſſaque iam prorſus proderet arma manus;
Protinus aufugiam trepido pede, meque propritim
Inſinuem Harmoſynes interiore ſinu.
Quo cum me paſſu mox perſequerentur, ouantes,
In noſtras caderent turpiter inſidias.
Et circum Dominam tot tantaque Numina blanda
Adſpicerent raris ludere delicijs.
Talia vtramq; darent certe ſpectacula letho,
Rumpunturque mera continuè inuidiâ.
Ars bona. verum eheu, quid ſperem ſtultus & amens
Harmoſynæ inſinuari interiore ſinu:
Illam qui nequeo propius propiuſque videre;
Imo quæ vt Mortem me maciemque fugit.

Ad I ucrum.

Ah Puer, ah fruſtra lychnis laquearia veſtis:
Iam mihi ſi neſcis, Harmoſyne, hoſpes erit.
Curabitque ſit huic multo iubar auctius Aulæ,
Quam Phœbi eſt, ſudus cum ſolet ire dies.
Quum licet in ſeram durent conuiuia noctem;
Non tamen vlla minor copia lucis erit.
Quid minor? haud aliter ſenſim lepido augmine creſcet
Exangues quam ſi fax ferat in ſtipulas.
Ergo faces demas trabibus, Puer optime demas
Candelabra horum nam minime vſus erit.
Quin potius iam nunc Libitinæ accerſe miniſtros,
Cura quibus mox ſit funeris vna mei.
Nam ſimul ac Dominam ſpectandi copia fiet,
Cui dabitur ſedes è regione mihi:
Haud prius ore Meduſæo fiam, ſatur, omnis
Corpore quam toto ſaxeus obrigeam.
Tunc tamen ô vtinam vigeat mihi luminis vſus
Donec erunt prorſus cætera membra lapis.

Zephy-

Zephyri mors. imitatio Scaligerana.

Quid rear hoc?, Zephyrus Dominæ circum ora vagatur;
 Ipsiusque mouet turgida bella peplo.
Nec satis: interius quoque ebur venerabile colli
 Circuit, ac pergit basia ferre genis.
Indignum facinus! tantoque indignius isthæc
 Penè vltro fieri quod sinat ipsa sibi.
Me miserum! frontis turbet leuis erro colorem?
 Aduena disiiciat serica vela comis?
Lumina non notus? meritus nihil oscula carpat?
 Præcipue ille, domi cui sua Chloris adest?
Me sed enim eiusdem Patriæ, eorundemq; sacrorum,
 Et quem nobilitat prodigiosa fides,
Hactenus aucupium vix ausum simplice visu?
 Viu ausum Harmosynes lumine obire genas?
Sed quid an hæc ipsi cedunt impunè, quod exstet
 Perfricto impauide nullus in ore pudor?
Si sic, eu quoque me fortem: reuerentia nec quæ
 Impediat iungam quin modo labra labris.
Ah anime, ah desiste Anime, ah desiste fit ignis,
 Fit pyra, fit bustum pennipes ille procus.

Vita extra amantem.

Dum stellata procul facies Dominæ exulat, ecqua
 Vita mihi esse queat quam misera atque dolens
Est misera atque dolens certe mihi vita: carenti
 Si cordes atque anima vita homini esse potest.
Sed superest: alias nam quei sentire tot ignes,
 Totq; cruces animo fulgura totque queam?
Mentior: haud superest: nam si super vlla maneret,
 Igne expulsa olim frigoribusve foret.
Si mihi vita tamen, mihi vitula si tamen vlla est;
 Non mea, sed Dominus vitula tota meæ est.

In-

Inſidia.

Vincula cum Dominæ indurat mihi forte capillos:
Inſidias ſtrueret queis cum Diua Venus;
Eſſe videbantur tam prorſus mitia nobis,
Vt tenerum iis Serum cedere poſſet opus.
His ego dum ſubito capior, mille agmina Amorum
Me circum faciles explicuere choros:
Seque ioci ac riſus abdentes caſſibus iiſdem,
Deliciarum omnes inſtituere modos;
Tot illa inſolitæ gratati munera ſortis,
Multa dabant oculis ſuauia multa labris.
Suauia grata quidem, verum inſidioſa, ſaporis
Vtpote quæ premerent membra papaueribus.
Somnus enim vt ceſſit, ſenſi manũ vtramq; & vtrumq;
Aſtrictum neruis fortibus eſſe pedem:
Proque cupidinibus curæ tremulique Dolores
Ambibant denſis nubibus omne caput.
Hincque niger metus, inde at Deſperatio, quanis
Reddebant gelidum cur mihi cote magis.
Plorabam; hæcque equidem vis eſt, triſti ore profabar:
Sed quid? non aderat ferret vt vllus opem.
Nec facile illud erat. nam quo ſe cura dolorq;
Cumque Fimore exſpes illatebrauit anus;
Illic non modo præſidium quoduis iacet, vna
Alloquium vires perdit at omne ſuas.
Nempe tuens morbus nihil eſt niſi cancer; is ipſe
Quam mage curatur tam mage corpus edit.

Ioanni Corputio, alteri Archimedi.

Tempore ſi noſtro priſca illa reſurgeret ætas
In pretio Virtus qua fuit atque labor:
Haud te Corputi liuor fortunaque tangat;
Circulet at paſſim Gratia, fama, decus;

Et tua multiplici ſpecies tranſcripta figura,
Belgarum varie veſtiat omne forum:
Nominis ac repleat clari late omnia laude,
Quacunque Oceani terra feritur aquis.
Nam tibi nam longe cedit Demetrius olim
Vrbicapus rigidam res vbi poſcit opem.
Vnum ſique vices ſit opus ſupplere virorum
Mille, Siracoſium diſiicis arte ſenem.
Sin libeat quoque res geſtas memorare diſerte,
Hic tibi vox Xenophon ſe ferat ipſe parem.
Et certe, quanquam præclaris ſæcula rebus
Iſta minus faueant, inuideantque nimis;
Conſilio tamen iis ſimul auxilioque putaris,
Centimanuſque Argus, centoculoſque Gyges.

Petro & Franciſco Pithœis.

Cum labris vtriuſque fluat veſtrum aurea fandi
Copia cui ſeſe vis iugat atque fides:
Cumque ambo reſeretis operta ſacraria legum,
Doctaque veridico ſcita feratis epo:
Ecquis iô negitet verè ſub imagine veſtra
Cum Peitho mixtim Pythium habere Deum?

Ad Franciſcum Hotomannum.

Vt cathedra è pendente doces ciuilia iura,
Temporibus priſcis Vrbs quibus vſa Remi:
Diſcipuli dubitant num vox humana loquatur,
Anne Dei; aut quæ ſit munere ficta Dei.
Aſt ego qui propius tete tuaque omnia noui,
Talia diſcipulis reddo Hotomanne tuis.
Sic eſt. Mercurius ſimul atque Aſtræa Hotomannum
Artibus à puero perpoliere ſuis.
Verum olim: nam nunc vltro ipſe Deamque Deumque
Plu-

Plurima non vnquam quæ tenuere docet.
Quin imo ſi fas, ſed fas eſt dicere; vtrumque
Non docet ipſe Deum iam modo; vtrumq; facit.

Ad Harmoſynen.

Cum tibi me totâ modo mente animoque dicarem,
Vinciresque ideo tu mihi crine manus.
Sic tibi me Harmoſyne tunc mente animoque dicabā,
Dedebamque tuis libera membra iugis,
Tanquam qui cuperem tuus eſſe perenniter, vllo
Tempore nec nodis me ſoluiſſe tuis:
Nedum neſcio quæ, ſperarem præmia per quæ
Libertas poſſet priſca referre pedem.
Id factum, fraudi modo ſi cupis eſſe, profecto
Illius meriti vis male nota tibi eſt.
Gloria ſane eius ſtat maior, in ardua bella
Quem ſine vincendi ſpe ſuus ardor agit.
Quam qui tuta petit, quam qui ſic arma capeſſit,
Vt victrice queat calce redire domum.

Eidem.

Tanta eſt maieſtas oculorum tanta genarum
Gratia; quin tantus totius oris honos;
Vt quis te Veneris merito ferat eſſe ſororem;
Palladis aut ſociam: Latoidæque parem.
Tanta ſed eſt etiam glacies tibi pectoris ac cor
Vſq; adeo fultum duro adamante geris:
Te quis vt agnatam merito ferat eſſe Meduſæ,
Aut Ates matrem, Tiſiphonesque nurum.
Corporis & certe ſi reſpondiſſet opimis
Dotibus, ingenii vis quoque dia tui:
Nulla foret potior triplici te fœmina mundo;
Nulla foret cœli dignior arce Dea.

Ad

Ad Reginam Angliæ

Quos Thameſi cernis natitantes amne volucres,
Eſſe putas cunctos forſan Eliſa cycnos?
At cuncti non ſunt, quin ipſos inter Horatii
Credibile eſt Flacci clam latitare caput:
Nam ſi pro voto cano eſt mutatus Olore,
Certe aliis iſtud prætulit æquor aquis:
Heic vbi ius ac fas ô auguſtiſſima rerum,
Aſpectus oculos paſcere luce tui.
Miraris quod non reliquis ſua dulcius ora
Soluat & occulta grande quid arte canat?
Hoc plane faceret metuat niſi ne tibi fors tunc
Aſpergat tacita ſuſpicione iecur.
Anne malum oblita es facinus; tali alite tectus
Quod ſubiit Ledæ Iuppiter ille toros?

Ad Simonem Stenium.

Tantum imò Steni abeſt calones inter habere
Vt mihi vix aliquem commereare locum?
Vt contra niſi amicorum vel in ordine primus
Ponaris, Veneris fiam Eratuſque reus.
Quarum hæc dat capiti talem tibi hiare coronam,
Vis nihil in quam Hiemis Mulciberique queat.
Illa ſed ora tibi diſtendit trans mare nato
Nectare, quale bibit ſæpius ipſe Plato:
Non tunc, infanti ſibi apum cum examine ab arcto
Impleri ſenſit melleo adore labra:
Sed cum oculos in ſe totius verteret orbis,
Dignaque Mercurio iam loqueretur hero.
Ergo ades ô Steni, & alitibus mea caſtra ſecundis
Ingreſſus, tabulis nomina crede nouis:
Nec ſacramentum clara metue edere voce,
Ante ſibi à quo tot non metuere proci.

Scilicet ex animo iura, mihi te fore amicum,
Donec ab Aoniſio non alienus ero:
Aduerſaſque omnes Muſarum & Apollinis hoſtes
Sumpturum intrepida te cata bella manu:
Nec ſocios deſerturum formidinis ergo;
Paſſurumue aliquem tale patrare nefas.
Si falles: tunc illa Iouis Philii alta poteſtas,
Exilio extremam det tibi barbariem.
Incurraſque odium ſapientis triſte Mineruæ,
Eiectus Veneris templo, Eratuſque ſacris.
Mentior? an gaudes adigi hæc in verba, nec vnquam
Contingi potuit res tibi grata magis.
Si ſic: en capias argentea pondera balthei,
Formam in quem impreſſit gratia terna ſuam;
Exerceque tribunicii dehinc iura ducatus,
Oſteni, amicitiæ eſt quo mea cunque Phalanx.

Amantium ſors.

Languebam miſer; ac mihi hinc & inde
Quærebantur opes nouæ, cupitam
Queis mox velificarer ad ſalutem.
Spes alas ſed vt inuenire durum;
Confugi ad Dominum: meique cordis
Mox ſuſpirium ei, hoſpitem tenellum
Tranſmiſi, è ſpeculis ocellulorum
Quei quiddam radioſius referret,
Quo ſic membra animarer atque mentem
Ceu quondam igne homo primus ille Solis
Quem claræ eripuit rotæ Prometheus.
Sed ſuſpirium vt illud emanere
Eſt viſum mihi longius, cor ipſum
Iuſſi ſubſequeretur at cor vt nec
Ad ſedes meminit redire priſcas,
Miſi demum Animam; reuerſionem

Quæ

Quæ cum nec meditetur vlla : Amantes
O ter ſorte miſerriſſima. nam
Quo quærunt ſibi plura, plura perdunt.

Ad Harmoſynen.

Dum mihi Lux nuper nec inopino occurris amanti,
Hucque illucque oculos, fulgura viua, iacis;
Extimui ſubito tremuique vt bubſequa cœco
Qui pede ſerpentis tergora preſſit humi.
Saturnique memor legis, pœnæque nepotem
Qua Cadmi nemorum dilacerarat hera,
Ad terram lapidoſa genu lapſante ferebar,
Totus & Orcinas nare videbar aquas.
Cum tu me retinens dextra candente cadentem,
Flamineque adſpergens timpus vtrumque nouo:
Quinam inquis, metus eſt? non ſum quam rere, Diana:
Qui nocet imprudens, non nocet ille mihi.
Hactenus: ac meme intuita ſpeculamine fixo,
Iecisti in pectus mille repente faces.
Mille faces, quibus vſq; atq; vſq; miſerrimus vror,
Vritur in medio ceu Phlegethonte reus.
Ah quid? an vnius facta eſt mihi gratia mortis,
Illam vti millecupla morte deinde luam?
An mage carnific[illegible] ritu, mihi vina propinas,
Inſtantem exanimer ne miſerante necem?

In hortum Laur. Sch[illegible]ltzy Vratislauiæ.

Tam benè tam pulcrè cum curet Scholtzius hortum,
Heic vbi ſemeſtri frigore regnat hiems,
Qualiter hà Veneris coleret Vulcania tempe!
Ver quibus haud vnquam vel Zephyritis abeſt?

Ad Dauid[illegible] Chytræum.

Dum formam Veneris Cous [illegible]olitur Apelles
Quæ ſolide Momo iudice, pulcra foret.

Exſutas ſtatuit coram ſe veſte puellas,
  Quarum omni excellens Hellade nomen erat.
Simplicis at modò ſi melior Candoris imago
  Peniculi fuerat conſtituenda fide:
Non opus hos illos diuerſis quærere terris:
  Plus ſatis omne decus, vne Chytræe, dares.

Oculu ſuo.

  Ah fruſtra eſt, oculi ah profecto fruſtra eſt.
Damnum iſtud reparare velle fletu,
Quod viſus tuus ille nuper; ille
Heu viſus nimis impotens creauit.
Si a namque Harmoſynam vſquequaque cordis
Tranſmiſiſtis ad intimas latebras;
Vt vel tota ibi ſit videnda ſemper,
Vos quanquam Thamyræ exitus ſequatur,
Æterniſque premamini tenebris.
Quin fruſtra quoque tu cor, ah, miſellum,
Suſpiratibus occupas profundis,
Internæ pelagus leuare flammæ
Quo tete Harmoſyne vſquequaque inaurat.
Tantum follis obis vices gemellæ,
Fornaciſque mihi duplatis æſtum,
Poſtremò quoque tu ò mea illa fruſtra,
Fruſtra tu Ratio quoque vſtulato
A corde ad capitis recedis arcem:
Ah, veſtigia ſunt ibi quoque hoſtis;
Quæ nunquam Genij eluas rigore
Quæ nunquam Ingenij eluas colore
Non ſi omnem male ſanguinem profundas;
Non ſi in ſanguinem eas repente tota.
Quidnam ergo facies? rogas? redibis
Ad cordis properè prioris ignes,
Vt ſponte omnis ibi perire poſſis.
Nam mors certa vbi quem manet, ad illam
Vltro accedere, vbique glorioſum eſt.

Ad Ca-

Ad Carolum Vtenhouium.

Vt ſculptos opera fictoris cernere vultus
Contigit Vtenhoui magne poëta tuos:
Quis putet? in lacrimas oculo reſolutus vtroque
De ſubitas, potui nil niſi flere diu.
Non quia fas tuum ibi tantum non cernere coram,
Par bonitate Deis, par pietate caput.
Sed quia Carolo eras tantum mutatus ab illo,
Quem quondam adſtierat Foixia cura ſibi,
Cum quo legatus dignè appareret in oris
Heic vbi Eliſa regit ſceptra Britanna manu.
Tunc tibi tunc ætas ver dulcis agebat amœnum:
Tunc tibi mens viridis, tunc tibi pectus erat.
Tunc hominum in te omnes conuertebantur amores,
Tanquam latoidæ Mercuriove ſatum.
Nunc heu! canicies ſubijt caput algida macrum,
Obſeditque cauas plurima ruga genas.
Nunc, heu! ſed nequeo præ fletu cetera. Diuûm
Sat tacitè mecum de feritate queri.
Nam quid? tantillo ſi demutatus es æuo
Ille Eratus cultor, Pallados ille cliens,
Cur non deterius ſit contemptoribus harum?
Imò cur melius Mopſus & Anſer agunt.

Ad Laurentium Rhodomanum.

Quidnam carminis elegantioris
Hic quærit ſibi multipes paratus?
Hæc quid pompa volubilis proborum
Argutat leuibus rotis Phalericûm?
An noſtrum appetere exteros fauorem,
An noſtrum appetere exteros honorem?
An noſtrum appetere exteros amorem?
Sic ſanè eſt: Rhodomanus ille, virtus
Cui claudit latus eruditioque,

Qui Phœbum perit perit Mineruam,
Quem Phœbus perit & perit Minerua:
Ille inquam, Rhodomanus vſquequaque
Gruteri appetit ambiens fauorem,
Gruteri appetit ambiens honorem.
Gruteri petit ambiens amorem
Et quid? ſegnis ero ipſe negligenſve
Largiri obuiè & hunc & hunc & illum?
Id certe Venus id vetet Cupido
Et quotquot Veneri Cupidinique
Apparere venuſtæ amant clientes,
Horæ inquam, Choreæque, Gratiaque.
Ergo adſis Rhodomane daque dextram,
Da dextram tuam: & accipe hanc viciſſim:
Hanc dextram accipe ſis meam, tenacem
Hanc pacti ac fidei accipe ecce dextram;
Et quæ dico, bibe aure diligenti.
Qui noſtrum appetit ambiens fauorem,
Qui noſtrum appetit ambiens amorem,
Qui noſtrum appetit ambiens honorem;
Illi non ſoleo modò ipſe contra
Largiri obuiè & hunc & hunc & iſtum:
Illi ſed quoque me meamque mentem
Mentem, vnam atque animam intimam intimaſque
Fibras pectoris, imo cor & ipſum,
Ipſum cor niueumque & integellum,
Quod non fraus ſubijt maligna, quod non
Vlla vnquam inuidiæ inquinauit aura:
Illi, inquam ſimul & ſemel cupitum
Totum me ſoleo exhibere donum.
Quare tu quoque me meamque mentem
Mentem vnam, atque animam intimam intimaſque
Fibras pectoris, imò cor & ipſum,
Ipſum cor niueumque & integellum,
Quod non fraus ſubijt maligna, quod non

Vlla vnquam inuidiæ inquinauit aura:
Totum, inquam ſimul & ſemel cupitum
Totum me Rhodomane habeto donum.

De Harmoſyne.

Harmoſyne Veneris ſoboli ſubduxerat arcum,
Quæque arcum auſcultant ſpicula cuncta ſuum:
Spicula, quæ quoties longe emittuntur in vllum,
Docta iterum ad dominas ſunt reuolare manus.
Venit Amor ſupplex, ſupplexque ſua arma repoſcit:
Arma ſed Harmoſyne reddere velle negat.
Sic tamen ignigenis puerum properè abdit ocellis,
Inque ſupercilio degat vtroque iubet.
Quid facis heu, mea Lux, mea Lux, quid neſcia lucro
Afficis ingenti cui dare damna paras?
Ah ah! quin iam nunc male deſperemus Amantes!
Arma Gnydi certe nunc triplicantur hero.
Harmoſyneque Cupidineis dum ſæuiet armis;
Arcu in nos gemino ſæuiet ipſius Amor:
Idque heu perpetuò. quid enim Iouis appetat aulam,
Cui modo in his terris Hoſpita es Harmoſyne?
Hoſpita quæ ambroſiam præter nectarque, miniſtres
De cilijs arcus, ſpicula deque oculis?
Spicula, non vllos auſus fruſtrantia: at arcus
Queis ſuus æternum vis ſuperatque vigor.

Ad Iacobum Auguſtum Thuanum.

Sunt quibus vna aliqua eſt indultum excellere in arte,
Siue ea ſit genij, ſiue ſit ingenij.
Sed qui iudicio, ſed qui ſolertia opimum
Obtineat quauis primus in arte gradum;
Illum oculo cernunt tenero cœli aſtra, voluntq;
Vnigenæ eſſe, homines inter, ad inſtar auis.
Talis es ipſe orbi toto. ô Auguſte, potentis
Siue vſus genij, ſiue ſit ingenij.
Nam quis te potior Themidos penetralia caſta

 Pan-

Pandere, & Aſtreæ proximum habere latus.
Nam quis te potior Muſæa natare fluenta,
Inque Aganippæo ducere monte choros?
Nam quis te potior, Regum in viuace corona,
Suadelæ eloquio præripuiſſe decus?
Nam quis te potior, rarum ſapientis Athenæ
Omnium vbique oculis explicuiſſe peplum?
Singula quid memorē? tantum, ô vir ſumme, ſuperſtes
Ætati huic hilaris ſæcula plura mane.
Ne, quia quingentis oritur tantum ſemel annis,
Phœnice abſque ſuo longius orbis agar.

Albo Wolfiumi ab Hond. V. N. Sileſio.

Si quiſquam eſt tibi qui cupit ore ac corde probari;
Ille ego ſim, cui te cordeque & ore probas.

Ad Hugonem Donellum.

Si quis miratur te perfeciſſe, Donelle,
Iuridici quod tot non potuere ſophi:
Illi nota tuæ minus eſt induſtria mentis:
Vnica centenis millibus illa prior.

In imagines Deorum Io. Iacobi Boiſſardi.

Sic igitur tuor inferni verè eruta fundo,
Priſcorum ſtatuas effigieſque Deûm?
Sic ſua cuique adſunt radiato inſignia cultu,
Aptior & ſexum veſtis vtrumque tegit?
Templaque iam nubes pulſant rediuiua, ruinas
Quarum non fuerat poſſe videre prius?
Nuncque Arabum ſuffimentis laquearia ſudant?
Nunc pecudum omnigeno, ſanguine fumat humus?
O ſpectacla nimis iucunda! quibuſque videndis
Aſſiduô Argi oculus non queat eſſe ſatis,
Tam varius thenſarum ordo Quinquatribus ipſis
Vix acto viſus tempore Graiugenis.

Tam

Tam varius thenſarum ordo Circenſibus ipſis
Vix acto Viſus tempore Martigenis.
At tibi quid, Boiſſarde, boni pro talibus auſis,
Siue dabit Latium, Græcia ſiue dabit?
Namque licet radijs ornato aſtriſque, Deorum
Cenſeret cenſu Principis eſſe loco:
Quantillum hoc fuerit meritis illuſtribus iſtis?
Tot Diuis per te queis ſua vita redit.
Quin imo illa tibi ſua templaque ſacraque quamuis
Iam modo tranſcribat concio tota Deûm:
Haud tamen haud dignè, Boiſſarde, rependerit artes
Ipſa tuas: adeo ijs par nihil eſſe poteſt.
Non ſi ſubmiſſo proſternat poplite ſeſe,
Teque ſuum agnoſcant nomine reque patrem.
Diuos nempe fuit multorum gignere: Diuos
Vnius exſtinctos eſt animare tui.

In tumulum Nicc'ai Gruchij.

Ingeniorum excelſus apex culmenque ſupremum
Doctrinarum iſta Gruchius æde iacet:
Paucorum æde pedum: ſed quam tamen occupat vnà
Muſa, Minerua Dice, Flora, Iuuenta, Charis.
Sicut enim viuo vixerunt omnibus; ipſo
Omnibus & cupient ſic moriente mori.
O felix monuentum! infeliximò; Dearum
Tot ſub qua æternum viva ruina latet.

Ad Harmoſynam.

Si triſtiora perfero, quàm quæ tegi
Linguæ queant ſilentio,
Ah parce Nympha, parce quemlibet dehinc
Queſtum mihi interdicere
Phalaride quid crudelius? Phalaris tamen
Gemere Perillo haud abſtulit:
Lenta ſonos ſed aure lamentabileis

Per buculam æream audijt.
Et vror ipſe & percremor frontis tuæ
Potente Nympha fulgure.
Et ſtringor ipſe & ſtrangulor capitis tui
Tenacibus capillulis.
Nec iam quid addere vſpiam malis meis
Vel triga Furiarum queat.
Hæc ipſa rides ficta tanquam aut ter mea
Grauiora peſtilentia.
Cur obſecro? an quod non maceſcam & redditus
Mei vmbra ad vmbras tranſeam?
At ſic tibi, nec vlceris Pæantius
Sat fecerit fidem ſui:
Parumque rupem Lesbiam viriliter
Fremitu biluſtri ruperit.
At ſic & ipſum rideas Promethea,
Saxo cytharum pendulum.
Is cum videret haud mori ſe, cor licet
Vultur die omni tolleret,
Claris tamen per ſæcla quumque planctibus
Noctes dieſque exercuit:
Hocque imò fremuit altius, quò longius
Finem malorum cerneret.
Et ſanè ita eſt: mors mortium grauiſſima eſt
Quæ mortis in ſe nil habet:
Sed abſque morte vbique & vſque nos iubet
Sex mille mortes viuere.

In poemata Iani Douſæ filij.

Ad citharam te Heliconiades prope flumina Rheni
Audibant nuper dulce iugare melos.
Cum: quod monſtrũ hoc eſt: Erato infit. an ipſe Dione
Ergo puer noſtri pars auet eſſe chori?
Cui Dea Terpſichore: fruſtra es; Semeleia proles
Iſta tibi potius carminis orſa canit.

Tun

Tunc Clio: erratis germanæ. nemo Deorum
 Abſque noſtra, ex ſe tale poema genat.
Filius at Iani Douſæ cluit iſte; renata
 Per quem hæc cum Batauis noſtra nouena cohors;
Quid mirum ſibi ſi potuit quoque gignere, noſtras
 Qui ſine noſtra arteis calleat arte puer?

In Chronicon Saxon cum Chytræi.

Quæ cenſura ſit Orbis vniuerſi
De iuſto Chronici tui apparatu,
Veracis Chronici, grauis, diſerti;
Nec non ſatis, otiumve noſſe eſt.
Nec ſ[illegible] um ſcio tam rudem inuidumve
Vel nunc eſſe Chytræe vel futurum,
Qui non iudicium meum ſecutus,
Simplex iudicium, at tamen ſeverum,
Illud nomine clamitet venire
Veracis Chronici grauis, diſerti:
Cum laudes adeo vſquequaque portet
Veracis Chronici grauis. diſerti;
Vt nullis rear editum eſſe ſeclis
Quod famam mage ſuſtinere poſſit
Veracis Chronici, grauis diſerti.
Illic nulla quidem nitet ſupellex
Ornatu phalerata delicato,
Cuique ordo ſuus eſt ſuuſque comptus.
Comptulus nimis ordinatuluſque.
At non ſidera tot micant Olympo,
Non geminis mare tot rubrum repletur,
Nec tot vere nouo canunt volucres,
Nec tot floribus expolitur Hybla,
Nec tot ſiluæ Arabum educant odores,
Nec tot fingit Apum fauos iuuentus,
Quot gemmas reperire fœminarum,
Quot cantus reperire doctiorum,

Quot dulcis reperire mella linguæ,
Virtutumque quot eruiſſe flores,
Virtutumque quot eruiſſe odores.
Quot ſi non tamen omnibus adæquè
Delectare oculos valent & aures,
Et dextram ſimul & ſimul palatum.
Quid tum? ſic etiam omnibus peræquè
Nec ſiluæ Arabicæ placent odores,
Nec Hyblæ Babylonicum tapete,
Nec cantus Auium fritinnientum
Nec dulcedo recentium fauorum,
Nec gemmæ pelagi glabræ rubentis,
Nec ſudi aſtricomans chorea cœli,
Cum nil ſit tamen, aut dein futurum eſt
Sæclo deincipe, quæ omnibus peræquè
Delectare oculos queant & aures,
Et dextram ſimus & ſimul palatum,
Quam ſiluæ Arrabicæ breues odores,
Et Hyblæ Babylonium tapete,
Et cantus auium fritinnientum,
Et gemmæ pelagi glabræ rubentis,
Et ſudi aſtricomans chorea cœli.

Regina Britanniarum.

Fruſtra oculus videat miracula maximi, fruſtra
Omnia concipiat mens elementa boni
Virtutum vt capiat ſerem illa vel iſte tuarum,
Qua regule tibi pectus Eliſa tumet.
O triplici mundo verè admirabile monſtrum!
Cœlorum ô rurſus non imitabile opus!
Ant natura in te theſauri impendit opimi
Florem omnem, adiunxit cui ſuum & ordo Deûm;
Cuncta tuo aut latitant ſub imagine Numina, clamque
Explorant num nos ſic latuiſſe queant.

Aman-

Amantum miſeria ſplendida.

Tandem ergo Superi audiere vota,
Vota ergo Superi audiere tandem,
Noſtra illa aſſiduo ore fuſa vota?
Et ſit ius iterum palam intueri
Iſtas nequitias Ocellulorum,
Iſtas illecebras capillulorum,
Iſtas mellinias Labellulorum,
Iſtas delicias Papillularum?
Totum denique dentium tenorem,
Totum denique gutturis leporem,
Totum denique pectoris pudorem,
Totum denique corporis decorem?
Ergo quid vetat eſſe me vndiquaque
Vnum de numero Deum? profecto
Nil prorſus. Deus ecce ſum vndiquaque
Vnus de numero Deûm Deiſue
Si quidquam melius potentiuſue;
Vno illo abſque, quod exitum Deorum
Nullo vnquam bona ſortiantur æuo:
Cum contra iſta beatitudo noſtra,
Noſtra inquam, iſta beatitudo, qua ſum
Vnus de numero Deûm, Deiſue
Si quidquam melius potentiuſue,
Tecum vna, Harmoſyne, vſquequaque tota
Actutum ex oculis mihi recedat,
Actutum ex animis mihi recedat,
Actutumq; meo recedat ore:
Atque illis faciat magis miſellum,
Quos inter Furiaſque Gorgoneſque
Interque Eumenides potenter vrget
Nox Orcina perennibus tenebris.
Ah quid me miſerum mage, aut beatum eſt?

In

In Caroli Cluſii Stirpium libros.

Vos ô Radices, vos ô cum Floribus Herbæ
Pulcræque Ramis Arbores,
Nunc agite ambroſij ſucci exhalate ſapores,
Nunc pandite altius comas.
Vnguine nunc calyces diſtendite, nectaris auxit
Quod parte quinta Amor ſui.
Veſtra etenim prius haud vlli bene cognita virtus
Famæ quadrigis aſtra obit.
Parſq; adeo veſtrûm, cæca hactenus obruta nocte,
In veſte lucet aurea,
Seque oculis hominũ dat cernere, quaq; mare intrat
Exitque ſudus Lucifer.
Aſſertori igitur tali pro munere quaſnam
Gratas agetis gratias?
Fallor? an omne genus morbi ilicet agmine facto
Trudetis ad Ditis lacus?
Et dabitis ſummo qui vos guſtauerit ore,
Semelue naribus hauſerit,
Sic Cluſij nomen virtuteſq; imbuat imis
Animis potenter, vt nihil
Quam Cluſij laudes meditetur, & eius vbique
Os ſoluat in præconium.
Annuite. Vna Deum ſi Glaucum reddidit herba,
Quid non ſimul præſtabitis.
Vos ô Radices, vos ô cum Floribus Herbæ,
Pulcræque Ramis Arbores?

Manibus Stephani Pighii.

Sic aliquis fragili cymba maris æquora ſulcet:
Sic fluuium claudat vaſe minore Padum.
Forte alij cui vis ſat ſint præconia Vatum:
At tibi, Pighi Helicon fons Claruſque parum eſt.
Muſſo igitur merito, doctrinæ quippe ſupremæ.
Virtutique pari, vox ſatis eſſe nequit:

Vox.

Vox inquam Phœbi, vox inquam Pallados: in te
Qui tua contulerant cuncta tumente manu.
Quæ nunc ecce iacent tecum damnata tenebris:
Si modo ſi poſſunt munera dia mori.
Sed non: quin Famæ potius ſubuecta quadrigis,
Omne obeunt mundi poſt tua fata latus:
Clareque in geminant; veluti virtute ſecundus
Doctrinaq; tibi nullus in orbe fuit:
Sic neque nunc te aliquo Vatis digne ore ſonandum:
Vſq; adeo os meritis eſt minus omne tuis.

I.

In Poemata Stephani Paſchaſii.

Si Cupido, ſi Minerua ſi nepos Atlantius,
Si Camœna, ſi [S]uada ſi Dice, ſi Gratia,
Si Fauonius [C]hloriſque, ſi Napæa ſi Lepos,
Si Voluptas, ſi Pomona ſi Venus, ſi Baſſareus,
Si Diana ſi Lucina ſi Dryas, ſi Cynthius,
Si Iuuentas, ſi Perenna in vnicum verti queant
Floſculum nulli ſecundum odoribus, coloribus;
Is merebatur coronæ flexus in diæ modum
Cingere hinc & inde docti verticem Paſchaſii.
Quippe nil Dei illi aut illæ nil Deæ vſquam poſſident
Serium pium, ſeuerum, liberale ſobrium,
Vinnulum elegans, facetum delicatum, argutulum,
Carminum quod nō libellis quem faberrime explicet,
Sex libellis carminum, eius qui perenne nomine
Numen vſqueatq; vſq; habebunt Orbis omne per latus
Dum Cupido dum Minerua, dum nepos Atlantius,
Dum [C]amœna, dum Suada dum Dice, dum Gratia,
Dum Fauonius Chloriſq;, dum Napæa, dum Lepos,
Dum Voluptas, dum Pomona, dū Venus, dū Baſſareus,
Dum Diana, dum Lucina dum Dryas, dum Cynthius,
Dum Iuuenta, dum perenna honori erunt mortalibus.

Ad Harmoſynam.

Sæpe quidem mihi cor volui recludere ferro,

Innu

Digitized by Google

Innumeraſque vna tollere more neces:
Sæpe quidem volui ſed dum ſuccurrit ibidem,
Impreſſam effigiem formæ habitare tuæ:
Nec bene tranſadigi poſſe iſtud protinus illo
Quin tua & vna ictu pulcra figura cadat:
Ilicet è dextra ruit enſis,& haud mihi vis eſt
Tam ratum ferro ſtringere poſſe decus.
O cœlum o Tellus! vbinam contraria quæſo
Natura hac atque hac reperiunda magis?
Ipſe meæ metuo ſimulacrum lædere Amatæ;
Ipſe illud metuo lædere velle ſemel:
Cum me læta lubenſq; illa Harmoſyne ipſa quot horis
Viuum oculorum acie terque quaterque necet.

In effigiem Michaelis Hoſpitalis.

Fas igitur ſaltem venerari in imagine parua,
Videre quem viuum haud datum eſt
Tun' ille es Legum Præſes? tun' ille ruentis
Fulcrum, Hoſpitali, Galliæ
Talis Ariſtides, talis Cato, talis Vlyſſes,
Taliſque erat Neſtor ſuis.
Imo es Ariſtoteles alter, ſimul alter Homerus,
Tectus Maronis ſchemate.
O Caput, ô pectus, quod Athena Themiſque tulerunt
Præ ſummi Olympi mœnibus!
O os, ô linguam, quam Conſus, Suada, Chariſque
Iugi imbuerunt nectare.
O! ſed iam maior labia admiratio claudit:
Salue Hoſpitali ergo ac vale.
Sitque laborati tibi quæſo meliſmatis inſtar
Noſtra iſta muta affectio.
Vtque quæ ter plura abſque vlla voce loquatur
Quam ſermo poſſet eloqui.

In libellos Suſpicionum Febrilium.

Seria quiſquis amas, celebrique operoſa paratu,

Con-

Digitized by Google

Contentus titulo ſimplice, lector abi.
Heic ægri tantum mera ſomnia pandimus, eſtque
Ipſe adeo titulus pars mage opima libri.
Mentior imo liber tituli vix tenuis imago eſt:
Si tituli eſſe tamen tenuis imago poteſt.

In ſepulcrum Iacobi Cuiacii.

Sunt ſibi qui ſumptu ædificent locuplete ſepulcra:
Exterior quorum ſidera pulſet apex
Vt quia diffidant à ſeipſis viuere longum,
Vitam illis ſeruent Marmora & æra diu.
Iſtorum è numero non eſt Cuiacius, alti
Ingenii viuax quem manet vſque decus:
Quin contra marmor ſub quo cubat æternatur,
Illius quoniam nomina fronte gerit.

De Capillo Harmoſynes.

Quem tibi ego nuper vulſi de fronte capillum,
Heu! care nimium quam ſtetit ille mihi!
Sic animi ſiquidem montem furiauit, & hiris
Iniecit is arte ferace faces;
Vt ſolide verear ne muter totus in ignem,
Corpus & in cineres protinus iſtud eat.
Hoc queinam fieri poſſit qui ſcire laborat,
Naturæ ignarus plus ſatis ille deæ eſt.
Nam ſi Torpedo longam vix tacta per haſtam
Quamlibet inuadit peſte volante manum:
Quid ni nuper item vulſus de fronte capillus,
Poſſideat Dominæ virus auile ſuæ?

Pandora melior.

Si fuit ulla vnquam Pandora vocanda ſecunda,
Competit id proprie nomen Eliſa tibi.
Nam tibi quis Charitas neget exornaſſe pyropis,
Lumina, & electro perpoliiſſe comam?

Quis

Quis Venerem pinxiſſe roſis vultumq; ſinumque?
Quis Suadam [illegible] melle rigaſſe labra?
Quis genitum Maia cerebri limaſſe cauernas?
Quiue Mineruam artes edocuiſſe Sain?
O nimis altera Pandora! o nimis altera cui Dii?
Omnia munifica dona dedere manu!
Vno hoc diſſimilis prior abſtulit omnia mundo:
Tu mundo contra commoda rapta refers.

Manlius H[illegible] Donelli.

Conſultis legum fuerat Sol ipſe Donellus;
Aufugerent tenebræ quo veniente libris.
Quo veniente anceps patuit Labyrinthus & error
Flexilis,itque tuo es prenſe cubile Dolus.
Sol ſed vt alte abiit grauior nunc nocte priore
Scriptorum perpes nox monumenta premit.
Ah,quænam inuidia eſt Diuum:furua vndique terra eſt
Cœlorumq duplex atria lumen habent.

II

Vt Themis,vt Themidis permulta clienta Donellum
Inſequitur pari per loca cuncta pede;
Viſa diu felix noſtri fuit orbita cœli,
Et viguit late Iuſtitia atque Fides.
Ac ſimul ac nequit lou a[illegible]e carere tribunal
Longius ingenio rare Donelle,tuo:
Ecce ſuo reuolat iunctim cum præſide cana
Illa Dea,ipſius nec minus ille chorus.
Interea infelix noſtri perit orbita cœli
Nec velut ante viget Iuſtitia atq Fides.
Fatum triſte quidem longe ſed triſtius horum
Perpetuo exilium ſi volet eſſe Solus.
Perpetuumque erit heu nam ceu milleſimus annus
Phœnicem mundo vix dare quiſque poteſt.
Sic nunquam aut certe poſt ſecula plurima naſci
Par Genius poterit,rare Donelle,tuo:

I.I. Vi-

III.

Vidit vt inuidiæ flagrantes felle Themiſtus
Nata ſuos myſtas iurgia vana ſequi:
Poſthabitoq; æquo atque bono triciſq; doliſq;
Ingenuam Legum collutulare fidem;
Ito Donelle, inquit, noſtrique aſſertor honoris
Iura homines animo candidiore doce.
Sedulus officium impleрat, rurſumq; vocatur
A iuſta ad cœli templa rubentis hera.
Ipſum igitur nemo conſumptum morte quiritet:
Viuit, & ad Themidos ſtat ſuper aſtra latus.

IV.

Quid audio? an reprendor vltra quod modum
Laudes Donelli perſequar?
Quod huius, illum præferam ætatis viris
Imo retro acti ſæculi:
O grande crimen. o ſacrum ſcelus! libens
Sed quod vel amplectar palam.
Benignitatis eſſe nam quid, obuiæ.
Culpa poteſt honeſtius?
Iſti tamen qui ſunt amicos penſius
Qui quam ipſemet norint meos?
Quiſue eſt Donellus cognitus cui magis;
Quam cognitus fuit mihi?
Et vt quis extet, cognitus cui magis
Quam cognitus fuit mihi:
Non ille perſuadebit, vnquam vt meos
Amare me putem nimis;
Nedum Donellum: de quo vt vndique omnia
Non vnus ipſe dixero;
Sed quotquot eſt virum vſpiam eloquentium;
Haud dixerint tamen ſatis.

In effigiem Iacobi ſegurii Pardiliani.

Si tibi Pardilianum omnem eſt nouiſſe libido:

Gallia quo,quo ſic Belgia iure tumet.
Heic en ipſus adeſt. Capitis ſpeculare decoram
Cæſariem,atq. humeri latum vtriuſque decus.
Hoc collum,hic vertex Regis mandata Nauarræ
Fert velut Alcides alter & alter Atlas.
Hęc frons hoc cerebrum ſignatæ cella Mineruæ eſt
Conda vbi proma Hebe quottidiana præeſt.
His oculis & honore mero atque decore ſerenis
Excubat Euphroſynes vnaque & vna ſoror.
Hoc os,hæc labia ambroſia pia dextra Diones,
Et pia Suadelæ nectare læua ſinit.
Hoc cor & hoc pectus Virtutum tota corona,
Mnemoſyneſque habitant enneas alma Deæ.
Ergo Deû Heic,aies,Templum geniale videre eſt.
Scilicet,adde igitur vota,nouaque preces.
Illum nec poſthac hominem vocitaueris vltro
Cœlorum cui ſic Indigena omnis adeſt.
Sin hominem,tum talem hominem, cui par nihil ætas
Præterita vlla tulit,vlla futura feret.

Nota bene.

Quære Deum:quantumq; potes te ſubtrahe mundo:
Mors mera nam mundo viuere,vita Deo.

Ad Paullum Meliſſum.

Græcia dulciſoni quid iactet labra Platonis?
Deque Periclea plurima fingit ape.
Quin en ipſus adeſt quem non modo Hymettia iũctim
Mella, ſed & proprio nomine turba beat.
Ipſus adeſt inquam qui ſi genera omnia mellis
Taurigenæque omnes demoriantur aues,
Actututum valeat depromere ab ore liquores
Nectareis,ſuccis ambroſiiſque pares.
Quare non modo ei carcum labia vndique vernat
Grex apium,atque ambit ſublegere inde fauos,
Verum

Verum ipſæ Charites, verum ipſa Patama virago,
Verum Heliconiadum terna ter ipſa cohors,
Hunc vnum inſequitur, lingua quaſi capta, nec huius
A latere exiguum ſuſtinet ire pedem.
Vera loquorne, Meliſſe? loquor mihi namque loquenti
Sic etiam ſurgit florus in ore ſapor.
Rem miram! non mel tantum tibi depluit ore.
Mel quoque qui de te cogitat, ille genit.

Ad Reginam Angliæ.

Maxime Alexandro felix reputatur Achilles,
Mœonidæ meruit quod decus eſſe tubæ.
Nunc ſed enim felix potius dicendus honores
Cui ius faſque palam dicere Eliſa tuos.
Quippe vnus multos celebrauit Homerus, & horum
Æquauit Graio maſcula geſta ſono.
At ſi de tumulo rediuiuus prodeat, & te
Naturæ eximium cernat ouantis opus,
Deſubito clamet, veraci effamine, Homeros
Laudibus haud centum ſat fore Virgo tuis.

Harmoſynæ.

Iam tibi iam certe dudum expugnaſſet Ocellos
Illa animi nimium vis animoſa mei;
Ni geminata ſuperciliorum hinc indeque rupes
Cuſpidibus ſtaret pluribus vſque minax.
Pilorumque ſeges iuxta præſumeret orbem
Luminaq; ambiret more ſatellitij.
Non ſimul eſt proprius mihi mens accedere; frontis
Haud æquor videor come videre tuæ:
Ordine verum aciem denſam quadruplice, quarum
Quælibet innumeris par queat eſſe viris:
Imo etiam Diuis. me namque vel omnia fallunt,
Clam vel Amorum illic grex pharetratus agit.

Gallia quo,quo ſic Belgia iure tumet.
Heic en ipſus adeſt. Capitis ſpeculare decoram
Cæſariem,atq. humeri latum vtriuſque decus.
Hoc collum,hic vertex Regis mandata Nauarræ
Fert velut Alcides alter & alter Atlas.
Hęc frons hoc cerebrum ſignatæ cella Mineruæ eſt
Conda vbi proma Hebe quottidiana præeſt.
His oculis & honore mero atque decore ſerenis
Excubat Euphroſynes vnaque & vna ſoror.
Hoc os,hæc labia ambroſia pia dextra Diones,
Et pia Suadelæ nectare læua ſinit.
Hoc cor & hoc pectus Virtutum tota corona,
Mnemoſyneſque habitant enneas alma Deæ.
Ergo Deũ Heic,aies,Templum geniale videre eſt.
Scilicet,adde igitur vota,nouaque preces.
Illum nec poſthac hominem vocitaueris vltro
Cœlorum cui ſic Iudigena omnis adeſt.
Sin hominem,tum talem hominem, cui par nihil ætas
Præterita vlla tulit,vlla futura feret.

Nota bene.

Quære Deum:quantumq; potes te ſubtrahe mundo:
Mors mera nam mundo viuere,vita Deo.

Ad Paullum Meliſſum.

Græcia dulciſoni quid iactet labra Platonis?
Deque Periclea plurima fingit ape.
Quin en ipſus adeſt quem non modo Hymettia iũctim
Mella, ſed & proprio nomine turba beat.
Ipſus adeſt inquam qui ſi genera omnia mellis
Taurigenæque omnes demoriantur aues,
Actututum valeat depromere ab ore liquores
Nectareis,ſuccis ambroſiiſque pares.
Quare non modo ei circum labia vndique vernat
Grex apium,atque ambit ſublegere inde fauos,
Verum

Verum ipſæ Charites, verum ipſa Patama virago,
Verum Heliconiadum terna ter ipſa cohors,
Hunc vnum inſequitur, lingua quaſi capta, nec huius
A latere exiguum ſuſtinet ire pedem.
Vera loquorne, Meliſſe? loquor mihi namque loquenti
Sic etiam ſurgit floris in ore ſapor.
Rem miram! non mel tantum tibi depluit ore.
Mel quoque qui de te cogitat, ille genit.

Ad Reginam Angliæ.

Maxime Alexandro felix reputatur Achilles,
Mœonidæ meruit quod decus eſſe tubæ.
Nunc ſed enim felix potius dicendus honores
Cui ius faſque palam dicere Eliſa tuos.
Quippe vnus multos celebrauit Homerus, & horum
Æquauit Graio maſcula geſta ſono.
At ſi de tumulo rediuiuus prodeat, & te
Naturæ eximium cernat ouantis opus,
Deſubito clamet, veraci effamine, Homeros
Laudibus haud centum ſat fore Virgo tuis.

Harmoſyna.

Iam tibi iam certe dudum expugnaſſet Ocellos
Illa animi nimium vis animoſa mei;
Ni geminata ſuperciliorum hinc indeque rupes
Cuſpidibus ſtaret pluribus vſque minax.
Pilorumque ſeges iuxta præſumeret orbem
Luminaq; ambiret more ſatellitij.
Non ſimul eſt proprius mihi mens accedere; frontis
Haud æquor videor come videre tuæ:
Ordine verum aciem denſam quadruplice, quarum
Quælibet innumeris par queat eſſe viris:
Imo etiam Diuis. me namque vel omnia fallunt,
Clam vel Amorum illic grex pharetratus agit.

Ad eandem.

Vt nuper, mea Lux, ſpeculi te comis ad orbem,
  Explicitamq; locas in ſtatione comam:
Ipſe ebori clam dentato longiſſima fila
  Furabar, capitis fila relicta tui.
Illaque vbi filis aptaram lætior aureis,
  Armillam læuæ molior inde meæ.
Nam ceu Serpentum caro mixta ſalubribus herbis:
  Antidotum præſtat, iamq; venena necat:
Sic auri quoque temperie criſpante putaram
  Exſpiraſſe tuæ toxica cruda comæ;
Aut potius naturam aliam ſumpſiſſe, meiſq;
  Pharmaca iam deinceps læta futura malis.
Nunc, dolor o! contra eſt. qui tantum cuncta cremabar
  Membra prius, eadem nunc quoque membra ligor.
Membra tuis ligor Harmoſyne pene vſta capillis,
  Mulciberi tanquam clauſus in ære fabri.
Imo etiam peius: quia tam magis implicor iſtis
  Quando iiſdem ſtudeo me ſoluiſſe magis.

Ad Cupidinem.

Ergo collectum Dominæ aurum è pectine, dextra
  Ipſe mihi ad laqueos dic cupido paras?
Ah fruſtra, me ſic oculo gemino ante ligauit,
  Vt deinceps ſuperet nulla libido fugæ.
Quin potius ſi vis huius ſim cultor in eius;
  Iis ſupera magnos nectis in arce Deos?
Nam ſi priſca ipſo manet illa libido, deorſum
  Pellaci noſtræ fronte trahantur heræ:
Imo ſponte ruant; ſponte imo ruant, niſi dudum
  Perpetui cœlum carceris inſtar habent.

In effigiem Philippi Canaii de Freſnes.

Corporis exigui ſpecie quicunq; Canaium
  Cenſet, eique animum credit ineſſe parem:

Is nun.

Is nunquam vidit Conchas, neque Punica mala,
Quamq; breui claudant cortice grande decus.
Illic nam rubeo ſcintillant grana rubore:
Illic nam niueo bacca nitore micat
Grana refrigerium ægrorum factura palato:
Bacca monarcharum ſæpe ferenda comis.
Scilicet hic ceruix hoc collum pondera regni
Suſtinet Aſtreæ cum libet eſſe catæ.
Hoc cerebrum hanc frontem Pallas colit innuba, latā
Nec Charis inde vnguem nec migrat alma Fidem.
Hoc os, hanc linguam. Suadæ vis poſſidet, vnum
Cui tamen id curæ non niſi vera loqui.
Hoc cor, hoc pectus. Virtutum lecta quadriga
Occupat. Horarum perpetuuſq; vigor
Si mihi non credis; libris at crede Canaiî:
Tam graphica has in quos tranſtulit arte Deas,
Vt ſi forte foret fatis obnoxia Virtus,
Hora, Aſtræa, Fides, Suada Minerua, Charis:
Ipſius è ſcriptis refici queat illico Virtus,
Hora, Aſtræa, Fides, Suada, Minerua, Charis.

In Frontinum.

Quod te Patronum, quod te mihi dico Parentem,
Et ſi Patrono quid prius atque Patre eſt:
Ne tibi ne nimium placeas Frontine profanam
Pro diua coluit ſic quoq; Roma Febrim.

Africa.

Si cunctas quis auet Serpentum noſcere vires
Africa quas peperit torrida quaſque parit:
Ille viæ parcat longæ licet: Africa nam vel
Heic Oculis Dominæ tota videnda meæ eſt.
Certe ibi vel Iaculos vel cernere Dipſadas vltro eſt,
Cumque ſuo quidquid Spes dat Ophite malum.
Sed nec ibi Natrix ſuus, aut Hæmorrois ingens;

Sed nec ibi Præſter, nec Baſiliſcus abeſt
Haud ego vana loquor. quin imo corpore peſtes
Ecce meo has omnes vnicus ipſe fero.
Ipſe fero has omnes, verum ſine funere; ne non
Africa, ceu quondam, nunc quoque monſtra genat.

Ad Eliſam Britannam.

Ante hac mirabar ſtabili quod pace vigeres,
Tot cuperent hoſtes cum tibi, Virgo, male
Nunc nihil ipſe minus miror; quin imo quietis
Hinc eſt perpetuæ maxima cauſa tuæ.
Scilicet vt timidamue malis, tumidamuè ſecundis
Te fortuna diu reddere nulla poteſt;
Ecquid adhuc, inquit, tentem mda Numina? quin iam
Quin ipſi potius manciper ipſa minor.
Cum dicto exuta mentis leuitate prioris,
Perpetuo venit blandior eſſe tibi.
Ac ne quid dubites; volucres ſimul abſtulit alas,
Et dominam inſtabilis te iubet eſſe rotæ.

Ad Amorem.

Certo ſemper, Amor facies quod vulnera iactu,
Non oculi ingenium eſt, ingeniumue mœnus;
Non facit hoc Arcus, non vendicat vlla ſagitta;
Ventorum adeo quaſquam ait eſſe ſuum.
Sic eſt: chorda tui nuper dum diſſilit arcis;
Vt iaculorum in me millia multa iacis;
Nec tamen immanem potis eſt perfringere rupem
Duritiæ, circum quæ mihi pectus erat:
Vidi ego te furtim Harmoſynæ expilare capillos,
Exque ipſis neruum clam reparare tibi.
Vidi ego: vixque illo telum iaculatus es vnum,
Grandia cum medio vulnera corda tuli.
Forſitan hoc alius mirum putet, haud ego, virtus
Cui Dominæ nimium cognita tota meæ eſt.

Ipſa.

Ipſa vt enim viuo variè dat vulnera vultu,
  Et ſolide penetrat cordis in vſque ſinus:
Talis item quoque vis innata eſt crinibus, imò
  Veſtibus ipſius queis ſemel vſa fuit.
Hoc ideo; vt quoniam ſitit vſque atque vſque nocere,
  Pluribus exiſtat pernicioſa modis.

Ad Carthaginenſes.

Et iure & merito. doloſe Pœne,
Pœnas veſtra luit graues iuuentus,
Quod contra radios meridianos
Siſtens Attilium genis reciſis,
Is prorſus. pudor. ô dolorque! ſenſit
Furuis claudi oculos ſibi tenebris.
At ſi nunc tamen oppidò maneret
Veſtra illa Vrbs Libyæ, Lareſque vinclis
Patritis quoque poſthaberet ille
Diſcors Regulus; haud inepta forſan
Præſtò adſit ratio, viri Africani.
Quæ veſtrum bene vindicet dolorem
Tot pugnis genitum minus ſecundis.
Quæ captum, inquio, luce priuet omni,
Imo ſenſibus omnibus; nec ipſus
Interim tamen aut velit queatve
De veſtrate queri ferocitate:
Nedum Pœnam ideo ſtatim iuuentam
Sæuis muricibus necent Quirites.
Scin quid? noſtræ Oculum hunc videre & illum
Si ſaltem Dominæ ſemel poteſtas
Illi facta fuiſſet; vtriuſque
Sic arſiſſet amore pertinaci
Vt non inde ſuos mouere vultus,
Nec frontis foret albicantis orbes,
Splendor quam prius abſtuliſſet ingens
Omnem illi ocyus vndiquaque viſum.

Nec viſum modo, ſed cor vnà & vnà
Mentem, vnà & ſapientiam ; ipſe donec
Magno de Duce redditus cadauer
Vobis vel miſerandus eſſet ipſis:
Pœnis quamlibet, hoſtibuſque pœnis.

Ad Harmoſynen.

Si tibi ſi quiſquam velit ex re condere nomen,
Nomine Pandoræ condecoranda venis.
Nam ſiue ingenio facieve tuaris, Olympi
Terrarumque in te gloria mixta latet.
Secla ſed hæc quoniam norant mage callida Diui,
Quam quæ pertulerant Deucalionis aquas:
Non tibi peſtifera cumularunt pyxide dextram:
Commiſere Oculis clam mala cuncta tuis:
Quos ſimul atque mihi patefeciſti obuia, bis ter
Mille venenarunt peſtibus omne iecur;
Inque fugam ſeſe propere bona cuncta dedere.
In pretio Patriæ queis fueram ante meæ.
Illaque ne (dolor ô) veluti reditura manerem,
Spes oculis nuſquam eſt vlla relicta tuis.

Miraculum.

Non ego iam miror Lapidis meditullio in ipſo
Inuentum priſcis Panos agreſte caput.
Ecce quoque ecce mei cordis penetralibus imis
Harmoſynes graphice tota figura ſedet:
Tota figura ; ſuo quæ ſenſu prædita quino,
Harmoſynes viuæ munia cuncta ſubit:
Sicque ſibi penitus noſtro de ſanguine victum,
Hirarum exſucca vi iecoriſque clepit;
Vt ſolide metuam, ne mox ceu Vipera, clarum
Exeſo quærat ventre videre diem:
Mulciber aut habeat fulgente neceſſe bipenni,
Non caput, at pectus diſſecuiſſe mihi.

Sed

Sed tamen hoc potius: venturum memet vt æuum
Æquiparet Diuûm patri hominumque Ioui:
Coxaque ei prægnans vt erat pregnanſque cerebrum,
Sic & ego memorer corde puellipara.

Ad Solem.

Phœbe oculus cœli Telluris Phœbe maritus:
Phœbe parens lucis ſtelliferique gregis:
Dum contra Harmoſynen ſedeo. ſuauique loquela
Ipſius inflammo cordis inerme gelu:
Occule gemmantis vultus faculam occule nube
Stellimicans illud nigricolore iubar.
Vlterius nam ſi radiis ferientibus inſtas,
Cogetur velo noſtra operire caput;
Exque meis illos oculis ſubducet Ocellos,
Queis ſine vita mihi non queat eſſe bona.
Queis ſine tantillum nequeam durare ſuperſtes,
Queis ſine mille feram corde animaque cruces.
Supplico: ſed fruſtra video: magis ac magis æſtu
Phœbe noces. tibi nec tantula cura mei eſt.
Tantula cui mei? imo tui nec tantula cura eſt:
Maiori cuius lux modo luce cadet.
Sed quid ego hæc excors: quin pergas vrere Titan:
Nam ſi tantulum adhuc fas Dominæ ore frui;
Menſuram implebo voti; ac præ pellice memet
Lætitia iſta dabat cœlica vita neci.

Inobitum Franciſci Noæi.

Vt Pallas Clioque Noæum amicimine pullæ
Viderunt noctis lumina fracta tegi:
Heu melici dixere ruit merus Vnio ſerti:
Mauortiſque iacet prima Columna Ducis.
Dixere; infeſtaque manu ſua pectora carpunt:
Tantillum vlterius nec potuere loqui.
Singultu tantum comitantur perpete funus,

Denſo per laceras imbre cadente genas.
Sicque habitus triſti facie planctuſque ſonore
Omne hominum ad luctus pellicuere genus:
Exſecrata ſuas vt iam Mors ipſa rapinas.
Diceret: ah quodnam dextra patrauit opus?
Franciſcum volui tantummodo, non ſimul, eheu,
Deſpoliare duas vocis honore Deas.

Manibus Dauidis Chytræi.

Quod te dia ſuo Sophie miſceret Olympo,
Indigeteſque pium ſiſteret ante Deos,
Quod de lenifice Suada potiore loquelæ
Omne hominum raperes in tua iura genus:
Quod tibi tota Æui duplicis monumenta paterent,
Siue ea geſta toga ſiue ea geſta ſago.
Quod cumulareris cunctis vne artibus olim,
Quæ magno poterant vel populo eſſe ſatis.
Clarabare Orbis triplici vne Chytræe theatro;
Ibat & in plauſus concio trina tuós.
Iſta tamen laudum me iudice, parua tuarum
Portio terque magis cur colereris erat;
Quod nullo liuoris iniquo felle tumeres,
Neſciréſque datam contemerare fidem;
Quod cilio elato nulli faſtoſus amicos
Ipſe tibi faceres quoslibet eſſe pares;
Quod nihilum tegeres penetrali cordis in imo,
Quam vultu faceres alloquiove fidem;
Hæc ſane vnica erant quei ſuſpicerere Grutero;
Iamque adeo haud hominem rerer at eſſe Deum.
Sin hominem; tum certe hominem cui perſimile ætas
Nulla aliquando tulit nulla aliquando feret.
Ah! homo quod fueris, iam funere prodis: at illud
Mox etiam prodet poſtuma quaque dies.
Nempe fuiſſe Chytræe hominem cui perſimile ætas
Nulla aliquando tulit, nulla aliquando feret.

Ad

Ad Cycnos.

Nunc tandem ſcio cur niuei candoris Olores,
Tam crebra Tameſin gente colatis aquam.
Scilicet heic habitent cum Numina veſtra Camœnæ;
Poſthabito Pindo Pegaſeoque lacu;
Huc etiam vobis libuit migrare, fruique
Muſarum fidis nocte dieque choris.
Iiſque velut propior proprius ſpectare ſalubre
Virginis imperium cura Caledonicæ eſt:
Eius vti vera deinceps præconia linguæ
Inſtillent hominum mentibus atque Deûm:
Sic erit officii veſtri, Cycnea propago,
Terrarum celebres peruolitare plagas:
Auriculiſque auium cunctarum pandere Eliſæ
Ingenii varias perſapientis opes.
Vt veluti quondam quota pars iterare volucrum
Pſaphonem poterat per nemora alta Deum:
Sic & Eliſam omnes geminent vſque vſque Britannam,
Delicias cœli, diuitiaſque Soli:
Totius reſonent volucres, inquam, Orbis, Eliſam
Deliciaſque hominum, diuitiaſque Deûm.

Contra Aſtrologos.

Stellarum occaſus alii ſpeculentur & ortus
Proſpera quæque poli, quæque figura nocens:
Sat mihi poſſe mea Veneris gemina Aſtra tueri:
Quidque palam ipſorum pupula clamve ferat.
Demens, qui Geniis hominum ſtata ſidera donat,
Et modo læta ab eis & modo læua manet.
Arbitrium hercle meæ Vitæ ſimul omne Neciſque
Incluſum vltro Oculis Harmoſynilla tuis.
Hi ſi prorumpant furiato turbine, quauis
Supplicia Eumenidum me fera parte grauant.
Hi nutu ſi tranquillo bona ſigna remittunt,
Mattya Cœlicolum ſub mea labra fluunt.

Ah quid

Ah quid dico, fleunt ah quid bona ſigna remittunt?
Hoſtibus eueniant talia ſigna meis.
En ego iam qui nos deuota mente Decembres
Totus ab aſpectu pendeo Nympha tuo:
Nec tua me vel ſimpla ſemel ſtrictura beauit,
Parua medullarum quò medicina foret.
Sed ſic perpetuum mihi cor fibraſque venenas,
Sed ſic perpetuum fulguris imbre furis;
Vnice vt exoptem debere nitentibus aſtris,
Et vitam & vitæ ſingula fata meæ.
Nam licet enſe ferox capiti imperitaret Orion,
Martiſve ira foret Falciferive minax:
De ter ſexcentis ſaltem contingeret vna
Infortunato ſidere caſſa Dies.
Verum præſide te rugas vt Neſtoris æquem,
Spes tamen haud punctim temporis vlla boni eſt.

In pateras binas Gul. Laurenbergio donatas.

Ecce tibi pateras, ſummi teſtamen amoris:
Ecce quibus præſens ſim tibi, ſimque tuis.
Hæc Clypeum Martis dici queat illa Lyæi,
Vtraque ſi forma terrificante foret.
Monſtra marina quidem cernas ibi, ſed tamen ore
Quæ tetricum ſpirent ſanguineumque nihil.
Tantum vndis innare velint at dulcibus. ergo
Tu Gulielme ipſis deſuper adde merum.
Dumque bibis gemines, vſque vſque Grutere valeto.
Siue ferare rota, ſiue ferare rate,
O ſalueto vſque vſque Grutere, vſque vſque valeto,
Siue morere foris, ſiue morere domi.
Omnia vota iuuant quæ ſunt bona, quæ mala lædunt:
Hoc probat Hippolytus illud at ipſe probem.

In Plinium à Pinciano emendatum.

Nil niſi barbariem tua olebant ſcripta Secunde:
Hanc Barbarus cum ſuſtulit:

Barba-

Digitized by Google

Barbarus Aonidum decus indelebile, dignus
 Nec nomine ipſo Barbari.
Deerat adhuc veteres tibi qui inſtauraret honores:
 Hos Pincianus reddidit.
Reddidit ille quidem; ſed recti præmia facti
 Nulla inſequuntur vindicem.
Sic ego: cui contra ſpecioſo Plinius ore:
 Humana gens quam fallitur!
Nullum à plebe operæ pretium tulit ille profana:
 Verum a Senatu Muſico:
Vtque is forte etiam ceſſet; certe ipſe ego dicar
 Gratus fuiſſe gratiis.
Barbaro enim fateor memet debere ſalutem;
 At Pinciano alipticam.

In nuptias Friderici IV. Palat. &c.

Quis non coniugium felix fauſtumque precetur:
 Seu *Friderice* tibi, ſiue *Loiſa* tibi:
Quin par ſub cœlo nequeat componier vllum,
 Vnius deceat quod magis eſſe iugi.
Relligio vna eademque pie curatur vtrique,
 Cuncta ſuperſtitio cui popularis abeſt.
Ætas pæne eadem eſt ambobus: & vt tibi primum
 Purpureis prodit flos, *Friderice*, genis;
Sic ſocia ad formæ ſummum procedit honorem,
 Et fit quotidie pulcra mage atque mage.
Vena tibi Heroo de ſanguine ducitur: ipſa
 Nec minus à claris ſtemmata texit auis.
De meliore tibi ſtant pectora ficta metallo:
 Ipſa pol & ſexus gemma ſerena ſui eſt.
Parca tibi puero vitæ fila improba neuit:
 Neuit & illa ipſi vellera nigra nimis.
Hinc vobis cari rapiuntur morte parentes,
 Illorum cum iam maximus vſus erat.
Sed bene habet. pertæſa Atropos tam triſtia ſemper

Nere:

Digitized by Google

Nere, colum Phryxi mox amiciuit oue.
Iamque deinde tibi *Friderice*, tibique *Loiſa*
Vſque vſque expectes aurea penſa iubet;
Aurea penſa, nihil tenebroſi habitura, tametſi
Tu Pylii peragas, Deiphobæ ipſa dies.

II.

Sicut vbi Phœnix natali prodit ab igne,
Niliaciſque infert ſacra paterna tholis;
Alituum hinc atque inde cohors numeroſa, renatum
Circuit ac fauſtâ voce ſalutat herum;
Quâque volat paſſim venerantum denſa corona
Proſilit atque alæ plauſu vtriuſque calet:
Haud aliter, *Friderice* tibi dum ducta *Loiſa* eſt,
Prole Palatinos ditet vt alma Lareis,
Fœmineum genus omne in eam genus virile,
Nomina fauſta animo, nomina voce iacit:
Quâq; iter ingreditur, tum oculis tum mente ſequũtur,
Non vna obſequiis dedita corda nouis.
Sic eſt, vt rediit penetralia in illa *Loiſa*,
Progreſſa ante annos octodecim vnde parens,
Altera iure audit Phœnix poſt funera matris
Flore iuuentutis fas cui poſſe frui:
Iure & eam populus quoque pro Borbonide matre,
Sed tamen hoc facie ſub meliore, colit.

III.

Quam bene præteritos penſat, Dux ſumme, labores
Sors tibi, conuerſæ culmine nixa rotæ!
Tranſactus proprii iuris te reddidit annus;
Iſte maritalis ditat honore tori.
Vtque ſequens faciet vitali prole parentem,
Alter ita auguſti nomen habere dabit:
Curaque erit proferre tibi pomœria ſedis,
Haidelbergiacos & duplicare focos.

Quæris,

Digitized by Google

Quæris,id vnde habeam? quia,Princeps,nullá venire
  Sola ſolet, ſeu ſit ſors bona, ſiue mala.

I V.

Vt pretium omne ſui ſecum fert Vnio, conchæ
  Primitus vt ruitur de genitale ſinu;
Nilque cati argutæ mangonis ſupplicat arti,
  Sculptoriſve aliquá parte requirit opem.
Sed tamen obryzo ſimul illum gnariter auro
  Vt ligat artificis nobilitata manus;
Neſcio quo meliore nitet fulgoris honore,
  Et magis ad ſe hominum mentem oculoſque trahit.
Sic quoque, bacca *Loiſa* ſoli Bataui vnica,quamuis
  Fama tuæ excellens virginitatis erat,
Nilque videbatur iam poſſe accreſcere laudi,
  Quam tulerat virtus,formaque rara tibi:
Nunc tamen Heroi *Frid rico* vt iungeris, atque
  Se tibi perpetuâ glutinat ille fide;
Iupiter! vt magnum virtus tua formaque ſumpſit
  Augmentum, ac pretio ter grauiore venit!
Nempe, prius quæ nil poteras niſi gemma vocari,
  Iam modo Gemmarum vel noua mater eris.

V.

Quod tibi cuncta fauent,Princeps,terrâq; & Olympo,
  Ducitur in thalamos vt noua nupta tuos,
Indicium eſt, hoc coniugio mox moxque futura
  Proſpera multa polo, proſpera multa ſolo.
At quod, vt Haidelbergæ intras modo mœnia, largâ
  Deſuper illuuie præcipitantur aquæ;
Omen & hoc fauſtum eſt. nam ſe gratum ille benignus
  Dum properat Delphin exhibuiſſe tibi;
Imbellique nimis radio contingere terras
  Non foret, ob Solis ſolſtitiale iubar:
Quod reliquum fuerat,feſtos tibi depluit imbres;
  Sic quoque fœcundi ſigna futura tori.

Digitized by Google

VI.

Si quis tecum huius veteriſque Heroidas æui
Comparet, o Batavi fama, *Loiſa*, ſoli;
E numero innumero forte vna atque altera, formæ
Muneribus tecum cernere iure queat.
At, quæ etiam donis auſit contendere virtus
Cultrices ſolita eſt queis cumulare ſuas:
At, quæ etiam pugnet vitæ candore niuali;
Nulla fuit veterum, nulla recentium erit.
Quantum igitur vere præſtant æterna caducis,
Et magis externis interiora beant;
Tanto vincuntur veteres ſimul atque recentes,
Seculi & vna audis duplicis almus honos.

VII.

Multorum, Princeps, voces capis auribus, & pars
Maior abeſt, voueat quæ bona multa tibi.
Quiſque ſed vt demum iam optauerit omnia, fidus
Pro Domino poſſit quæ rogitare cliens:
Vnum & ego porro adiiciam, quod forſitan vlli
Non fuit in mentem, quanquam erat illa ſagax.
Scilicet, etſi omnes, Princeps, merito atque libenter
Hoc tibi gratamur connubiale ſacrum;
Opto tamen, faciat cœli arbiter, vnicum & vnum
Hoc tibi gratemur connubiale ſacrum:
Eque die hac ſic ſit tibi coniugium vſque ſecundum, vt
Coniugia inueniant nulla ſecunda locum.

Ad Eberh. Weihium, de Mauricii Landgrauii Pſalterio.

Quæris quæ mea ſit, Weihi, de Principis Heſſi
Sepoſito affectu carmine iudicia?
Quanquam non ſubeant cenſuram iudicis vllam
Vllius, ante ſuum quæ properata diem:
Nedum vt Ariſtarchi criticum experiantur acumen;

Orſa

Orſa Adoleſcentis tam ſacro ſancta Ducis:
Dico tamen, graphicè heic cognoſci ex vngue Leonem,
Et florem fructus cui modo abundus erit.
Certè ibi conſpicere eſt pondus geniale loquendi,
Et melos ingenuas quod trahat auriculas.
Certè ibi nil vacuum nihil eſt ibi ſordis amuſæ:
Certè ibi nil ſcabrum, quodque licenter hiet.
Certè ibi multifida metæ properantur habena,
Et proprio ſenſus exſinuantur epo.
Inprimis Pietas ibi clara in luce videndam
Se dat & integrior Relligionis amor.
Certè ibi: ſed mea iam *W*eihi cenſura laborat;
Deque Duce hoc ſat habet dicere poſſe tuo:
Incepit quo finis erat: quum illius imo
Principium pauci vix meruere ſenes.

II.

Ergo putas ſummis, *W*eihi, non poſſe poëtis
Conferri Heſſiaci carmina ſacra Ducis?
Carmina ſacra, ſuus finis quibus adfuit, annos
Cum vixdum ter ſex natus ephœbus erat?
Aſt ego vel ſummis affirmo poſſe poëtis
Præferri Heſſiaci carmina ſacra Ducis.
Ipſum vt enim ingenio fortè anteeat vnus & alter,
Iudicioque exſtet iſte vel ille prior:
Hoc tamen hoc omnes, vel iudice vincit iniquo,
(Audiat id quamuis Momus & ille niger)
Tale quod auſus opus nemo eſt puerilibus annis;
Tale quod & citius nemo peregit opus.

III.

Aſtreæ Peithuſque rotundior vnio, *W*eihi;
Quo nec Athenarum carior alter heræ:
Ergo tui mea deſcriptis vt Principis vena
Iudicet, imberbeis qua dedit ante genas?

Ergo vt diuexem cenſuræ opus vngue ſeuero;
Publicus ad cœli quod rapit aſtra fauor?
Dij melius! quin me populo magis aggrego, curæ
Plaudere queis orſis voce manuque Ducis:
Regificis orſis; quibus ipſe adſurgat Apollo,
Submittatque ſacras Muſa nouena lyras.
Quippe adeo teneris alibi tot taliaque annis
Carmina nemo dedit, carmina nemo dabit.

Ad Vrſas.

Magna minorque feræ, cor adhuc quid mœror acerbat
Hactenus immunes quod datur eſſe maris?
Quodque nefas fixa ſtatione recedere cœli,
Cætera in Oceanum cum tamen Aſtra cadant.
Quin in læticiæ potius ſit origo recentis:
Natura hoc veſtro fecit enim ipſa bono.
Hacque vna iam nunc triplicem ratione ducatum
Præ reliquo fratrum fertis ouante choro.
Sic ſanè Harmoſynam nullo non tempore vobis
Fas inconniuis cernere luminibus:
Illam aio Harmoſynam Suadæ Catijque cor atque os,
Nec minus & Charitum Mnemoſydumque iubar.
Hoc quanti faceret ſtellarum ceterus ordo,
Clamque palamque ſatis res facit ipſa fidem.
Quippe ideo cœli forma orbiculatur, vt eius
Hinc atque hinc propius virginis ore frui.

Ad Britanniam.

Qui minimas tibi dixit obeſſe Britannia noctes
Illius à vero vox nihil oris abit.
Nam tibi nox minima eſt; imo nox nulla, tametſi
Longius Æthiopum Sol face luſtret agros.
Scilicet ipſa vicem Phœbi tunc præſtat Eliſa:
Præſtat, & vmbrarum non ſinit eſſe locum.
Quin rutilæ licet emaneat iubar vſque Diei:

Haud

Haud ideo metuas lucis habere minus.
Verius æternæ metueris noctis opacum
Illa tua illa tibi cum rapietur heræ.
Æternæ noctis, niſi Naturæ ordine rupto
Sol tibi de tenebris det nouus inde diem.

Ad Harmoſynen.

Ergo etiam Harmoſyne miraris ab igne tuorum
Cur oculorum omnis non quoque morte cadam?
Totque tua illa inter durare incendia poſſim,
Haud etiam dudum factus adusta cinis?
Scilicet in naturam Amianti verſus, obire
Cur nequeam integro corpore tanta mala?
Ille vt enim impoſitus carboni igneſcit, & inde
Sublatus forma candidiore nitet:
Sic quoque luce tua non vna à labe repurgor,
Quas variè adfricuit ſpes mihi, quaſque Metus.
Quin ego, quin potius miror cur vrere pergas;
Cum mihi mens quauis ſit magis alba niue.

Ad eandem.

Vt fluit in iugulos nuper tibi verticis aurum,
Heu, quam mens animi territa tota mei eſt!
Namque tot vndantes humeris ſine lege capilli,
Exhibuere oculis vera flagella meis.
Iamque frequente datura meo ſua verbera, tergo:
Ah vbi nobilitas illa atauita iaces?
Nec tamen impedio: pergas modò ſæua: ſecuris
Quin etiam in collum ſi lubet iſtud eat.
Antiqua nam ſi Saturni lege videre
Nemo Deam inuitam fas habet abſque malo:
Maieſtas, fateor tua cæſa malè eſt mihi; longum
Iniuſſu vidi qui tua vulta tuo.
Ergo etiam tibi me dedo ecce, paratus obire
Qualiacunque voles, ó Dea, ſupplicia.

by Google

Hoc doleo tantùm Harmoſyne, tantum hoc doleo vnũ
 Carnificis quod ſic ipſa obitura vicem es.
Eccui enim eſt homini ſanguis tam ignobilis, vt non
 Occidentis item polluat ille manus?

Amor inermis.

Iam laſſatus Amor per Orbis omnes
Pennæ remigio volare partes,
Fragranti Harmoſynæ obuiabat ori:
Matrem ſeque ratus ſuam videre,
Ipſi ſuauia mollicella fixit,
Ipſi verbula mollicella dixit.
Ipſi deſuper in ſinum reſedit,
Ingentique labore membra feſſus,
Dimiſit manibus pharetram & arcum,
Indulſitque diu diuque ſomno
Mirata Harmoſyne hanc proteruitatem,
Euulſit tremulum è coma capillum,
Atque illo puerum arctius ligauit
Quàm ferrum aut adamas reum fatigat,
Cui iam mox crucis eſt ferenda pœna.
Poſtquam edormierat probè ſoporem,
Vinctum ſeque manus pedeſque ſenſit;
Artes exerit hinc & inde totas,
Vires exerit hinc & inde cunctas;
Sed fruſtra, omnis enim vt tenace viſco
Quæuis hoc magis implicatur ales,
Quo ſeſe magis explicare pergit:
Sic contra Harmoſynes Cupido nodum
Artes exerit hinc & inde fruſtra,
Vires exerit hinc & inde fruſtra.
Ergo quod reliquum eſt, frequente palpat
Cuſtodem prece, ſe relaxet. illa
Ætatis teneræ miſerta, totum
Nodo liberat, imperatque abire.

Is ſed

Is ſed neſcio quid ſubeſſe fraudis
Tam promptæ veritus ſolutioni,
Mox ala trepida petiuit aſtra,
Oblitus nimium pharetræ & arcus.
Quem poſtquam Harmoſyne tetendit atque
Depromptis pharetra occupat ſagittis,
Quænam non mala amantibus timenda!
Arcum namque regente Amore, quouis
Tenſus tempore non fuit locoque.
Illum aſt Harmoſyna regente, quouis
Tenſus tempore erit, locoque quouis,
In luctum, in lacrymas piorum amantum.
Nam quamuis viduauerit pharetram
Qualicunque Cupidinis ſagittâ,
Nec neruo fuerit relictus vſus;
Haud vnquam deerit ſagitta, neruus
Haud vnquam deerit: coma eius, eheu,
Neruos mille nouos, nouaſque ocellus
Hic atque ille tot aggeret ſagittas;
Ijs vt perdere non modò potis ſit
Quotquot nunc hominum alma terra nutrit;
Sed quotquot polus obtinet Dearum,
Sed quotquot polus obtinet Deorum.

Georg. Mich. Lingelſemio, in natalem Friderici filij.

Cùm tibi Lingelſemi ea ſit pellacia fandi,
  Vna ſui quam fert muneris vna Venus:
Cumque tuæ mores eadem illa afflarit Amatæ,
  Nec minus & formæ rara venena Venus:
Iure etiam, vobis qui nunc modò pipilat infans,
  Purpureo Veneris naſcitur ecce die.
Inque omni doctrina ac virtute ominat idem,
  Rite ſibi Venerem mox fore moxque ſuam.
Hoc eſt, ad ſe oculos quo ducat vbique bonorum,
  Sicut eos ad ſe ducit vterque parens.

Digitized by Google

In Parerga Marquardi Freheri.

Aſtreæ Phœbique potens quænam intima cauſſa eſt
Scripta Parergorum quod tua voce notes?
Scripta, quibus morſo melius nihil vngue laboret
Varro, nec aſſidua Scæuola nocte vigil.
Scripta quibus Chariteia libens ferat oſcula triga,
Adlinat & ſuccos Muſa nouena cedri?
Sic equidem eſt: tantum arte vale Genij vbere iuſtum
Ludicri vt ſignes nomine quod ſit opus.
Sed tamen heic etiam Silenorum ora reducis:
Morio fronte pates; ſed Deus intus agit.

Ad Henricum Stephanum.

Si cui forte moras videare heic ducere longas,
Lauſannæque abſens iam nimis eſſe diu:
Is ſe nullius prodit nouiſſe coloris
Doctrinæ dotes ingenijque tui.
Talis enim ac tant' Stephane arte ac marte magiſtro es
Debeat vt nemo te cupere eſſe ſatur
Si tunicata è plebe fores, tunc iure queratur
Lauſanna, impatiens ſit meritoque moræ.
Ecquid enim tardum ſe quiſquam præbeat vrbi,
Maius vbi accipiet quam dabit ipſe decus?
At te, vel totos quamuis deſideret annos,
Haud quoque Lauſannæ ſerior hoſpes ades.
Nam ſi grata venit qaumuis ſitientibus vnda,
Grata magis quanto nectaris vnda venit?

In Philen Friderici Morelli.

Aonidum ſidus iuuenale Morelle ſororum,
Actææque idem Pallados acer amor:
Quas tibi condignas grates aget ordo medentum,
Illaque gens laurus cui folio aucta coma;
Quod cũ iam pedẽ vtrumq; Philes Lethi amne lauaret,
Ipſiuſque auida fauce inhiaret aquis:

Non

Non modo eum tuus ille vigil reuocauerit ardor;
Fecerit ac Solis cernere rurſus equos:
Verùm etiam Auſoniæ decorarit munere veſtis,
Atque vrbis ciuem iuſſerit eſſe Remi.
Certè non tantum facto hoc ter maximam iniſti
Gratiam apud Phœbi doctum vtriuſque gregem:
Sed tibi cuncta tenace ligas animalia vinclo
Quæque fouet tellus, æquora quæque fouent.
Nec leuibus volucrum vlla ſecat liquidũ æthera pennis
Quin & in ære libens ſe ferat eſſe tuo.
Quare ſic habeas; moritura in tempore nullo
Illa tua in Græcum tot benefacta Philen:
Vſque ſed hoc Orbis triplici victura theatro,
Donec erit Piſcis, donec & Ales erit:
Donec erit Serpens, donec Pecuina propago;
Donec erit Vates, donec erit Medicus.

Ad Reginam Angliæ.

Inſula cincta truci mare quod ſibi vindicat ortus
O ſecli triplicis gloria trina tuos;
Haud ratione caret: nam præſtantiſſima quæque
Natura abſtruſis gaudet habere locis.
Sic duplicem de vepre roſam producit obunca;
Sic cochlea baccas aſperiore tegit.
Sic Piceo montis gremiò flauum excubat aurum:
Sic pelagò gemmas interiore parit.
Recte igitur terra in ſolidâ non naſceris infans;
Inſula natalis ſed tibi facta locus.
Gemmea nam gemma magis es, magis aurea es auro:
Vnio tota eadem, tota eademque roſa es.

De Harmoſyne.

Stelláve ſic igitur male me gemina illa reliquit,
Quæ ſuper errantis lux erat vna animæ?
O dolor! in ſummis ergo mihi vita tenebris,

Perque ſalebroſam deinde terenda viam eſt.
Nunc mihi, nunc veniēt centum volucri agmine curæ,
Cumque ſitu gemitus, cumque dolore furor
Nec non quidquid adhuc ſtygis vnda habet vda veneni,
Pandoræ & quidquid pyxis aperta vomit,
Ha Sol, longa tibi coma quid ſtat ſpiſſior auro,
Mane vbi progrederis de mare celſus eques?
Et tu pallentes cur Noctis diſijcis vmbras,
Fraterno ſtrophio cynthia nupta caput?
Veſtra quidem terram cœlorumque ardua lampas
De ſubitò eximia luce beare queat.
Vnus ego, vnus ego tanti ſum muneris expers;
Menſque animi in tenebris tota perennis agit.
Sola diem Harmoſyne poſſet mihi reddere, ſola
Tollere de triſti pectore triſte gelu.
Quæ mihi dum procul eſt, & fors procul vſq; manebit,
Ite animæ ô oculi ite animo exſequias.
Dumque itis, ſimul in lacrimas ſic ite viciſſim
Vt ſitis poſthac non oculi, aſt Fluuij.

Manibus Iani Douſæ filij.

Ante diem Graijs cultus latijſque Camœnis;
Ingenio & genio maximus ante diem:
Ante diem cunctas doctrinæ factus ad artes;
Virtutum cumulo ditior ante diem.
Ante diem toto fama notiſſimus orbe:
Ambitus doctis omnibus ante diem.
Ante diem dignas cœlo nomen dare; Douſa,
Quid mirum terris ſi caret ante diem?

Alter Memnoni.

Memnonis vt cautes, Phœbi ſurgentis ab igne
Tacta, ciet melicos voce liquente ſonos;
Æthiopumque noua mactat dulcēdine ſiluas,
Et volucres iuxta ſe lacit atque feras.

Solis

Solis at Heſperio cum mergitur æquore currus,
  Stridenti querulum iugiter ore gemit:
Sic etiam Harmoſyne ipſe tuis vbi luſtror ocellis,
  Quos fronti geminam cernimus eſſe Pharum,
Vnde faces vaſto è mare lucet amantibus, atque
  Ad portum, ad requiem deuocat almus Amor.
Ilicet exanimo ac ſtatuæ muto mage, ſenſim
  Sponte ſua inſinuat ſe mihi molle melos:
Molle melos quale ipſa Venus Charites docet, inter
  Mnemoſidas agili cùm pede pulſat humum.
Oris at omnigenos ſimulac ſubducis honores,
  Exque oculis oculos fers mihi torua tuos;
Rurſus fio lapis mutus, niſi quatenus inſtar
  Saxoſæ Niobes nocte dieque fleo
Sin quidquam crepito vel ſibilo, triſtius eſt quàm
  Aut planctus viridi quem ciet axe rota,
Aut queſtus ranarum, aut argutatio picæ,
  Auſpiciumve vlulæ, barbarieſve ſtrygis.
Eius hic ecce liber ſpecimen; quem dum geno, nulla
  Aſpectus eheu copia facta tui eſt
At me ſi vatem fieri vatum cupis, eia,
  Eia oculi gemini nobile prome iubar.
Non facis? ah miſero quando continget amoris,
  Vltima, ſi nondum linea prima mea eſt?

Ad Hippolytum à Collibus.

Nulla tua heic culpa eſt, Præſes ſcitiſſime: culpæ
  Vtilior nam quid nomine techna ferat?
Iſta namque mora voluiſti intendere orexin,
  Et deſiderij vim geminare mei:
Qualiter ardores iuuenis ſuccendit Amica,
  Cum propius poſito cuncta licere vetat.
Et ſic eſt. cui mox forſan faſtidia nuper
  Mouiſſet lectum vel ſemel illud opus:
Nunc mihi ter quamuis ad calcem à fronte legatur,

Perque ſalebroſam deinde terenda viam eſt.
Nunc mihi, nunc veniēt centum volucri agmine curæ,
Cumque ſitu gemitus, cumque dolore furor
Nec non quidquid adhuc ſtygis vnda habet vda veneni,
Pandoræ & quidquid pyxis aperta vomit,
Ha Sol, longa tibi coma quid ſtat ſpiſſior auro,
Mane vbi progrederis de mare celſus eques?
Et tu pallentes cur Noctis diſijcis vmbras,
Fraterno ſtrophio cynthia nupta caput?
Veſtra quidem terram cœlorumque ardua lampas
Deſubitò eximia luce beare queat.
Vnus ego, vnus ego tanti ſum muneris expers;
Menſque animi in tenebris tota perennis agit.
Sola diem Harmoſyne poſſet mihi reddere, ſola
Tollere de triſti pectore triſte gelu:
Quæ mihi dum procul eſt, & fors procul vſq; manebit,
Ite animæ ô oculi ite animo exſequias.
Dumque itis, ſimul in lacrimas ſic ite viciſſim
Vt ſitis poſthac non oculi, aſt Fluuij.

Manibus Iani Douſæ filij.

Ante diem Graijs cultus latijſque Camœnis;
Ingenio & genio maximus ante diem:
Ante diem cunctas doctrinæ factus ad artes;
Virtutum cumulo ditior ante diem.
Ante diem toto fama notiſſimus orbe:
Ambitus doctis omnibus ante diem.
Ante diem dignas cœlo nomen dare; Douſa:
Quid mirum terris ſi caret ante diem?

Alter Memnon.

Memnonis vt cautes, Phœbi ſurgentis ab igne
Tacta, ciet melicos voce liquente ſonos;
Æthiopumque noua mactat dulcedine ſiluas,
Et volucres iuxta ſe lacit atque feras.

Solis

Solis at Heſperio cum mergitur æquore currus,
Stridenti querulum iugiter ore gemit:
Sic etiam Harmoſyne ipſe tuis vbi luſtror ocellis,
Quos fronti geminam cernimus eſſe Pharum,
Vnde faces vaſto è mare lucet amantibus, atque
Ad portum, ad requiem deuocat almus Amor.
Ilicet exanimo ac ſtatuæ muto mage, ſenſim
Sponte ſua inſinuat ſe mihi molle melos:
Molle melos quale ipſa Venus Charites docet, inter
Mnemoſidas agili cùm pede pulſat humum.
Oris at omnigenos ſimulac ſubducis honores,
Exque oculis oculos fers mihi torua tuos;
Rurſus fio lapis mutus, niſi quatenus inſtar
Saxoſæ Niobes nocte dieque fleo
Sin quidquam crepito vel ſibilo, triſtius eſt quàm
Aut planctus viridi quem ciet axe rota,
Aut queſtus ranarum, aut argutatio picæ,
Auſpiciumve vlulæ, barbarieſve ſtrygis.
Eius hic ecce liber ſpecimen; quem dum geno, nulla
Aſpectus eheu copia facta tui eſt
At me ſi vatem fieri vatum cupis, eia,
Eia oculi gemini nobile prome iubar.
Non facis? ah miſero quando continget amoris,
Vltima, ſi nondum linea prima mea eſt?

Ad Hippolytum à Collibus.

Nulla tua heic culpa eſt, Præſes ſcitiſſime: culpæ
Vtilior nam quid nomine techna ferat?
Iſta namque mora voluiſti intendere orexin,
Et deſiderij vim geminare mei:
Qualiter ardores iuuenis ſuccendit Amica,
Cum propius poſito cuncta licere vetat.
Et ſic eſt. cui mox forſan faſtidia nuper
Mouiſſet lectum vel ſemel illud opus:
Nunc mihi ter quamuis ad calcem à fronte legatur,

Quo stomacho gustus sustineatur habet.
Scilicet ista tua est, Præses scitissime, culpa,
Quod mutata meram mattya in ambrosiam:
Quamque ideo ipse vorem iam nunc sine fine r
Mica vel illius dum super vna foret:
Obsidio nisi me docuisset, obire repentè
Queis longam raptim tollere cura famem.

Ad Harmosynen.

Dum sic sentio cor meum capillis
Viscatim implicitum tuis, vt inde
Vix iam posset abire, cogeretur
Illic linquere quum cutim vniuersam;
Te supplex adeo rogoque ne cor
Fiat Marsya. non pol, inquis; atque
Extractum manibus tuis, repente
Transfers in gremium intimum. Ah cor, ah cor,
In Scyllam ruis è Charybde. iam ter
Imò iam quater amplius peristi
Quàm nuper poteras perire. quippe
Denudabere non modo cutem, alter
Tanquam Marsya Apollinis, sed vnà
Iam crystallus eris, geluque crudum,
Ob frigus graue quo sinus laborat.
Dilectæ Dominæ mane tamen cor,
Obduraque ibi; nec tibi voluntas
Sit transferri alio: impiatiorem
Ne sedem male nactus, inde clames,
Quærens antidotum incidi in venenum.

Ad eandem.

Illum felicem per rimas liminis arcti
Cui tua vox cupido suauis in aure sonat!
Bis mage felicem cuicunque vorace tueri
Enthea fas formæ lumine mira tuæ.

Ter mage felicem, cum quo tua cædere dulceis
Non aliquando negat vinnula lingua iocos.
Bis decies mage felicem tangi osculi agresti
Cui tua siue manu, siue mamilla potest.
Illum at felicem quoties numerabile nulli est.
In partem accipies quem pudibunda tori.
Vtque tui adflatus tonitrali numinis aura
Mox animam, Bacchi more parentis, agat:
Hoc tamen, hoc damnum mortis solabitur, vsquam
Non fato poterat quod potiore mori:
Inuideatque ipsi totus simul Orbis & optet
(Sed frustra) simili posse perire modo.

Ad Amorem.

Nomina qui ferret tibi cunque, Cupido, tyranni;
Næ nimium ferret nomina vera tibi.
Sicut enim ille inhians opibus concordibus vrbis,
Quam belli nulla vincere callet ope;
Ciuium amicitias exambit munere crebro;
Seque probum cuiuis exhibet, atque pium.
Iamque adeo à Patribus facile introitum obtinet in his
Dummodò ei comitum non sit abunda manus:
Moxque etiam plures illic subsistere noctes
Fas habet, ac nullum non penetrare locum.
Sed simul vt nummis hunc occœcauit, & illum,
Promissis plures fecit & esse suos:
Sed simul vt tantus subijt clam mœnia miles,
Vrbanos vt vel vincere Marte queat;
Consilium prodit dirum, ac discrimine nullo
Multa facit laqueo funera, multa lacu.
Sic quoque sic primo cum me aggrederere, Diones
O fili, ore tuo mellificabat apes.
Haudque alios mihi præstabas submissus honores,
Quàm si quis Superûm de grege Semo forem.
Quin etiam ipse Chorus, Risusque locusque creabant

Isti animo pompas largiter omne genus.
Hocque caput circum volitabant ordine fratres
Pacifico atque ipsis alter Adonis eram.
Quid dicam vlterius? tibi sic mea corda reclusi,
Sicque satellitio pectora nuda dedi;
Vt modo tot foueam capitales iugiter hostes,
Cultores rebar quot reperisse mei.

In effigiem Iusti Lipsii.

Quid sculptor cupis? an docili tibi viuat in ære
Lipsius: illud ouans munus opusque Deûm?
Tale nihil possis Briareus Argusque; tametsi
Et tua Lysippus cæla Myronque regat.
Anne vides vel ab inuito prorumpere Numen,
Esse cui pars ars ingeniumque nequit?
Qua ratione oculos finges? quibus insidet vltrò
Hinc Pudor inde Arcas, hinc Honor, inde Ch[...]
Qua frontē? quem Phœbus amat, quē virgo noue[...]
Virgo Medusæi quæ moderatur aquæ.
Qua labia illa? quibus ceu discipula, vtraque Pe[...]
Hæret, amabilius discat vt inde loqui.
Qua caput ac cerebrum? cui formando ipsamet [...]
Natura impendit triplicis omne bonum.
Sustine te sculptor, sculptor te sustine. Lipsij
Fingere nam poterit qui capitale decus.
Ille aliud nobis cœlum, Diuosque recentes,
Naturæque nouæ semina viua dabit.
Et tamen eius agat quid in ære icuncula? nonne
Multorum totus cordibus ante viget?
Imò imò ipsum hasta Pallas, iaculisque Cupido
Cunctorum incidit cordibus ante virûm.
Sicque quidem, in natos vt transeat inque nepot[...]
Donec erunt homines, Numina donec erunt.

De Regina Britanniæ.

Nunc ego Threicij plectra illa potentia vatis

Nunc Amphioniam tangat habere chelyn!
Non vt sponte petræ coëant in mœnia: non vt
Fluuiorum retio sustineatur iter.
Sed mage, virginei quo nobile nomen Elisæ,
Æterna intexam versibus arte meis.
Versibus, ingentis Aquilæ quos præpete penna,
Per mare per terras, tempus in omne ferant,
Sic ego: sic contra vox desuper accidit. ecquid
Plectra lyramque cupis quæ periere situ?
Quin opta potius, tibi ne adspirare recuset
Illa ea virtutes dicere cuius aues.
Sic poteris formare melos, cuncta vndique saxa
Flumina quodque ad cuncta repente trahat:
Quorum hæc innumeros haustu potiore Poëtas
Virgilio faciant Mœonidæque pares.
Illa habitum capiant Templorum grandium, Elisa
In quibus existat sola colenda Dea.

In Psalterium Gregorii Bersmani.

Scilicet Autumnum talem præstare decebat,
Flore cui multo veris ouarat honos:
Flore color nullus cui se componere, nullus
Posset aromatici turis adultus odor.
Nam quos non fructus large Bersmane refundis;
Nam quas non triplici fœnore promis opes?
Ecce Dauid Quirinali procedit amictu,
Principe quo Solymum floruit vber agri.
Regalique sacro vultus splendore tuentum
Ad sese, hinc oculos hinc animosque lacit.
Vtq; chely carmen palmare maritat ahenæ,
Immemor auditrix concio tota sui est.
Vsque adeo mortale nihil vox dædala profert;
Corda sed ad culmen surripit vsque poli:
Heic vbi sidereique globi Angelicæq; phalanges
Æternum celebrant & sine fine Deum.

O pexos

O pexos numetos! o tersa melismata! queisqu
Orpheæ cedat fabula prisca lyræ.
Nam licet in cœlum sedem sibi legerit, eius
At fidium superat nullus in orbe sonus.
Hæc tua sed porro Bersinane Poëmata viuent
Donec erunt linguæ, donec & auriculæ.

In Lauream Melioris Laubani.

Omnes cum tenero complectar amore, caballi
Quos sinit è scatebris Musa leuare sitim:
Et quibus Aonios indulget scandere colles
Ille potens arcus, ille potensque lyræ:
Hos tamen inprimis affectu prosequor arcto;
Ipsa Melissæi; queis fauet aura Cycni:
Aura, labellorum quam semper nectare Rallas,
Et Charis, & Peitho, Calliopeque fouet.
Quare etiam merito quoque macte fauoris opi
O Laubane mei candidiore nota.
Macte, inquam, & tibi cum Lauri iuuenile Meli
Sponte coronarit fronde virente caput
Id sertum nullo cures marcescat ab æuo,
Sed mage quottidie floreat atque magis.
Fallor: an hoc fiet, si sæpe Heliconide nube,
Castaliique lacus sæpe rigetur aqua?
Scilicet est aliquid laurum virtute mereri:
Maius at eiusdem perpetuare decus.

In obitum Georgii Calamini.

Tanta Poëtifico titulo cum turba sit, olim
Vere sub arboribus quot glomerantur aues:
Plusque vnus sese historici cognomine iactet:
Sitque Oratorum vix numeranda cohors.
Horum de numero si quem Libitina soporis
Damnarit Lethes forte palustris aquis
Fit mundo iactura leuis, facile estque vacanti

Mox aliquem dignum substituisse loco.
At vero Mortis cum falce quis occidit, idem
Orator, Vates, Historicusque teres:
Fit mundo iactura grauis, tandemque vacanti
Vix aliquem dignum substituisse loco est:
Qualis cum fueris Calamine; notabilis omni.

De Iusto Lipsio.

Si proprie Heroum est toti succurrere mundo,
Ac se progenitis postgenitisq; dare:
Lipsius Heroo plus est quam nomine dignus,
Quem per & exstinctis vita salusque redit:
Vita salusque, dein haud vlli obnoxia morti,
Progenitis vt item postgenitisque vacent.

Ad Antonium Manclerquium.

Manclerqui, cuius nitidas migrauit in ædes
Augusti quidquid Tempore Roma fuit:
Priuataque domus minime iam iura recusat,
Sueta prius toti ducere iura solo:
Quid frustra Vtenhouo impendis suspiria, longum
Ingeminante melos exsequiale tuba?
Quidue sepulcrales illi moliris honores,
Interiis manes nec sinis esse rudes?
Talia debentur tantum illis munera, quos Mors
Transcripsit Lethes dira tenacis aquis.
Viuit at Vtenhouus, Manclerqui; viuit, & ecce
E specula astrati fornicis ora mouet:
Ora mouet, clareque videtur dicere; se ceu
Lux erat ante Orbis, nunc decus esse Poli.

De eiusdem Caroli Vtenhouii obitu.

Lugerem tecum merito, Vtenhouique rapinam
Prosequerer subitam flebiliore sono:
Vtpote communi tecum fraudatus amico,

Qua-

Qualem non reddet temporis vlla dies;
Non si viuendo superemus Nestoris annos,
Non si ad nos redeant aurea secla Deûm.
Verum cum morbo viduus viduusq; dolore
Liquerit exuuias corporis ille sui;
Fulguris atq; modo stellatam adscenderit aul
Claudat vt Erigones virginis omne latus:
Quin illi potius templum, quin ponimus aram
Laurorum obnupti frondibus ambo caput.
Arrabiæque inter succos Syriosque liquores
Molle serenato teximus ore melos?
Sic age Manclere, qui: Manes lugentur & Vmbr
Sed colitur consors thure meroq; Iouis.

Ad Amorem.

Cupido, firma si manet libido
Noctes diesque perpetim insidere
Herili ocello, & inde virulenta
Torquere spicula omnium in medullas,
Discrimine absque vllo obuiantium; ah ah
A me manum obsecro abstine: altioris
Sum spiritus, quam vt mancipen vel horam
Tibi tuisue. scilicet deinceps
Negotii nihil mihi volo esse
Cum sordido plebeculæ inficetæ
Tortore habere amo peculiarem;
Eumque qui nunc felle tinguat arma
Nunc melle, amaro misceatque dulce
Si vis tamen iurare per parentis
Papillulas, sinumque Gratiarum,
Te iam deinceps hospite ex Ocello
Nunquam alteri mortalium pusillum
Quantumlibet vulnus daturum, ego ecce
Totum tuis me legibus dabo, æstus
Non deprecaturus ferociores.

Quin imo; tali insaniam ex furore
Prognariter natam, salute quauis
Optatiorem habebo: morsque tali
E vulnere haud secus placebit ac si
Vitam dedisses æuiterniorem.
Mirabilem vah sortem Amantium, queis
In pœna habere displicet sodalem,
Vt vniuersi, vt singuli cachinnent
Nostrum ad malum, simusque maximi omni
E morionum gente moriones.

In Conradi Rittershusii Feudalia.

Quis neget exigua nuce clausum opus illud Homeri
Troica quod Graio carmine fata canit?
Quis ve Siracosium vitio non credat in arcto
Compegisse senem templa nouena Iouis?
Cum tu materiem feudorum, ingentibus olim
Quam vix claudebant iste vel ille libris,
In tabulæ Rittershusi compegeris orbem,
Et totum concha ceperis Oceanum?
Macte hoc ingenio, macte his eia artibus! ipsa
Pro quibus indulget iam modo fama tibi,
Eius vt adsumptis volites totum æthera pennis:
Moreque Triptolemi, non noua farra seras,
Sed plausus faustos, illibatosque fauores,
Millecuplos fructus vnde subinde feras:
Donec vtrumque suis complerint messibus Orbem:
Imo ipsis Orbis non sit vterque satis.

Harmosyna.

Ah sine te tuear vicinius; ah sine ocellos
Metiar ipse acie, lux, propiore tuos.
Nam si sic perstas intendere fulgura frontis,
Cur mihi par grandi non videare feræ?
Tali nempe hominum nemo adspirauerit, ingens

Qui ferat ex templo dente vel vngue ma
Quare nec quisquam propriorem auet add
Impetitur longis sed modo missilibus
At tibi si Harmosyne vultus lenieris ignes
Et dederis radiis iura minora tuis:
Tunc ego te prolem Superûm veram rear;i
Esse aliquid maius nobiliusque Ioue.
Concubiturus enim Bacchi cum matre ne
Ipsam illam minimo fulminis igne sui.
Me tua at Harmosyne, si pupula lenius affle
Non est quod metuam lugubre funus am
Nam licet intuitu, mihi mortem incusseris
Ad vitam intuitus mox tuus alter aget.

Ad Angliæ Reginam.

Moris erat quondam Diuis Heroas opimos
Suda ad Olympiacæ templa vocare domu
Sic cœlum Alcides, sic cœlum possidet Eua
Sic astra Erigone Cassiopeque colit.
At nunc sponte Dei stellata palatia linquun
Suntque habitatores cordiis Elisa tui.
Fallor? an hoc ipso clamant vocaliter, istis
Purius esse aliquid nobiliusque polo:

Ad Georg. Ludouicum Huttenum.

Mira nimis Leporum natura Huttene tuoru
Queis decoras nostros ipse subinde lares.
Vox ædes intrant, cito cum genus omne Lep
Ædibus immigrat immoriturue meis.
Et certe dubitem, tantiue Lepus foret, illi
Cedat vt exiliis exitiisue Lepos:
Constaret nisi item tibi tantum Huttene Le
Vt nunquam vllus eis par queat esse Lepos

Ad Scæuolam Scæuum.

Cum steterit sua maiestas intermina magno

Semper Aristoteli, qua patet Orbis iter:
Illam tunc putas iugulari posse repente
A terræ hac turpi, Scæuola, progenie?
Imo vel alterius fuerit satis vna ruina,
Qua tuus obtrito dux pereat capite.
Sed te vere vlulam! noctu ruis ad facis ignem:
Cœcus at es medio Solis ad ora die.

In Vmbrum pulchellum.

Dum fueras iuuenis, rem quamuis nullus haberes;
Res tibi cum multis attamen Vmber erat.
Iam sed vt es senior, res etsi sufficit, Vmber;
Cum nulla res est attamen vlla tibi.
Res vota! deficeret cum res, rem multus habebat:
Nunc vbi res superest, rem minus, vmber habes.

Ad Animum suum.

Quo quo sic Anime impotente cursu
Quo tendis? Dominæ ad meæ capillos?
Quorum hæret meditullio Cupido,
Tanquam illex Auis, oreque inquieto
Ad se lætæ Animos vocat iuuentæ?
Ah ah noli Anime, abstineque teipsum
A tristi exitii grauis ruina.
Nam quos purpureos putas capillos,
Non sunt purpurei, vt putas, capilli:
Sunt ah retia lentiora, sunt ah
Casses cassibus heu tenaciores
Quam queis Ignipotens Venusque capta est:
Quæ te mox gremio male inuolutum
Iugi carcere perpetim tenebat;
Soluendum prece præmioue nullo.
Sunt, inquam meræ Araneæ, quibus tu
Inuoluere necaberisque musca.
Nam musca ipse Anime, & quidem pusilla es,

Ne fortassis auem arbitrere, telamque
Telo protinus impete auferendam.

In Claudii Puteani obitum.

Gratiæ vis Vnionem, vis Smaragdum Pallado
Vis Carbunculum Thaliæ, vis Elenchum mer
Denique aureum Themistos vis videre Portic
Et simul Scholam Suadæ, Apollinisque Lamp
Claudij vide cadauer: omnia vnus hæc erat.
Imo adhuc hæc omnia vnus est, eritque perpe
Quippe vitæus qui in Dei fuit Deæve amoribu
Talis atque tantus esse nec cadauer desinit.

Ad Scæuolam Sammarthanum V.C.

Sammarthane soli sidus geniale patriti;
Cui radios Phæbus commodat ipse suos,
Et iubet à populo docto venerere proboque
Quacunque Oceani brachia longa patent:
Si Musas colui Charitesq; infantibus annis,
Imo cum noua adhuc sarcina Matris eram;
Me quoque vel Genij strictura simplice mact
Et tenebras cordis pelle, animæque gelu.
Nil possum de me magni promittere, præter
Obsequium cordis obsequiumque animæ,
Quo tibi si placeo, tibi quo si dignus habebor
Poni in amicorum dexteriore gradu:
Tuec ego mox ausim Veneris considere biga;
Hinc Charite hinc Musa cinctus vtrinq; la
Triptolemusq; alter, tua nomina credere vast
Multiplices fructus mox paritura, mari.
Vsque adeo, vt tua eant muti in præconia pisc
Teque colant vero pro patre Nereides.
Vsque adeo, vt Pelagi fluctus, pelagumque mo
Hippotadæ, & salso littora pressa pede,
Sammarthanum vnum noctuque diuque rec
Quacunque Oceani brachia curua patent.

Harmosyna.

Distinctos lepide gemmis auroque capillos
Pileolo aptasti, Nympha serena, meo.
Sed tamen illa eadem collo quoq; vincula necte:
Cruribus illa eadem necte, & vtrique manu.
Sic tibi non captiuus ero tantummodo, verum
Illud idem toto fiet in Orbe palam.
Quid refugis signum imperii tam nobile? certe
Pauperies non est vlla timenda Deæ.
Perpetuumq; ideo Coma plena manebit, ab ipsa
Quamuis ter tanto vincula plura feras.
Ecce: licet cunctis sua spargat lumina terris,
Nil de Sole perit, totus & ipse sui est.
Quid quod integritas pelago sua semper abundet,
Astra licet pascat Luciferumq; Deum.
Sic cedat quamuis Animantibus omnibus aër,
Atque alat innumeras vnica flamma faces;
Aër vsque sibi constat, sibi constat & ignis.
Maiestas proprie scilicet ista poli:
Nedum deficiat tete, Harmosynilla, creare
Quæ valeas anima cuncta elementa tua.
Tete inquam, cur de maiestate, Deorum
Maiestas oritur perpetuatque decus.

In Cynegetica Mich. Piccarti.

Dum Piccarte polo beas Quiritum
Gentem quadrupedum, antea obsoletis
Clausam carceribus Soli Pelasgi
Moresque ingeniumque gloriamque
Sic horum graphice exhibes, vt ipsis
Lætas cedere lineas Apellis
Xeuxis diceret, arbiterque Xeuxis:
Deuinxisti adeo tenace nexu
Gentem quadrupedum vndiquaque totam,
Cunctosq; est quibus vsus aut voluptas

Gentis quadrupedum, Orbis vt theatro
Scit victurts honos tui laboris
Iturusque virûm per ora, donec
Bos robustus erit, dolosa vulpes,
Fastuosa equa, somnolentus vrsus,
Lepus respiciens, aper lutosus,
Leo carniuorus, canis fidelis.
Imo cum nihil horum erit, libello
Extabunt tamen in tuo, atque per te
Bos robustus erit, dolosa vulpes,
Fastuosa equa, somnolentus vrsus,
Lepus respiciens, aper lutosus,
Leo carnivorus, canis fidelis
Hoc est: archetypum exhibebis ad quem
Rursus omne genus queat refingi
Gentis quadrupedum, ac perire nunquam.

In nuptias Eusomi cum Dousana.

In tuitu certe Lynceo, Eusome valebas,
 Nec sub aqua nummi visa figura tibi est,
Cum deligisti Dousæo sanguine natam
 Ipsaque cessit item comior Anna manum.
Vsque adeo heic Natura & Sors & gemmea Virtu
 Congessere sui muneris omne genus.
Spectatur forma? membris ita gratia surgit
 Omnibus, vt Veneris digna sit esse nurus.
Spectatur titulis ac stemmate. stemma vetustum
 Et tituli complent Solis vtramque domum.
Spectatur studiis? meus est sine labe vigetque
 Ingenii pariter iudiciique notis.
Haud tamen id mirum: quid enim nisi palmite v
 Egregia egregio luxuriare queat?
Flexanimumque decus morum venasque pudor
 Turgentes afflet rarus vterque parens?
Id mirum potius sponsam, etsi à Pallade doctam

Te præter reliquos associasse sibi.
Heic acie cordis certe prudente valebat,
Nec viridans oculos per speculare tulit.
Vsque adeo qualem te tunc Eusome putauit,
Talis & ipse extra talis & intus eras.
Ambiguumque facis tibi maius an ipsa resignet,
Quam tua reddat ei Gratia Marsque decus.
Ambiguum dico, facis ipsa ne num mage te te
Debeat, anne ipsam tu redamare magis.
Sic tamen ambiguum maneat precor, istud vtrisque,
Extremus donec venerit ille dies.
Fallor? an hanc pugnam mage quo certabitis, in vos
Hoc minus illa potens iuris habebit Eris?

In versionem Themistii Georgii Remi
V. N.

Gloria vbi Argolicæ regnabat in orbe Mineruæ,
Grandis & eiusdem gratia vocis erat;
Gloria item suauis regnabat in ore Themistii;
Grandis & eiusdem gratia vocis erat.
Verum vbi Barbaries rictu optima quæque suillo
Subruit, inque Deo sæuiit ore Peplum:
Fugiit vnà hominum ora Themistius omnia tetro
Antri contentus delituisse situ.
Æternumque illic miseranda sorte tulisset
Exsilium, absque tuis Reme patrociniis.
Inde etenim Ausonio lacerum producis amictu,
Dasque theatro orbis rursus, vt ante, frui:
Vrbique insertum meliori lege Quiritem,
A vi securum sic facis àque metu:
Prorsus vt ambiguum fiat, potiusne vocare
Te seruatorem debeat anne patrem?

Albo Isaaci Pontani.

Quæ tibi me, mihi te certum testentur amicum,

Hæc habe Isace meæ signa videnda manus.
Quod si mentem animumque foret concludere
Chartea; & heic vnà mentem animumque da
Cum nequeam; penito tamen hoc in pectore ag
Esse sacram noris mentem animumque tibi.

De morte Hugonis Donelli.

Vir adolescentis soboles optatior anni,
Quo modò naturæ iura abiere tuæ?
Ante nouos nobis flores proferre solebas,
Haudque vnum fructus deproperare genus.
Nunc sed enim contrà florum tibi flosculus vng
Carpitur, atque cita morte Donellus obit.
Carpitur ergo tibi Ver, cuij modò Bruma peper
Autumni potuit nec grauis esse lues.
O Ver peruersum! Veris nec nomine dignum!
Tu mihi triste gelu, tu mihi tristis Hiems.

De Lipsii obitu.

Munera molibar pius exsequialia Iusto,
Cum sic Musarum prima locuta mihi est.
Pone tuos lessus tua carmina pone: perenni
Mos tantum est tumulo iusta parare sitis.
Lipsius aut Phœnix cineres senii abdidit vrnæ,
Iam sibi natales mox creet vnde nouos.
Lipsius aut Phœbus terræ se condidit vmbris:
Phœbus abire potest; Phœbus obire nequit.

In hortum Reginæ Angliæ.

Pendula ne celebret quisquam Pomaria Cyri,
Hesperidumve vmbras, Alcinoive nemus.
Namque Britanniacæ quidnam certare viretis
Virginis hæc atque hæc marte vel arte queant
Heic natura breui clausit simul omnia gyro,
Quæ varie cunctis sparserat ante locis.
Heic, inquam, cum sole soloque exotica quæuis

T

Transtulit & solitum iussit habere decus.
Vis flores fructusque oculos hilarantia? fructus
Vis floresque quibus stat medicatus odor?
Vis frutices pariter folio ac radice salubres?
Vis queis Bruma nequit, queis Nepa ferre malum?
Estne volup vitæ scatebris accumbere fonti?
Pergula densa placet? gramina tonsa iuuant?
Innumerarum auium gratum est audire susurros?
Arboreis libitum est delituisse comis?
Heic heic istorum dubia est tibi copia: quodque
Nusquam alibi est, istis fas reperire locis.
O nitor ô odor, ô color, ô genuina voluptas!
Par quid an his Tempe cœlica ferre queant?
Non reror certe: si non Hera desuper horti
Demissa huc ad nos huius Elisa fores.
Quippe Orbi toto, Liuore fatente vel ipso,
Non modo Flos Florum; Ver quoque Veris ades.

In Hugonis Grotii Tragœdias.

Dia cothurnatæ tot miror vt orgia cistæ,
Quæ primos vulgat Grotius ante pilos;
Sic mihi visa sagax est dicere Pallas in aurem:
Dictaui prosis hæc ego prima modis.
Grotius excepit charta: Themis alma poliuit,
Suada recognouit Mnemosidesque nouem.
Mercurius Phœbusque deinde probauit ad vnguem;
Omniaque ad tragicam sic cecinere tubam.
Et miramur adhuc Iuuenis regnare libello,
Quod Sophocles cupiat, quod Seneca esse suum?

Harmosyne.

Ah vtinam propere redeas, illudque propines
Harmosyne, nostris par Oculorum oculis!
Par Oculorum, animus mihi quo cordisque medulla,
Mensque refrigerii semina cuncta trahit.

Nam dum te priuor; nam dum subducitur illud
Harmosyne nostris par Oculorum oculis.
Qui prius ambrosia viuebam ac nectare, nunc, e
Deficioque siti, deficioque fame.
Hocq; & eo ægrius, heu, mage quo sitis ægra fame
Nectaris ante cui copia & ambrosiæ.

Sors Amantum.

Donec tam mihi Sors erat nouerca,
Tristis, terribilis, duplex nouerca;
Vt nunquam foret intueri ocellos,
Dilectos Dominæ duos ocellos.
Sic me vinxerat Ilias malorum,
Vt nox nulla globum nigraret orbis,
Vt lux nulla globum rigaret orbis,
Quin crebris tacite palamque votis
Optarem mihi mille mille mortes,
Quæ finem facerent graui dolori.
Nec per singula me perire membra
Quot horis sinerent cadauerosum.
Ast ex quo mihi facta mater est Sors,
Mansues, pacipotens, benigna mater.
Et semper dedit intueri ocellos,
A queis vitaque morsque nostra pendet,
Non lux vlla globum rigauit orbis,
Non nox vlla globum nigrauit orbis,
Quin crebris tacite palamque votis
Optarem mihi mille mille vitas,
Ne tot gaudia nostra tot triumphos,
Vllum vnquam male dissiparet æuum.

Ara Perennitati, pro Georg. Ludou. Hutteno.

Seclorum numen, cui lati lumen Olympi
Paret, & adsurgit quidquid in Orbe Deûm est:
Ob merita Hutteni vere immortalia, queis me

Deuinxit duro plus Adamante sibi;
Gramineum hoc tibi habe viridi de cespite donum,
Perstet vt æternum nominis Ara tui.
Nunquam illi flores, nunquam illi frondea deerunt
Tegmina, ab Aoniis vsque petita iugis.
Interea has violas has accipe lilia; nec non
Oebalios flores, Cyprigenæque rosas.
Et da, Diua, triplex Huttenum viuere sęclum
Nestoris, expertem tristitiæ atque metus.
Obsequiumque vt ei Musa, obsequiumque Minerua
Præstat, & Idaliæ terna clienta Charis:
Sic illi nunquam sua Fama aut Gloria desit;
Viuat at æternos illaque & ista dies.
Cumque instare senecta vtrique videbitur vlla,
Sic illam occulto tunc Dea rore foue:
Vt pateat Vatum te haud simplice iure patronum,
Vatibus & quotquot pectora fida gerunt.
Fac, inquam, vernent iterum iuuenilibus annis,
Huttenumque alte per loca cuncta vehant,
Quaque Arctos stat adusta gelu, quaque India flammis,
Quaque vigent Euri flamina, quaque Noti
Viuat vt ore hominum atque animis Huttenus vbique,
Donec erunt Animi, Oraque donec erunt.

In Dominicum Custodem, sculptorem.

Quam bene Custodis tribuit tibi nomina fatum?
Nulla vetusta siuis, nulla nouella mori.

Ad Iohannem Posthium & Paullum Melissum.

Posthi Heliconiadum mera adorea germanarum,
Nec non tu Clius dulce Melisse latus.
Quid mirum vobis ego si Ioue diligor æquo,
Quid mirum si vos relligiosus amo?
Qualis enim mens atq; animus vestrum extat vtrique,
Extat item parilis mens animusque mihi.

Viuitis

Viuitis antiqua vitam pietate fideque:
In pretio pietas prisca fidesque mihi est.
Non vobis vinctos irrepit Liber in artus:
Hausta mihi modico vina triente placent.
Ad strepitus crotalorum odistis plangere terram
Implicat haud villis se mea dextra choris.
Antra frequentatis Pindi. fontemque Medusæ:
Et mihi equina placent labra, bicepsque iugu
Hæc vtinam longum concordia duret in æuum;
De nobisque iteret sic vaga Fama tribus:
Corpora Geryonis quis Iberi terna negabit
Non potuisse anima simpliciore regi?
Nunc quoque Posthiadæ, nunc Gruteri atque M
Cordibus en trinis mens animi vna viget.

Cor mutatum in effigiem Amatæ.

Ex quo cor, adamantini rigoris,
Imo plus quam adamantini rigoris,
Vix tandem Harmosyne mihi seueris
Perfregit iaculis Ocellulorum;
Ipsius quoque item fero figuram
Inscalptam penetrale cordis imo.
Sic vt nil habeat decoris in se,
In se viua habeat nihil decoris,
Illic quod graphice videre non sit.
Quid mirum ergo meas pyra medullas
Æque vri violenter vsque, cum iam
Absens longius est, eritque, quam si
Se nostris oculis daret videndam?
Nimirum illud heræ silens agalma,
Pectus quod sibi iam occupauit omne
Vires non minus obtinet nocendi,
Quam præsens Domina; hincque & hinc venen
Successu nihilo modestiore
Et fundit simul, & simul refundit.

Fallorne? an quoque ſic imago quondam
Narciſſi pueri, calore eodem
Torquebat Dominum, ipſe quo ſolebat
Torquere ante viroſque fœminaſque.

In Poëmata Maximiliani Vrintii.

Quale nouum monſtrũ! Mors vndiq; & vndiq; Mauors:
Omnia Belgarum culta pererrat eques.
Inſonat auriculis paſſim taratantara. paſſim
Terra cadaueribus tecta cruore putret:
Et tamen, hæc iuxta crudelia Numina, Muſæ
Expediunt ſtudii cuncta elementa ſui
Ecce cliens vt multus earum Heliconia vere
Concinat ad citharæ ſplendida fila mele.
Ecce, choros vt rite tubas agat inter & enſes,
Bellerophontææ ceu foret hoſpes aquæ.
Illorum in medio caput alte Vrintius effert;
Carminaque antiquis Vatibus æqua genit.
Vnde ſed hæc veniunt, Vrinti, miracula? num vos
Reddit inaſpicuos annulus ille Gygæ?
Num viridis mores Salamandræ aſſumitis, & ſunt
Bellorum vobis grata alimenta rogi?
An potius medico cuncta exarmatis odore,
Vt torpedo ſuis vtque Echeneis aquis?
An magis, Æneæ conceſſit vt hoſtis & ignis,
Sic Mors ſic Mauors vos reuerenter habet?
Siue hoc, ſiue quid eſt aliud, ſaluete Poëtæ
Belgiaci, Charitum Pieridumque genus.
Nec tantum è mediis ſpinis, ceu lilia, ſuaues
Fundite candoris, fundite odoris opes:
Verum etiam Martis Mortiſque infringite vires;
Ad vos dum redeat Pax; redeatque Salus.
Euentura loquor. totum certe vnicus Orcum
Si cithara olim Orpheus in ſua iura trahit:
Cur non ex facili Mortem Martemque triumphent,
Tot Clario iunctim pectora plena Deo.

Ad

Ad Danielem Heinsium.

Heinsi delicies Charitum, quem sæpe per æthr
Æthereus penna remige gestat Amor:
Nuncque suæ sacra labra sinit libare Diones,
Æthiopum ad proprios cum redit orbe lare
Nuncque Nouensilium reserat vere auia Temp
Vix reserata Orpheo, vix reserata Lino:
Ne tibi sint hæc nostra, eia, lacrymosa pudori,
Quæ grauis expressit mixtus amore dolor;
Cum velut in tauro semper candente Perylli
Torrerer Paphiæ, sed sine morte, Pyris.
Ipsa serenata sed lætior excipe fronte,
Pignus amicitiæ ceu Iuuenale meæ.
Sunt indigna quidem tam puras ire per aures:
Sed mihi tale vnquam quando coiret epos?
Si, nisi quæ valeant te digna tuisve videri,
Carmina nulla leges carmina nulla leges.
Et tamen accedit pretium si vilibus ingens,
Vt sunt Templorum rite dicata tholis:
Hæc mea cunque etiam tibi sic inscripta, repe
Auspiciis fient relligiosa tuis.

Ad Britanniam.

Dum te templa beant Iouialia Amazone Elisa
Vallata ô circum terra Britanna marì:
Non tantum in præsens sat prospexere; sed vn
Esse dedere tibi tempus in omne bene.
Reginæ siquidem tali dilecta fauore es;
Vt tandem cœlos hinc vbi sera petet,
Sit tamen adiectura oculos tibi desuper, atque
Fautura innumeris secula cuncta modis:
Idque pari effectu: minime quia ferre moraru
Stella voluntati non volet vlla suæ.
Quomodo enim quæ nunc nihil absenti negat
Præsenti quid quam iure negare queat?

Ad Harmosynen.

Laudarem mihi te Solem, Solem. inquio, per quem
In terris nocti non licet esse locum:
Si non, Vita, mihi vel in vno sæpius anno
Deficeret media sic tua flamma die.

Alter Ixion.

Si quis supplicium videre nostro
Prisci Ixionis hoc quoque ambit æuo,
Me tantum videat: mere ipse nam sum
Ixion, quem Amor in rota fugaci,
Ixion, quem Amor in rota sequaci
Non clauis modo fixit Orcianis,
Non gyris modo versat inquietis:
Verum præterea ligatum amantem,
Verum præterea rotatum amantem
Sic singultibus vsquequaque pascit,
Sic ploratibus vsquequaque potat,
Mortem vt qualibet ipse nocte poscat,
Mortem vt qualibet ipse luce poscat,
Quæ tantos cito finiat dolores.
Sed frustra tamen hoc. in æuiternum
Sic nexus male pendeam necesse est,
Sic tractus male circiner necesse est,
Sic passus male farciar necesse est,
Sic siccus male inebrier necesse est,
Dum fiat satis ac super Cupitæ,
Pulcræ illi atque truci meæ Cupitæ;
Haud Martis simili modo parenti
Vt raræ speciositate formæ,
Sic raræ quoque atrocitate pœnæ;
Sed ter, sed quater hac prior priorque
Vt raræ speciositate formæ,
Sic raræ quoque atrocitate pœnæ.
Nam certe vetus illa Iuno saltem

Senn-

Se nubis ſpecie dedit fruendam,
Ardoreſque ita leniit cupito.
At nec fas mihi imaginem tueri
Illius Dominæ meæ arrogantis;
Nedum fas ſit imaginem tenere
Illius Dominæ meæ arrogantis.
De compacto adeo meum hæc & illa;
Viua, inquam, Domina atque imago picta,
Tormentum ſine fine perſequuntur.

Ioh. Christophoro Grynio, Cancellario Palatino

Quam bene dat formoſa viror tibi nomina, G
Omnia quæ loqueris, quæ facis, vſque viren

Manibus Iani Douſæ Patris.

Debeo Douſa tibi fletus, tibi debeo queſtus:
Vtpote amicorum qui coryphæus eras.
Verum ſi laudes, verum præconia ſi quis
Funeribus dicat debita noſtra tuis;
Fallitur ille nimis. nam viuus vt ipſe theatrum
Viuus vt ipſe ſibi Sol genialis eras;
Sic quoq; poſt mortem tibi Sol ſimul atq; thea
Douſa, cui æquiparet Orbis vterque nihil.

II.

Vrbem olim Amyclas perdidit ſilentium:
Funus tuum ſed Douſa ſe ſilentio
Clarabit vno atque vnico. nam vox loqui
Humana quid tuis queat virtutibus
Honoribuſque par, quod ante non tuo
Rite ipſus Orbi vbique publicaueris?
Nam quid tuis par eruditionibus
Facetiiſque lingua mortalis ſonet,
Quod ante non viuace Fama albo aurea
Perenniclari Æternitatis ſculpſerit:
Mundique adhuc per omne publicet latus?
Muſſamus ergo Douſa: certe muſſo ego,

Qui plus te amauit, filius quàm amat patrem
Quem plus amasti filium quàm amat pater.
Musso, inquio & situ ac tenebri abditus,
Silentioque pertinace clamito,
Honoribus nihil, nihil virtutibus
Posse adstrui, seu voce seu manu tuis.

Ad Reginam Angliæ.

Sic est: priscorum virtus Regumque Ducumque
Pleraque non vero nobilitata sono est.
Tanta sed ipsa fuit, quantam voluere videri
Cura quibus chartas vna polire rudes.
Hinc vatis melioris ope, æui illustrior audit
Fax nostri ille sui qui fuit ante pudor.
Hinc vatis peioris ope, æui obscurior audit
Fax nostri ille sui qui fuit ante decus.
Hæc, ô Elisa, loquor, minor vt si duplicis orbis
Existat meritis famaque lausque tuis,
Increpites sterile hoc æuum, cui non satis oris
Ingenijque tenax contulit aula Deûm.
Sic tibi nam fauit Virtus, Fors, Gratia, Musa,
Quidquid & apparet quattuor hisce Deis,
Vt quamuis redeat Cicero atque Demosthenis orco
Suada, & Homerus ei det latus atque Maro;
Seque inter nil non fingant simul atque refingant;
Mentiri de te nil aliquando queant.

Harmosyne.

Ipse quidem positus sum quàm volo longius à te
Harmosyne: at vel sic te quoque vt ante fruor.
At video Solem, video ipsam te simul: vna
Vsque adeo vobis forma duobus inest.
Ille oculus mundi est: mundi es quoque dulcis ocellus,
Nec secus ac Titan lumine cuncta beas:
Cuncta beas cœlo terrisque, nec angulus est, quo

Non tua fulgidulè frons radiosa micet:
Sicque vnà exsuperes cunctas lepido ore puel
Astrorum exsuperat Sol velut ille faces.
Hoc sed enim Soli, mi Sol, præponeris: ille
Defectum obiectu fertque refertque soli.
Cum Lyncea acies terram penetret tua, posth
Imò vel eclipsin nos metuisse vetet:
Eclipsin dico Solis: quoniam ipsius vt Orbi
Deficiat, rutili tu vice Solis eris.

Manibus Adeodati Seba.

Tuis sacrat quicunque, Seba manibus
Gratos sui genij ingenijque flosculos,
Dici pius forsan meretur, haud pudeus.
Doctrina quippe, quippe virtus sic tua
Poëticam anteit omnium facundiam,
Vt Hippocrenes lilia, vt Pindi rosæ,
Paphique myrtus, Aonumque laurea
Dignam haud tuo texant coronam vertice:
Non si rigetur, Phœbe, lacrymis tuis,
Ipsamque adorent osculis Nouensiles.
Certè ipse linguæ claustra frenis obsero,
Silentijque mancipatus numini
Dotes tuas, plenas Deabus ac Deis
Vsque vsque in imis consecro præcordijs:
Testatus antea Orbi vtrique propalam;
Non nosse se, nedum ipse tete nouerit,
Gratos sui genij ingenijque flosculos
Tuis sacrat quicunque Seba manibus.

Ad Poetas Germanos, super Georg. Lud.
Hutteno.

Si fastus liuorque Camœnarum exulat æde,
Nec leuis has vortex ambitiosus agit:
Ne me, ne quæso Germani explodite vates;
Vo

Vobiscum Hutteni dum pius ora colo.
Admittunt quemuis Capitolia celsa Quirinum,
Tollere qui puras audet ad astra manus.
Tamque Iouem placat cui non nisi thurea mica est,
Aruicolæ quàm qui porricit exta bouis.
Vos igitur, quibus sacra patet labrumque Medusæ,
Parnasique ocres, Idaliumque nemus;
Hutteni ante pedes lauri defigite ramos,
Plurima perque eius tempora myrtus eat.
Ipse ego quæ Veneris collegi lilia prato,
Et violas Charitum, Pieridumque rosas,
Illius in caput inque humeros effudero suaui
Desuper imbre, ipsam pingat vt inde domum:
Quod si etiam liceat per vos mihi, tenue quid vltrò
Succinere, Huttenus quod tenera aure probet:
Forsitan hunc vestrum candorem postuma sæcla
Saturni veteris moribus ante ferent.

Ad Crispinum Passaeum & Gabr. Rollenhagium.

Est à se fateor satis illecebrosa poësis;
Picturæque vltro gratia summa suæ est.
Hæc sed vbi simul, & simul illa iugantur in vnum;
Coniugio tali dulcius Orbe nihil.
Sic adamanta aurum Lunam sic astra coronant:
Sic coëunt rubris lilia cana rosis.
Quis feret heic primas? vt Rollenhagius aures,
Lumina Passæus sic beat arte sua.
Pascere posse aures est ipsam pascere mentem:
Quique oculos pascit, pascit & ille iecur.
Mente nihil prius: iecur est nutricula cordis:
Vt nil mente prius, sic quoque corde nihil.
Palma igitur neutri cedet, vel cedet vtrique;
Aut adeo hanc Charitum cedet vterque choro.
O certamen amœnum, ô ius mirabile palmæ!
Victus vterque placet; victor vterque iacet.

In obitum Georgij Rollenhagij.

Musa, Charisque, coronastis si munere florun
Rollenhagij cunas cùm sine dente foret.
Sique venustatum lauru myrtoque, tulistis
Ad bifidi iuuenem lucida templa iugi.
Sique senem fouistis odoræ Cypridos hortò,
Comi inter lusus deliciasque loci
Nunc agite & frondes & flores pomaque eid
Inijcite vt feretri stat leue tristis onus.
Raro mortalis celebrat post funus amores:
At Musæ at Charitis tunc mage feruet am

Ad Pictorem.

Hà frustra Pictor pigmenta requiris Elisam
Exprimere in tabulæ queis capiare quadra.
Scilicet vsque adeo specimen præstabile mixt
A potiore Deûm est effigiata manu,
Temperiem nullam queat vt perferre colorur
Dextra licet misceat hosce senis.
Ah, maiestatis tibi quanam animabitur arte
Dulcacidæ semper fulgidus ille rigor?
Quonam peniculo fingetur gratia pellex,
Virgineusque pudor, simplicitasque senex?
Quis fucus sggestum ornabit crinium; ouantis
Momina adumbrabit quis veneranda gradu
Qui digiti decora vnquam alia atque alia impe
Vel tolerabiliter suppeditare queant?
O cessa, bone vir, cessa: componere Elisæ
Namque satis poterit qui geniale decus;
Ille etiam cœlumque nouum, noua numina po
Naturamque adeo progenerare nouam.
Nempe hæc est in qua formanda Dijque Deæqu
Lassauere suas condito ab Orbe manus.
Hæc, inquam, est in qua totos sex milln per ann
Lassauere suas Dijque Deæque manus.

Ad Harmosynam.

Vah! vt non ego te meum celebrem
Solem fulgidulum, vnicumque Solem?
Solem inquam mage sole luculentum
Qui terram radios ferit per omnem,
Candentisque cluit pater diei;
Ah Lux, ah mea Lux, Sole ipsa certè
Triplo clarior elegantiorque,
Triplo dulcior es potentiorque;
Id quanquam ore neges, negesque nutu.
Nam Sol ille polaris, vt caballos,
Ruptos hinc via & hinc flagris caballos,
Iam tingit pelagi occidentis vndis;
Sese autem ex iteris labore curui
Defessum Tethydis sinu reponit;
Sol ille Harmosyne mere dialis,
Aut terris nihil, aut profectò parcè,
Impartire sui potest caloris,
Igniti & generabilis caloris,
Scintillantis & aurei coloris.
At seu sum tibi iunctior, tuisve
Toto segregor orbe, Vita, ocellis,
Binis, noctufugis, catis ocellis;
Semper flamma tamen serena, semper
Allucet nitidè cupitus ardor:
Sicque hoc cor fouet vsque luce pingui,
Sic mentem hanc rigat vsque luce clara,
Vt plus sit mihi nocte lucis omni,
Seu fors sum tibi iunctior, tuisve
Toto segregor orbe, Vita, ocellis,
Quam si Sol nitidissimo dierum,
Non dico media niteret æthra,
Verum vel medio istius cubilis.

Digitized by Google

Albo Caspari Dornauij.

Si velut immigrat ſpeculo obuerſantis im
Sic etiam exprimeret mentem animumc
His illam peteres, Dornaui, iure libellis,
Queis tot Amicorum corcula lecta tene
Sed cum nulla fides dextræ ſit, nulla ſigillis
Æuo quo hoc dextram quove ſigilla tibi
Quin mihi quin oculos in pectus inſeris, a
Expreſſam effigiem cernis habere tui.
Quam cum formarint Virtus Doctrinaque,
Ecquod amicitiæ certius eſſe queat?
Nam ſi Diuarum digitorum opus omne per
Talis item certe eſt noſtra futura fides.
Vſque adeo, vt cum iam fuero cinefactus in
Haud modò corde tui perſtet agalma meo
Se ſed Acidalia ſuper æthera transferat ala,
Mnemoſynæque dicet ſacrum anathema

In eiuſdem Doctoratum.

Eſt quibus indulget titulos Sors cœca, ſubit
Sæpe ejus Plutus, cœcus & ipſe vices.
Gratia quin Liuorque, licet contrarius ordo
Oggerit indignis grande ſubinde decus.
Verum huius ductu minimè auſpiciove quad
Dornaui, medica timpora fronde vires.
Sed dextra Virtus læua Doctrina tenello
A puero comites vſque fuere tibi:
Legitimaque via duxere ad templa beatus,
Heic vbi ſemper ouans ſceptra potitur Ho
Cui ſic diligeris merito vt dubitemus, an ipſi
Plus des, ille tibi quam dedit ante, boni.

Altero eiuſdem Amicorum albo.

Inſculpte cordis altius mei fibris
Dornaui, arundine aurea Cupidinis,

Docti, videntis, sobrij Cupidinis,
Quid quæso adhuc amoris indices petis?
Tuumque in album dexteræ pöscis notas?
Haud id mihi peto, inquis, exteris peto,
Signata cordis claustra sunt quibus mei.
Si sic: & has auferto; quæ licet sono
Tubali amicum te mihi intimum asserant,
Parum asserent, Dornaui: es intimissimus.

In Lucæ Stockelij librum de Lingua.

Rebus in humanis sint quamquam plurima monstra
Lingua hominis cunctis par tamen esse queat.
Vsque adeo verè diuersa creatque fouetque,
Et modo mel modo fel tota subinde merum est.
Mel est, cum rectæ rationis subsequa, præ se
Cur, vbi, cui, quando, quidve loquatur habet.
Fel est, cum prauæ rationis subsequa, post se
Cur, vbi, cui, quando, quidve loquatur habet.
Id monstrum partem dum versas, Stokeli, in omnem,
Naturæque eius tota elementa ruis;
Mortales cunctos tibi tantum obstringis, vt anceps
Sit, tibi plusve bonus debeat, anne malus.
Hic vsum discit quia te monstrante loquendi:
Ille sed in speculo se videt vsque tuo.

Ad Solem.

Auricomans frumentiferi Sol circiter Orbis,
Ecquid adhuc nimio mane iuga addis equis?
Auroræ potius gremio vsque atque vsque quiescas:
Sat micat in terris te sine clara dies.
En vti diuinum latè permittat amorem
Atque in sese oculos omnium & ora trahat.
Occule gemmatos pater ocyus, occuli vultus:
Si non: maiori lux tua luce perit.

Fallor? an ipse aciem non audes tollere cont
Fallor? an obtegeris nocte pigrante capu
Sic est: virgineo flammas habetaris ab igne
Ad ne ideo cordis sit tibi, Phœbe, minus
Quippe vtriusque oculi vires modo prodit,
Debilius valeas rursum animare iubar.

Ad Elisam Britannam.

Moris erat populo quondam solennitas an
Principio, votis numen adire Deûm;
Et matutina prece sollicitare deinceps
Regibus augerent vt bona quæque suis.
Iste tuo sed mos quod tempore cessat, Elis
Non facit inuidiæ fax, odijve tumor.
Perfectis potius rebus solideque politis
Cœlicolas norunt addere posse nihil.
Quare etiam tantum rogitant, quæcunque
Illa vti perpetuò dein propria esse velin
O votum prægnans! ò mangni ponderis! ò
Vnum votorum millecuplum instar hal

Ad Oblum.

Et tonat, & cœlo montes voluuntur aquar
Rimosamque ferox increpat vnde ratem
Nil malum iuuat excisum, nil anchora iac
Iamque profecto salo victa carina ruit.
Quid tremis & palles cunctes violæ olle c
Et liqueris vernæ cor breue more niuis?
In mare naufragium nobis licet accidit ol
Epotandum ideo non tamen omne salu

Ad Christianum, Anhaltinum Princ

Dum nuper Candela tibi stratum vorat, i
Viuacem spondæ corripit igne cedrum
Absit vt heic vllum scelus arbitrer esse luc

Est scelus hoc lecti, si scelus omne tui.
Namque recens ab amata vt lecto incumbis amator,
Clamque Dionæum pectore vulnus alis.
Tam sensere graues & sponda & stragula flammas,
Queis tamen haud fierent ista vel illa cinis;
Ocyus vt cuperent fato quocunque perire,
Perpetuam ferrent ne sine morte necem.
Nil sed vbi mera vota valent; en, lampadis in se
Arte trahacc tuæ pellicuere facem.
Sicque adeo sine voce docent, nil ignibus esse
Sæuius in terris ô Erycina tuis;
Nec non te frustra deinceps abscondere amorem,
Quem facit ipsa satis sponda torusque palam.

Ad Hippolytum à Collibus.

Prædixi caperere sacros ne tangere, Præses,
Effudit petulans quos mea Musa libros.
Illis namque nihil nisi fœdum & turpe latere;
Et numeros scabros verbaque tetra situ.
Tu tamen hæc iterumque iterumque requiris, & auri
Atque oculo iuras grata futura tuo.
Quis non iuranti credat? ne dum tibi? credo:
Credo: mihi sed mens sic quoque tota tremit.
Nam quæ grata tibi iuras nimium fore, mallem
Digna quoque esse oculo digna quoque aure tua.
Sed tamen id nequeant; non ijs si membra refingat
Singula, Apollo pater Mnemosidesque nouem.
Ergo sit ijs grata esse satis; sic quomodo grata
Corpora monstrorum Regibus esse solent.

Ad Harmosynem.

Ergo adsum ille ferox: quid enim morer ampli⁹, vmbra
Vix modò cum restem quantulacunque mei?
Libertas primum longis mea crinibus hæsit,
Colla tibi circum qui tenuere plagas.

Deinde vtriusque oculi iubar ingens, sanguinis c
Venarum exsuxit de penetrale penum.
Postremo duplici ciliorum plurima ab arcu
Tela; meum heu certa cor petiere nece.
Ergo adsum ille ferox: qui sic tamen æstimo ma
Arma diu in te alacri sustinuisse manu?
Nam si ipse Alcides metuit certare duobus,
Quanti eia pugnam est sustinuisse trium?

Ad Charontem.

Si cariose charon, vbi pausam fecero vitæ,
Eumenidum per te transferar vmbra lacus:
Ah perijt tua cymba, tui periere trientes:
Mox etenim siccum per styga fiet iter.
En quantis mea corda vomant incendia flammi
En aër, en vt proxima flagret aqua.
Non modo quinque profecto exsiccem funditus
Sed si ter tanto plura fluenta forent.
Verum, cum mihi nil referant tua damna lucelli,
Accipe consilium quo tua damna leues.
Scin' quod? fac vt mortis eodem tempore telum
Hinc Dominæ penetret pectus & inde meum:
Sic vtrumque vehes. nam si illam me sine tollis,
Trabs tua & heic medio flumine fiet iners:
Tam portentifico siquidem vndique frigore poll
Vertat vt omne meram mox liquidum in glaci
Nos sed vbi iunctim tolles, sic frigida caldis
Certabunt, cursus ne prior absit aquæ.
Tunc sed amabo senex, ne vento carbasa pandas,
Neu remo incumbas improbiore manu.
Imò imò potius sensim de tramite recto
In saxa inque aras pelle subinde ratem:
Fas vt ibi saltem mihi lumine cernere lento,
Quam satur in vita nemo videre fuit:
Nedum ipsus fuerim, quem semper fida fugit,

Anguis vti ceruum, pallidaue agna lupum
Sed quid ego hæc? forsan cum nos iam ceperit ædes
Persephonæ dabitur perpetuo esse simul.
Quin dabitur certo. nam cum sic igne videbor,
Sicque gelu Harmosyne iugiter esse minax;
Iungemur sedem Rhadamanti voce sub vnam;
Infera res damnum ne sine fine ferat.

De Reginæ Britanniæ cantu.

Vos ô qui spatium mundi decurritis ingens,
Qua via cunque rotæ, qua via cunque rati,
Littora ne propius trepidate venire Britanna,
Vox licet auriculas prodigiosa beet.
Non heic Sirenum cantus, sed cantus Elisæ est:
Lumine qua fuerit si propiore frui;
Non vnam cernetis in vna virgine Diuæ
Effigiem, & quidquid pulcri habet aula Iouis.
Immemoresque nimis vestri præ fluctibus almæ
Lætitiæ, hæc tandem quibitis ore loqui:
O fortunatos queis fas sine mortibus vllis,
In solido cœli gaudia ferre solo.

In nuptias Marquardi Frehe ri cum VVeiera.

Sunt quibus hoc satis est, vxor si contigit, oris
Cui minus inuidit diua Erycina decus
Sunt quibus hoc satis est, vxor si contigit, amplas
Cui minus inuidia Iuno Tonantis opes.
Sunt quibus hoc satis est, vxor si contigit, hærens
Cui minus inuidit cordis Athena bonum.
At tibi contigerit coniux Marquarde, beatam
Hisce tribus iunctim quam dedit esse Polus;
Quis neget & triplici quoque eam tibi amore colendã?
Imo neget triplici quis tibi amore coli?

II.

Nullibi iam violæ, iam nullibi lilia florent,

Et

Et sua abest calthæ gratia honosq; rosæ.
Stant agri squalore madescunt oppida nymbis,
Contractaque ad.o Sol riget ipse face.
Haud id circo Frehere etiam tua fœdera differs
Fœdera quæ rutilo sanguine firmet Hymen.
Nam quid cum Phœbo tibi,quid cum Chlorid
Assiduo ipse intra cor iuuenile foues?
Nempe duo Dominæ vice sunt Titanis ocelli,
Vel nigro indociles cedere Noctis equo.
Nempe decus labiis Dominæ florale renidet,
Ira quibus metuat cruda nocere Noti
Sic est queis domiduca fauet Saturnia,bruma
Vel media solido munere Veris ouant.

III.

Fama duas lætas horas traducere narrat
Queis sibi ducta recens est sua Caia domum.
Punctum hoc forte Frehere putas breue tēpori
Indultum id totum nec voluere tibi.
Ingemis;& nunquam malles sic esse maritus?
O vbi nunc illud cor capitale tuum est?
Horâ solum vnâ dabitur conuiuere lætis;
Durabit totos hora sed illa dies.
Imo illa & mentes totos durabit & annos;
Imo nec illius terminus vllus erit.
Sic voluere Deæ,sic Dii voluere iugales,
Ipse quibus carus caraq; sponsa tua est.
Macte Frehere tua sorte hac:nam si rata porro e
Non vxor;cœlum,cœlum erit ipsa tibi.

IV.

Vidit anhelanti tibi pectora feruere flamma,
Vidit & indoluit dia fregere Venus.
Ecquid enim mereatur, ait tam insigniter vri,
Quo sibi nostra placet terna iocante Charis
Quo sibi noster Amor scribente triumphat, &
Euellit pennas,scribat vt vsque suis.

Digitized by

Dixit. & vt nunc hæc nunc illa leuamina quærit;
  In mentem Bacchi fata parentis habet.
Ipsus & vt Iouiali afflatus fulmine cunctas
  Perdiderit flammæ Naidum in amne notas.
Ergo Frehero, inquit, quoq; Nymphæ incendia tollãt,
  Atq; animæ præstent mite refrigerium.
Sit illa: atq; tibi mox offert Naida, nulla
  Aptior ingenio qua triplici orbe tuo.
Ecce Frehere, vt tota micet. vt tota liquescat,
  Tota sit argenti pura colore magis.
O optata nimis, nimis ô optata fluenta!
  His certe his nasci mallet & ipsa Venus.
His melius faciem videat Cephisius heros;
  His se hominum vltro oculis casta Diana lauet.
His Iouis ad mensam nectar cata misceat Hebe;
  His erato mutet Bellerophontis aquam.
Omniaque vt perpendo: his his mersandus ab imo
  Vertice ad vsque pedes tantus Amator eras.

In nuptias Paulli Melißi.

Certus eras libertatis data iura tueri,
  Nec muliebre vnquam ferre Melisse iugum.
Certus eras: de te sed enim Æmilia ecce triumphat,
  Et modo de collo tortile pendet onus.
Sic lætare tamen. nam si te vincla manebat,
  Carcere non poteras liberiore premi.

II.

Si cui cura domum fabricandi, tempore nullo
  Cui nequeat caries cui ve nocere situs:
It sibi ligna legit Luna desecta silente,
  Humoris cum pars summa prioris abest.
Haud secus ipse etiam, cum succida ferueret ætas,
  Fundasti nulla prole Melisse lares.
Istud at exsuccis differs bene prouidus annis.
  Nempe id perpetuum, quod cupis, omne cupis.

De

De Morte & Amore.

Nuper vt huc illuc graditur Mors alite pass
Ditaret censús quei Libitina tuos;
Obuiat Harmosynæ: cuius dum singula lus
Membra, cor omne sibi sensit agi à rabie
Haudque modis vnis vultis honor ille vire
Visus ei iaculis mille ferire iecur.
Iamque nigro infamem subigens in cote f
Lethalem plagæ destinat ecce locum:
Cum stabulatus Heræ sub fronte Cupido, f
Tunc casu immersus vndique deliciis,
Vix tandem insidias sensit; precibusq; min
Iussit ab Harmosyna Noctis abire genus.
Illa negat primum: sed Amor dum sæpius i
Annuit: atque, tuis parcam ait hospitiis.
Dum quot ab his oculis radios iacularis, &
Tot capita imperio suppeditare queas.
Annuit his infans; quid enim non annuat
Delicias valeat quei retinere suas?
Ah Mors, Mors, quam nunc celebras sine f
Seclaque cuncta dehinc imperiosa trahi
Hac tibi nam melius duce regnum augebit
Quam si milleno cuspido bella geras.

Ad Lambertum Pithopaeum.

Vota facis Pithopęe, vt Iuno Minerua Ven
Se mites præstent paciferasque mihi?
Affectum cordis laudo: sed & arbitror idem
Discerpi à tumidis vota tot ista Notis.
Ah, si parcius optares & de tribus vnam
Saltem animo posses conciliare meo!
Quæris quam cuperem mihi maxime hab
Reginam Placidi scilicet Idalii.
Quippe vt Iunoni placeam, placeamue Mi
Nil nisi diues ero, nil nisi doctus ero.

Haud ægre sed enim doctrina opibusque carere est:
  At Pithopæ ægre est parte carere sui.

In Comitiuam Nicolai Reusneri.

Grande licet pretium Baccam commendet honosque
  Grandis vbi Indorum vellitur vda mari.
Vt tamen artificis teres ipsam lima decenter
  Expolit, atque auro nobiliore ligat:
Nescio quo pellace ferit splendore tuentes,
  Distrahiturque æris commodiore modo?
Quod si forte oculos magni quoque Regis inescat,
  Ac capitis dignam censet is esse sui:
Vnio tunc vere demum, tunc vnica gemma est;
  Tunc audit triplicis dædalus Orbis amor.
Sic quoque sic Natura licet Reusnere, corusci:
  Vel tua te dederat nominis esse virum:
Vt tamen inde tibi lauit labra lympha Medusæ,
  Lustrauitq; nouo laurus odore caput;
Creuit in immensum tua laus. interq; Poëtas
  Eximiæ eximios dapsilitatis erat.
Nunc sed vt applicuit maiestas te sibi dia
  Cæsaris, atque Aulæ dat Comitem esse suæ,
Nemo tuæ sorti Vatum æquiparabilis extat;
  Fisque Poëtarum pompa caputq; gregis.
Hocque magis Reusnere, modestia quo tua eidem
  Pompa minus quærit, quærit & esse caput.

De Oculis Amatæ.

Nuper inassueto mentem furiatus ab œstro,
  Subducebam humili membra petulcæ solo:
Iamque tepescenti lasciuibam Ales in æthra,
  Vlterius nubes vlteriusque Notos:
Cum mihi se aduersam fert Desperatio, sicque
  Alarum pennas degrauat arte mala,
Brachia vt alterno nixu librare nequirem,

Per caput ast ferrer in mare perque pedes.
Icarium fatum iam naufragus ore bibebam;
Cum genus hoc lethi non tulit almus Amor.
Vtque suam misero tulerat pro naue Pharetram,
Vtque Arcum mali iusserat esse loco;
Diductum in validos Neruum facit ire rudentes
Telaque remorum bina replere vicem.
Queis licet ipse fretum citus hinc citus inde fati
Mira tamen nostram vult iuuet Aura ratem.
Namque oculis velo erepto; suspiria velum
Hoc tuis, ait, deinceps flamminis instar agant
Nec minus interea puppi super ipse magister
Est catus, ac clauum, missile grande, regit:
Curaque perpetua est Dominæ obseruare Geme
Harmosynes oculos pro meliore Pharo:
Imo adeo duplicis stellæ pro sidere; quæ sit
Nunc Helice nostræ nunc Cynosuræ rati.
Et certe nisi par illud luxisset Amori;
Nostra vel in mediis trabs quoque nunc stet a
Vel vix vix siue naufragiis capitalibus, inter
Spemq; metumq; vda nos statuisset humo.

In filiam primogenitam Friderici IV. Electoris Pal.

Sic tamen audiuere tuas pia numina cœli
Filiolâ hac natà, Dux Friderice, preces.
Nam tibi si prolem cupiebas gignere, posset
Rite Palatinos quæ stabilire lares;
Imperiique tui vim communire potentem;
Nominis atque adeo perpetuare decus;
Hæc certe, hæc illa est, aliquâ nec masculus here
Ista queat melius reddere parte rata:
A quarto siquidem vix septimus iuerit annos,
Cum morum & formæ nobilitata notis,
Latiuiam famæ portabitur ore per orbem,
Et iuuenum excibit millia multa procum:

Digitized by Google

Millia multa; quibus Sors, Mars, Virtusque bonorum
Insinuauerunt largitur omne genus.
Fallor? an vt Regum complebunt atria Nati
Ibit & ille tuus flos Ducum inante pedes;
Nemo tetrarcha tibi sese hostem opponere, nemo,
Audebit minimas vel iacere ore minas
Sic ego, sic lingua Friderice tibi anguror heros:
Veridica atque Helene nata tua altera erit:
Altera erit; sed casta Helene; cuiusque rapinam
Ipse etiam cupiat vel prohibere Paris.

II.

Nascitur ecce tibi, Dux summe, puella; parente
Indicet vt salua posse venire marem:
Posse venire marem salua, Friderice parente;
Cuius sic proprie stat tibi cara salus;
Prorsus vti dubites, an & eius funere sit fas
Quamlibet heredem concupiisse marem.

III.

Iure tibi salua Princeps Friderice, parente
Gratuler hoc natam tempore filiolam:
Filiolam: præqua nec fas optare tenellis
In cunis sexu de meliore marem.
Quippe Deûm cum sint Regesque Ducesque propago,
Hic quoque item Superum sors subeunda tibi.
Nam cum florerent orbi secla aurea, moxque
Illa sua vellet prole beare Deus:
Non primum genuitue Iouem, genuitue triuncum
Neptunum aut Stygii cui data cura maris.
Sed tyrocinii specimen fuit aurea Iuno;
Iuno, cælicolum ter veneranda parens.
Sic quoque cum geminos vtero Latona foueret;
Haud prior egreditur Musicus ille puer;
Sed soror anteuenit Phœbum Diana, perenne
Virginitas fuerat cui paritura decus.
Omen at hoc Gnatæ Friderice tuæ procul absit:

Et soror in Lucem venerit ipsa prior,
Obses vti fratres: multos mox spondeat, ac te
Interea citius nomine mactet Aui.

IV.

Certabant pridem Diui Diueæque, puellam
An puerum annuerent, Dux Friderice tibi.
Mascula progenies Diuis idcirco placebat,
Simmerium areret ne vetus arbor auûm.
Deque tuo extaret bellator sangine cui vix
Gramigenæ posset par vigor esse Dei.
Apta videbatur magis esse puella Deabus;
Ne sua non matri gaudia longa forent:
Gaudia longa; Gynæceo dum vsque maneret
Nec marium externum more voraret iter.
Certabant partes; cum Iupiter arbiter infit.
Vestra Dei cessent iurgia, vestra Deæ
Namque Palatino Heroi mox huius & huius
Exurget sexus sat numerosa cohors.
Nunc sed enim primo procedat filia nixu;
Bella noterque Nicri nulla futura locis.
Atque vt forte deinde & nata & nata sequatur,
Sic tamen est maribus Aula futura frequens.
Verum olim; vt demum vigeant ætate virili,
Cum serie annorum iam pater albus erit.
Sic Iouis os dixit: quo nunc tibi nomine Princeps,
Gratulator, & vitæ secla quieta Phrygis;
Gratulator & natos gratulor, in queis
Fas quoque vel iuuenem te revidere seni.

V.

Quod modo filiola, Princeps augeris, id omne
Diua suum est vltro fassa Cytheris opus:
Dum cupit esse suo quæ mox colludat Amori,
Et Charitum resides non sinat esse manus.
Et certe, ipsa tuos si conciliauit amores,
Iure ouet illorum nunc quoque primitiis.

Ad

Ad Marcum Velserum.

Illa tuæ licet est Velsere modestia frontis,
Vt laudum ingenuo non capiare tono:
Hos patienter habe tamen, est quibus vnica cura
Per titulos famæ velificare tuæ.
Sicut enim quo quæque polo est vicinior arbor
Hoc magis à Borea tangitur atque Noto:
Sic animæ Vatum, Natura quæ duce summa
Quæque petunt, cœli suspiciuntque plagas,
Culmina virtutum capiuntur celsa tuarum
Appetere; iis quoniam celsius Orbe nihil.

In nuptias Martini Braschii Poetæ.

O factum Braschi vere prudenter, in æuo
Quod tibi adhuc floro quærere cura parem!
Nam quotus est hominum, qui se sine coniuge norit,
Dimidia modo non parte carere sui?
Scilicet id demum tunc sentit quisque gemitque,
Illam vbi vanus fit reperire labor.
Tunc sibi tunc cupiunt vacuos fulcire penates,
Tunc sibi tunc satagunt perpetuare genus.
Tunc huc tunc illuc adeunt matresque patresque,
Et fastiditis vt ferat vnus opem.
Tunc hunc tunc illam caua ceruice puellam
Sollicitant; nec adest qui velit esse senis.
Quanto tu Braschi melius, qui Vere sub æui
Pubere mox reperis quod cupis esse tuum.
Iamque tibi nubit rari patris aurea virgo;
Aurea, seu decoris, siue decoris opus.
Illa tibi precor edulcet studia omnia, sitque
Huic animo, his oculis dis panacea tuis.
Illa tibi precor vsque mage ac mage semper ametur,
Donec erit niueas carus vterque comis.
Denique sic placidæ certo fluat ordine vitæ
Ambobus perpes nocte dieque tenor;

Sitis vt exemplar seclis quandoque futuris,
Quod natis matres quod voueantque patres.

In libros Freheri de Fama ac Gloria.

Quod famam, Marquarde tuæ, quod gloriam honore
In solito Musæ nuper adauxit amor:
Tantum Fama tibi, tantum tibi Gloria debet,
Tantum vtriusque tibi debet vterque cliens;
Vt sibi linguę optent tercentum adamantina plectra,
Per laudes valeant quo satis ire tuas.
Quod licitum est præstant: tua cunctis nomina terris
Murmure præcones perpetuante sonant:
Et mansura tua iurant genii inclita scripta,
Fama super donec, Gloria donec erit.

De insignibus Paulli Melissi.

Quos galea ostentat clypeoque Melissus Olores,
Frustra equidem veras esse putabis aues.
Cycnus enim ille prior genium custodit Horatij,
Pindarus est alter, tertius estque Maro.
Hoc vt enim Superi mutarunt alite Flaccum,
In votis ipsi ceu fuit ante diu:
Ocyus huic magno comitem se iunxit amico
Pindarus, & Phœbi munere factus Olor.
Par Maro miratus tam lingua dispare; Clio
Tertius ô istis da Dea iungar, ait.
Id simul obtinuit; certo triga illa Melissi
Remigio alarum sponte iniere lares:
Sicque suas ipsum docuere fideliter artes;
Sic & adinuenit multa quoque ille noui;
Vt modo discipulus doctores anteat ipsos,
Si cupiant hominum forsitan ore loqui:
Et sit in ambiguo, decus illis numine Melissus,
Anne Melisso addat maius ea ipsa trias.

Vene-

Veneri ac Cupidini.

Hactenus imperium terra cœloque Diones
Floruit,& potuit cuncta,ſuuſque puer.
Additus imperio ſed enim ſumptuſque laborque:
Impendit ceſtum Diua, Deuſque facem.
Nunc ſed enim gratis regnent licet atque quietè,
Si libitum Harmoſynes prodigitate frui.
Ipſa comæ vinclis, oculorum ipſa vbere luce
Cuncta ſolo poterit cuncta domare polo.
Ergo dies feſtos deinceps agite,ergo deinceps
Parce Venus ceſto , parce Cupido faci.
Noſtra comæ vinclis,oculorumque vbere luce
Cuncta ſolo poterit cuncta domare polo.
Vtere quæſo Parens,quæſo Nate vtere: ſi non
Orba Venus ceſto es,orbus Amorque face.
Namque comæ vinclis, oculorumque vbere luce
Vinxerit hinc ceſtum, ſtrinxerit inde facem.
Ille licet cœli terræque teneret iynges:
Hæc cœli ac terræ perdere poſſit aquas.

De capillis Amatæ.

Mirantur fateor, fateor mirantur amici,
Vincla mihi è Dominæ fortia facta pilis.
Vincla,quibus cunctos deuincior, haud ſecus artus,
Quam ſi de ferro forte vel ære forent.
Quin & idem quoque miror ego,nec credere poſſem;
Credere in proprio cogerer ipſe malo.
Vos etiam,quamuis inuiti,credite amici:
Credite: ſic nunquam tale feratis onus.
Credite ; & in mentem veniant Echeneidis artes,
Quamque ad velificas ſit nihil ipſa trabes.
Sic tamen æratam medio vel in æquore proram
Monſtrum illud vix vix ſemipedale tenet.
Ac licet Æolii laxas furor explicet alas,
Pronique inſiſtant fila ſecunda maris:

Increpitetque suus clamore frequente Magister:
Remigio, resides quo veret esse manus;
Imperat his cunctis; nulloque labore labores
Omnigenos sola dexteritate domat.
Talia cum minimus piscis queat; ecquid homullus
Non etiam à Dominæ vinciat ipse pilis?
Præcipue cui rerum omnis natura nouerca;
Quique etiam (ô mirum!) vitricus ipse sibi est.

De iisdem.

Mulciber aspicuis nulli cepisse catenis
Dicitur vxorem Gramigenumque Deum.
Dicitur: at multis vana audit fabula; cum res
Facta sit, inueniat nuncque subinde fidem.
Illarum quin credo etiam de semine crines
Hos, mihi qui teneras circumiere manus.
Nam cum quintuplici modo constent stamine, passim
Omne tamen corpus sic ligor, imo premor;
Vt nequeam articulorum vllum huc illucve parumper,
Vixque adeo linguæ plectra mouere meæ.
Heu strictè nector! sic sit tamen haud graue necti,
Heic quoque si mecum nexa iaceret hera.
Quid petii? ah imò, imò foret leue sic quoque necti,
Si modò si nexum læta foueret hera.
Ipsa etenim lætis quemcunque tuetur ocellis;
Est Deus, aut certe fit subito inde Deus.

Henrico IV. Galliarum Regi.

Armipotens Henrice sat est; iam condito ferrum:
Bellonam res est tempus habere suas.
Paci occurre tuæ. palmas Victoria lassa est,
Lassus & est Lauros Mars tibi ferre suas.
Quin nostro iam Palma ac Laurus deficit orbi:
Antipodum à populo deinde petenda venit.
Sed cur quæso petas? non hostis corpore tantum,

Verum

Verum animo ipse tuos sternitur ante pedes:
Sternitur, & viuum sese exhibet ecce Trophæum;
Quo te non Regem clamet, at esse Patrem.

Ad Batauos, de Iosepho Scaligero.

Suspiciebaris prius Orbe Batauia toto,
Armisonæ tanquam Pallados altus honor.
Migrat at è Gallis ad vos dum Scaliger, audis
Præterea doctæ Pallados altus amor.
Sisne Aurū, an Gemma Auro inclusa, haud disputo: verū
Quod dat hic atque capit dasque capisque decus.

Elisæ Britanniarum Principi.

Si satis est felix Respublica, tunc vbi reges
Aut sapiunt, ipsi sceptra tenentque Sophi:
Næ tua, næ regio fortunatissima rerum est;
In qua tu Princeps non modo rite sapis;
Sed latus omne etiam stiparis vtrinque Senatu,
Cui Mentis rectæ, cui Sapientiæ amor.
Et dubitabit adhuc tibi se dare cæterus Orbis,
Semper vti placida pace beatus agat?

Comæ Harmosynes.

Auro quæ coma purior renidet,
Coruo quæ coma nigrior refulget,
O dia Harmosyne, hacque & hac & illac
Motatur Zephyro, coma ipsa non est;
Sed diri sacer ominis Cometa,
Qui mortem mihi ventilatione
Hac denuntiat inquiete. namque
Si solummodo Regibus minari
Consueuere malum mali Cometæ;
Me certe Harmosyne coma ista, non iam,
Vt quondam coma, at impotens Cometa,
Me certe ex hominum cohorte solum

Afflabit nece peſtilente; tanquam
Quique his, quique aliis celebor oras,
Certorum potior Monarcha Amantum.

In obitum Mariæ Helenæ Wackeræ.

Nocte ſub hac ſi quis percurrerit inclyta cœli
Lumina, ſidereas conſuleritque vias:
Non eſt miretur gremio quod ſplendeat almæ
Erigones radiis ſtella ſuperba nouis.
Iam modo Wackeræ tranſcripta anima aurea cœlo eſt;
Virginis éque ſinu (quam bene!) Virgo micat.

Manibus Scaligeri.

Scaligeri cineres Batauo ne quærite cœlo:
Scaligeri tantum nomina marmor habet.
Eius quidquid erat Cytherea, Camœna, Chariſque
Tranſtulit ad patrii lucida templa poli:
Fulget ibi late; ſed non cernendus & Orbi
Ad bona præſentis qui male cæcus erat.

Ad Hipp. à Collibus.

Iam tandem redit, at redit & præſtantior ecce,
Quam modo miſiſti Paſſeris ille Bifrons.
Quei poſſit, quæris, cum ſit mage ſordida charta?
Cætera forte vſus deteriora facit:
Aſt Aurum, aſt Vates, mage quo igne manuq; teruntur,
Tam magis hoc ſplendet, tam magis ille valet.

In effigiem Henrici Smetii.

Smetius heic ille eſt, gemini mera gloria Phœbi,
Seu melicæ artis obit ſeu medicæ artis opus.
Cuius item ſi non, quanta eſt, in corde moratur
Inque homines Pietas, Relligio inque Deum:
Fruſtra alibi certe quanta eſt quæratur in Orbe,
Inque homines Pietas, Relligio inque Deum.

Reginæ

Reginæ Britanniarum.

Arboribus decor est viridanti Laurea fronde:
Astrorumque audit Sol genialis honos:
Et Phœnix merito volucrum regina vocatur:
Gemmarumque nitens vnio fertur apex.
Virgo quoque humani res præstantissima sexus:
Ac flores inter gloriæ summa Rosæ est.
In terris sed enim simul ac semel vnica Elisa es
Laurea, Sol, Phœnix, Vnio, Virgo, Rosa.

Amor incredulus.

Audiet vt toties præconia sacra Cupido,
Harmosynes formam queis do per ora virûm:
Deseruit cœlum, nil quidquam credere certus,
Ni prius hoc oculis hauriat ante suis.
Factus erat propior, cum veli protinus vmbra
Quo cæcabatur liberat omne caput.
Palpebrisque probe perfrictis, lumine fixo
Hanc obit, vt mango, membraque tota notat.
Membra notat; simul vnà animũ, mentemq; penetrat,
Atque oculos cordis mittit ad vsque sinus.
Attonitus sed enim tot in vnam tantaque monstra
Cernere, quæ haud toto viderat ante polo:
Ite nigræ dixit rursusque obnubite vittæ
Lumina: vosque isthinc ne ferat vlla dies.
Nam post Harmosynen quid deinceps cernere possim,
His oculis dignum quod queat esse satis?
Eius enim quamuis sit ea excellentia formæ,
Cui nil par cœlum terraque tota ferat:
Forma tamen laudum est ipsius vltima: dotem
vsque adeo hanc morum dos numerosa premit.

Manibus Philippi Marnixii.

Orbis delicies amorque Marnix,
Quo digno poteris tegi sepulcro?

Defunctis aliis, satis sepulcro est
Pars terræ breuis. Orbis ipse dignum
Vix totus fuerit tibi sepulcrum,
Orbis delicies amorque Marnix.

In Marq. Freherici Historicos Germanicos.

Vt non est auro suus vsus honosve latenter
Dum premitur terræ sordidiore sinu:
Sed pretii demum tunc nomen & omen adimplet,
Vt venit inque oculos largiter inque manus:
Sic nulla vtilitas, nulla est sua adorea libris,
Bibliothecarum quos male carcer habet.
In pœnam solum viuunt, si viuere verum est
Membratim caries quos vorat atque sitis;
Quosque velut gemino tineæ blattæque coronant
Compede, dum fiant nil nisi puluis iners.
Ergo tuum meritum quantum est ac quale! recenter
Scriptores qui tot luce, Frehere, beas?
Omnimodè magnum. nam quod Germania ab annis
Mille ferè propius fit modò nota sibi:
Cernat & in speculo monumenta domique forisque,
Siue ea gesta sago, siue ea gesta toga:
Omne Frehere tuum est: hoc est, tibi debet, vt isto
Cum sit anus senio non videatur anus:
Illo sed supra Phœnicem Vere virescat,
Temporis in quo nil iura secunda queant.

Manibus Abrahami Ortelii.

Si Pietas minus vlla pia esse putatur, amico
Quæ functo linguæ munera cuncta negat:
Ortelio, heu, Pietas fit tota vel impia; linguæ
Munera cui plane cuncta neganda putat.
Nam quamuis coëant os cuncta ora Orbis in vnum,
Quei queat Ortelio promere digna satis?
Si Pietas minus vlla pia esse putatur, amico

Quæ

Quæ functo sortis munera cuncta negat:
Ortelio, heu; Pietas fit item tota impia, nulla
Vtpote cui censet munera posse dari.
Nam quamuis coëant omnes gemmæ Orbis in vnam,
Orbis & omne aurum vindicet vna domus.
Quæ tamen Ortelio meritis aliquando parentur,
Aut auro aut gemmis munera digna satis.
Imo satis vix sint, vix sint satis huic, licet adstent
Cum Libya Europe cumque Asia Americe.

In Gylippum.

Quod factus locuples Gylippe, iam me
Non nosti, veterem tuum sodalem:
Haud miror; quid enim vel alterum quem
Agnoscas? tibi notus es nec ipsi:
Non ipsi tibi notus es Gylippe.

Ad Harmosynam.

Ah quam dissimilis mihi tibique
Natura Harmosyne est! sinu gelaris
Supra Sarmatici poli pruinas,
Cum fundas oculo hoc & hoc calores
Qui vel Mulciberi augeant caminos.
Ipse at contrà oculo hoc & hoc rigesco
Supra Sarmatici poli pruinas:
Sed tantos foueo sinu calores,
Qui vel Mulciberi augeant caminos.
Hinc, vt corde meo, Cupido, sedem,
Sic sedem Harmosynes tenes ocellis,
Horam nec semel his migras vel illo.
Haud recte tamen, ô Puelle. quippe
Si quæris leuis, vt prius, vocari,
Libertas tibi nec tua est adempta;
Frontem eia Harmosynes relinque, teque
Eiusdem abde semel sinu, Cupido;

Quid

Quid cessas Amor ac moraris? vno
Quisquis perpetuùm loco moratur
Illum vincula habent, habetque carcer;
Illum crux habet æreusque clauus.

De Ioh. Boißisio Thumerio Legato R. Ch.

Non ego huc adscendo ditem Principis Libariam.
Sed mage vt coram tueri fas Gruterum sit mihi.
O quod exit ore verbum? tanti ego ergo sum tibi
Regis osque corque Magni? tanti ego ergo sum tibi,
Qualis esse vix Apollo, vix Minerua quiuerat?
Fascine ó Liuorque vestra vox in aure hæc ne sonet:
Aut amari ne penetret pectoris discordiam.
Vera namque si vsquequaque est; hanc sibi Boissisius
Præstat æque quam Grutero; quin sibi præstat magis.
Æstimat quo se minorem quo magis se deprimit,
Maior hoc fit, hocque surgit vsquequaque celsior.
Interim amplius nil ipse sum quam eram prius; breuis
Nempe nanus in Colossi constitutus vertice.

Manibus Iacobi Zvvingeri.

Ergo etiam Zvvingere iaces, medioque iuuentæ
Tramite destituis corda propinqua tuo?
O dolor! ô luctus! sic luxuriantibus Arbor
Plena bonis Boreæ flamine torta cadit.
Sic ablata Carina suis lætissima ventis,
In saxa, in scopulos, in vada cœca ruit.
Macte tamen Zvvingere: tuis nam quidquid ab annis
Parcarum abrasit perniciosa trias,
Fœnore multiplici soboles ter terna Monetæ
Adiiciet scriptis tempus in omne tuis.

Ad Æmilium Rosendalium.

Miratur populus totas consumere luces
Tecum quod, Æmili, iuuet.

Quid

Quid ni? nescit enim, quantum dulcedinis in te
Quantum sit elegantiæ.
Id si rescierit; toties consumere luces
Haud, vt prius, mirabitur;
Sed potius solidas non solibus addere noctes,
Vt sim beatus perpetim.

Manibus Iusti Lipsii.

Si miraculum Orbis fueras iam tunc quoque Lipsi,
Inuidiæ infami cum premere iugo:
Quid non post obitum fies, Liuore perempto?
Miraculorum orbi vel nouus Orbis eris.

II.

Lipsius exspirat? ergo Libitina duobus
Suffice condendis quod queat esse solum.
Suada Latina illo ponenda & Lipsius vnà.
Natus vt est; nata est: vt cadit ille; cadet.
Quid loquor infelix! imo Libitina vel vni
Subtrahe condendo quod queat esse solum.
Nam si Suada Dea est; Dea nec quit obire, parentem
Ocyus ex ipsa morte redire dabit.

III.

Paruum sepulcrum ne, Viator, despice;
Gemmas & Aurum sicuti non despicis
Dos parua queis data est, vt & Cupidini,
Diuarum Hero, Diuarum Hero Cupidini.
Heic ecce est vmbra posta Iusti Lipsii;
Quem tota viuum fama fari nesciit:
Cœlo teneri solus omni qui queat.
Abi Viator, cuncta scis, aut scis nihil.

IV.

Præfica singultans, obnuptaque Nænia taxo:
Luctumque quidquid lacrymasque suscitat;
Ite foras: nullum funus, nullumque sepulcrum est.
Heic Numini templum dicatur Lipsio.

V. Hoc

V.

Hoc marmoris quadro quiescit Lipsius:
Qui literarum viuus vt fuit Pharus,
Sic est eisdem Sol perennis mortuus.
Lucem è laterna corporis luxit: modo
Totum id palam est, laterna quod obduxerat.

VI.

Huius iacet sepulcri opaco Lipsius.
Quis Lipsius? quis? ille cuius gloria
Vt nullius sit maior à præconiis,
Sic nullius minor sit à conuitiis.

VII.

Ah, quid speremus mortali semine creti?
Hanc quoque si Lipsi cogeris ire viam,
Ne te seruauere Deûm tot numina corde,
Et capite atque animo qui tenuere locum.
Ah, quid speremus nisi plus quam ferrea secla:
Imò vel antiquum tempus in omne chaos?
Nam quæ te nequiit cœli vis dia tueri,
Te simile in terris quei reparabit opus?

VIII.

Quid Lipsium defiet vocatque mortuum
Poëticorum Musica Oscinum cohors?
Mors non ea est, qua desinit mortalitas.
Quin imò viuit; viuet & perenniter
Ex Lipsio omne quod prius dileximus
Suspeximusque in ore, in aure, in cordibus
Totius Orbis, donec Orbis Orbis est.
Cum Lipsio, inquam, vnà occidente item occidet
Et fama rerum, temporum æternitas.

In effigiem Petri Ianini.

Ergo hæc Legati Gallorum Regis imago est,
Cuius Virtutum corde quadriga sedet?
Cuius Doctrinæ cerebro genus omne virescit:

Cuius

Cuius in ore Lepos hinc euat inde Fides?
Sic reor: idque probet, vel corpore cassa figura;
Vsque adeo dotes vndique prodit heri:
Omnibus ac membris vllo sine murmure clamat,
Ianino egregium sanguinis esse genus.
Nec lepidas tantum Charites afflasse verendum
Moribus omni exsors horriditate, decus:
Sed fictum & lima pectus potiore Mineruæ,
Sed labra Pieridum lota liquore lacus:
Sed nullam latitare intra præcordia vulpem,
Sed turgere omnes iure pioque fibras.
O simulacra notis permulta loquentia mutis!
Si modo si dici vel simulacra queant.
Namque ea quo tueor magis ac magis, esse videntur
Hoc magis atque magis Pygmalionis ebur.
Et fierent credo, nisi mecum habitare puderet,
Digna Deûm templis tam nigricante casa.

Ad Magistratus.

Vos quibus in sontes gladii est concessa potestas,
Liber vt à damno quisque sit àque metu:
Nunc ô nunc munus cordata mente subite,
Suppeditante ratam materiem Harmosyne.
En quantos; en quot iuuenes anima exsuat: en quot
En quantos victrix raptet inante rotas.
Sed properate, eia, dum nondum est tota furoris;
Nec mentis penitus portio quæque ruit.
Nam si septa animi perruperit omnia; non est
Existat vester quin labor omnis iners;
Ipsaque maiores oculis det stragis aceruos,
Dente dedit quondam quam Calydonis aper.
Ergo citi noua vincula ferte, probeque ligata
Extra vrbem, extra orbem prodigialis eat:
Inque solum solum lustro portata pietur;
Tethyos aut subeat purificantis aquas.

Si quod

Digitized by Google

Si quod enim monstrum fuit vllo tempore, monstrum
Non fuit hoc duplex horrificumque magis:
Quodque ideo nullum sit opus sisti ante tribunal:
Ergo age in absentem calculus ater eat.
Nam si, suppliciter dum nudat pectora Phryne,
Iudicibus valuit tollere iudicium:
Hæc vno intuitu non vos modo flexerit; imis
Sed subito omnem animam eduxerit vnguiculis.
Ah quid? statis adhuc, nec carnificina paratur,
Quæ barathro claudat pestiferum hocce caput?
Ah video, pudor, ah verum est Anacharsidis illud:
Nil lex quam vietæ cassis araneolæ est.

Ad Harmosynen.

Nil agis Harmosyne, dum sic velaris, & alma
Indulgere negas illa tua ora meis.
Nam licet extremos trepidares exul ad Indos,
Esset Hyperboreus nec stata meta viæ;
Sic coram vsque fores, ac vel pro simplice possem
Cernere sexcentas Harmosyna Harmosynas.
Nam veluti, rabiosa canis quem dente momordit,
In quacunque canum spectra tuetur aqua:
Sic cor vt ille tui læsit genuinus ocelli,
Abstulit & varie mentem animi in furias;
Seu videã cum Terra Ignẽ, seu cum Æthere Lympham,
Seu quæcunque ex se semina mixta gerunt,
Ilicet occursat spatiosæ gratia formæ,
Effigiemque tuam obuia quæque tenent:
Quidnam igitur frontis, mea lux, obnubis honores?
Nempe palam est lucro quo nocuisse paras.
Quod si forte oculos absconderis, inde Cupido
Præcipiti cupiat ne volitare fuga:
Falleris heic iterum: quin cœli regna reliquit,
Has sibi præriperet ne Deus alter opes.

Ad Antonium Mauclerquium.

Ergo bifrons tibi sum, Mauclerqui, Ianus? & ille
Cœlestes vt erat dignior inter heros,
Cunctaq; perspicue rerum cognorat ad anguem,
Quæ præsens æuum præteritumq; tulit:
Sic ego Palladiæ dominor rex inter Olores
Quos æuum præsens præteritumq; tulit?
Atq; vt Amaltheo bona cornu copia fundit
Florum & odorum olim desuper omne genus,
Sic quoque Pieridum nunquam marcentia serta,
Prodigitate pari spargo per omne solum.
Vellem equidem hæc Mauclerqui, haud tantum dicere (posses,
Re vera facerem sed magis ipse fidem.
Sed quid? quam magis in memet descendere pergo,
Dicta tua inuenio tam minus esse rata.
Imo sibi in minimis, Mauclerqui, qui nequit ipsi
Esse bifrons, aliis quomodo Ianus erit?

Reginæ Angliæ.

Scin' aliis longe quam sis prior omnibus, aurea
Queis vigilace datum sceptra fouere manu?
Nempe licet tua mirari benefacta loquique
Humanum nequeat, regia Virgo genus.
Tu tot adhuc patras dignissima laude: secundo
Vt solum valeant vociferare sono,
Millecuplo esse tibi leuius facere optima quæq;
Illa eadem digne quam celebrare sibi.

In Delicias Orbis Francisci Svveertii.

Quid non ingenio licet? Orbis totius arctat
Delicias minimo Svveertius ecce libro.
Nec satis: has iterum toto mox publicat Orbe,
Publicat vt Cereris farra reperta Puer.
O fortem ambrosiam! ô Svveerti durabile nectar!

Quam magis haurimus tam magis vsque vigent.
O raram Svveerti ambrosiam, ô mirabile nectar!
Quam magis haurimus tam magis vsque placent.
Nempe licet solidis non pauca absumimus horis,
Nectari & ambrosiæ copia tota sui est.
Nempe licet solidis non pauca absumimus horis,
Non abit vlla fames non abit vlla sitis.
Et nondum pro deliciis tot, Svveertius audit
Humani generis nobile delicium?

In Caroli Paschalii libros Coronarum.

Alma pacis atque belli, Pallas arbitra, omnibus
Singulisque digna prudens largiisse præmia.
Quo laborem hunc Paschalii ipsa munerabis, tot Deis
Totque Diuabus coronas quo redonat perditas,
Temporisue iniquitate mox ruendas, postumis
Sæculis transscribit ore vsque vsque honore floreas?
Certe ei licet simul semelque; Diua, vltro oggeras
Cuncta belli, cuncta pacis bis gemella præmia.
Inque eum hinc & hinc coronas vniuersas depluas
Quas vel erudita virtus emit, aut vis Martia,
Debitum tamen plus est Paschalii sudoribus.
Quare ei vnum Athena, sertum dextera plectas tua,
Rite quod subtiliore præferat discrimine
Cuncta belli cuncta pacis bis gemella præmia.
Moli at huic cum sustinendæ Paschalii impar sit caput,
A Dione Gratiisque, eia impetres Cupidinum
Illam amabilem cohortem, vt nempe pendula aëre
Hanc coronarum coronam dexteris ferat suis,
Sic quidem vt foras prodire nôn queat quin illico
Ipsi Amorum semper adsit dulce contubernium,
Moreque vmbellæ vniuersum protegat Paschalium.
Annuis virgo? annue, annue, imo quid plus adstrue.
Quem merenti das honorem, minime das sed accipis.

Ad Georgium Ludouicum Huttenum.

De tua venatione, tempore anni quolibet.
Nostra opima fit culina: nunquam eam tamen prius
Polliceris, ante factum cæteri tamen coquæ
De sua venatione pollicentur plurimum,
Integro interim nec anno auis lepusue cernitur.
Quei putem istud euenire? amicus esse Huttene vis
Optimusq; Maximusq;; eis, videri sufficit.

Duellum Flammæ & Aquæ.

Ex quo Amor ipse mea de libertate triumphat,
Vsque mihi duplex, hospes an hostis, adest.
Nempe meis oculis fons se illatebrauit aquai:
Flamma sed in medio pectore perpes agit.
Fons & vt ille graui glaciat mihi frigore membra,
Sic eadem extremo flamma calore coquit.
Nec mora, tanta ineunt ambo feritate duellum,
Certa mihi vt subeat spes vtriusq; necis.
Sed non: ilicet hæc atq; ille quiescit, & iræ
Artibus in nostris seditiosa domant.
Sic par id pugnat semper pausatq;, nec vnquam
Huic aut huic victrix palma parata venit.
Ha Veneris fili tandem alterutrius, amabo,
Pugna mihi cesset quottidiana nece.
Ipse mori quæro: sed id ipsum quærere frustra est
Certamen quamdiu bina venena gerunt.

Ad Harmosynen.

Te primum vt vidi Harmosyne, velamine Coo
Condita eras oculos condita erasq; labra.
Id tamen vt Zephyrus parte vna dimouet, in te
Sum Veneris visus vulta videre Deæ.
Mox & vbi faciem libras velo, ac mihi puri
Cernere das formæ tot mera mira nouæ:

Clamaui attonitus: non tu Harmosyne Venus ipsa es,
  Mille oculis Veneres sunt tibi, mille labris.
Mille inquam Veneres quarum minimissima quæq;
  Mille etiam Veneres quas Veneri addat habet.

Eidem.

Nunquam à te placido, spes ô mea, mactor ocello,
  Articulos flamma quin sitiente vorer.
At contra, irati ferior si luminis ictu,
  Per mea lethalis pectora serpit hiems.
Durum vtrunq; quidem: sed si periisse necesse est,
  Ignibus ô potius sim rata præda tuis.
Fœmineum est obiisse gelu: testis soror Herses,
  Illaq; quæ Sypilo nunc quoq; monte riget.
At iuuenes Phaëthonta Alcidenq; vstulat ignis:
  Imo adeo huic latam fecit ad astra viam.
Ergo mihi Harmosyne da quæso semper vbiuis
  Stellatæ placido frontis honore fruar.
Vt cœlo nunquam transcribar, at ignibus vstus
  Vsq; tuis, leuius dein Phlegethonta feram.

Ad Narcissum.

Si Narcisse tuo vixisset tempore nostra
  Harmosyne, aut si fors nunc tibi vita foret:
Haud proprio certe fueras periturus amore,
  Lucentem toties dum specularis aquam:
In Dominæ sed enim te contemplatus ocellis,
  Contemplatus item tot rosei oris opes:
Visus & inferior longe tibi dotibus illis
  Queis nostram triplex compserat ordo Deum.
Si non mox fueras eius periturus amore,
  Certe odio fueras interiture tui.

Naufragii metus.

Nunc hominum certe viuo ille miserrimus, heu heu,

Nunc

Nunc in perpetuum perdita vita modum est.
Proxima compositis intrabam littora velis,
Radebatq; salum remus hic, ille solum.
Cum meipsum Zephyrus male deserit, atq; Boreo
Turbine rursus agor per semel acta freta.
Heu quanto iate tonitru vndiq; mugit Olympus!
Heu patulo quam nox incubat atra mari!
Omnia sunt fluctus quæ contuor, omnia nymbi,
Flamma nec Harmosynes quæ iuuet vlla micat.
O acie semper vigili cœli Astra, Quirites,
Nunc mihi de vobis luceat vlla facem!
Vna facem mihi nunc de vobis luceat vna
Quæ partes rigidæ non tueatur Heræ!
Pro Græcis certe non stabant omnia cœli
Numina, cum pœnas Troia cremanda daret.

In Gulielm. Bartasium Poetam.

Sunt quibus è Daphnes Phœbus dat carpere ramis,
*I*nq; *M*edusæo ponere valle sitim.
Nec desunt quorum miseratus forte labori
Cum lauru occurrit Pegaseoq; lacu.
Estq; adeo alter & alter, aquam de fonte Caballi
Cui ferat, & sertum plexile Musa domum.
Atria sed quorum scateant Libethride lympha,
Sed quorum *I*ani surgat in æde nemus,
Præteritis nemo seclis fuit: huius & æui
Vnicus atq; vnus est modo Bartasius.

In Buculam Mironis.

Edere mugitum poteram ænea vacca: Myronis
Addere sed linguam non voluere manus.
Naturæ dedit hoc: ne postuma diceret ætas,
Artificem artificum præteriisse Deam.

II.

Me viuę similem voluit, non fingere viuam,

Sustollens raptim dædala cœla Myron:
Vt si forte boum pereat genus omne, nouandæ
Exemplar Superi stirpis habere queant.

III.

Me vide: bucula sum sculptoris ahena Myronis,
Cui nihil ad vitam vox nisi viua deest.
Si tamen illa deest, quam nolo promere summi
Collutelem artificis ne geniale decus.
Nam quid ego quæso, quid bucula quæso Myronis,
Mugitu è pecudum me numero esse probem?
Quin ego (pro monstro metuam nisi tota teneri)
Ediderim humanos garrula tota sonos.

IV.

Me sine voce Myron finxit non ars quod eandem
Illi è difficili suppeditare queat:
Mugitum sed enim boue quoque ciente, putabat
Plus artis mutam fingere posse bouem.

In Britanniam Gulielmi Camdeni.

Quæ vix nota sibi fuit ante Britannia, vtriq;
Nunc Camdene Orbi munere nota tuo est.
Ignotæq; velut fuerat non vlla cupido,
Sic modo sic notam Mundus vterque cupit.
Sed tamen incassum: nimia nam dote superba,
Quemlibet indignum credit amore sui.

Ad Harmosynen.

Sæpe animo certum fuit adiurare loquela
Supplice duritiæ femina dura tuæ:
Nen sic ipsa tuo sineres transire clienti
Innumeras vitam per genus omne cruces:
Sed tibi vel subito letharer luminis ictu,
Fluctibus irarum cum quaterere iecur:

Vel

Vel te Diuorum potius genus esse doceres,
Mutando pœnas mox mihi lætitiis.
Sed quid? vbi voces raras suadosq; profatus
Edidici, ac tecum stát memori ore loqui;
Ilicet Harpocrates tua per duo lumina reddor;
Et pereunt linguæ munia cuncta mihi.
Tantum promanat membris liquor omnibus vdus;
Truxq; tremor totis regnát in articulis:
Concussuq; suo, linguæ supplere videtur
Officiis, ac cor posse monere feræ.
Sed frustra. nec enim sine plectro vinguæ palati
Reris adoratos quem dare posse sonos:
Nedum aliquando queas tibi persuadere, rogandi
Esse genus summum posse rogare nihil.

Ad Reginam Angliæ.

Si par virtuti regnum, Regina teneres;
Inferus ac superus non satis Orbis erat:
Condendiq; forent alii longo ordine *Mundi*,
Exq, citanda hominum non numerando Phalanx,
Quorum hoc linguæ vnum noctuq; diuq; sonarent,
Humani generis vnica Elisa solus.
Vnica Elisa, in qua sic prorsus messe tuentur
Expressam effigiem Numina cuncta sui.
Hæc sit vt aut exorta Deis exorta Deabus,
Ediderítue Deos, ediderítue Deas,

In obitum Iacobi Bongarsii.

Mors vt vno tollere ictu mille vult Antistites
Deditos nouem Camœnis aureisque Gratiis,
Falce crudeli Iacobum demetit Bongarsium.
Vt cadit, cadunt quoq: vnà mille, vah! Antistites
Deditì nouem Camœnis aureisq; Gratiis.
Sic quis vniuersa in vno Sole tollat Sidera.

II.

Frustra Camœnas in iugo biuertice,
Gens quæritet poëtica.
Frustra Hippocrenes ad fluenta, Apollinem
Gens consulat poëtica.
Bongarsianum eis sepulcrum iam est domus,
Imo sacellum augustius.

III.

In eiusdem effigiem.

A quo candorem poterat sibi sumere Candor,
Fidem Fides, modestiam Modestia.
Quoque minus fuerat Pietas pia, Gratia grata,
Quo Comitas comis minus, minus Lepos:
Qualibet à quo gaudebat Doctrina doceri,
Tali videndus ore erat Bongarsius.

Ad Harmosynam.

Ergo cum me oculis videre rectis,
Ergo cum me oculis videre lætis,
Ergo cum me oculis videre blandis,
Punctum temporis vt libet pusillum,
Dedigneris Hera: ah misello amanti
Hos saltem ante abitum nouissimum, imo
Imo ipsum ante obitum. hos ocellulorum
Ad nutu tribuas precor fauores,
Ne quem post oculis tuare rectis,
Ne quem post oculis tuare lætis,
Ne quem post oculis tuare blandis,
Punctum temporis vt libet pusillum.
Nam quoscunq; oculis tuere rectis,
Nam quoscunque oculis tuere lætis,
Nam quoscunque oculis tuere blandis,

Punctum

Punctum temporis vt libet pusillum,
Non solum pereunt repente tete,
Quanto quis potis est perire amore,
Sed sese quoque sed repente sese,
Sese, inquam, quoque (id ah feram ipsus? ipsus
Id viuensue feram vidensue?) sese
A te mox etiam (sed illud ipsus
Vt viuens patiar vidensque?) sese
A te mox etiam (sed horret, horret
Horret dicere lingua voxque) sese
A te mox etiam putant amari,
Quanto quis potis est amari amore:
A te, inquam, mea Lux: amare quam si
Vel magnorum aliquem audiam Deorum,
Qualis Iupiter aut Apollo, eosdem
Aut tetrum faciam est necesse funus,
Per vim per ue dolum nimis necesse est:
Aut me Iupiter atque Apollo contra
Iactu fulminis ille, at hic sagittæ,
Riualem interimant suum necesse est.
In re qualibet, hos & hos & illos
Non ægre patiar mihi priores;
Non ægre patiar mihi sodales,
Vno verum in amore, amore in vno
Haud ipsum tulerim Iouem Tonantem,
Non si substituat mihi Iuuentam,
Non si substituat mihi Dionem,
Non si substituat mihi Mineruam,
Non si supplicet vsquequaque; non si
Transcribat mihi cuncta regna cœli.

In sepulchrum Iacobi Bongarsii.

Hac tenui ille ingens meritis Bongarsius arca
Conditur, ante Deum tot sine labe domus.
Mentior. heic cineres habet. hospita Numina totum

Trans mare, trans terras, transq; poli alta vehunt:
Victurum semper dum aërq; solumq; salumq;,
Hospita quin imo Numina donec erunt.

Manibus Ioannæ VVestoniæ.

Læter anne trister astris te adsitsm VVestonia,
Ambigo: curis solutam te tot ac doloribus
Exsules quæ vbique vt vmbra prosequuntur, gaudeo
Mœreo contra, tuo Orbem desolatam lumine;
Cui tu Diua certe vera, seu Minerua, seu Venus,
Seu Charis, seu Suada, prima seu Monetæ filia,
Seu magis composita numen his eras ex omnibus.
Quidquid est: telluris orbis cum foret dignus minus
Eruditionibus tuis, tuis virtutibus,
Iure te illi vel iuuentæ flore primo subtrahis
Cœlitumq; digniori redderis consortio.
Qui si adhuc ibi probis volent bene, ac male improbis,
Inde nos, tuos clientes inde mystas nos tuos
Lumine irriga fauenti, seu Minerua, seu Venus.
Seu Charis, seu Suada, prima seu Monetæ filia,
Seu magis composita numen his es vnum ex omnibus.

Harmosynæ.

Prodigium est Circe, cyatho quod simplice, monstra
In noua quadrupedum verterit illa viros.
Sic tamen, vt gestu priuati ac voce priore,
Intus eis hominum sensus & aura foret.
At quam prodigium tu maius es, ó mea! per quam
Victa oculi mentis versa figura meæ.
Per quā nec fera sum, nec homo, sed quid, quod haben-
Vera quidem cum sit bellua, verus homo. (dum,

In nuptias Ioannis Bipontini Administratoris Palatinatus, &c.

Ergo Palatinæ Palatinus iungitur? euge;

Sic

Sic Laurus lauro, sic rosa nexa rosæ.
Aurum sic auro, sic baccæ bacca iugatur,
Ipsa quibus non fert India tota pares.
Nam quid habet virtus, ars, fors, natura beati;
Appositumue istis quatuor Orbis amat:
Cuius non in te cinnus Palatine coruscet,
Cuius non in te luxurietur honos?
Nam quid habet virtus, ars, fors, natura beati,
Appositumue istis quatuor Orbis amat:
Cuius non in te cinnus Palatina coruscet,
Cuius non in te luxurietur honos?
Macte tuis igitur tædis Palatine, cui vni
Multorum votum quod fuit ante, datur.
Macte tuis igitur tædis Palatine, cui vni,
Multarum votum quod fuit ante, datur.
Detq; Deus, ceu Sponsa sui gemma ordinis audit,
Sponsus item ceu flos ordinis ipse sui est:
Sic quoq; gemmarum longo mox ordine gemmas,
Sic florum flores illeq; & ista ferant:
Gemmarum gemmas, flores florum, vnde nouentur
Deliciæq; solo, deliciæque polo.

In effigiem Mauricii Nassouii.

O Palmis merito integris Lauresq; tegende,
Mauriti smaragde Martis, vnio victoriæ!
Fronde tamen veridante licet stes timpora nudus;
Quisq; lauros, quisq; Palmas mente concipit tuas.
Vtpote quæ Antipodum quoq; iam videantur in hortis
Crescere & noti inspiratæ flatibus, palam loqui:
Donec erunt Orbi Palmæ Lauriq;, viuebis
Maurici, Smaragde Martis, vnio victoriæ.

Manibus Conradi Rittershusii.

Quò Camœnæ me vocatis, quo vocatis Gratiæ?

Anne

Anne manibus parentem vultis Ritterhusii?
Ac quid ore barbitoque funeri eius accinam
Quod probet proles Bimatris auribus Cupidinis?
Quodq; Athena quodq; Cypris quodq; Atlantius nepos
Ad fluenta equina strati Naiadum dicter choris?
Naiades sed inde dulci gutturis symphonia
Cœtui credant Oreadum, at suis hæ vallibus
Rupibusque fœnerato transferant, sic vt Dryas
Nulla sit nec Faunus vllus cum ministris Æoli
Rittershusium commendet, eius & præconia
Aëris latus per omne differant perenniter?
Ah Camœnæ Gratiæque! ah tres Deæ, ah Deæ nouem,
Audio, audio: sed eius nil queo quod quæritis.
Lingua muta est: dextra torpet; sola viuunt lumina,
Vberisque fontis instar hinc & inde lacrymas
Depluunt, rigantque pectus turgidum à singultibus.
His si egetis, sum ecce præsto, meque vobis largior,
Præbiturus haud tyronis euocati sed vicem.
Ecce, quam mage vnda currit frontis à cacumine
Hoc mage ac mage insolescit, inque lumen vertitur.
Imbre mactę hoc lacrimoso ô tres Deæ, ô Deæ nouem,
O Deæ nouem, ô Deæ tres hisce mactæ riuulis
Este, non torrentibus, sed qui perennes cursitent
Vos Camœnæ sed vicissim, & vos vicissim Gratiæ,
Fletibus meis date illud, vt fiant crystallini,
Desuperque decidentes, membra Ritterhusii
Implicent rigente gutta, lucidoque marmore,
Quo sepultus nec sepultus sit videndus omnibus.
Dignus aut si lectiore Ritterhusius mari est,
Lacrymas meas mutate grandibus carbunculis,
Succinoque candicante, adamantibusque limpidis.
Hoc profecto vos Camœnas, vos decetque Gratias,
Insuperq; dignum amore est, dignum honore, quo Boni
Quoque Docti prosequuntur Ritterhusium caput.
Nam quid haud dignus tegi sit grandibus carbunculis,

Succi-

Succinoque candicante, adamantibusque limpidis,
Qui dum in Orbe vixit isto, vbique semper audiit,
Gemma Doctorum omnium ac Bonorũ inæstimabilis.

Nuptiis Frideri V. Electoris Palatini, &c.

Iulius Cæsar petiuit iam senex Britanniam,
Multas inde margaritas vt referret ad suos.
Et plureis quidem, ast pusillas decoloresque, aureo
In Genetricis sacello dedicauit Cypridos,
Non voluptati vsuique æuo futuras postumo:
Vsque at vsque Aranearum sordidandas casibus,
Alitumque Gliriumque Muriumque stercore.
Quanto cautius Britannos annis vix virilibus
Fridericus Pallatinus visitauit? indeque
Non magnum quidem reportat margaritarum chaos:
Vnam at, vnicamque, quæ suæ haud modo Britanniæ,
Vniuersos Vniones pondere orbe, corpore,
Sed læuore, sed candore, cunctos Orbis prouocet!
Vnam at vnicamque, quæ suæ haud modo Britanniæ,
Sed Germaniæ vniuersæ, imo Orbi vtrique plurimos
Masculinos, femininos Vniones procreet:
Tam diu sacros honore, amore tam diu sacros,
Quam diu hoc globo manebit vlla gens mortalium,
Vniones sacro honore, sacro amore quæ colet.

In sepulcrum Othonis Grynradii.

Qui sepulchrum aues videre vile, cuius astricas
Nominis sublimitate verberat fama faces?
Heic adesdum vbi repostus est Otho Grynradius.

In obitum Ioannis Caselii.

Mortuus quoque es Caseli, si modo potest mori
Quem Themis Pallasq; amarũt plus quã amore mutuo.
Sed quia haud obnoxiosus est amor fatis Deûm,

Mortuus

Mortuus non es Caseli: te hæc & illa transtulit
Ad magis beata Tempe teque vel Themis sinu
Splendido Astreæ locauit virginis, vel brachio
Commodauit Graia Pallas sustinendum Orionis:
Inde noctu dum videris omnibus palam doces
Non mori, at vitæ potiri sempiterno lumine,
Quem Themis Pallasq; amarũt plus quã amore mutuõ.

Manibus Georgii Ludouici Hutteni.

Iam potitus est Huttenus mortis atræ: iam solo
Frigidum iacet cadauer profuturus nemini
Dextera, ore, corde; suetus se dare antea omnibus
Dextera, ore, corde opellam qui eius inuocauerant.
E quibus futurus an sit vnus, alter, tertius,
Gratitudinem exhibebit debitam qui mortuo,
Sciscitari parce *Musa*: sufficiatq; mutui
Æris obligationem nunc modo meam efferas,
Nemo vbi est superstes illam qui à silente flagitat.
Ergo surge Musa, surge Musa homo atq; passibus
Insolentibus Monetæ scande matris atria.
Verna queis præest Iuuentus & cohors Cupidinum;
Literisq; ibi quadratis sic stylo scribe aureo:
Totq; tantaq; vltro Huttenus exuli fecit bona,
Exuli fecit Grutero tanta totq; vltro bona,
Nomen vt expungere vnquam se illud haud putet, nisi
Publica heic professione sic palam pependerit.

Epitaphium eiusdem.

Qui siccis oculis Hutteni marmora transit,
 Omnis eruditionis ac virtutis est egens.
Hoc etenim tumulo cinnus concinnior, eheu,
 Omnis eruditionis ac virtutis delitet.

Manibus Friderici Taubmani.

Ergo etiam mortis cumulas Taubmane triumphos,

Dum tibi adhuc nigrat florida barba genas?
Nec tantum potuit virtus doctrinaq; saltem
Ditis vt intrares serior vmbra domos?
Ah non. quin nequiit, ne tecum prorsus abirent,
Flexanimusq; iocus, corditrahusq; Lepor.
Quid loquor? imo Cupido, imo Semeleius Euan,
Tecum imo Charites Pieridesq; iacent.
Illaq; nuda Venus, nulliq; iniuria Siren,
Sandapilæ tecum triste subiuit acer.
Quid dicam vlterius? tecum Taubmane voluptas
Desiit esse hominum, desiit esse Deum.

Manibus Dominici Baudii.

Dum mei florentiore Baudii melisinate
Alloquor manes eisq; iusta iusta molior;
Gratiæ Nouensilesq; vno ore visæ dicere:
Quid fatigas teq; nosq; ? Baudio præconium
Maximum est fauere linguis, ne loqui de Baudio.
Quippe vt hic & ille & iste & iste cuncta dixerit,
Baudium laudare nemo quiuerit quam Baudius.

Ad P. Bertium. P. Scriuerium D. Heinsium, D. Heremitam.

Quatuor Aoniis carissima corcula *Musis*,
Poste quibus toto fons patet vber equi;
Inq; comis quorum laurus Daphnæa superbit,
Quæ Clariæ vmbellam præstitit ante Chely.
En vobis primæua mei ludicra iuuentæ,
Queis sua nec mors est, queis neque vita sua est.
Ossa per exsuccam lucent candentia pellem,
Pesque manusq; suas nescit obire vices.
Præ lacrimis acies habet vtraque luminis, auris
Surda est, cor hiemat, mens stupet, exta ruunt.
Lingua valet tantum, si linguæ nomine digna est,

Verba

Verba quibus vix fas articulata loqui,
Sæpe quidem libuit tam turpes mittere partus,
Illuc vnde aliquem posse redire negant.
Sed simul ac generis subiit communio; tam trux
Propositum pietas noluit esse ratum.
Et tamen iis nequeam cum procurare salutem,
Ac quauis pereant terque quaterque die:
Vos ipsis quæso pœnarum imponite finem,
Ne toties animam semper agant, nec agant.
Aut si quæ superat *Phœbo* medicina magistro,
Cuius in integrum restituantur ope,
Ne graue sit nostro quiduis tentare periclo,
*V*stio siue placet, sectio siue placet.
Quippe quid haud faciam vitæque necisque potentes,
Spes quibus ante diu nulla superstes agit.
Imo cutem si forte ex vsu demere totam est;
A membris totam diripitote cutem.
Hoc pacto periit misere scio Marsya: sed quid?
*A*nguis item contra sic iuuenescit anus.

FRAN-

FRANCISCI HÆMI INSVLENSIS

Consecratio mensæ.

OMnia qui vegetas, qui vultu cuncta seren as
Christe, tuo, precor huc tacito delabere motu:
Felicesque epulas, fœlicia pocula nobis
Esse velis, animosque adeo præsentia nostros
Exhilaret tua; teque cibos cyathosque per omnes
Commisce, sapiant vt te potusque cibusque.

In D. Franciscum.

Phœbus adest oriturque dies: da plectra lyramque
O puer: Aonium nunc mihi carmen eat.
Phœbus adest oriturque dies quo maximus heros
Cœlica deposito corpore regna petit;
Vmbria felici quem protulit omine diues,
Atque caput tanto tollit ad astra vero.
Cui dedit incultum spelunca cauerna cubile,
Cui dedit optanti vulnera quinque Deus.
Vix bene prima nouos ætas superauerat annos,
Vix certo dubiam calce premebat humum:
Iam pietas, iam cana fides lucebat in ipsa
Fronte decensque pudor, relligioque Dei:
Ceu flos in tenera nitidum caput exerit vmbra
Afflauit Zephyri quem venientis odor.
Inde vbi plena suis accessit viribus ætas,

Et cepit molles barba notare genas,
Jam penitus mundi luxum strepitumque perosus
Bellaque Christicolas in acerba Duces
More Prophetarum veterum loca sola requirit,
Inuiaque & nullis cognita rura viris.
Inde sibi media legit de plebe sodales,
Instruxitque piis artibus ipse rudes.
Hortatur summi vestigia carpere Regis,
Atque humiles curas ponere quemque iubet.
Hæc cum dicta daret volucres, mirabile dictu,
Aduolitant, sæuæque obstupuere feræ.
Bellabant alii Solymæ prope mœnia sacræ:
Namque Syras bello Turca premebat opes.
Ipse hostes contra fidei cœlestibus armis
Stabat & illorum dilacerabat opes.
Macte animo, fidei moles fortissime nostræ,
Christigenûm vindex Christigenumque decus:
Per te victus abit nequissimus hostis ad Orcum.
Pulsaque de Christi crimina multa domo.
Sis facilis pater & famulos placido adspice vultu,
Paruaque quæ ferimus consule dona boni.

In laudem nominis Iesu.

O dulce nomen, ô suaue plurimum,
O omne supra amabile
Nomen, piorum quod fouet quod recreat
Imi recessus pectoris,
Raraque mentes induit dulcedine:
Suauius tu nectare,
Quo turba nunquam satura pascit cœlitum:
Tu melle melleum magis,
Apes odoris quod legunt e floribus
Solis sub ortum lucidi
Tu literis sculpi mereris aureis,

Aut si

Aut si quid auro dignius,
Præstantiusque. nil facit vel marmoris
Eborisque candor Indici
Ad nomen istud ægra morbis corpora,
Atraque mortis proxima
Malis repente liberantur omnibus.
Ad nomen istud mortui
Repente clausis è sepulcris prodeunt:
Puri sub oris luminis.
Vsusque mutis expeditus redditur.
Linguæ:expedita redditur
Vis audiendi,perperam quorum suo
Funguntur aures munere.
Ad nomen istud strata ponunt æquora
Minas sonantis gurgitis:
Tacent procellæ, nulla prorsus excitant:
Eurus Notusve murmura:
Vt oua paruæ cum fouent Alcedones
Tergo loquentis marmoris.
Ad nomen istud obstupescunt Dæmones,
Horrentque.nec facessere.
Morantur vsquam iussa . quin iam tempore:
Possessa longo corpora
Repente linquent,ac fatentes stridulo
Suum dolorem murmure:
Salue salutis nomen auspicium nouæ:
Mortalium ex æquo omnium
Tibi caput submittat & curuet genu:
Tibi supplices tendat manus
Quisquis beatus viuit inter cœlites
Alto receptus æthere:
Quisquis iacentes incolit terras procul,
Aut lata sulcat æquora:
Quisquis tenebras viuit inter & cruces
In luctuoso Tartaro;

Tu dulce ſemper adueni, tu amabile
 Dies mihi per ſingulos:
Te mane verſu prædicem te veſpere.
 Tu nocte crebro per velim
Animo recurſes, cuncta cum ſilentium
 Agunt profundum. cum ſui
Mens iuris eſt, & explicat vires ſuas
 Penniſque nitens arduis
Errare gaudet lucidum per æthera
 Sic ô dies meos agam;
Et quidquid huius eſt adhuc vitæ ſuper.
 Sic ô quieſcam patribus
Sepultus vna cum meis. ſic ſpiritus
 Noſtro recedat corpore
Vadens in auras liber, vnde venerat:
 Id Chriſte faxis, id pater
Æterne Chriſti; Flamen id ſacerrimum:
 Queis ſit tribus, queis ſingulis
Decus, poteſtas, laus, honos, & gloria
 Per omne ritè ſæculum.

IOANNIS HAPPARDI

De temporum calamitate querimonia.

QValis deſerta iacuit Minois arena,
 Theſeaque ad ſurdas mœſta vocabat aquas:
Qualis erat mater tunc cum plorauit Achillem,
 Nereideſque omnes, Nereidumque pater:
Qualis & Euadne, nitidos reſoluta capillos,
 Adſpexit miſeri corpus inane viri:
Vtq; parum Fauſtis ad opem moriturus in herbis,
 Pro lacrymis tenui gutture cantat olor:

Sic

Sic ego, placari possent si fata dolendo,
  Non memini siccis tot mala nostra genis.
Ah quoties subiti certam mihi funeris horam
  Auguror, & structos in mea fata rogos!
Ah quoties vouisse aliquid, lacrimasq; dedisse,
  Irritaque effectu verba carere pudet!
Nam puto, sentimus meritam si numinis iram,
  Iampridem est annis illa piata suis.
An genus hoc fati, quod iam commune tenemus,
  Vitaque ad extremum nubila semper erit?
Paruus adhuc linguæ studio, gressusq; tenebar,
  Cum primum patriæ pessima cœpit hiems.
Omnia nam memini, subito plangore sonabant,
  Inq; genas multis impetus ire fuit.
Mœsta sinum lacrymis mater perfusa sedebat,
  Plurimaque in vultu signa doloris erant.
Ipse etiam luctus flebam quasi conscius essem,
  Sed rudis ad caussas, nec satis aptus eram.
Clamabam, miseros cur sic petis vngue capillos?
  O mea me mater sospite viue, precor,
Sed tamen hæc paterer, (quid enim moderatius illis?)
  Si non perpetuo sint toleranda mihi,
Vtque solet fieri tumidis inamabile ventis,
  Interdum positis fluctibus ire fretum:
Sic ego cum tulerim primis patienter ab annis
  Plurima, iam fato prosperiore ferar.
Quis magis ad Troiam duro vexatus Vlysse?
  Incolumis patriam contigit ille tamen.
Ipsa etiam belli tetigerunt Pergama finem,
  Et cedit nobis Troia, minusq; tulit.
Cum duce Neritio geminos hæc sensit Atridas;
  Turpe quibus caussam non tenuisse foret.
Crimina quæ vitiant, quæ nos periuria damnant?
  An capere insanus tela coegit amor?
Troes in armiferæ viuebant collibus Idæ,

Ipsa ferè genti prœlia, lusus erant:
Nos magis adsueti, tumidis confidere ventis,
Perque freta instabiles ducere longa rates.
Denique cum caderent, bis quinos victa per annos,
Pergama; credibile est, dedoluisse semel:
Nobis incerta captantur murmura famæ,
Pectoraque ambiguo fracta timore labant.
Quæque alios semper refugit fortuna petitq;
Heu nimium nostris perstat iniqua malis.
Quam benè sub laribus patienter viuitur arctis;
Qualia falciferi regna fuere senis!
Præmia tunc aberant belli, cum paupere cultu
Non foret in parua viuere turpe casa.
Nondum Pleiadas, nec te Cynosura tenebant,
Quæque fauet dubiæ stella nocetue rati.
Nondum Palladia sollers ope tutus Iason,
Presserat ignotas vellere diues aquas.
Non oleæ, non vitis erat, sine limitis vsu
Viuebant, nullo sollicitante metu.
Prò dapibus glandes, maturaque farra legebant,
Tectaque adhuc siluis tuta latebat auis.
Simplicitas tunc grata fuit, facilesque puellæ
Ibant diffusis ipsa per ora comis.
Bella quidem nec adhuc norant, tamen arma gerebant,
Inque feras stabat pro lare quisq; suo.
Pax erat & media securi pace coloni
Cogebant tardos sub iuga panda boues.
Nunc ea miramur, nec priscis credimus annis;
Stultaque simplicitas, dicimus illa fuit.
Nunc opus est vallòque lares, foribusque tueri,
Munitasq; armis accipit vnda rates.
Nunc validi iuuenes, fune cito & idonea bello
In pretio est ætas, ante senilis erat.
Et licet Admeti vincas aut Nestoris annos,
Si forti non sis robore, vilis eris.

Iam

Iam fuerit indomitus Mars, dira licentia ferri
Omnia conquassat. paxq; quiesq; iacent.
Numina Pieridum pedibus suppressa videmus,
Gradiuus studiis non sinit esse locum.
Quocumq; adspicias: nil non miserabile cernes:
O nimium patriæ certa ruina meæ!
Sol vagus, & tristes præbent subeuntia vultus
Sidera, formosos inficiuntq; dies.
Et quasi sentirent, volucres lugere videres,
Inque suas rigidis vnguibus ire genas.
Adspicis vt primis segetes moriantur in herbis?
Aruaque pugnaci proterat hostis equo?
Sanguine miscentur fluuii, fontesq; lacusque;
Pascua funeribus luxuriantque suis,
Atque reliquis rigido campum fissurus aratro,
Ceperat inuita rustica tela manu.
Nec mora, quid demens & ait temerarius opto,
Vt meus in ventos hic labor omnis eat?
Scilicet ipse Notos cultis, Zephyrosque timebo?
Quæq; mea non sint falce metenda, feram?
Ipse precaturus votiuis candida templis
Dona feram; donis alter habebit opem?
Dixerat. & lacrymis subitò pudibundus obortis
Pergit ad angustæ limina parua casæ.
Ah quando melius digna nece fata luisset,
Qui primus teneras egit ad arma manus!
Ille fuit verè ferro nutritus. acerba
Qui mouit primus bella, aciesque tulit.
Heu quoties lugere suum noua nupta maritum
Cogitur, & mœsti funeris esse comes!
Conueniunt, miseræ pariter planguntq́; puellæ,
Hæc laniat crines, vnguibus illa genas:
Altera per tumulos præceps, & busta mariti
Fertur vt ad sacros Mænas itura choros.
Quò ruitis? remanete, precor, quicumque per arma

Audetis vestras contemerare manus.
Culpatur Phædræ coniux, culpatur Orestes;
At minus ille nocens, & minus ille nocens.
Pirithoum Theseus temerati crimine lecti
Suspectum, patria cedere iussit humo.
Alter in Ægistho nimium miserabilis vltor,
Abstulerat matri quod prius illa viro.
Quæ vobis furiæ; quis criminis auctor adulter?
Non solet hic sæuis impetus esse feris.
At bene conueniunt nostris hæc secula fatis;
Ferrea nunc ætas, ferrea turba sumus.
Vt noceant aliis, hiemem patiuntur & imbres;
Crede mihi, est illis mors quoque pœna leuis.
Non impune tamen: testes Ixione nati,
Herculis irata cum periere manu.
Sumserat Oiclides, motus prece coniugis, arma,
Scilicet Oiclides occidit ante diem.
Quid? non Euristhei furiis agitatus iniquis,
Qui matre Alcmena, qui Ioue natus erat,
Quiq; domum Phœbi meritis impleuit vtramq;
Creditur ipse suis ingemuisse malis?
Mille duces Troiam curuis petiere carinis;
An tamen incolumes mille fuere duces?
Respice Phylacidem, fato qui primus iniquo
Aduectus Phrygiam: sanguine sparsit humum.
Respice Naupliadem, nil non meruisse iuuabat;
Vltimaque in falso crimine damna tulit.
Quinetiam Danaûm vindex fatalis, Achilles
Occidit, inuicto tela tenente Deo.
Sæpe Thetis questa est, dixitq; precantia verba,
Et lacrymis molles immaduere genæ.
Sæpe etiam cupidis natum complexa lacertis,
Me miseram, dixit, cur moriturus abis?
Namque ita ne nimium sumptis sis fortis in armis;
De tribus vna mihi vaticinata fuit.

Respice

Respice me potius, fessum que ætate parentem;
Exigit officium tam pia causa tuum.
Et face vt Atridæ rapta pro coniuge pugnent;
Vindicet offensas læsus vterque suas.
Quæ tibi causa viæ? num te quoque Troicus hospes
Iratum potuit demeruisse sibi?
Siue tamen properas, abituraque vela parabis,
Siue manes, miseræ sis memor vsque mei.
Nec satis hoc fuerat, Nereus retinebat euntem;
Sic Danais Nereus vaticinatus erat:
Inachi turba mane, non est sine vindice Troia?
Hei mihi, quo properas? Inachi turba mane.
Quid tibi cum Tenedo? quid cum Priameide terra?
Hectora si nescis, Deiphobumque vide.
Vos quoque Tantalidæ sero damnabitis iram,
Cum rapiet vestras impiger Hector opes.
Sed non bis Danai monitis, nec matris Achilles
Paruit; & pœnas morte dedêre sua.
Scilicet est rigidi ius irreuocabile belli:
Pugna nocet, meritis nec locus vllus adest.
I nunc, armiferæ votum molire Mineruæ,
Dignaque cum plausu præmia miles habe.
Captaque cum titulis victorem turba sequatur,
Temporibus vultu conueniente suis,
Quin potius pax alma veni, constrictaq; ferro
Martia cum bustis sint procul arma suis
Aut etiam deserta licet post bella supersint
Arma, sed in solas irreligata feras.
Tunc pia fumosis adolebit cinnama templis;
Optabit multos tunc sibi quisque dies.
Tunc validis durum tantis adiunget aratrum
Rusticus & molli semina sparget humo.
Et modo flauentes spicas, modo colliget vuas,
Et ponet merito spicea serta Deo.
Hæc ego nunc, nec enim quidquam sapientius optẽ,

Dii modo sint faciles ad mea vota, precor.

FRANCISCI HARDVINI GANDAVENSIS.

In obitum Abrah. Ortelii, Desiderium.

Scilicet vt nostro subducit lumina Cœlo
Phœbus, & aducto vespere flectit equos
Antipodum ad populos, pergratâ quos v ce lustrans;
Ipse suum gaudet participasse iubar;
Nox subit, & tenebris complens Terramque Polumque
Vt sint grata minus quæ placuere facit.
Haud secus Orteli, tuus hic vbi desiit ortus,
Et noua cœpisti fulgere stella Polo,
Cuncta hominum opnûpsti funebri corda dolore,
Corda quibus cordi dia Mathesis erat.
Atque à te varios in mundo discere Mundos;
Solis & æterni noscere vtramque domum,
Omnes hi immersi cœcæ caliginis vmbris,
Non minus atque suo remige nuda ratis
Fluctibus errorum nunc huc pelluntur & illuc,
Nec portum veri deuii inire queunt.
Ergo igitur felix Orteli si qua tuorum
Sedibus Æthereis cura relicta manet;
Exere, quæso, tuum diuini luminis astrum,
Et recta errantum vela reflectere viâ.
Sic neque te vincet famâ Cynosura, Pharosve,
Sic neque te vincet gloria Tyndaridum.

Iu-

In obitum Gul. Assonleuilii Christophori F.

Ergo hæc decreto stat lex sancita Deorum,
Abstineat nulli mors vt acerba manum:
Sed rapiat quemuis nullo discrimine, & vnam
Quodcunque est hominum cogat inire viam:
Non formæ aut sexus rationem aut stirpis auitæ,
Denique non morum non pietatis habens?
Crudelis lex hà. Mors hà crudelis & his vos
Simplice crudeles plus vice Væ superi!
Iam demum experior; non vos vnquam vlla momordit
Cura hominum: cœlo vilior ista cluit.
Interea blanda prece, thure litamus & auro,
Spargimus & crebris limina vestra rosis:
At non porrò ego sic: intempestiua sororum
Pensa secaturas nec cohibere manus
Si nihil ista valent atqui nihil ista valere
D'Assonleuilla est testis acerba domus.
Quæ magni natum patris & decus & solamen,
Atque vnam senii spem requiemque sui
Heu nimis inuiso cine factum cernere busto
Cogitur. & lacrymis polluere ora piis:
Et quos debuerat Naturæ lege Parenti,
Hunc ipsum proli iam facere inferias.
O pudor! ô humanarum delusio rerum!
Et semper vitæ fata maligna bonæ!
Eius sunt tolerandi obitus. quem grandior ætas
Duxit & ad metam curua senecta suam
At tu sub prima raperis, Gulielmi, iuuenta,
Et nondum medios occidis ante dies.
Non temerè ante dies vel messis tempora, aristas
Quantumuis auidus demetit agricola;
Aut immaturas decerpit vinitor vuas;
Rusticus & nisi sint mitia poma legit.

Tu

Tu tamen ah patriæ ſegetem creſcentibus herbis
Intempeſtiue ſubdola Parca metis;
Dum iuuenem hunc truncas immiti fûnere, & audes.
Pendula adhuc plena fila ſecare colo.
Et te nec Pietas mouet illius, & ſibi recte
Conſcia. & à turpi mens aliena probro,
Grataque ſimplicitas, nuda integritaſq; fideſq;
Relligio & priſcis tradita vt extat auis:
Denique non animi candor, non gratia morum,
Totaque inoffenſo vita peracta pede.
Quæ pol cuncta tuam falcem neſcire decebat,
Æternumque ſuo viuere cum Domino:
Ingenii vt taceam dotes & pectoris artes,
Queis inter ſocios non ſecus enituit,
Quam ſplendere ſolet nocturno tempore Luna,
Fraternis inter dum micat aſtra comis.
Nam cuinam Sophiæ licuit penetrare receſſus
Altius, atque hortos docte Epicure tuos?
Qui quod Ariſtoteles, & habet diuina Platonis
Pagina. quodque ſuos Stoa ſeuera docet,
Nouerat & quidquid pariter Graia atque Latina,
Et vetus atque recens continet hiſtoria.
Vos quoque vos teſtes ſanctiſſima numina Muſæ:
Caſtalias quantum ſit veneratus aquas:
Tuque adeo ante omnes Muſarum gloria Phœbe,
Auſpice quo merſit largius hiſce caput.
Nec cuiquam tibi quam mage flebilis occidit, ô ſi
Præ reliquis artes extulit ipſe tuas.
Tam bene ſed de te merito ſuccurrere myſtę
Debueras medicæ Phœbe repertor opis.
Verum age dic ſodes quæ te tunc teſca locorum
Occulerunt, vel quæ cauſſa morata fuit,
Cum primum illius tentaret viſcera morbus,
Lethalique daret languida membra toro?
Poculæ tunc vbi erant, vbi ſucci, & gramina, & herbæ?

Horum vbi tunc vsus? tunc vbi dia manus?
An tua te tenuit Delos, an Delphica Pytho?
An vero Lyciæ sacra rubeta tuæ?
Atque istic potius te tunc sopor altus habebat
Dulcisonum ad murmur lenè fluentis aquæ?
Pro pigror torporque! & nos sacra turba vocamur
Scilicet & curæ dicimur esse tuæ;
Vt te sic stertente & colludente repente
Oppressi, ad nigri limina nigra Dei
Sistamur, pauci miscendi pluribus vmbris,
Non gnaris gnari, non rudibusue rudes!
Et nos porro etiam studio impallescere & æuum
Conterere in rerum cognitione iuuet,
Hincque sibi ante annos capitis arcessere canos,
Et noctes lippis euigilare oculis?
Phœbe vale pariter cytharæque lyræque valete;
Quin valeant arcus & tua tela pater,
Queis olim strauisse refert Pythona superbum,
Plane in ridiculum fabula ficta iocum:
Quando equidem haud mortis potuere retundere falcem,
Et tibi deuotum hoc asseruisse caput.
Sed quid ago & quorsum me fers petulantia linguæ?
Cur iacis in magnos aspera verba Deos?
Phœbe ignosce precor; læsique ignoscite diui:
Non culpa hic vestri criminis vlla subest.
Nam rata stat Parcis hæc lex adamante moueri
Non vi, non merito, non prece, non pretio:
Sed quemcunque semel mens harum destinat Orco,
Non illi vitam proroget ipse Iouis.
Saltim hoc Phœbe tuũ est, quod non ille omnis obiuit,
Et quod parte sui sit meliore super.
Quare agedum, Guilielme, aliquis si sensus in vmbris,
Vt certe est, isthoc nomine plaude tibi.
Atque adeo imprimis tua quod Res publica vatum

Nomina

Nomina non meritâ laude carere sinat:
Quodq; tuos Maneis veneretur honore sepulchri;
Quod non longa dies diruat aut senium;
Sed laudum memor in centum stet sæcla tuarum,
Facta vbi erunt aurum marmor, & æra cinis.
Sentis immiti te vt plangat morte peremptum
Meyerus ad duplicem voce gemente lyram
Sentis vt triplices nimium crudelia Parcas
Numina Pantini docta Camœna vocet?
Vrgeat vtque tuam numerosus Lautius vrnam,
Et Liefvelt Flandro Belgicus ore Maro?
Qui licet ingenio superent me singuli & arte,
Attamen officiis non ferar esse minor.
Sed taxo implicitus soluam tibi iusta quotannis,
Et spargam tumulum lacte meroq; tuum.
Interea hos questus atque hos nunc accipe luctus:
Sic ô sit cineri pax, Guilielme, tuo.

Maximilianus de Vriendt. Anagr.

Anumam Rex Delius indit.

Dum mecum Aonio stillantem nectare venam
Carminis obstupeo, docte Poeta, tui;
Et Genium, Veneresque & non sine pondere & arte
Hinc sale conditos mellitis inde iocos;
O quoties dixi, non hæc sine numine Diuûm,
Non hæc humana dexteritate facis!
Sed reor, ista facis Phœbo duce, & auspice Phœbo;
Maior enim humano spiritus iste sono est.
Fallor? an hoc ipsum sic firmat & innuit esse
Hoc anagramma tui nominis omen habens?
Omen habens anagramma anumam Rex Delius indit.

O tibi

O tibi non olim nomen inane datum!
Nomen, sed ratio quod constans finxit, & in quo
Hoc quod es, occulte Di voluere regi.

In max. Vriendii libros Epigrammatum.

Post obitum in varias animas decedere formas,
Adducor tecum credere, Pythagora.
Vrientius in caussa est, salso cui tincta suaui
Aurea tam lepido carmine vena salit;
Bilbiblicum vt iures ipsi immigrasse Poetam,
Aut ipsum quondam Bilbiblico potius.

Iusti Harduini Francisci filii in contrariam sententiam.

Pace tua Pater, est Samii sententia vana.
Et vetat hanc sanam credere sana fides:
At quondam extrema moriens testatus in hora:
Bilbiblicus Vriendo plectra lyramque dedit.
An mirum est igitur, si tersa Epigrammata scribas,
Condiat & parili mellinia atque sale?

DANIELIS HEINSII
ELEGIARVM LIB. I.

Iosepho Scaligero Musas suas, commendat.

QVid mihi barbaries faciles in carmina Musas,
Aut hederas damnas, dulcia serta meas?
Nil mihi vobiscum est. satis est si cætera desunt,
Inuidiam merui, nec pudet esse reum.
Degeneres animi, lepidis gens inuida curis,
Nil mihi vobiscum est, me meus ardor agit.

Me procul in saltus, habitataque culmina quondam
Vatibus innocuis, priscaque rura vehit.
Quo vocat ardentes Erato formosa poetas,
Et Veneri blandam iungit amica manum.
Ganda faue: tibi sacra fero: sternutat Apollo,
Ominaque à dextra candida reddit auis.
Ipsa Venus nuper placido subriserat ore,
Vexerat & numeros ad sua tecta meos.
Blandaque riserunt mortales numina curas,
Carminaque attentos detinuere Deos.
Et mea nunc toto iactantur carmina cœlo,
Et mea festiuus carmina discit Amor.
Macte anime; audendum est: tenui tranabimus aura,
Summaque rademus littora: Liuor abi.
Quam iuuat angustis animum submittere rebus,
Æquaque naturæ dicere posse meæ,
O virides lauri Musarum, blandaque Tempe,
Et teneræ myrti, caussaque amoris amor,
Famaque, quæ doctæ Venetis non aspera genti
Crederis æterna cingere fronde caput,
Huc ferimur: via rara patet; nec cognita vulgo.
Hoc satis est arctum Musa teramus iter.
Sat mihi sit mites inter placuisse puellas.
Hæc mihi gens iudex, hæc mihi lector erit.
Hinc veniat laurus: satis hæc victoria nobis.
Militiæ maneat terminus ille mihi.
Non tamen vt toti nequeam dare lintea vento:
Aut mea sub duro pondere cymba gemat.
Iam mihi Burdenos mens est deducere Diuos
Altius, & vultus Ruppia sancta tuos.
Quæ tibi nam certet rapidi Lucretia fati,
Penelopeue animos opposuisse suos?
Ruppia ter felix animi, tibi maximus ille,
Sub Latio ardentem dum Ioue versat equum,
Nescius hostili quicquam concedere ferro,

Suc-

Succubuit lachrimis Nympha pudica tuis.
Succubuit placidisq; genis, teneroque pudori,
Tantaque tam paruus pectora flexit *Amor*.
Illinc Iuliades nostro se miscuit orbi,
Et nimio ingratam lumine fecit humum.
Dignior illustres inter vixisse Quirites.
Haud capiunt tantos sæcula nostra *Deos*.
O animæ, ô Brenni genus, inuictique nepotes,
Fortunæ ô nimio fulmine tacta domus,
Scaligerum genus, ó æterni Cæsaris vmbra.
Hinc decus hinc nobis surgere pergat honor.
Iam mihi mens circum trepidis subsultat anhela
Motibus, & primo laudis amore calet,
Scintillasque animo nec lentos concipit ignes,
Et rapiunt dubias nomina tanta manus.
Liuor abit rege vela pater cursumque poetæ
Iuliade. vates regia turba sumus,

Ad Nic. Heinsium è Gallia reducem.
Eleg. II.

Ergone tam gratas potuisti linquere terras,
In Batauosque, Heinsi, nostraque regna venis?
Hactenus in nostris potuisti hærere pruinis,
Nec tua mitis adhuc pectora flexit amor?
Liuia iam mœstis lachrimas destillat ocellis,
Et quæritur fluxam sola relicta fidem.
Dinumerat cunctas miseranda ex ordine noctes,
Dinumerat cunctos sola relicta dies.
Forsitan & pontum lacrimans prospectat & vndas,
Quotque videt puppes, tot putat esse tuas.
Et modo crudeles caussatur nescia ventos:
Et modò turbatas nescia culpat aquas.
Et modò de Batauis scrutatur multa puellis:
Scilicet an placidas gens ferat illa deas.
Et timet infelix, alio ne saucius igne,

In Batauis certos fixerit ille lares.
Blanda Venus, quantis iactatur pallida curis!
Blanda Venus, quantum pectora versat Amor!
Et modo rumores populi scrutatur, & horret,
Perfidiæque omnes damnat iniqua viros.
Tu procul horrentem percurris frigore Rhenum,
Et medio vinctam flumine tundis aquam.
Hic vbi turba leuis teneri glomerantur amantes,
Et sequitur faciles iuncta puella viros,
Hei mihi, si nescis, media Venus errat in vnda,
Materiem culpæ quam dabit illa tuæ!
Aspicies blandas celeri pede currere Nymphas,
Et cupies placidas iungere posse manus.
Ah miser, ah hic dum pedibus talaria nectes,
Officii precium, basia bina feres.
Interea longas queritur tua Liuia noctes,
Et nimium tardos currere solis equos.
Scilicet ignorat Bataüas tua Liuia lymphas:
Vt Venus in mediis aurea regnet aquis.
Ah tibi cor circum glacies tenet, ah tibi pectus,
Quæ Batauûm vinxit flumina, vinxit hyems.
Ferree, si te nec lachrimæ tenuere, nec illa
Brachia, quæ collo succubuere tuo.
Ferree, si te nec gemitus, tristesque querelæ,
Quæque suos poterant tangere verba Deos,
Cùm male turbato nimiis singultibus ore
Defuit in voces vltima lingua suas.
Cùm tibi pro verbis tepido modò basia vultu
Soluit, in amplexus tota soluta tuos.
Sedula cùm mœstos genitrix vix sisteret imbres,
Adderet &: reducem iam feret ille pedem.
Ille pedem referet? media qui fixus in aula
Crudeles aquilas, Martia signa, gerit.
Iupiter! vt cuncti potius pereatis amantes,
Quàm fundat lachrimas vna puella suas.

Scilicet hic ardes patrios reparare triumphos,
Vtque tibi victus cedere discat iber.
Interea blandus Veneris languescat vt ardor,
Eque tuo sensim pectore cedat Amor.
Falleris ardentem sequitur Venus aurea Martem:
Semper amatori proxima Diua suo est.
Illa soles tristes vlcisci militis iras,
Et nimios ausus altaque verba domat.
Di faciant, densum quoties prorumpis in agmen,
Hic subeat vulnus quod tibi fecit Amor.
Hic lachrimæ subeant, subeant oculique genæq;
Hic subeant agiles in tua colla manus.
Hic subeat qualis primum tibi visa placebat,
Cum rudis ignoto læsus ab igne fores.
Ah miser, ah cede placido crudelis amori,
Et fluet e digitis ensis & hasta tuis.
Protinus occurret tua Gallia spesq; fidesque:
Nec tibi quid vocis, nec tibi mentis erit.
Licet, ardentem galea circumdare vultum,
Terribilisque alto vertice surgat apex.
Cristaque summa leui circum tremat icta ventos:
Et subeat nutus tota Medusa tuos;
Paruus amor iuncto sua fert vestigia passu,
Et sequitur gressus, corpus vt vmbra solet.
Nos, Veneris pia turba, leues sectemur amores:
Et gremium dominæ sint mihi castra meæ.
Hic ego crudeles contemnam fortiter enses,
Cunctaque quæ fuerint spicula missa feram.
Diua Venus Venerisque leues faueatis Amores:
Hæc series vitæ tota futura meæ est.
Gaudiaque, & mites obliquo lumine risus.
Inuideant somnis classica rauca tuis.
Me tantum capiant insani obliuia belli,
Solaque pax Belgis nunc aliena veni.
Hoc mihi pro pietate mea concedite Diui.

Digitized by Google

Rus procul vt patrium, paruaque tecta colam.
Heic maneam,& mea vita simul : sic alter & alter
Heinsius arma geret, Heinsius arua seret.

Ad Petrum Hondium. Eleg. III.

Qui Veneris blandos poterit contemnere vates,
Heu nimium mites non amat ille viros.
Ferreus est gentem quisquis non diligit illam:
Nullaque pacatæ semina mentis habet.
Non leuis ambitio,non nos male sana cupido:
Non scelerum cæcus pectora tangit amor.
Sed placidi mores,teneræq; in carmina vires,
Et precium genti Calliopea suæ.
Priscaque Saturni gens.& pietatis imago,
Relliquiæ diuûm iustaque cura sumus.
Miramur placido ridentes ore puellas:
Miramur niueas & sine labe manus.
Miramur teretésque genas;miramur ocellos:
Materies operi sufficit illa suo:
Nauita turbatus geminam circumspicit Arcton,
Et duce desertam sidere quærit humum.
Nos dubii blandos dominæ sectamur ocellos,
Expediunt nostras sidera bina vias.
Quod scelus est blandam, Superi, spectare puellam:
Hæc Helice nobis,hæc Cynosura venit.
Hanc mihi si demas, mediis iactabor in vndis:
Naufragus hanc,Hondi, si mihi tollis,ero.
Te quoque Pieridesq; meæ, Cythereaque mater,
Et tetigit leni vulnere primus amor.
Nec fugis aut metuis lepidæ formosa puellæ
Lumina.nec quicquam carminis instar habes.
Per superos.per si qua,rogo,formosa putatur,
Et tibi si quicquam,quod puto , dulce fuit,
Ne tibi sit quenquam teneris præferre poetis:

Nil

Nil magis innocuum vatibus esse puta.
Testis erit miti subridens Putschius ore,
Putschius, antiquæ simplicitatis amans.
Puraque mens nobis niueum pectusque manusq; est,
Ipsaque simplicitas credulitasque nocet,
Exulat è toto fraus pectore, visque metusq;
Et procul è toto pectore liuor abest.
Læuaque suspicio. quia nil meruisse putamur,
Atque alios similes mens sibi nostra facit:
Accedunt comites, gens geniosa, libelli,
Voce carens omni, garrula turba tamen.
Spesque leuem semper placido fouet omine mentem,
Et subitò votis pectora nostra calent.
Mox vbi mors blandos veniens dissoluit amores,
Blandaque supremus corpora somnus habet,
Excipit arridens teneram Venus aurea mentem,
In gremioque animam colligit illa suo,
Deliciasque suas, tepidosque instillat odores,
Agminaque in tenuem dulcia mutat auem.
Quæ leuibus pascit sese lachrimisq; iocisq;
Queis malà pacatus semper abundat amor.
Inque oculis nidosque suos roseisque labellis
Figit & auctæ leui flumine roris agit.
Improba barbaries tumulum calcamus & vmbras.
Dispereat totum quem sibi poscit humus.
Me blandus delectet honos. date mollia Diui
Tempora, ne tellus sit metuenda mihi.

Elegia I V.

Hei mihi curarum series aduersa mearum:
Et nimium duros in mea fata Deos.
Vix bene iam primam potui distinguere vocem,
Vix puer, infelix, & tamen exul eram.
Exul eram, patriasq; domos, sedesq; reliqui,

Digitized by Google

Ignarus patriæ, nec minus ipse mei.
Quæque tuos alii mirantur Flandria campos,
Et gelidos saltus ruraque digna Deis,
Sæpius audiui rerumq; in imagine tota
Mens fuit infelix, ingemuitq; tibi.
Hoc vnum potui: lachrimasq; ad nomen inanes
Effudi, & gemitus mœstaque verba dedi.
Cætera felices faciant, quibus ocia syluæ
Blanda tuæ præbent, nec peregrinus ager.
Ad quorum patriæ concurrunt carmina Nymphæ,
Et pellit subitam lympha paterna sitim.
Diua parens, testor virides tua numina Nymphas,
Et patrios testor, numina nostra, lares.
Non ego, sancta, tuis merui decedere terris,
Nec metuenda tibi perfidus arma tuli.
Non prædas aliena tuas ad littora verti,
Nec verti rabidas in tua tecta faces.
Sum reus infelix: hostem patriæque suumque
Fugit: & hoc vnum mens mea crimen habet.
Sic Batauos fines, nec inhospita venimus arua.
Hic quoque si fas est cognitus exul ero.
Hic etiam doctus deuouimus ocia curis,
Graiaque gens oculos detinuere meos.
Penè fuit tanti patriis decedere terris,
Inque peregrina ponere gente pedem
Ne tamen ô si quid pietas mereatur amorque
Pœniteat nati, maxima Ganda, tui.
Sunt mihi, quas possunt alii sperare, Camœnæ.
Si dubitas, natus Cæsare testis erit.
Vt tamen optatæ renouentur tempora pacis,
Marsque pater Belgis finibus exul eat,
Non mihi ciuiles mens sit componere lites,
Nec veniam trepidis portus & aura reis.
Heinsius antiquum procul hinc secedet in agrum,
Heinsius optatæ sæcula pacis aget.

Cumque

Cumque suis blande confundet tempora Musis:
    Et patrios fines, & sua rura colet,
Hic taciti lætis voluentur cursibus anni:
    Nouerit & vatem Flandria sola suum
Rossa comes tantum faciles spirabit amores.
    Vna voluptatis pars erit illa meæ.
Illa mihi noctis tacitas sermonibus horas,
    Et nimium longos non sinet esse dies.
Interea surgent gens dulcis ad oscula nati,
    Circuet & paruam garrula turba domum.
Heinsiadesque aliquis patrio de nomine surget,
    Inque meos vultus non graue curret onus.
Ille suos blæso narrabit murmure lusus,
    Et patrias senium discet amare Deus.
Ah quoties Rossæ teneras se fundet in vlnas,
    Lætaque conspecto pignore mater erit.
Scilicet & nimium puero gaudebit in vno
    Esse suos oculos dum videt, esse meos.
Sic iterum blande nostrûm reuirescet vterque,
    Parsq; mei, Rossæ pars erit illa meæ.
Rusq; sua paruos ditabit fruge Penates,
    Nec veniet domino messis iniqua suo.
Ipsaque terra suum venerabitur aura vatem:
    Et gremio iustas vbere fundet opes.
Lætus aberrantes deducet Tityrus agnas.
    Graminaque emissas in sua coget oues.
Hic ego securus tranquilla per ocia rerum,
    Inueniam Musis ocia digna meis.
Aspiciam leues trepidare inglorius vmbras:
    Aspiciam tremulas edere murmur aquas.
Scilicet haud illos abrumpent munera somnos
    Publica: nec curis hic locus vllus erit,
Nunciet interea tenerum venisse poetam
    E Batauo gaudens litore Rossæ mihi:
Exiliam. blandasque ferar diffusus in vluas:

Et mihi quisquis erit, protinus hospes erit:
Rossa focum, tenuemque suo struet ordine mensam,
Et faciles epulas, blandaque vina feret.
Illa dapes dulces riguo depromet ab horto,
Sponte sua quales iusta ministrat humus.
Et leuiter primis stillantes roribus vuas
Addet & è calathis mitia mala suis,
Cornaq;, diuitiasq; sui donabit agelli,
Et niueæ testes simplicitatis opes.
Forsan & occumbet media tener agnus in herba,
Et patriam tinget sanguine pinguis humum,
Sed tamen accedent hilares ante omnia vultus:
Heinsius hæc secum munera semper habet.
Sed tamen & lætus placidè spumabit Iacchus:
Ille domat curas, lætitiamque docet;
Hic ego dum priscos placide complectar amicos
Et repetam vitæ tempora prima meæ,
Sponte suæ pleno decurrent pectore Musæ,
Et mihi pro Phœbo plenior autor erit.
Ah miser, ah frustra patriæ dulcissima regna.
Infelix animi sollicitusq; petis,
Quo fugis ah demens; nimios via diuidit ausus,
Qua tibi non, votis sed licet ire tuis.

Fabula Roris Elegia V.

Gutta leuis summas humecta leniter herbas,
Blanda comes veris; dum mea vita venit.
Te sine nam torpent diuini gaudia ruris,
Et sitit infelix, & perit omnis ager.
Te roseo quondam lachrimam stillauit ab ore,
In virides herbas ruraque, Diua Venus,
Fabula narratur toto lepidissima cœlo:
Hactenus in terris non tamen illa fuit.
Expediam Superi: Venus aurea ridet, & inquit,

Dii faueant cœptis, blande poeta, tuis.
Et procul extremas Syriæ felicis ad oras
Ad Libani primos terra beata pedes.
Improba non illam penetrauit Græcia sedem,
Terraq; mendaces non tulit illa viros.
Simplicitas habitat: niueus candorq; iocusq;:
Molle solum: pastus nectare ridet ager.
Verque suum sibi terra facit: Sol ipsa Dione est,
Quaque venit Diuæ sub pede vernat humus.
Quæq; loquor vidi: (subeunt namque omnia vates,)
Parsq; domus blandæ Cypridis ipse fui.
Hic satis extinctum postquam miserata maritum est,
Ingemuit natæ tristia fata suæ.
Pulchra Venus blandæ gemuit discrimina natæ,
Et vidua hoc ipso tempore Diua fuit.
Liber Amymonen simul & Neptunus amarunt,
Progenies nostræ nam fuit illa Deæ.
Dulcis Amymonen Venus & (quis nescit?) Adonis,
Edidit ad ripas, Byblidis vnda, tuas.
Aspicit hanc furuis, Semeles, dum tendit ab Indis,
Natus & vt vidit lumina, victus amat.
Estque Venus, dixit, Veneris vel filia certè est,
Et Satyros iussit lentius ire suos:
Vidit & hanc vastas qui cuspide temperat vndas,
Et simul in mediis nescius arsit aquis.
Instat amans illi Deus hinc, Deus imminet illhinc,
Et veniunt faciles ad sua bella manus.
Hæret in ambiguo Venus, & quia poscit vterq;,
Dulcia quæ poscit præmia, neuter habet.
Sæpe ferunt illam niueas iunxisse columbas,
Et lachrimis generos sollicitasse suos.
Ah quoties priscos Libani sua tecta, Penates
Liquit, & ad patrias languida venit aquas.
Ah quoties mœstum lachrimis aggressa Liæum,
Detinuit tenera tygridis ora manu.

Digitized by Google

Altius hæsit amor: nequeunt lachrimæq; precesq;
Cypridis ardentes detinuisse Deos.
Quid faciat Cytherea? gemit: lacrimæq; per ora,
Perque genas riui more fluentis eunt.
In Libano iacuit, virides qua lacteus vndas
Exiguo trepidans murmure Byblis agit.
Byblidis hic purus violas perlabitur imber,
Perque rosas tenui flumine riuus abit.
Tresque Deam luces, totidemque ex ordine noctes
Fama fuit lachrimas continuasse suas.
Perq domum passim per & aurea limina guttæ,
Et teneræ thalamos emicuere Deæ.
Forte puer iuxta mediis errauit in herbis,
Depositaq; leui cuspide lusit amor.
Vtq; Deam vidit, lachrimas excepit & illas
In viridem ludens spargere cœpit humum.
Quaq; ferit, sensim violæ nascuntur ab illis
Et roseus fiorum germine ridet ager.
Obstupuit, pueroſque puer vocat: ilicet omnes
Conueniunt turmæ candida Diua tuæ
Conueniunt, Zephyrumq; vocant (res digna relatu est)
Nam Veneris blandas incolit ille domos.
Protinus humentes excussit nectare pennas,
Inque suam facili tramite fluxit humum
Aduentante Deo tremulæ risere myricæ,
Explicuit virides regia tota fores.
Aspicit exultim volucres hic ludere fratres.
Multaq, mirantes aspicit ire Deos,
Caussa tamen latuit: tenues per gramina guttas,
Et leuiter flores surgere monstrat Amor,
Monstrat Amor lachrimasq, Deæ ferit: aspicit ille
Blanda Papaueribus lilia mixta suis.
Quaq; videt puros puerum sparsisse liquores,
Hic videt & flores emicuisse nouos.
Hæsit, & obtutu stupuit Deus ipse: fidemque

Con-

Credibile est oculis non habuisse suis.
Chlorida gaudentem trahit in spectacula; Nymphas
Illa suas: ipsos res mouet illa Deos.
Astra ferunt illis Superûm caruisse diebus
Coetibus, & ciues non habuisse suos,
Conuenere Dei lepidos subiere Penates:
Hospitium cunctis Cypridis aula fuit,
Ipsa Venus spectat (teneræ mens blanda Dionæ est)
Vlterius natam nec Dea mœsta gemit.
Colligit vndantes Zephyrus per pascua rores,
Imbribus his pennas inficit ille suas,
Hinc Deus arentes, quoties volat, inficit agros:
Et lachrimis lætam nunc quoque reddit humum.
Dulcis humus ridet lachrimis (quis credat?) & optat
Sic Venerem lachrimas fundere sæpe suas.
Caussa patet: blandas Cytherea mouit habenas,
Et sonitum faciles edere iussit aues.
Omnia cognouit: nec enim Dea notior vlla est,
Inque meo quæ plus pectore iuris habet.
Digna Venus, nostra res hæc mihi visa Camœna est
Nomina nam Rossæ ros dedit ille meæ.

Fabula Siderum Eleg. VI.

Ætheris è summo qui tollitis æquore vultus,
Dii vigiles noctis: nocturnis alumna cohors,
Currere quos toto iusserunt numina cœlo
In statione sua sed magis ipsa Venus,
Ad dominam pergo dum nox indulget amori,
Dum nox atra suos flectere equos.
Vos quoque turba leuis, vos talia gaudia quondam
Et similes curæ detinere meis.
Vos quoque lusit Amor, faciles aduertite vultus,
Dum placidas cœli curritis ante fores
Cynthia permittit, nec inexorabilis illa est,

En-

Digitized by Google

Endymion duram non sinit esse Deam.
Nil mihi cum Phœbo est: Venerem nam prodidit ille,
Iuncta suo Marti cum Dea nostra fuit.
Basia quæ figam lepidi congnoscite Diui,
Aurea gens: vultus res decet illa tuos.
Vos quoque sic quondam genuit pater ætheris alti,
Perque suam iussit Iupiter ire domum.
Quæque cano quondam mihi rettulit illa Cupido,
Iussit & in fastos vera referre suos.
Omnia nouit Amor, magnoq; æquæuus Olympo est,
Et senior cunctis est puer ille viris.
Ante reluctantem Saturni legibus orbem,
Cum placidus nondum sub Ioue mundus erat,
Candida simplicitas regnis habitabat in illis,
Dignaque tam miti tempore Diua fuit,
Ipsaq; vix notum fuerant tum basia nomen:
Ipsaq; vix notum fœmina nomen erat.
Iupiter antiqua puer exultabat in aula,
Et volucres visco sollicitabat aues,
Forsitan hic blandam conspexerat ire puellam,
Risit, & hæc animo res ait apta meo est.
Quidq; foret patrem trepida vix voce rogauit,
Ille, caue, dixit tangere, larua fuit.
Dulcius hac larua nihil est pater, inquit, & illi
Si liceat comitem me dare: saluus ero,
Scilicet hinc blandas tacitè spectare puellas
Cœpit, & has laruas nunc quoq; semper amat.
Mox sequitur, subeunsque legit vestigia furtim,
Et poscit faciles oscula plura Deas.
Quoque magis placuit, placuit magis illa voluptas,
Gaudiaque hæc finem non habuere suum,
Bisque Deus voluit numerum præscribere certum:
Bis voluit frustra, displicuitque sibi.
Exiliit, totidemque notas, quod basia sumpsit,
Fixit, & has circum currere iussit humum.

Sidera

Sidera quæ tandem lepidi dixere nepotes.
Hinc sibi non duram mens mea spondet opem.

Elegias aliquot amissas deplorat. Eleg. VII.

Ite leues Musæ, teneri periere libelli:
Quæ modo condideram carmina, ventus habet.
Quod peperi infelix, pro me tenet improbus Auster.
Surripuit fœtum ferrens ille meum.
Ipse Deus nostros gemuit miseratus amores,
Perditaque infelix carmina quærit Amor.
Inuia perlustrat, latebras scrutatur inanes,
Antraque percurrit, saxaque blanda Venus.
Scrutatur lepido ridentem nectare syluam,
Quam Veneres paruæ quam colit omnis Amor.
Ah periit labor ille mihi: mea cura, iocique,
Et mea cum ventis pignora mentis eunt.
Atthida qui rapuit, nostros quoque perdidit ignes,
Vt quondam Boreas, nunc quoque crimen habet.
Quid tibi crudelis mecum est? quis carminis vsus
Est tibi? num lusus, num mea furta leges?
Aptior es vastas pelago iactare carinas:
Et maris insanas sollicitare vias.
Perdidit insontem rabies tua nescia Musam,
Innocuosque modos, & leue pacis opus.
Non mea sudantes iactauit sanguine campos
Pagina, nec versos in sua bella viros.
Sed faciles curas, & gaudia prima iuuentæ,
Et nocuit nulli quod male perdis opus.
Haud impune feres, scelerum scribere tuorum:
Hippotadæque tuum carcere nomen erit,
Perfide, sex saxo claudare ex ordine soles:
Hoc precium, hæc culpæ pœna futura tuæ est:
Interea leuibus roris pater aureus alis
In vacua Zephyrus luxuriabit humo.

Ille

Ille meæ vitæ tenues crispabit amictus.
  Inque meæ dominæ pectore semper aget.
Ipsa tamen cunctos scrutatum mihi amores,
  Et volucres Diuos, agmina parua, Venus.
Ite meæ blandum Veneris genus: ite puelli:
  Qui mea reppererit carmina mulsa feret:
Libaque Moplopia, aut Phrygiis è collibus vuam:
  Aut aliquid mater candida dulce dabit.
Interea tamen hæc foribus præfigite nostris:
  Porticus aut si quæ publica forte patet.

Siquis habes Heinsi teneras monumenta tabellas,
  Blandaq; festiua carmina ducta manu;
Basia bina Venus roseis furtiua labellis
  Spondet, & hisce quid dulcius esse potest.
Illa repertori limo Arridebit Ocello,
  Pluraque si poscas, non grauis illa Dea est.
Heinsius infelix elegos sex reddet hab'nti:
  Ille suum blando carmine carmen emet,

ELEG. LIB. II.

De Musis Eleg. I.

Regia quam cernis tenui se tollere cultu
  Deliciis plenam mollibus illa mea est.
Exulat hinc omnis gemitus, lachrimæque doloreq;
  Curaq; in hac partem non habet vlla suam.
Heinsius hic habitat: iocus hunc hilaresq; lepores,
  Et posita paruus cuspide cingit Amor.
Totaque Musarum domus est: hac tutus in aula
  Innocuos ducit, nec sine laude, dies:
Altaq; fallacis contemni vulnera fati,
  Et dubios casus, & graue mortis onus.
Imperii Rex ille sui est, placidisque libellis

Imperat

Imperat & chartis, nec minus ipse sibi.
Et quoties blandos circumspicit ordine ciues
Gaudet, & à populo nil timet ipse suo:
Aspicit hic docti genium ridere Catulli,
Aspicit hic numeros, culte Tibulle, tuos.
Battiadenq; suum patriis qui ludit in vmbris,
Quique fuit Gratiis cognitus ante suis.
Hic leuibus curis perludit Teius: illhic
Simichides Siculas carmine ducit oues.
Hic lepidos Moschus calamis inuitat amores,
In choreas paruos dum docet ire Deos.
Scilicet hos ciues habet Heinsius: Heinsius illhic
Cum placidis Musis mitia regna tenet.
Nec tremit, aut circum subsellia pallidus errat.
Quæque petit solus munia, solus habet.
Seu patriam cingit, patriam seu deserit hostis,
Tutus ab insidiis vt fuit ante, manet.
Et regni sibi causa sui est: nil credulus vlli.
Nec tibi sors vilas inuida debet opes:
Gaudentem lepidæ circumstant vndiq; Musæ:
Hic mihi spes omnis, hinc mihi fama venit.
Hæc domus hæc res tota mea est: plorate tyranni,
Inuideasq; opibus regia turba meis,
Si mihi non ficti circumdant atria vultus,
Gensque terit nostras ambitiosa fores:
Sed dulcis sed tuta quies sed carminis autor,
Et faciles curæ, vitaque grata sibi.
Sunt & ope, opibus placide caruisse virisq;
Simplicitas magnis gratia esse solet.
Iupiter angustas penetrauit Baucidis ædes
Exiguo fultas stipide: Dousa meas.
Iupiter ilic mihi est: nec enim pia sacra domumq;
Aut tenues Heinsi negligit ille lares.
Vulgus abi, sterilesque animæ: mihi sacra quotannis
Soluere sit genio, maxime Dousa, tuo.

Tum

Tum quoque quod nolim si te vis inuida fati
 Surripiat nobis, munera grata feram.
Instituam blandos, tumuli certamina, ludos,
 Et similis nobis cura Secundus erit.
Illius ad tumulum pariter, vir magne, tuumque
 Iunget amatori blanda puella latus.
Hic qui purpureis leuius premit ora labellis,
 Pluraque figit ouans basia victor erit.
Scilicet hos nouit mea quondam Græcia ludos,
 Blandaque defunctis basia munus erant.
Sic iuuenum pulchræ cinxere Dioclea turbæ,
 Qui docuit pueros basia prima suos.
Interea, mea gens, lepidi saluete libelli,
 Tuque domus, Musis regia parua meis.
Heinsius hinc nullum defendit mœnibus hostem,
 Nec sibi consortem, nec gemit esse parem.
Diuitiasque suas tacite miratur, amatq;:
 Et loquitur populo, vel sine voce, suo.

Ad Didericum Dousam in prælium abeuntem.
Eleg. II.

E Schyticis niuibus, sæuique è frigore Ponti
 Redditus ah patriæ vix, Diderice, tuæ,
Protenus è matris teneræ complexibus ibis,
 Præliaque audebis miles & arma sequi?
Nec faciles Musæ, nec te Venus aurea sistet,
 Nec tibi, quæ furtim vincula nectat, erit?
Sæpe Venus potuit, quod non potuere Camœnæ,
 Quodque nouem nequeunt, vna puella facit.
Me tenet obsessum leuibus mea vita lacertis:
 Militiæ titulum vindicat illa meæ.
Heinsius infelix hac sub duce, tendit ad arma?
 Cum vocat illa, volat? cum vetat illa, manet.
Nec minor est *Mauorte* Venus: nec sæuior ille,

Nec

Nec magis immitis, nec magis arma mouet.
Nec minor est Veneris, quam sæui gloria Martis:
Vos patriæ curam, nec minus illa gerit.
Illa viros Marti: patriæ Mars tradit habendos:
Præsidio Veneris Mars iuuat, illa suo.
Si deerunt homines hominum quis bella mouebit,
Aut referet validas ad sua tela manus?
Cum vacuum misit lapides Epimethis in orbem,
Tristia pro patriis quis tulit arma focis?
Hostis erat nullus, fuerat qui terra duorum:
Cumque viro totus fœmina mundus erat.
Par dolor est nobis, geminique pericula belli:
Tristia Mars spargit vulnera, spargit Amor.
Cumque dolor par sit non est constantia vobis:
Horrida vos tremitis vulnera, sperat amans.
Atque aliquis figi lepidis optauit ocellis:
Atque aliquis lædi dulce vocauit opus.
Si tamen & testes res postulet, his quoque Cypris
Vtitur: exemplis non caret illa suis.
Mucius æternæ meruit præconia famæ.
Impauidam sæuo torruit igne manum.
Noui ego qui flamma medio gauderet in igne,
Noui ego qui nullo nollet amore capi.
Si libet in mea castra veni: rursusque vicissim
In tua; si libeat, me quoque castra voca.
Aspiciam tristes aquilas, sæuasque bipennes,
Armaque; & ardentes in tua fata manus.
Tu faciles oculos & sæpe impune minaces,
Pectoraque, & dominæ mollia colla meæ.
Mœnia tu cinges gladiis: ego colla lacertis.
Nos precibus gremium: milite Dousa solum.
Si superor: sic in Teneide victus Apollo est.
Si fuero victor: cum Ioue victor ero.
Omnia Mars domuit: sed & hunc Cythereia mater.
A vestro spolium præside nostra tulit.

Poſt ſuperas acies, & triſtia bella Gigantum,
Per Libycam Mauors ferreus ibat humum,
Vtque recens victor ferrugine pectus ibera,
Et galea vultnm cinxerat ille ſuum.
Dextera præfixo quatiabat ſpicula ferro,
Qui latus horrendum cingeret enſis erat.
Omnibus ille acies iactabat & arma Deorum,
Se quoque, qui belli pars quotacunque fuit.
Mobilis occurrit facili Cythereia vultu,
Quæ, niſi quod talis eſſet, inermis erat.
Pone ſequebatur lepidæ veſtigia Diuæ,
Paruaque geſtabat ſpicula paruus Amor.
Mars Venerem riſit, puerumque: nec his, ait, armis
Enceladus matrem ſanguine tinxit humum.
Ruſticitas Mars quanta tua eſt! ignoſce Dione,
Deliciis dignus vix fuit ille tuis.
Quid faceret? riſit lepido Venus aurea vultu:
Hoc ſatis, vt Martem perdere poſſet, erat.
Non clypeis validis opus, aut crudelibus armis
Vt caderet validus Mars, ſed amore fuit.
Cede pater Mauors: niſi vincere, victus abibis:
Teque capi niſi vis, ſic quoque captus eris.
Quam bene neglectos Cythereia vindicat ignes!
Vt doleant, hoſtes cogit amare ſuos.
Ipſaque pœna iuuat: nec Cypride mitior vlla eſt:
Quæ nocet vt placeat, nec niſi grata nocet.
Scilicet ex illo ſocio Mars gaudet Amore.
Et Venerem, fruſtra quam prius odit amat.
Tu quoque peccato ſic cum Mauorte, tuamque
Linque Deam poſthac, Douſa, vel adde meam.

Ad Iouem. Elegia III.

Siue aliquod munus, Diuumque hominūque poteſtas,
Nunc vacat in regno, Iupiter alme, tuo.
Seu quoties erras alieno ſaucius igne

Exqui-

Exquiris ſubitam vulnere feſſus opem,
Dic precor extemplo veniam terraſq; relinquam;
Et referam ſedes ad tua tecta meas.
Forſitan inquires, cui ſim magis vtilis arti:
Et mihi quod credi non male poſſit opus.
Sum lepidus, ſum blandus amans quod ſæpe fuiſti,
Omnibus exemplo res placet illa tuo.
Ambitio ſedes hominum poſſedit & vrbes:
Impatiens hic eſt ſortis & ille ſuæ,
Hic dominos faſces ſibi vindicat, ille ſecures:
Aſt ego, quod potero, ſemper amator ero.
Hic ego ſim, ſortemque meam mea vota ſequantur:
Non placet optanti ſors aliena mihi.
His merui ſuperis aſſcribi. Iupiter oris
Moribus: his ciuem me decet eſſe tuum.
Exiguum poſco, nec quod committere nolis,
Officio vires non ſuperante meas.
Pocula prælibat tenero tua Dardanus ore,
Et monitu tutum te facit eſſe ſuo.
Sic ego prælibem cum tendis ad oſcula primum,
Et tua prægustem baſia, tutus eris.
Siue leuem Nympham virides ſeducis in herbas:
Seu pepegit noctes illa vel illa ſuas:
Me pete, me præmitte tibi, ſecurior vt ſis;
Iudicio nunquam decipiere meo.
Protenus os iungam leuiter, ſi iungere fas eſt,
Inque Deæ vultus blandaque colla ferar.
Præludamque tibi, carpendaque baſia primus
Experiar, nec me promptior alter erit.
Dicere ſi nequeas quantum lubet, annue tantum:
Tutius haud poteris, quam ſine voce loqui.
Omnia cognoſcam, ſi forte vel aſpera Iuno
Ætheris auratas excubat ante fores.
Aut aliquis noſtros Superum qui captet amores,
Aut aliquis fluxa quem rear eſſe fide.

Crede ſupercilio, ſi quando vocabere, noſtro:
Crede meis oculis, ſignaq; redde tuis.
Dulcia ſi fuerint, ſi te mihi digna videntur
Baſia, nec labris diſplicuere meis:
Ipſe, pater, dicam, venias: tibi cætera reſtant:
Dicere ſi nequeam, mollia ſigna dabo.
Baſia ſufficient mihi tu potiora tenebis:
Non ego promiſſæ fur tibi noctis ero.

Ad inuidum pro domina ſtatura Elegia IV.

Inuide quid noſtros toties proſcindis amores,
Quæque mihi placuit, non placet illa tibi?
Ardua ſi non eſt, vetereſq; imitata Latinas,
Et nimio feſſam corpore pulſat humum.
Si gremio ſatis illa meo eſt, noſtriſq; lacertis
Conuenit atq; aliquid corpore maius habet.
Si vigor & lenes faciunt cum corpore mores,
Grataq; mobilitas, & lepor omnis adeſt,
Et faciles riſus, riſuque ſuauior ipſa,
Pluraq; quæ ſenſus ſurripuere meos.
Quid Phœdram Procrinq; mihi, quid nomina iactas
Cætera? gens priſci temporis illa fuit.
Andromaches memini: ſed militis illa mariti
Sanguineo coniux Hectore digna fuit.
Militis hæc votum decuit, decet illa poëtæ,
Et vatem ſeſe quo tueatur habet.
Ille horum poſitis victor repetebat ab armis:
Omnibus hic armis durior vxor erat.
Quaq; ibi mentitum Phrygiis mactauit Achillem,
Suſtinuit rigida coniugis ora manu.
Adde quod antiqui fuerant è rupibus orti,
Et generis princeps vltima, ſylua fuit.
Sylua (quis hoc neſcit?) veteres genuiſſe parentes
Dicitur. hæc mundo ſemina prima dedit.
Non iuuenis blandos animo verſabat amores:

Vix

Vix etiam notum fœmina nomen erat.
Horrida naſcentem fundebant robora turbam,
Ipſaq; vix nato excipiebat humus.
Ruſtica Saturno ſub præſide deſiit ætas,
Iupiter excepit, qui noua iura tulit.
Cœpimus à blandis aliquid ſperare puellis,
Et placidas mentes iunxit amica Venus.
Sic etiam priſco vix degenerauit ab æuo,
Et ſoboles trunco digna parente fuit.
Aſpera dum ſenſim, ſic Dis voluentibus æuum,
Mutata eſt feritas: paruaq; turba ſumus.
Præcipue noſtræ, gens inſidioſa puellæ
Quas vigor & leuitas non oneroſa decet.
Hoc quoq; (ſic fama eſt) ſuperi laudare feruntur,
Et breuitas illos mobilitaſque iuuat.
Iuppiter è Diuûm toties cur venerit aula
Quæritur & nota coniuge: maior erat.
Non placuit grauitas nec noſtra maior imago,
Nec potuit lecti tædia ferre ſui.
Ad Semelen ſupplex, ad Naida quamlibet ibat,
Vt precium cœli parua puella foret.
Sic modo Ledæis iacuit diffuſus in vlnis,
Et niueæ formam diſſimulauit aue.
Et modo ſed taurus, mediis creauit in herbis,
Et fuit armento quod fuit ante polo.
Hoc mihi ſi placuit, non ſum ſapientior illo:
Et Iouis exemplo ſtultus amator ero.
Tu quoq; noſter amo. ſimilem tibi poſce maritum,
Ne ſubeas oneri blanda puella, tuo.
Quantus eras Polypheme? tamen Galatea refugit:
Muſaq; nil quicquam, nil potuiſtis oues,
Nec quæ Trinacriis errabant montibus agnæ:
Iungeret amplexus vt fugitiua ſuos.
Acidis illa tamen teneris hærebat in vlnis.
Blandus & exigui ponderis Acis erat.

Digitized by Google

Tu quoque noſter amor, venias non dura roganti,
Non ego ſum teneræ pœna futura tibi.

Ad Bohemum de poetria celeberrima: Elegia V.

Siccine cui tanti Batauos accedere noſtros
Vt tibi ſorderet terra paterna fuit,
Ibis, & hanc gentem pariter pariterque relinques
Gaudia tot, mecum quæ tibi Leida dedit?
Scilicet eſt aliquid patriis inſiſtere terris,
Eſt aliquid reducem poſſe venire ſuis.
Omnia ſunt aliquid, tamen his maiora ſuperſunt,
Nec male nota mihi, nec male nota tibi.
Neſcio quæ veſtris (ſi fas ſit dicere) terris
Eminet ingenii dote puella ſui.
Ingenio cunctas ſupereminet illa puellas,
Atque aliquid ſexu nomine maius habet.
Inuideo tua vota tibi, tu molliter illi,
Dulcia prætendens carmina, iunctus eris.
Et modo donabis quem perlegat illa libellum,
Quodque verecundo poſſit ab ore legi.
Nunc Batauum laudes referes, ipſoſque poetas,
Atque ita per cauſſas omnia tutus ages,
Forſitan hos inter dabitur tuus Heinſius illi,
Atque aliquo ſaltem nomine notus ero.
Vel Tragico nuper quæ fudimus auſa cothurno,
Vel potius blandus quæ mihi dictat Amor.
Quicquid id eſt, tantum precor vt commender ab illo,
Et referas ſi quæ grata futura putes.
Plus quoque quam verum vel fas eſt adiice nobis,
Nec dubites laudes accumulare meas.
Non ego tot terris non tot diſiunctus ab vndis
Præripiam partes, blande poeta tuas.
Omnia ſunt tentanda tibi. ſub mille figuris
Molliter occultus ſerpere gaudet amor:
Illius ingenium placide laudabis & artem,

-genio pluris ſit licet ipſa tibi.
-tudio communis amor celabitur vno,
-acile immunis ſuſpicionis eris.
-an aduentus tibi nomine baſia figet:
-ic venient animi vulnera prima tui.
-reat, quiſquis non hæc ſperabit ab vlla g
-ſtica cui demens inficit ora pudor.
-tuis nimiumq; tuo diffidis amori,
-piam partes ipſe ſubire tuas.
-ger ignoſcas: non ſunt tua numina tanti:
veniam faſſo; Douſa, Bohemus ero.
-ego ſum tardus, nec cui male credere poſſis:
-dubites, poterit dicere Roſſa tibi.
-propero iam Praga mihi, iam Cæſaris arces
-xtaq; apparent: terra Batauа vale.
-nus accedam, nec me via fallet euntem,
-q; aliquid maius Cæſare quæret amans.
-ciam vultum cuius tot carmina legi,
-am prius aſpexi, quam mihi nota fuit.
-ditus molles, & tempora prima per artem
-periar, ſi qua poſſit ab arte capi.
-ra de facili venient & verba ſequentur,
-aq; quos iungunt carmina iunget amor:
-litiæ accedent, feſtiuaq; turba poetæ,
-xilio flammis turba futura meis.
-ous his blandus quid non ſperaret amator?
-genio venient quælibet apta meo.
-leget Nemeſin, Nemeſis mihi fiet in illa:
-ie alios ignes protenus illuderit.
-ſi quiſquam petiit, petit illa duobus:
-petet illa ſibi poſcet & illa mihi.
-j; pudor prohibet mihi dicere perleget ipſa:
-bueniet voto charta benigna meo.
-nihi patroni, quot ſunt tibi Roma poetæ,
-uenient, quorum luxuriauit amor.

Omnibus his formis meus occultabitur ignis:
  Inueniam flammis nomina mille meis.
Quo feror infelix? quo me temerarius error,
  Et male feſtini pectoris ardor agit?
Cætera quæ reſtant pro me peragenda relinquo:
  Da veniam votis tu modo, Roſſa, meis.

Ad Iacobum Viſcherum. Elegia VI.

Quid toties, Viſchere, meos inquiris amores,
  Nec pateris flammam diſſimulare meam?
Scilicet obductus melius conſumitur ignis:
  Vult ſua celari nomina paruus amor.
Lesbia vix nota eſt teneri formoſa Catulli:
  Et melius cœcum Cynthia nomen habet.
Sic referet Roſſam quam neſciet omnis amator:
  Sic aliis olim, ſic ſibi verba dabit.
Hactenus inſtabis de nomine deprecor vno,
  Cætera ſi tacito non licet eſſe mihi.
Inclyta Lugdunum noſtros ſibi vindicat ignes:
  Illa mei cauſſas prima furoris habet.
Hic lepidi caſſes, intentaq; tela iuuentæ,
  Primaq; militiæ caſtra fuere meæ.
Cedite Pierides, veſtra Venus errat in vrbe:
  Virgineas ſedes occupat hoſtis Amor.
Non ego peccaui, ſi me Deus abſtulit alter,
  Alteriuſq; oculi ſi nocuere meis.
Phœbe pater, tuto ſi non licet eſſe poetæ,
  Da veniam melius miles Amoris ero.
Douſa meus ſæuos hic olim reppulit hoſtes,
  Luminibus quamuis ſaucius Ida, tuis.
Forſitan hoc fatum domini complectitur vrbem:
  Et fuit exemplum ciuibus ille ſuis.
Me ſimilis languor, ſperataq; peſtis ademit:
  Seu ſeries fati, ſeu fuit ira Dei.
Tertia iam meſſis, totidem ſe frigora laxant,

Cum

Cum miſer, ignoto vulnere tactus, eo.
Quos ego non gemitus, quæ non ſuſpiria ſudi?
Opp ſuit ſolis queſtibus illa fores.
Obſtupui primum facili percuſſus ab æſtu,
Et metui flammam ſollicitare meam.
Non aliter blandæ thalamis incluſa parentis,
Ad gremium matris caſta puella ſedet.
Quam Venus occulto nondum proterruit igne,
Nec tepido ſtrinxit vulnere primus amor.
Dum recolit penſum, dum ſe miratur in illo,
Neſcia fallaci vulnera fecit acu
Ingemit extemplo: nec adhuc de vulnere certa eſt,
Sed ſubitus primum pectora terror habet.
Vix equidem ſenſi dubio deprenſus in igne,
Cœcaq; dum metuo ſpicula vulnus alo.
Sic venit in caſſes, quos non bene linquit, alauda:
Ipſaque quæ vitat retia, tangit auis.
Simplicitas nocuit, nocuit vicinia nobis:
Et merui damno proximus eſſe meo.
Quid tibi de vultu referam? quid cætera dicam?
Dî faciant ſoli pulchra ſit illa mihi.
Diſpliceat cunctis. ſatis eſt quod conuenit vni:
Hac ſpecie formam vindicat illa ſuam.
Non Helenen laudo, de qua ſe iactat adulter
Atticus & rurſum Troicus hoſpes habet.
Quod placuit Menelae tibi, placet omnibus illud,
Et nimium caute ſtultus amator eras,
Quis Paridem damnat, niſi ſit veſanus & excors?
Innocuas Theſei quis negat eſſe manus?
Si ſapis Atride, quiſquis peccabit in illa
Coniuge iudicium comprobat ille tuum.
Nos ſapiens damnet, ſapiens nos culpet amator:
Nec facile abſoluat, nec bene dicat amas.
Non mihi concordes ad publica verba Quirites,
Nec populus iudex experiundus erit.

Rex Amor eſt: plebem Venus aurea negligit: odi
Alterius placitum, dum placet illa mihi.
Si breuis eſt multis, longa eſt quæ ſufficit vni:
Legitimus formæ crimina penſat amor.
Cætera conueniunt: aliquot ſuperamur ab annis.
Diſpereat vanas qui numerabit opes.
Non mihi ſors faſces, non dotes imputat vllas:
Nec potui fluxæ debitor eſſe Deæ.
Hæc quoq; Dî præſtant, qui me fecere poetam:
Dos hederæ nobis dos mihi carmen erit.
Omnia cognoſces: ſine nomine nomen habebis,
Et poteris flammæ conſcius eſſe meæ.

Ad Ioannem Foreſtium. Elegia VII.

Poſceris ad dulces epulas cupiente puella,
Vlterius tuto non licet eſſe tibi.
Hactenus in ſolis, Foreſti, tempora Muſis
Omnia ponebas, & bene tutus eras.
Quid facis infelix? medios cur tendis in ignes,
Et properas fatum præcipitare tuum?
Deſine feſtiuæ nimium confidere turbæ,
Dum rudis eſt ætas, dum rude pectus habes.
Scilicet æquæui ſi ſperas vulnus Amoris,
Et pueri tentas tela cruenta Dei:
Non totidem tibi terga boum, quot ſuſtulit Aiax,
Non ſeptem geminum ſpicula ſiſtet onus.
Spicula, ſi neſcis, oculis labuntur ab illis,
Et melius Teucro pectora tangit amor.
Perculit inſtantem patriæ Briſeis Achillem,
Seq; oculis vlta eſt ipſa puella ſuis.
Vulneribus nullis nullo penetrabilis ictu,
Cum placidam Nympham vidit inermis erat.
At tibi languebunt faciles ſub pectore Diuæ:
Phœbus in aduentum Cypridis exul abit.
Et modo deſuetam repetes ad carmina mentem:

Et

Et modo Muſarum ſollicitabis opem.
Omnia deficient: quid enim non perdit amator?
Ingenio mœſtus deſtituere tuo.
Nec tibi deliciæ, nec dulcia nomina vatum,
Nec tibi tam gratus magnus Homerus erit,
Omnia mutantur: facies venit altera rerum,
Cum ſemel ignauus ſerpere cœpit amor.
Sic ipſi voluere Dei, ſic omnia: noſtrum
In gremio fatum pulchra puella gerit.
Iupiter humano toties percuſſus amore,
Fatidicas illic viuere dixit anus.
Delia narratur de virginitate toroque,
Tres dominas fati conſuluiſſe Deas;
Atropos aſſenſit, voluendaq; fila ſorores
Penſaq; fatales explicuere manus.
Venit & exponens dubio ſua fata parenti,
In patrios vultus collaque lapſa fuit.
Iuppiter arriſit, faciemque amplexus & ora,
Hic totidem Parcas filia, dixit, habes.
Hoc quoque ius noſtris Superi tribuere puellis,
Materies illis ludibriumque ſumus.
Nec tibi, ſi vellent, Superi ſuccurrere poſſent:
Iupiter exemplo defuit ipſe ſuo.
Fabula narratur (niſi quatenus omnia vati
Scire licet) magnis non niſi nota Deis.
Iupiter imberbis, nec adhuc à fulmine dictus,
Fulmine ſepoſito factus amator erat.
Captus erat primo teneræ Iunonis amore,
Nec bene germanam cœpit habere ſuam.
Viderat hoc quondam ſenior Saturnus in illo,
Sed potuit blanda res pietate tegi.
Sæpius accedens Cybele laudauit vtrumq;,
Et pietas viſa eſt digna fauore Deo.
Sæpius amborum conſpexerat oſcula furtim:
Oſcula tunc ſignum ſimplicitatis erant.

Suſpi-

Digitized by Google

Suspicio nondum diuosq; hominesq; tenebat:
Vltimus erroris terminus ille fuit.
Nunc sceleri metus in scelere est. diffidere gaudet,
Inq; alio mores quisq; timere suos.
Interea crebro suspiria ducere cœpit,
Et lepidus cœpit tangere corda furor.
Quaq; suos gressus tacite germana ferebat,
Huc etiam gressus contulit ille suos.
Iuerat hic Iuno: subito concessit eodem
Iupiter, assedit, iunxit & ille latus.
Basia poscebat, sed plura vt posceret illis,
Nec satis è voto gaudia plena tulit.
Basia figebat: sed quid post basia posset
Nesciit, & morbum cœpit amare suum.
Quid faceret? læsos macies obduxerat artus,
Nec vigor in toto corpore priscus erat.
Qid faceret? narrat Cybele sua vulnera matri,
Nec mora, Saturno retulit illa suo.
Protenus admouit senior sua lumina Chiron,
Et trepidam cœpit sollicitare manum,
Venarumq; vias, momentaq; tentat, at vnum
Hoc potuit Chiron dicere, febris erat.
Audiit hoc curua latitans in valle Prometheus,
Caucaseam nondum pascere iussus auem.
Vtq; fuit primum teneri consultus amoris,
Risit & ad matrem iussit abire suam.
Corycidas rupes, Themis, & loca dicta Camœnis
Postmodo Bœotam forte tenebat humum.
Hic Superis responsa dabat, non Delphica saxa
Scilicet, aut vlli cognitæ laurus erat.
Paruit infelix, Themidis delubra petuntur:
Templa Deæ paruum stramen & herba fuit.
Huc vbi peruentum est, humilem complectitur ædem
Iupiter, & fulmen ponit ad antra suum.
Reddita vox luco est: vocis meminisse putantur
Naiades,

Naiades, & vultus occuluere Deæ.
Quod cupis hinc, Iuno poterit: gremioque ſub illo
Quas petis hic ſortes, & tua fata gerit.
Obſtupuit cœca perculſus imagine vocis
Iupiter, & tantæ ſimplicitatis erat,
Rurſus in amplexus Iunonis fertur, vt ante,
Et leuiter vultum iungit, vt ante ſuum.
Vtque nihil deſit, velamina linquere iuſſit
Ad thalamum, veſtes iuſſa reponit humi.
Conſtiterant ambo: gremio ſe blandus amator
Molliter infundit, blandaque colla petit.
Sic pariter iuncti iacuere ſub arbore eadem,
Dum placide in ſomnum lapſus vterque fuit.
Nil tamen vlterius potuit, rurſuſque receſſit,
Et nondum potuit ſcire, quid eſſet amor.
Nunc quoque neſciret, toties neque factus adulter
Impleſſet proprio ſanguine turpis humum.
Capra viam monſtrauit anus, fidiſſima nutrix,
Hoc cœlum officio fida miniſtra tenet.
Crimine nunc quiuis proprios præteruenit annos,
Et metuit ſæclo caſtior eſſe ſuo.
Tu quoque, Foreſti, nimium peccabis in vna,
Si pereas æui commoditate tui.

Libri concluſio: Elegia VIII.

Hactenus optatas placide tranſmittimus vndas,
Et peragit curſus noſtra iuuenta ſuos,
Cum domitæ bellis acies, cum nomina regum
Materies poſſent carminis eſſe mei.
Non animi vires, non defuit altus Apollo,
Et poteram tanto digna furore loqui,
Pectora nam memini ſtimulo percuſſerat Euan,
Et grauis in dextro crure cothurnus erat.
Iam poteram Graios inter placuiſſe poëtas:
Et ſatis erectus, nec minus auſus eram.

Grotius

Digitized by Google

Grotius applauſit populoq; ignotus in ipſo,
Ter pede percuſſit curua theatra ſuo.
Spiritus aſſurgens nec iam leuioribus aptus,
Ibat, & ignauam deſpiciebat humum.
Mane erat: egredior ſic Dî voluere penates:
Sic mea feſtiuus fata regebat Amor.
Molliter heſternos vt erat turbata capillos,
Vtq; erat è ſomno languida, Roſſa venit,
Candita ſimplicitas placuit, leuiterque cothurni
Pondere depoſito factus amator eram.
Riſit & oſtendens gremium Cythereia mater,
En ait Orcheſtram, magne poeta, tuam.
Ex animo reges ſæuiq; abiere tyranni,
Et ſubiit Vitæ blanda theatra meæ.
E violis ſcenam contexuit alma Dione,
E viridi myrto pulpita fecit amor.
In gremio cœpi leuibus decurrere ſoccis.
Hoc opus: hoc vires materiemq; dedit.
Materies hæc læta fuit, Tragiciſq; videbar
Queſtibus. & mœſtis aptior eſſe modis.
Roſſa domi ſeruans miſerum proſcripſit amantem:
Nunc quoque pars operi conuenit illa meo.
Candida poſteritas veſtro date ſerta poetæ,
Atq; aliquis myrto dulce coronet opus.
Diuitias fortuna meas diuiſit Iberq;:
Vindicat hic partem, vindicat illa ſuam.
Hoc ſupereſt, quantum ſatis eſt poſt funera laudis,
Ne metuam à nulla poſteritate legi.

LIBER III.

Ad Ianum Douſam. Elegia I.

Nordvvicum mea vita petit ſecedite *Muſæ*,
Sacraq; Muſarum mœnia, Leyda vale.
A Douſa locus ille calet. non poſſumus eſſe

Crimi-

Digitized by Google

Criminis immunes hîc vbi regnat Amor.
Credibile eſt illic veteres pendere ſagittas,
Credibile eſt parui tela cruenta Dei.
Credibile eſt aliquos & nunc ſupereſſe calores,
Aut tenuem flammam nominis Ida tui.
Douſiades Muſæ, nimium male cognita nobis
Turba, meus vobis omnia debet amor.
Sciuimus hæc primum per vos impune licere:
Et placuit crimen ſi modo crimen habet.
Cætera diſtamus, genio diſtamus & annis:
Hic ſimiles erimus, maxime Douſa, tui.
Patris ad exemplum Cyllenius arſit in Herſe,
Qui prius immunis nec prius ictus erat.
Forte ſuos illi genitor narrauerat ignes
Ebrius & flammæ ſemina prima ſuæ.
Credidit infelix ne quis dubitaret, amauit,
Et pietas illi cauſa furoris erat.
Nos quoque non triſtis non impius abſtulit error,
Sed fuit à Muſis mens mea victa tuis.
Atq; aliquis noſtros placide componet amores.
Et pietas illi cauſa furoris erat.
Nos quoq; non triſtis non impius abſtulit error,
Sed fuit à Muſis mens mea victa tuis.
Atque aliquis noſtros placide componet amores.
Et comitem Roſſæ ſe dabit Ida meæ.
Non genus aut faſces, non longi ſanguinis ortum,
Priſceq; maiorum nomina cenſet amor.
Iupiter aurato Danaes flagrabat amore.
Captus ab agreſti Naide Daphnis erat.
Ille ſuum multo terrebat fulmine mundum,
Hic ſtipula ſparſas conciliabat oues.
Nec minor hic fuit arte ſua, nec maior Olympo
Iupiter: in partem pauper vterq; fuit.
Defuit ex æquo, quantum ſperabat vterque.
Nec magis hic felix, nec minus alter erat.

Dite

Digitized by Google

Dite quid inferius? vel quid Ioue celſius extat?
Hos quoque qui iungit cætera iunxit Amor.
Iupiter, & toto Superis qui diſſidet orbe,
Vnius aſpectu virginis ictus erat.
Perſephone cunctos commouerat ordine Diuos.
Inter amatores Pan quoque forte fuit.
Diſcrimen Deus omnis habet, terraque marique
Iupiter, armatus fulmine, iura dabat.
Cætera gens ſurgunt animis, & quiſque minorum
Spe dominæ pro ſe Iupiter ipſe fuit.
Conſilium petiere ſibi reſponſaque Diuûm.
Pars Libyci quædam templa tonantis adit.
Pars Clarias lauros, pars Delphica conſulit antra,
Omnia ſuſpenſos detinuere Deos.
Riſit Amor, placideque ſuas erectus in alas,
Et mihi ſunt voces, & mihi laurus, ait.
Reſponſumque dedit. Superi plorabitis, inquit,
Tertia cui ſeruit Regia, primus erit.
Dixerat, & blandas teneræ genetricis in vlnas
Labitur: euentus res habuere ſuos.
Iupiter occumbit, Cereris ſe filia Diti
Iungit, & ignauam nunc quoque ſeruat humum.
Scilicet ex illo miſeri ſperamus amantes,
Nec bene diſcrimen ferre putatur Amor.
Inuenit ex æquo ſimiles aut efficit omnes
Cypridis, & pueri vulnus & ira Dei.
Tu quoque fortunæ comites aut accipe caſus,
Ingenium ſequimur, maxime Douſa, tuum.

Ad Petrum Hondium. Elegia II.

Si quis erit blando Veneris qui torpet ab igne,
Et vitium mentis, quod ſit amator, habet;
Sit procul infelix, ne nos damnemur in illo.
Ceſſet & exempli lege nocere ſui.
Ingenio viget omnis amans: *Venus* ocia neſcit,

Oci

Ocia feſtinus ducere neſcit Amor,
Tollimur,& cœlos ſubitò tranſcendimus Hondi,
Menſque nouo motu, ceu aliena, calet.
Carmina cum cultus cum dulcia furta Tibullus
Scriberet, in gremio pulchra Neæra fuit.
Callimachoque ſuo, placidos cum conderet ignes,
Cynthia de collo dulce pependit onus.
Baſia quot Naſo rapuit,tot carmina fudit,
Ingenio flammas eliciente ſuas.
Nos quoque cum blandæ tepefecit ſpiritus auræ,
Et dominæ mentem tangere cœpit amor,
Scribimus,& calamus ſperataque verba ſequuntur,
Dextraque feſtiuum ſiſte neſcit opus.
Alteraque vt collum tenuit, manus altera ceram,
Deficit in partes illa nec illa ſuas.
Nec ſolos Elegos nec ſolos ludimus ignes:
Omnia conanti ſufficit ora Venus.
Aſpicis Aſcræi calamos, & mollia vatem
Qui Siculas inter carmina fudit oues.
Hæc quoque tentanti faciles accommodat alas,
Deque ſuis humeris ipſe miniſtrat Amor.
Porrigit erranti gaminas Cytherea columbas,
Perque ſuam mentem ſedula ducit iter.
Cum dominam vidi,ſcelus eſt nil ſcribere poſſe:
Ingenium vires miſcet & illa ſuas.
Cum ſua Socraticis nata eſt ſapientia chartis,
In genubus Phædo fuſus amantis erat.
Ille parens veri,rigidique inuentor honeſti,
Cui nocuit plures non habuiſſe Deos,
Hauſerat è blandis pueri ſpirantis ocellis,
Hauſerat è vultu purpureiſque genis,
Quicquid Ariſtonides diuina cantat in vmbra,
Qua platanus gelidam lymphaque reddit humum.
Talibus auſpicijs doctæ creuiſtis Athenæ:
Talibus auſpicijs Græcia nata fuit.

Digitized by Google

Impia Poſteritas titulos tranſcripſit, & arti
Præſidium iuſſit cuilibet eſſe ſuum.
Diuiſere Deos & tot fecere Camœnas,
Quot ſapiens ſtultas nollet habere nurus.
Tu quoque, qui mecum ſtudijs communibus, Hondi,
Sollicitas multas in tua vota Deas.
Qui pariter quondam crudelia iuſſa magiſtri,
Et Tragicos faſtus verbaque ferre ſoles,
Cum leuibus primum ſub ſceptris duximus æuum,
Temporis & vitæ prodiga turba ſuæ:
Nunc etiam noſtris non ceſſas tempora Muſis,
Scilicet & totos continuare dies.
Deſine tam multas pariter tibi poſcere Diuas:
Sufficit ad curas vna puella tuas.
Sufficit vna mihi: multas coluere Camœnas,
Non bene queis notum numen Amoris erat.
Quod rapiunt Muſæ, totum debetur Amori:
Quas tribuunt partes omnibus, vnus habet.
Nos Venus, & natus Veneris mortalibus vmbris
Surripit, & plures neſcit habere Deos.

Eleg. III.

Tertia maturis exacta eſt meſſibus æſtas,
Tertia iam triſti frigore ſæuit hyems.
Cum mihi crudeles primum placuere furores,
Cum me Roſſa tuus tangere cœpit amor.
Et volui demens, & tam patienter amaui:
Et mihi mens conſtans & ſine labe fuit.
Interea duræ toties faſtidia linguæ,
Et gemui faſtus, improba Roſſa, tuos.
Scilicet infelix, cui ſolo nomine notus,
Eque poëtarum luſibus eſſet Amor.
Sic aliquis fratrem ſequitur, ſic nupta maritum,
Sic ſequitur matrem filia parua ſuam.
Diſpereat, quiſquis pietatem credit amorem,

Tempora-

Temporaque antiquæ ſimplicitatis agit.
Nec pariter cunctas quas aſpicit odit amatvei
Nec pariter cunctas iudicat eſſe ſuas.
Ætherea ſic quiuis, ſic pulchri lumina ſolis,
Sic aliquis totam cernere gaudet humum.
Sideraque & magno quicquid miramur in orbe:
Omniaque hæc quiuis, ſingula nullus habet.
Cur dominam quiſquam non quo videt omnia vultu
Aſpicit atque oculi crimen amantis habent?
Cur aliquis ſolam ſibi demens ſpectat amicam,
Et ſua priuato lumine cenſet amor?
Cur aliquis pro ſe formoſam iudicat vllam,
Nec Furias omnes aut putat eſſe Deas?
Cur aliquis nomen dominæ diſtinguit ab hoſte,
Et placet hæc nobis, diſplicet illa magis?
Scilicet anguſto nimium concludimur orbe.
Iudicio peccat qui ſapienter amat.
Hinc furor eſt: quiuis cunctas impunè puellas:
Diligit aut cunctas negligit vna nocet.
Nil poterunt omnes, nec ſunt in crimine centum
Vt pereas: cauſas vna furoris habet.
Deſpicias vnam, centum prudenter amabis.
Vt valeas, nullas excipe: ſanus eris.
Priamides nondum fatali tactus ab igne,
Pauper erat. tectum monſque nemuſque dabant.
Hic faciles Diuas, & numina ruris amabat,
Et prope tot Nymphas quot numerabat oues.
Dum petijt quamuis, feliciter iuit ad omnes,
Et nimium felix, nec ſine mente fuit.
Vnius aſpectu bellum ſibi vexit & orbi:
Atque eadem Paridis ignis & vrbis erat,
Quis furor eſt vnum cunctis præferre quod optes;
Et tibimet voto velle nocere tuo?
Sic pereunt omnes: ſic Lesbia torſit amantem,
Et quæcunque ſuum carmine nomen habet.

Gaudia de multis rapuit ſibi quiſque puellis:
Exitium cuiuis vna puella fuit.
Hoc meruit, quiſquis Venerem concludere primus,
Et volucrem docuit vincula ferre Deum.
Errat & exultat leuibuſque innititur alis,
Nec modico claudi limite gaudet Amor.
Legibus anguſtas noſtris ſibi ſumpſit habenas,
Et quæ non didicit vincula ferre tulit.
Nunc furit in quemuis, pariterque vlciſcitur omnes:
Omnibus in pœnas vtitur ille ſuas.
Nos ſumus immunes ſceleris, cur plectimur vna?
Alterius cur nos fata furoris agunt?
Si merui pœnam, pœnam non deprecor vllam:
Si placet exemplum ſolus amoris ero.
Hoc quoque ſi plus eſt, placeat mihi quælibet oro;
Da numerum ſaltem: diſplicet vna mihi.
Cur magis hæc, minus illa mea eſt? non terreor vlla;
Et ſatis eſt Roſſa poſſe carere mea.
Tot mihi ſint gratæ, quot ſunt vbicunque puellæ,
Et magis inuadat, ſed minus vrat Amor.
Omnibus opponit miles ſua pectora telis,
Et melius cunctas nauita ſulcat aquas.
Nos quoque, ſi fas eſt, Superi, flagremus vbique.
Non alius noſtri terminus ignis erit.

Eleg. IV.

Seu furor eſt ſeu morbus amor, ſeu dulcis imago,
Siue aliquid magnos quod probat eſſe Deos;
Cogimur, & Diuos ſequimur, fatoque minores
Imus, & huic pœnæ debita turba ſumus.
Qui teneros vultus, qui lactea colla genaſque
Inuidiam culpæ credit habere ſuæ,
Errat, & in toto Superos non reſpicit orbe,
Errat, & autorem nil putat eſſe Deum.
Omnia neſcimus, cauſam neque nouimus vllam,

Et ſati

Et ſatis eſt ſi quis non ſapienter amat.
Quam miſer eſt quemcunq; iuuat quod cõprobat alter
Et facilem culpam quam tueatur habet!
Quem facies pulchræ quem frons abſoluit amicæ
Protenus & quouis iudice liberabit.
Qui ſibi riualem pariter teſtemque furoris
Inuenit,& prudens ſed male tutus amat.
Cunctaque commndat, quæ commendantur vbique,
Et niſi quod nulli diſplicet illud habet.
Nos aliquis cœcos aliquis nos dicat ineptos:
Iudicium tanti nec putet eſſe meum.
Atque aliquis quærat, quod non bene nouimus ipſe,
Cur placet hæc oculos corripit illa tuos?
Cynthia laſciuis animum tangebat ocellis,
Ingenij contra dote Corinna ſui.
Lesbia cantando, Nemeſis formoſa loquendo,
Gratior aſpectu pulchra Neæra fuit.
Nos neque formoſam,neque dicimus eſſe diſertam,
Nec facies culpæ cauſa nec ora meæ.
Plus aliquid forma, plus eſt oculiſque geniſque,
Plus aliquid toto corpore quicquid amo.
Si nihil eſt,tamen illa mea eſt. liceatque furoris
Dicere nec cauſam nec reperire mei.
Sitque aliquid neſcire mihi: diuina petuntur;
Inueniunt cauſas inferiora ſuas.
Quam facile eſt pulchræ faciem laudare puellæ,
Quæ quia formoſam quiſque putabit, erit.
Quam facile eſt totas oculis aſſcribere culpas,
Atque aliquid pro ſe dicere poſſe ſibi!
Me nihil in tota plus ipſa tangit amica,
Nec mihi plus membris diſplicet ipſa ſuis.
Cætera Diuorum gremio commiſſa teguntur,
Atque aliquid ſanctæ relligionis habent.
Sic Superis viſum, ſic qui regit omnia Diuûm
Votaque noſtra ſuo numine firmat Amor.

In Veneris regno locus eſt, vbi fata canuntur:
Et totidem Parcas mater Amoris habet.
In Syriæ lucis, qua ſe Cephaleïa coniux
Exerit & primo lumine pingit humum.
Cypridis æternæ nemus eſt, vbi nulla ferarum,
Nullaque quum Veneri ſacra vagatur auis.
Aſſyrios Diuæ thalamos, & Adonidis hortos,
Si memini, ſacram Græcia dicit humum.
In medio ſyluæ domus è violiſque roſiſque
Surgit: & hanc circum pura ſuſurrat aqua:
E lachrimis fluit illa Deæ, quas fudit in herbis,
Cum rigido læſus dente maritus erat.
Cum puer infelix animam profudit Adonis,
E dominæ pendens ſaucius ore ſuæ.
Ingenuæ frondes virides fecere columnas,
Et teneræ myrti, pomaque digna legi.
Quas teneri iuxta ſemper glomerantur Amores,
Quot volucres æther, ſyluaque nutrit apes.
Cypris odorato thalamum ſibi legit in antro,
Summaque diuini culmina montis habet.
Paſitheë iuxta, iuxta par dulce ſororum
Aurea formoſa ſtamina pingit acu.
Nominaque intexunt propere quos iuſſit amantum,
Et iuuenem ſequitur quæque puella ſuum.
Hos puer è turba vicino in cortice ſignat,
Et totidem ductus proxima myrtus habet.
Nos quoque, ſi qua fides myrto fueramus in illa:
Vlterius non eſt cauſa petenda mihi.

In Amicam, quæ ſenem riualem præferebat.
Eleg. V.

Omnia ſuſtinui vix ſit patientia victa eſt.
Sæpe fuit magno crimine pulſus amor.
Atque aliquis dominæ ſperauit verbera linguæ,
Atque aliquis ſæuos vellet habere Deos.

Quod

Quod iuuat immodicũ eſt: dolor eſt ſperandus amanti-
Sic etiam medicam ſæpe paramus opem.
Nos quoque neglectos facilis fortuna ſequetur,
Nec melior tardi finis amoris erit.
Reſpicimur: canus nobis præfertur amator.
Quis putet hoc Roſſæ poſſe placere meæ?
Eſtne aliquis paucos, qui crimen dixerit annos,
Aut nimium iuuenem non putet eſſe virum?
Dî faciant illum ſpes intemerata ſequatur,
Et pereat voti commoditate ſui.
Tu tamen infelix cui non ſat viximus vni,
Cui vitium pro me noſtra iuuenta fuit;
Hunc potes amplecti, cui nox ſine crimine tota eſt?
Illius in noctem ſtulta vacare potes?
Serius hoc nihil eſt, niſi tantum funus & vmbra:
Scilicet in lecti parte cadauer habes.
Si placet hoc tantum, tumulos ſcrutemur & vrnas,
Et quæ caſſa ſua corpora luce iacent.
Inuenies numero quod complectaris in illo,
Et tibi quod malles ſuppeditabit humus.
Vix ſenior quicquam functuſque hoc lumine diſtat.
Hic abijt fati legibus, alter abit.
Spiritus in pœnas minimo pro tempore reſtat,
Vt doleat vitæ ſe ſupereſſe ſuæ.
Non ego tam ſegnes optarim ducere lunas.
Præueniat fatum talia damna meum:
Naufragus vt lecti iaceam, ſine viribus vllis,
Opprobrium tantum ludibriumque tibi.
Eſt aliquid plenis vitam poſuiſſe ſub annis,
Dum dominæ poſſis flendus abire ſinu.
Vlterius nihil eſt: pudor eſt quod reſtat ab illo,
Et ſtupor infelix difficiliſque Venus
Quis pudor eſt totam narrando fallere noctem,
Et proauos tantum poſſe referre ſuos?
Pergama cum Graijs primum peterentur ab armis,

Digitized by Google

Et Phrygiæ lentas Græcia ferret opes,
Dum decies flauas proſcindit meſſor ariſtas,
Dum decies triſti frigore torpet humus,
Argolicæ blandi tulerant diſpendia lecti,
Et tulerant voti tædia longa ſui.
Troïca res tandem fatis concedit Achiuûm,
Ad patrias pergit quiſque redire domos.
Debita pro charis perſoluunt dona maritis,
Et iacet ante ſuos quæque puella Deos.
Quilibet amiſſæ penſabat damna ruinæ,
Quilibet excepto Neſtore fortis erat.
Scilicet infelix, qui tertia viderat ire
Sæcula iam lecti triſte iacebat onus.
Pœnituit totas Pycimeden ſtertere noctes:
Hoc precio tanto tempore caſta fuit.
Ille ſuæ demens iactabat facta iuuentæ,
Priſcaque laudando ſæcula fortis erat.
Parcite ſicut opes annos numerare puellæ:
Tempore dos creſcit, tempore vita perit.
Deficimus ſemper ſpatio decedimus ipſo,
Et minus acceſſu, quam fuit ante manet.
Diſpereat, quiſquis pariter cum dotibus annos
Supputat, & pœnam muneris inſtar habet.
Me vigor & leuitas tumulum comitentur ad ipſum:
Excipiat cineres plena iuuenta ſuos.
Quæ dominam fallunt, morti debentur & vmbris
Tempora: torporem ſentiat vrna meum.

De phallu, littoris Batauici. Eleg. VI.

Plurima neſcimus: Deus eſt quodcunque videmus,
Diſſimulant cauſas omnia nata ſuas.
Nec fluuij dulces, nec ſunt ſine numine piſces:
Et Thetis, & Thetidis littora numen habent.
Plus tamen occultis medici vidiſtis in herbis,
Miraque Naturæ ſemina ſeruat humus.

Nec

Nec modo gens Nili toties redeuntis eodem,
Nec modo fœcundus munera mittit Arabs.
Nos quoque, ſideribus quamuis damnataque cœlo,
Et prope Neptuno ſubdita terra ſumus;
Eruimus phallos Bataui. vel littora cerne,
Qua ſuus a Cattis nomina vicus habet;
Inuenies hoſpes. patriæ miracula noſtræ,
Et tacitæ plenam relligionis humum.
Quæſieram cauſas: roſeo Venus annuit ore,
Et tibi quæ neſcis cognita dixit erunt
Tempus erat cum nox albenti cedit Eoo,
Pallidiora ſuo cum facit aſtra die,
Quod neque mane nouum, neque poſſis dicere noctem:
Cum comites lucis prima queruntur aues,
Cum dubia blandi falluntur imagine ſenſus,
Veraque vel vero proxima ſomnus habet.
Conſtitit arridens demiſſis leniter alis,
Paruaque ſuccinctus ſpicula paruus Amor.
In manibus myrtus myrtique è fronde corolla,
Et bene ſi memini, parua tabella fuit;
Annales Cytherea tui: qui priſca Deorum
Sæcula. per faſtos continuata dabant,
Primaque narrabant ſurgentis tempora mundi,
Sideraque, & cœli cuncta tegentis opus.
Omnia quæ primum placide Saturnus habebat,
Et facilem nulla lege regebat humum.
Donec terra ſuo ſenſim deflexit ab auro,
Et ſocios vitæ non meruere Deos.
Iupiter interea Dictæo creuit in antro,
Et miſeræ furtum dulce parentis erat.
Quæ bene tam nato quam non bene fida marito,
Fecit ad hæredem ſceptra venire ſuum.
Blandus Amor victum paulatim venit in orbem,
Et Venus è ſpuma nata parente fuit.
Ad Venerem natam bis ter tria ſæcla feruntur,

Et totidem menſes, bis totidemque dies.
Nam neque tum leges ſocialia pacta maritæ,
Nam neque tum caſtæ coniugis vſus erat.
Sed pariter tellus homines plantaſque ferebat,
Atque eadem puerum pomaque ſylua dabat.
Quilibet infantem pariter glandemque legebat,
Et genitrix quercus vna duobus erat.
Pulchra Venus tandem pecudes homineſque feraſque,
Et placido mixtas fœdere iunxit aues
Pulchra Venus ſeros fecit ſupereſſe nepotes,
Et ſimilem iuſſit quemque creare ſibi.
Venerunt teneræ genialis turba puellæ,
Spiculaque occulte ſpargere cœpit Amor.
Omnia ceſſerunt (quid enim non cederet illi,
Gratius & quo nil fortius orbis habet?)
Omnia ceſſerunt, cedit Cythereïa mater,
Quæque alios gaudet lædere, læſa gemit.
Mulciber hanc cœpit Siculis præferre caminis,
Et calidum toto pectore vulnus alit
Plus Lipare tota, plus hoc accenditur Ætna:
Et veteres curas pectore pellit amor.
Omnia ceſſabant, flammamque extinxerat ignis,
Nec ſolitum quiſquam continuabat opus
Sub pedibus fruſtra folles iacuere ſoluti:
Forcipe cum lapſo lapſa iacebat aqua.
Iam metuit furuus, metuit iam claudus haberi
Et vitium mauult diſſimulare ſuum.
Illa quidem nollet, quoties fuligine pectus
Aſpicit, & nigras ignibus eſſe manus,
Sed veteres miratur opes, & regia Iuno
Adfuit, & mentem conciliauit anus.
Dicta dies aderat: thalami de more petuntur,
Quas Charitum docta pinxerat arte labor.
Sponſus erat Bronta nudoque Pyracmone cinctus,
Cum reliquis Veneri iuncta Thalia fuit.

Adue-

Digitized by Google

Adueniunt: dominoque ſuo deducitur vxor:
Vix ſuperi riſum continuere ſuum.
Oſcula ſumpturus, Venerem fuligine tinxit:
Ad choreas voluit pergere, claudus erat.
Vix lachrymas tenet illa ſuas: ſed proximus illi
Mars fuit, & priſcam ſpondet amator opem.
Iam nouies pulchræ defecerat orbita Lunæ,
Et nouies plenis Luna redibat æquis,
Cypria fit mater puerum pulcherrima Nymphe
Excipit, & caſta fertque fouetque manu,
Oſtenditq; Deæ: nihil eſt formoſius illo,
Et poterat natum dicere Diua ſuum.
Ora rubent illi, vultus ardere putares:
Hoc habuit patris, cætera matris habet.
Vix tribus exceptis completus menſibus illi
Et tribus exceptis ſolibus annus erat;
Auerſatur humum, leuibuſque innititur alis,
Et volucri veras corpore vincit aues.
Nec gremio Nymphę, nec iam manet ille parentis
Sed volat, & ſyluas ruraque ſola petit.
Proſpera lux aderat Saturni nomine dicta,
Qua veterem mendax Græcia cantat Opem.
Feſta petunt Diui: Cretenſem Mulciber arcum,
Et pharetram puero telaque Cypris emit.
Arripit ille arcum cupide, tractaque ſagittas,
Et propera verſat terque quaterque manu.
Sic abit, & primum defigit in arbore telum,
Qua ſpoliata ſuis frondibus arbor erat:
Vt tetigit tacti frondeſcunt vndique rami,
Et ſterilis circum gramina fundit humus.
Paulatim maiora petit, pecudeſque feraſque,
Et volucres certa cuſpide figit aues.
Mox petit & Diuos: fiducia creſcit ab vſu:
Et faciles ipſa firmat ab arte manus.
Mox etiam tectus, mox cœcus mittere cœpit

Tela:

Digitized by Google

Tela: ſagitta ſuum miſſa cucurrit iter.
Sæpe vbi per cœlum graſſatus & aëra, quenuis
E ſuperis vellet lædere, læſit auum.
Iupiter in cygnum vel ſe conuertit in aurum,
Et Superi regem non habuere ſuum.
Sæpe vbi vel Nympham vel credidit eſſe puellam,
Protenus emiſit ſpicula mater erat.
Sæpe ſui Cypris genuit de vulnere nati,
Sæpe fuit nati cuſpide tacta Venus.
Plus tamen infelix miſerum dilexit Adonin,
Hunc amat, hunc ſolum nocte dieque gemit.
Quis puerum neſcit natum pariterque nepotem
Patris. & è miſto ſanguine crimen aui?
Exuerat pondus pariterque in ſtipite formam
Myrrha, ſimulque eadem mater & arbor erat.
Natus Adonis erat: parituræ ex arbore Myrrhæ
Virgineam Dryadum turba tuliſtis opem.
Excipiunt teneris naſcentem Naides vlnis,
Et lachrymis vngunt mollia membra ſuis.
Omnibus occurrit fatum miſerabile matris,
Et furor, & facinus, & maleſanus amor.
Sed puer hæc neſcit. tenera eſt & debilis ætas,
Puraque, nec culpam quo mereatur habet.
Ergo abeunt, Nymphaſque vocant è montibus: illa
Continuo cunis impoſuere ſuis.
Sic abeunt anni, nihil eſt velocius illis,
Et puer exiguo tempore virque fuit.
Et facies ſupra genus eſt, & moribus annos
Anteuenit: ſcires poſſe placere Deæ.
Et ſtudio Nymphas teſtatur, & ore parentem,
Et latebras ſolas antraque ſolus adit.
Mox ſequitur Phœben, humeriſque è mollibus arcus
Et pharetra à tergo dulce pependit onus.
Æſtus erat. curruſque Dei qui temperat horas
Plus media cœli parte tenebat iter,

Aruaque torrebant violenti terga leonis,
  Et nimio curſu feſſus Adonis erat.
Fons erat illimis, qui ſummo è culmine montis
  Exiguam prono rore trahebat aquam,
Quæ Satyrum nulli, non vlli cognita Diuo
  Finitimas tantum nata lauare Deas,
Arborei circum donabant frigora rami,
  Cingebant gelidam pinus & vlmus humum.
Hanc petit infelix gelidaque vt ſedit in vmbra,
  Ponit humi veſtem: cætera pinus habet.
Mox dubio ſummam prætentat corpore ripam,
  Et pedibus primas tangere gaudet aquas.
Aſpicit hunc furtim poſito velamine Cypris:
  Aſpicit, vtque nihil ruſticitatis habet,
Protinus exarſit, voluitque hoc poſſe videri,
  Et ſua celari gaudia nollet amans.
Aſpicit intonſos pueri pendere capillos,
  Et teneros vultus collaque digna Deo,
Oraque quæ primo ſignabat flore iuuentus
  Aurea: nec pubem diſſimulabat aqua.
Talia ſunt primum decuſſa Cydonia ramis,
  Aſpera quæ nondum ſollicitauit hyems.
Vlterius nequiit ſua gaudia ferre Dione,
  Sed puerum poſito victa pudore petit.
Vtque lauaturas ſi quæreret improba lymphas,
  Aſtitit & ſalue, leniter, hoſpes, ait.
Da veniam nobis: ſæpe hic mens eſſe Cupido,
  Sæpius hac gaudet tingere corpus aqua.
Et memini nuper profugum reperire ſub illa
  Arbore: qua ſteterat forte cypreſſus erat.
Scilicet ex illo facilem poſſedit Adonin,
  Nec puer agreſtis difficiliſque fuit.
Sed nimium celat varios fortuna receſſus,
  Et dubios caſus alea ſortis habet.
Inuida Perſephonem ſimili ſuccumbit amori:

Mars

Mars odii veteris ſemina læſus alit.
Perſephone quod Cypris amat, Mars odit Adonim:
Plus odio nocuit quolibet alter amor.
Perſephone nigro puerum tranſcribit Auerno,
Nec renuit Mauors: inguina rumpit aper.
Excidit infelix animo Cythereia mater,
Inguinaque vt fuerant ſaucia mandat humo.
Inguina ſuccreſcunt, vt erant, veteremque figuram:
Quæ fuerat phallo, nunc quoque bulbus habet.
Dicitur hic ſæuos animorum auertere morſus,
Et rabiem dentis, liuida turba, tui.
Quod properata Medea manu legiſſe putatur,
Sub ſterili clauſum cum tegeretur humo.
Vtque erat in cœlum leuibus ſublata quadrigis,
Cum fugeret terras hoſpite victa ſuas:
Excidit è mediis pixis ſcelerata lacertis;
Excidit, & noſter cuncta recepit ager.
Quæ memores ſeruant Batauí, quos publicus hoſtis
Turpiter obliquo lumine ſeruat Iber.
Hactenus: & ſomnus pariter parîterq; Cupido
Effluit è digitis viſaque cera meis.

Ad Mich. Mandevvylium, medicum.

Eleg. VII.

Siue aliquid ſacris merito ſperamus ab herbis,
Seu furor eſt medicas omnia poſſe manus;
Confiteor morbum: menſque ægra doloribus impar,
Deficit & veſtræ ſedulitatis eget.
Si tamen infirmo ſatis plerumque fateri,
Nec niſi qui tacuit vulnera, ſemper habet:
Vrimur, & faſſi nil diſſimulamus in igne:
Vrimur, & blandam ſollicitamus opem.
Non tamen vt morbi videam ſpeciemue genuſue,
Aut videam flammæ ſemen opemue meæ,
Siue opus eſt Coo, Coi pete ſacra magiſtri.

Siue opus eſt Arabum munere, dicat Arabs.
Nil ego peccaui, niſi ſi vidiſſe puellam
Vincor, & ex illo tempore læſus eo.
Si fuit hoc tanti, melius ſperamus ab hoſte,
Ne titulum fati poſcat amica mei.
Saucius Atrides medicas confugit ad artes,
Et medicam ſenſit vulnere tardus opem.
Vulnus in Ænea felix tractabat Iapis:
Qui Paridis poſſet tollere nullus erat.
Hoc pariter Troes, pariter ſenſiſtis Achiui:
Hectoris hoc tactus frater & Hector erat.
Et Phrygios quiſquis infecit ſanguine campos,
Et Phrygiam quiſquis dente momordit humum:
Totque animas vno percuſſit vulnere Cypris
Totque animas vna cuſpide fixit Amor.
Iuerat antiquas Priameius hoſpes Amyclas,
Aſpicit hic vultus, pulchra Lacæna, tuos.
Protenus exarſit: ſi quod medicamen in herbis,
Adde ſalutares Troica turba manus.
Scilicet in flamma Paridis, ſedabitis vrbis:
Quo Paridis pectus vulnere, Troia cades.
Affer opem læſo: Thetidi reddetur Achilles,
Et Priamus natos cernet, vt ante, ſuos.
Pelias ignoto, ceu quondam, ſtabit in Hæmo:
Quas melius figat Teucer habebit aues.
Viderat intactam Chryſeida ductor Achiuûm,
Succubuitque oculis protenus ipſe ſuis.
Illa Dei lauros occultaque ſacra gerebat:
Implebat teneras ſacra corona manus.
Quid facis Atrida: medicos adhibere Pelaſgi.
Quæ modo ſunt regis vulnera gentis erunt.
Delius ignaras iaculo pecudeſque feraſque,
Et volucres miſſa cuſpide tollit aues.
In populos mox ardor abit: nihil arte Machaon
Profuit, aut herbis Græcia tota ſuis.

Corpora

Corpora procumbunt,quod non periere ſub hoſte,
Atque aliquid maius Hectore morbus habet.
Scilicet ignauas ſero properatis ad artes.
Quæ tremitis Danai ſpicula miſit Amor.
Paruus Amor regem populos inuaſit Apollo,
Sæuior è Troia nulla ſagitta venit.
Si licet & fas eſt oculis periere Pelaſgi,
Siue ſui regis ſiue puella tuis
Solus Amor veſtras excludit fortior artes.
Solus Amor veſtri negligit arma Dei.
Iupiter agnoſcit toties deluſus ab illo,
Et puero certas ſentiit eſſe manus.
Delius,vt fama eſt,& qui regit omnia quondam,
Spicula certabant mittere,paruus Amor.
Fabula priſca quidem,ſed non ſine numine certo,
Errat,& autores fertur habere Deos.
Aſtabant blandi comites;Podalirius illi,
Huic ſocio iunctus fœdere,dulcis Hymen.
Nec mora committunt volucres hinc inde ſagittas:
Prima volat Phœbi,tardior alter erat:
Dumque per immitis Zephyros libratur arundo,
Callidus enixo poplite cedit Amor,
Cedit,& extemplo faciles ſuſpenſus in alas
Vertit in aduerſo pectora nuda Dei,
Obſtupuit Phœbus comites riſere cadentem:
Exiguum primo tempore vulnus erat.
Vulnus erat primo ſine ſanguine:qualia ſæpe
Virginis è gremio pendula figit acus.
Mox fluit in neruos,tenueſque illapſa per artus
Et faciles venas oſſaque,peſtis abit.
Quid facerent?pallet Podalirius,itur in herbas:
Proxima Dictæi culmina montis erant.
Huc abit,& ſumma Dictamnum carpit ab Ida,
Et Panacæa tuam ſæpius addit opem.
Nil tamen hic artes,nil mens potuere nec herbæ,

Carmi-

Carmine nil magico conſcia fecit anus.
Sic periit demens, & poſt medicamina quæuis
Auxilium læſo ſola puella tulit.
Scilicet hinc ridet Superos: ſoluſque Deorum
Quid liceat vobis ſcire fatetur Amor,

Ad Ioſephum Scaligerum. Eleg. VIII.

Quid toties noſtræ commendas ocia Muſæ,
Et celebras luſus Cæſare nate meos?
Nec dubitas magnis componere ſæpe poetis,
Quæ facili nobis numine dictat Amor.
Da veniam faſſo, minus eſt quod quæritur illis,
Et tua laus nobis ponderis inſtar erit.
Tyndaris antiquis impune arriſit Amyclis,
Cum placuit Diua iudice, læſa fuit.
Iupiter inuictum Thetidi laudauit Achillem;
Qui Thetidem vellet lædere, Phœbus erat.
Nos quoquo feſtiuis ſatis eſt placuiſſe poëtis,
Nec nimium ſoli diſplicuiſſe tibi.
Et ſatis eſt blandis aliquid dixiſſe puellis:
Defugiunt magnos carmina noſtra Deos.
Vt nimium laudes prima moriemur in herba,
Et nimum nobis inuidioſus eris.
Eſt aliquid noſtros leuiter vidiſſe libellos,
Eſt aliquid vultus applicuiſſe tuos.
Hactenus, vt gratus veniam blanduſque legenti,
Et tibi feſtiuum ſcribere dicar opus.
Poſteritaſque meos aliquid putet eſſe furores,
Et leuiter iungat tempora noſtra tuis.
Sic quoque nil magni decedet Cæſaris auſis,
Nil quoque decedet, Cæſare nate, tibi.
Nec minus emergit croceis Aurora capillis,
Si teneat partes nox quoque verſa ſuas.
Nec minus ardentem miramur in æthere Phœbum,
Si tacitæ curam Cynthia noctis habet.

Digitized by Google

Nos quoque, ſi fas eſt, aliqui dicamur in illis
  Nomine felices quos licet eſſe tuo.
Tum quoque cum Diuos maioraque regna tenebis,
  Scaligeros inter, non minus ipſe, Deos.
Non ego victrices aquilas, Burdeniaq; arma,
  Nec Venetæ tangam ſeditionis opus,
Nec toties Verona tuos mutaſſe tyrannos,
  Sceptraque vicina non bene ſumpta manu.
Non Arabas faſtos accuſatoſque Quirites
  Temporis, & iuſſos certius ire dies.
Et totidem gentes intellexiſſe tot vrbes,
  Quot geminus cœli duplicis axis habet.
Hæc aliis: mihi pars miranda nepotibus olim
  Materiæ veniet non aliena meæ.
Nam tibi nil Cypris nocuit, nihil vlla voluptas,
  Nec tua qui cunctos pectora fixit Amor.
Nulla tuos vnquam corrupit fœmina mores,
  Ne de te ſpolium pulchra puella tulit.
Et puto maior eras, niſi Iupiter ipſe fateri
  Nollet & hoc crimen diceret eſſe ſuum.
Qui toties paruis pueri conceſſit habenis,
  Seu fuit in tauro, ſeu fuit albus olor.
Ergo ego tempus erit cum te fortiſſime rerum,
  Et tua per populos regnaque ſacra feram:
Effigiemque tuam pariter, pariterque Tonantis:
  Iupiter hic, illic Cæſare natus erit.
Silicet hanc olim patrio ſpectabis Olympo,
  Et titulis iunctos illius eſſe tuos.
Terra parens olli domitos ſummittet alumnos,
  Enceladumque ſuum mater habebit humus.
At tibi victores ſuccumbent ætheris ignes,
  Et domitor magni fulminis ibit Amor.
Armaque quæ cœli ſpolium faſceſque tulere
  Aſpicies regnis ſtare minora tuis.
Pendebunt fractique arcus, fractæque ſagittæ,

Digitized by

Et quoſcunque Deos ſæpe ſubegit Amor.
Adiiciam: *Domino bona mens victore Deorum.*
Iuliades Templis dedicat illa tuis.
Quod ſupereſt, ſummos cineri ſoluemus honores,
Nec tumulus Crete, ſed tibi mundus erit.

Ad Gerardum Tuningium. Eleg. IX.

Omnia, Tuningi, merito miramur in illo,
Seu fuit hoc fatum ſeu rationis opus;
Qui potuit longas ſine coniuge ducere noctes,
Nec comitem ſomni curat habere ſui:
Nec timet infelix ne non videatur amari,
Aut ſocias partes coniugis alter agat.
Sed vacuus toto iacuit multuſque cubili,
Ociaque ignauæ præmia noctis habet.
Hæc tua, ſi fas eſt, liceat veſtigia nobis,
Perque tuos paſſus molliter ire mihi.
Nec moueat noſtros quoties percurris amores,
Si videor votis blandior eſſe meis.
Cum faciles verſus, cum mollia carmina cernis,
Et quæcunque aliquis dicere poſſit amans;
Quærimus abſentem: veniat cum dote, recedam:
Et fugiam leges ipſe Poeta meas.
Me iuuat in cunctis aliquid laudare puellis:
Hæc mihi libertas coniugis inſtar erit.
Cum video cunctas, cunctæ ſuperabitis, inquam,
Iudicio ne ſit triſtior vlla meo.
Hæc nimium pulchra eſt, ſed & hæc, ſed & illa, nec illa
Conuenit: hæc etiam quo pereamus habet.
Moribus primas ſibi vindicat, illa pudore
Omnibus hæc viſa eſt pulchrior, illa mihi.
Omnia nec dentur nec ſurripiantur amicæ,
Et teneat partes quæque puella ſuas.
Non ego ſum iudex, melius ſpectamus ab alto.
In cauea noſter ludere gaudet amor.

Hoc nocuit Troiæ, geminiſque inuiſa Deabus
  Pergama diu muros non habuere ſuos,
Quid facient omnes quoties damnantur in vna,
  Solaque tam raræ præmia laudis habet?
Iudice me nullos Hecube ploraret ab ignes,
  Nec Phrygiæ lentas Græcia ferret opes.
Si Venerem ſpectem, nihil à Iunone requiram:
  Si veniat Iuno, Cypridis ibit amor.
Cypris vt aſpectu, melius ſic vincit ab vlnis
  Altera, ſi glauca eſt tertia, fortis erit.
Vt pariter iunctæ pariter venere ſub Idam
  Cum Paphia magni nata ſororque Dei;
Mollius obliquis Paphie ſubriſit ocellîs,
  Altera diffuſo pectore læta fuit,
Tertia conſueta nimium ſumebat ab ira,
  Iupiter in cauſa, factus adulter erat.
Sit facilis Iuno, galeam concede Mineruæ,
  Aſpicies laudes omnibus eſſe ſuas.
Nec damnare meum nec ſit præferre puellam,
  Nec teneat mentem firmius vlla meam.
Nec ſine laude ſua, nec ſint ſine crimine cunctæ.
  Hæc meruit naſci pulchrior, illa fuit.
Pars faciem penſat genio, pars moribus annos,
  Pars redimit verbis turpia membra ſuis.
Sic melius ſic ſemper agam, fugiamque videri
  Ferreus, & nunquam ſtultus amator ero.
Qui manet in quauis, ſatis eſt ſi neſcia vnam,
  Et numero noſter cedere diſcet amor.
Ah pudet, inſanos etiam mercamur amores:
  Pro facie multas plurima iactat opes.
Dos iuuat in fraudes, animoſque expugnat inertes,
  Et pretium quiuis accipit ipſe ſui.
Hoc eminus lites inſanaque iurgia linguæ,
  Et quæcunque ſibi vincula nectit amans.
Piſcis inexpertus ſatis eſt ſi ſentiat hamos,

Et

Et volucres linum, retia tangat aper.
Solus amans ſeruo mendicat vincula collo,
Et niſi cum geſtat retia mœſtus agit.
Aurea nunc demum meruit Cytherea vocari:
In Batauis ſedem vindicat illa ſuam,
Iupiter è nobis aliquam ſi quærat amicam,
Quod fuit in capta virgine, rurſus erit.
Non mare, non cœlum, non tertia regna iuuabunt,
Nec ſatis in dotem fulmen & orbis habet.
Sunt Danaæ centum poſtquam penetrauimus Indum:
Et ſua, quod nollet munera miſit Iber.
Ah melius quondam, cum nauita pauper & inſons,
Nil veritus duras funibus eſſe manus,
Ibat in amplexum dominæ quo fata vocabant,
Humidus, & plenus rore fluentis aquæ.
Ibat inops, cymbamq; ſuæ monſtrabat amicæ.
Forſitan in cymba remus & alter erat.
Has habuit dotes quiſquis meruiſſet amari,
Has habuit quiſquis ducere vellet opes.
Pauperies primum, pietas mox excidit auro,
Legitimus tandem cedere cœpit amor.
Hæc quoque pars nobis ſatis eſt, ſi cætera deſunt,
Ne videar leges velle mouere tuas,
Non mihi dos vlla eſt, nec opus iurare Deorum
Numina: contingit vatibus iſta fides.
Coniugis immunes ipſæ ſumere Camœnæ,
Pauperies cauſa eſt, non pietatis amor.
Pierus Euterpen coluit, dos defuit illi,
Hinc quoque nunc virgo, quod fuit ante, manet,
Fac veniat noſtro ſi quæ teneatur amore,
Et ſtudioſa meas ſcire laboret opes;
Protenus hos illi referam pro dote libellos,
Et mea quæ ſcribo carmina, cenſus erunt.
Vlterius nobis nihil eſt: quod reſtat, Iberus,
Et dubiæ mendax alea ſortis habet.

Sic quoque liber ero, nec cœco vincar ab auro,
Nec thalamo leges ſcribet amica meo.
Tu quoque Tuningi, vacua ſecurus in aula
Ocia tranquillæ mollia mentis agis,
Nec faciles horas, nec ſomnum diuidis vlli,
Et tua nox tota eſt, totaque vita tua eſt.
Inuideat ſi quis leuibus ſuccumbit habenis,
Et miſerum laſſo vertice ſentit onus:
Somniaque vt demens alienis narret in vlnis,
Mancipium dominæ ſuſtinet eſſe ſuæ.

De quadam. Eleg. X.

Ah pereat, ſi quæ nimium concedit amanti,
Nec meminit munus pulchra puella ſuum,
Nec negat infelix & ſi quid forte rogabis,
Annuet & tanquam brachia victa dabit.
Sic ego vix capto ſubduxi vincula collo,
Sic mea libertas pene ſepulta fuit
Deperii quondam (res eſt notiſſima multis)
Quæ formoſa ſatis, nec male culta fuit.
Oſcula tentaui, dedit oſcula: plura, negauit:
Coniugii texi nomine, dixit, erit.
Obſtupui, nimiumque, inquam, pudibunda dediſti:
Incipiam, partes ipſe ſubire tuas.
Hoc ſatis eſt, ſi ſperat amans: tu diſce negare,
Et melius formæ iura tuere tuæ.
Aut ego nil poſcam, vel tu nil redde petenti.
Hoc ſatis eſt partes ſeruet vterque ſuas.
Si dederis nunquam, ſatis eſt promittere ſemper,
Sic ſtabilis certa lege manebit amor
Si dederis ſemper nil iam concedis amanti,
Nec mihi quod poſcam ſi nihil obſtet erit.
Omnia ſi poſcam, veniat pars altera tantum:
Quod ſupereſt donis ipſa relinque tuis.
Sic cupiam noctem, ſatis eſt ſi baſia reddas:

Digitized by Google

Oſcula poſcenti bis duo, deme duo.
Sic mihi ſit ſemper quod amem, quod ludere poſſim:
Materies operi ſufficit illa meo.
Cur ego nil optem niſi quod concedere poſſis,
Nec veniat votis vlla repulſa meis.
Eripies nobis cum carmine carminis anſam:
Si dederis nobis omnia, mutus ero.
Si Nemeſis nunquam vel Delia pulchra negaſſet,
Quis legeret luſus, culte Tibulle, tuos?
Naſo diu fuerat ſine carmine, plurima cœpit
Poſcere: ſic totum ſcribere cœpit opus.
Omnia dum poſcit, dum nunquam blanda Corinna
Annuit, hoc ipſum pene volumen erat.
Quæ facilis cuiuis quiduis permittit amanti,
Ruſtica vel ſtulti militis vxor erit.
Hoc decet vxores: ſatis eſt formoſa puella,
Si dare iuſſa, negat; non dare iuſſa, dedit.
Nuper eram, memini, lepidæ conuiua puellæ,
Hoc etiam præſens tempore Roſſa fuit.
Baſia poſcebam pauciſſima, Roſſa negauit:
Nil petii, vultus iunxit amica ſuos.
Scilicet hæc voto gens eſt contraria noſtro:
Sit pacata magis, protenus ibit amor.
Hoc teneros vates tenuit ſemperque tenebit
Quod nocuit: damnis turba beata ſumus.
Sæpe ego cum poſſem facilem exorare puellam,
Difficilis mentem cœpit habere meam.
Pomaque cum poſſem demiſſis carpere ramis,
Altius aſcendi, cauſaque nulla fuit.
Diſpereat quem paſcit amor, qui pinguia vota
Occupat, & nunquam quo crucietur habet.
Si licet & fas eſt, plus eſt ſperare puellam,
Iudice me voto res minor illa ſuo eſt.
Cur aliquis limen teneræ circundat amicæ,
Sæuaque cum chara coniuge bella gerit?

Nempe, quod hæc tantum ſperatur, & altera noſtræ eſt;
Illa ſuis grata eſt moribus, illa fuit.
Eſt mihi quæ placeat, quam non contemnere poſſis:
Sit facilis, dotes deſtruet ipſa ſuas.
Tu quoque vel differ, vel ne concede quod opto:
Si mea iam nolis eſſe petentis, eris.
Diximus, erubuit: victoſque vt flexit ocellos;
Nolueram leges ipſe tuliſſe meas.

De obitu Iani Douſæ. Eleg. XII.

Hactenus, vt decuit, lepido ſuccumbimus igni,
Et ſequitur ventum noſtra carina ſuum.
Da veniam Cytherea, nouum vel quære Poëtam,
Cui ſua feſtiuus vela miniſtret Amor:
Cui faciles curſus, cui lenes præbeat auras.
Hoc ſatis eſt nobis dicere, Douſa fuit
Hæc operis pars ſumma mei eſt, hic carminis ordo:
Non alio poſthac nomine notus ero.
Sed tumulum ſtatuam, tumulumque altaria iuxta,
Et viridi circum ceſpite ſurget humus.
Huc veniam. tectumque meum, mea limina figam:
Huc referam ſedes, maxime Douſa, meas.
Hic tibi perſoluam, quæ poſtera ſecula iurent
Vatibus à priſcis ſcripta fuiſſe tibi.
Roſſa comes veniet, pariterque habitabimus illic,
Et cineri dabimus debita iuſta tuo.
Votaque aumque ſuis ſoluemus baſia votis:
Inque tuo noſter nomine viuet amor.
Nec mihi nox ſine te, nec te ſine tempora lucis:
Te ſine nil noſtræ gaudia mentis erunt.
Sic peragam, ſic ſemper ero: dum dulcia vitæ
Stamina rumpantur deficiantve meæ.
Hic pariter tecum tumulo diſſoluar eodem,
Noſtraque ſubrepent oſſibus oſſa tuis.
Atque aliquis canus, cineres dum ſpectat, amator,

Tempo.

Temporibus ſoluet florea ſerta ſuis,
Poculaque effundet leniter rorantis Iacchi:
Et facilem lympha virgine tinget humum.
Gandaque Nordvvicumque, tuos componet honores:
Noſtraque confundet nomina, Douſa, tuis.
Cætera quæ reſtant tenues deducet in auras,
Et Veneris blandæ mœnia, paruus Amor.
Hic etiam tecum per roſcida rura vagabor:
Hic quoque iuncta tuis manibus vmbra ferar.
Eſt locus extremo qua pulcher ab æthere Phœbus,
Æthiopum primo lumine pingit humum,
Fulmine quem tactum Graii cecinere Poëtæ;
Seu quia gens ſacra eſt, ſeu quia ſacra colit.
Curia ſtat Veneris, roſeis innixa columnis:
E violis circumlapſa ſuſurrat aqua
Hic ſedet, & cauſas tenerorum tractat amantum,
Blandaque cognoſcit iurgia, Douſa meus.
Douſa meus cauſas tenerorum tractat amantum,
Sceptraque feſtiua geſtat eburna manu.
Vndique conueniunt Veneris per gramina turbæ,
Et ſtrepitu leni tota reſultat humus.
Hic queritur lentum dominæ fallacis amorem,
Blanditias alter nil valuiſſe ſuas.
Hic tacitum limen, duraſque ad limina voces:
Vulnera priſca refert alter, & alter habet.
Aſſidet, & noxas iuuenum, totidemque tabellis
Cuncta puellarum crimina ſeruat Amor.
Douſa meus pœnas, vel debita præmia ſoluit:
Præmia, vel pœnas, vt meruere, ſuas.
Et modò conſiſtit, leuibus modò regna columbis
Circuit: has Veneris munere ſemper habet:
Ex quo ſæuus Iber Phœbeam clauſerat vrbem,
Douſaque dicturas omnia miſit aues.
Hic ſequar: huc rerum veniam pars magna tuarum:
Et referam laudes, blande Poëta, tuas,

Geſtaque cuncta tibi : quoties fruſtrauerit ignes,
Et quoties votum luſerit Ida tuum,
A foribus duris quoties excluſus abiſti,
Et quoties felix, diſſimiliſque mihi.
Non ego ſum vanus, nec cui male credere poſſis:
Nec mea Muſa tibi cauſa ruboris erit.
Si mihi laus Graia non inficianda Camœnæ,
Et mea Romanum gloria currit iter.
Iuliades Brenni deductum à ſanguine numen,
Digna ſuo proles Cæſare, teſtis erit.
Vos etiam ſanctæ, toties quas plangimus, Vmbræ,
Officii teſtes poſtulat illa ſui.
Quod ſupereſt, coram peraget, cum fata vocabunt,
Quæ ſpatium vitæ finiet hora meæ.

ELEG. LIBER IV.

Ad Hadrianum Manmackerum. Eleg. I.

Sic mihi concedat dubiam victoria palmam,
Nec veniat miſero Lælia dura mihi,
Sed qualem ſibi ſperet amans, cui pectora primum
Inſolito tetigit vulnere ſæua Venus;
Vt nimium faciles admiſi protenus ignes;
Et volui demens credulus eſſe tibi.
Laudabas viſæ nondum mihi numina Nymphæ,
Laudabas oculos raraque verba Deæ,
Quæque verecundo primum diſtricta pudore,
Paulatim meminit lingua diſerta loqui.
Obſtupui, dubiuſque tuis in vocibus hæſi,
Et volui flammas ante perire meas.
Veſper erat : primas coniunxerat vndique formas;
Nos quoque qui fauſto ſidere iunxit Hymen.
Nil mihi cum cunctis, placuit pro qualibet illa,
Et puto riuali proxima forte fuit.
Tum vero geminas hauſerunt pectora curas,

Digitized by Google

Et duplices motus mens generoſa tulit.
Diſpereat ſi quis mediis ſecurus in vlnis
Alterius, dominæ colla videre poteſt.
Sic vbi par ſurgit, trepida gladiator arena,
Emicat, & viſo cominus enſe venit.
Sic ruit in pugnam, totaſque exardet in iras,
Et ſubito vires miles ab hoſte capit.
Sederat (hoc mœſtæ Thetidi donabat) Achilles,
In thalamo cultu diſſimulante virum.
Cum male deſertos fleret Menelaus amores,
Et Danaas felix poſceeret aura rates.
Nil poterat prudens, & erat facundus, Vlyſſes,
Et populo reditum ſic ſua fata dabant.
Hectora neſcio quis tectis vidiſſe paternis
Rettulit; & galea tempora dura tegi.
Addidit & vultum geſtuſque habitumque furentis,
Nec fors quem premeret diſſimulabat equum:
Protenus excuſſis gremio cum pectine telis,
Impleuit validam Pelias haſta manum.
Me quoque cum poſſem ſtimulos euadere amoris,
Æmulus admonuit, conſiliumque dedit.
Altera lux aderat, pariter conuenimus ambo,
In thalamum, memini, quo mea vita fuit.
Lælia non totos, vt eras, diſtincta capillos
Pandebas faciles officioſa fores.
Spirabant oculi prærepti munera ſomni,
Et ſpecies puræ ſimplicitatis erat.
Tum vero nimium tarde periiſſe putaui,
Et dolui quondam non potuiſſe capi.
Sic vbi formoſam thalamo prodire Lacænam,
Luminaque aſpexit ſemiadoperta Paris,
Languenteſque genas, & adhuc ſpirantia noctem
Optauit tenerá cingere colla manu:
Protenus Oenonen Zephyri rapuere Notique,
Et Phrygios ignes ventus & vnda tulit.

Digitized by Google

Vos quoque Lugdunum vetereſque ignoſcite Nym
Exciderant animo nomina veſtra meo.
Nos quoque trans ponti crudelia regna vocamur,
Nos quoque quo viſum eſt ventus & vnda feret.
Non tamen vt ventos metuam vel turpiter vndas,
DI faciant tanti Lælia poſſit emi.
Spectet anhelantem ſcopulo riualis ab alto,
Et timidis clauſas ſentiat eſſe vias.
Adnabo dominæ turres & littora nota,
Quà ſua natalem Veria monſtrat humum.
Veria cum flammis Groti victura meiſque;
Si modù quid noſtrum ſecula ſera ferent.
Stat mihi ſi fidos non aſpernetur amores,
Et leuiter dicat, tu quoque noſter eris.
At tibi præſentem cui fas eſt cernere Diuam,
Cui tractare oculis commoda noſtra licet,
Sic tibi DI faciles & ſint in amoribus æqui,
Nec veniat triſtis ſed magis æqua Venus:
Sic tua formoſum circundent brachia collum,
Cuius ab aſpectu luminibuſque peris;
Incipe gaudentem monitis formare puellam,
Et miſeri cauſam ſemper amantis age.
Illa meo diſcat paulatim carmine tangi,
Paulatim nimias ſpernere diſcat opes.
Et diſcat votereſſe ſibi: iamque altera cernat
Secula: nec vulgi ſpes velit eſſe ſuas.
Audeat à ſacris aliquid ſperare Poëtis,
Et ſciat authores vatibus eſſe Deos.
Non ego te dominamque tuam ventura tacebunt
Tempora, nec blandam quam mihi ſiſtis opem.

Eleg. II.

DI pereat, quiſquis pharetratum pinxit amorem,
Ne populis ſolus cognitus eſſet Hymen,
Qui puero inſanas inſanior addidit alas,

Et pariter tædam ſæuaque tela dedit.
Hinc temerè erramus leuibuſque exercita ventis
Labitur, & portum noſtra carina fugit.
Nec ſatis eſt blandas thalami cognoſcere leges,
Et ſocios ritus, iura marita, ſequi.
Iuſſimus armatas aliquid non velle puellas,
Et vitio noſtro eſt ambitioſus amor.
Optamus dominæ crudelem ſæpius iram,
Et metuunt nullas gaudia noſtra moras.
Nec ſimplex animi, nec ſemper callida tangit,
Nec ſemper facilis difficiliſve iuuat.
Felices nimium, quòs non operoſa voluptas
Occupat, & lætos innocuoſque tenet.
Ruſtica cui collum grauibus circumdedit vlnis
Vxor, & amplexu gaudia mille dedit.
Aſpicis audaces vt ament in gramine tauri,
Et ſua de facili gaudia ſumat auis.
Nec ſtudium eſt illis, Veneris nec præmia deſunt,
Nec quæritur clauſas ille vel illa fores.
Quem ſimul hauſerunt pariter poſuere furorem:
Et modus, & placidi finis amoris adeſt.
Me quoque quam vellem thalamo contentus abiſſem,
Dum mea primæuum vita cucurrit iter.
Atque vtinam cogi potuiſſem, lætior eſſem,
Et mea ſors felix, laus aliena foret.
Aut ego neſcirem quid mollia carmina poſſint.
Nec mihi cinxiſſent laurea ſerta caput.
Scilicet è multis aliqua coniungerer vnus,
Nec mihi pro tæda quilibet eſſet amor.
Nunc nocet authores flammæ coluiſſe Camœnas,
Et toties quouis, ſed ſine lege, feror.
Non aliter nondum teneri ſecurus amoris,
Expertuſque tuam Creſſa puella manum,
Conſtitit Ægides, aditum cum mille dederunt,
Et totidem reditum præripuere viæ.

Nos

Digitized by Google

Nos quoque reſpiciat de tot nunc millibus vna,
Quæ dubio certum reddere poſſit iter.
Et faciem vidi quam nec contemnere poſſum,
Et vidi geminas, ſidera noſtra, faces.
Reſpicias noſtros felix Ariadna labores,
Nec mihi crudelis, blanda puella, veni.
Nil mihi cum Theſeo nec ſæuo in littore Naxi,
Vela per immites ire videbis aquas.
Solaque nequicquam volucres teſtata marinas
Perfidiam rupta quærere veſte meam.
Nec mea ridentes inuadent oſcula Panes,
Nec mihi deſerto fruere Bacche thoro.
Sit licet & Penthei nex & mihi nota Lycurgi,
Et cadat ante tuos India tota pedes.
Nec male mordaces credatur tollere curas,
Tempora pampineus qui tua cingit odor.
Et mihi iam certo præeunt in amore Poëtæ,
Et ſtabilem fixit Grotius ante ratem.
Ibimus ô felix tua per veſtigia vates,
Ne ſapiens ſoli non videare mihi.
Cur tibi dum caſtis aliquid tentatur in vlnis
Otia nos præſtet deſidioſa ſequi?
Cur toties ſpectem miſero tua gaudia vultu,
Quæ tibi ſecurus gaudia præſtat Hymen?
Aut ego culpabor facto aut abſoluar eodem,
Et ſimilis nobis cauſa duobus erit.
Ne modò quæ pro te valuit facundia ſupplex
Nunc ſimilem nobis ferre recuſet opem.
Cui placet exemplum cœpto ne prodar in ipſo,
Res eſt, ſi merui, digna fauore tuo.

Ad Reinerum Bontium medicum. Eleg. III.

Hoc erat, infelix Walachras cur tangere terras
Sollicitus timui, difficiliſque fui.
Nam neque me triſtes Boreas qui temperat vndas,

Nec pluuiæ largus terruit Auſter aquæ.
Non mare, non ſcopuli, non omina viſa per vrbem,
Nec male conſpectæ detinuiſtis aues.
Poſſum ego funeſtas pelago ridere volucres,
Nec metuam fœtæ proximus ire cani,
Nec temerè offendens titubanſque in limine primo
Siſtere propoſitum pes mihi poſſit iter.
Bis redii, bis me redeuntem finibus illis
Perculit, & triſtis nunc quoque languor habet.
Languor habet: nec vt ante tamen. nouus ille recens
Et qui nec ſolitam quærere gaudet opem. (que eſt,
Seu tetigit virus, ſeu me grauis ira Deorum,
Aut furor inuaſit. ſed puto virus erat,
Hauſerunt miſeri penitus contagia ſenſus,
Menſque ſuo maius corpore læſa dolet.
Nec tamen erraui Libyæ per deuia ſolus,
Nec mihi ſerpentum dira venena nocent.
Nec vaga ſectantem tumidi læſere ceraſtæ,
Nec miſero vulnus triſtis echidna tulit.
Nec quæ ſæua ſitim diffundit corpore dipſas,
Cum gelidæ lethi cauſa bibuntur aquæ.
Nec leuior cenchris nec cenchride mitior aſpis,
Quæ bene Romanum dedecus vlta fuit,
Cum male tentatum duxit Cleopatra ſoporem,
Et gelidum traxit corpore mortis iter.
Non quæ ſanguineos hæmorrhois explicat artus,
Nec cui quam ſubiit nomen arena dedit.
Non ſeps exiguus. ſcytaleque exuta ſenectam,
Cum medio triſtis frigore ſæuit hyems.
Et quæ bis gemino ſæua amphisbæna veneno,
Bis geminum cauda virus & ore vomit.
Blandior his cunctis, ſed & his crudelior ipſis
Attulit hoc nobis dulce puella malum.
Aſpexi geminos (quid enim ſpectare nocebat?)
Ridentes oculos, & doluere mei.

Digitized by Google

Perque meos, ſenſim furor hic delapſus in artus
  Viuit, & ex illo tempore læſus eo.
Nec piget ardentem, tanta eſt veſania, morbi,
  Et peream ni non diſplicet ille mihi.
Nec minus erodunt crudeles viſcera curæ,
  Et miſerum vulnus, vulnere lætus, alo.
Nec minus & terras vbi cœca condidit vmbra
  Annua nox nobis & vigilanda venit.
Quid mihi nunc vires proſunt habituſque medendi?
  Quid medicæ princeps alter & alter agent?
Quid nunc Pergamei pro me aut ſapientia Coî,
  Et tibi iam doctas cætera poſſe manus?
Omnibus vt lectæ veniant è montibus herbæ,
  Gratius hoc nobis quam medicina malum eſt.

Ad Gaſparum Vosbergium. Eleg. IV.

Ibitis hoc vultu, Walachraſque intrabitis vrbes,
  Quis toties pacem nuper & arma tulit.
Nec tibi, Vosbergi, patriæ ſuccurrere certo
  Æquora difficiles aut dabit aura vias.
Nos quoque quos longè communibus otia rebus
  Mollia delectat, nec niſi docta, ſequi,
Hactenus optando (quid enim conceditur vltra?)
  Gens pia, gens vobis non aliena ſumus.
Nec mihi tam placeat patriæ contingere ſedes,
  Et quæ nunc domino deſtituuntur opes,
Exiguamque domum, priſcoſque habitare Penates,
  Et proauis cultos poſſe piare Lares,
Quam ne quis poſitis fraudem commiſceat armis,
  Aut populi ſæuus commoda turbet Iber.
Forſitan & poſſum patriæ deponere curam,
  Et poſſum veſtra ciuis in vrbe mori.
Nec primus veniam, nec ſum peregrinus in illa,
  Hoſpitium noſtræ præbuit ante domo.
Teſtor maiorum cineres & buſta meorum,

Quos

Quos bene ſub facili Veria condis humo,
Nil grauibus vinclis opus eſt, ſæuiſque catenis,
Iniiciat blandas vna puella manus.
Protenus hærebo teneris circundatus vlnis,
Oblitus patriæ cum patriaque mei.
Et nuper didici Walachras non temnere formas,
Et tali lepidum vulnus ab hoſte tuli.
Nec mihi mortali placeat ſapientia maior,
Nempe Ithachus prudens nec male cautus erat,
Et potuit blandas Sirenum euadere voces,
Nec potuit blando tactus amore vehi.
Hærebat toties peregrino in littore puppis,
Occurrit quoties pulchra puella viro.
Et modo ſoluentem tenuit conſpecta Calypſo,
Et modo quæ Phœbo nata parente fuit.
Sic pius Æneas Libyca cum conſtitit vrbe
Hæc tenuit cunctas anchora ſola rates.
Non pelagus claſſem, collum tenuere lacerti:
Non miſerum venti, ſed retinebat amor.
Vix Atlantiades illos diſſoluere nexus,
Vix potuit monitis Iupiter ipſe ſuis.
Vnius in gremio tum ſpes ſurgentis Iuli,
Et gentis dominæ deficiebat honor.
Pene erat vt nullos habuiſſet Roma Quirites,
Aut quod nunc Roma eſt, Africa terra foret.
Me quoque quid mirum eſt, ſi ſic patriæque meique,
Et poſſim Bataui non meminiſſe ſoli?
Nec vacet hærentes collo remouere lacertos,
Nec vacet à caro limine ferre pedem?
Coniugis abrupit cum Proteſilaus amores,
Et Danaûm demens maluit arma ſequi,
Ne dominæ fruſtra teneris properaret ab vlnis,
Iliacam meruit tangere primus humum.
Ferreus eſt ſi quis domina plus quærit vbique,
Nec patriam credit, quam ſuus ignis habet.

At nos exilium terris metimur & vndis,
Nec tamen exilium terra vel vnda facit.
Ciuis erat Seſti media Leander in vrbe,
In patriæ clauſus mœnibus, exul erat.
Me quoque Zelanda claudas regione licebit.
Sic fieri veſter ciuis,& eſſe velim.

Ad Apollonium Scottum. Eleg. V.

Tam tibi ſit felix, tam ſit facilisq; leuiſque,
Qui bene defertur, nec male cedat honos,
Et tibi contingat noſtras coniungere Muſas,
Et vitæ comites ſemper habere Deas,
Quam non præcipuam venies male gratus in vrbem
Scotte, ne hic nobis non adeundus eris.
Hic tibi præbebunt virides ſolatia rami,
Et requiem curis proxima ſylua dabit.
Sæpe ſub arboribus fugies æſtumque forumque,
Et Dryades latebras, & dabit herba thorum.
Sæpe locum tanges vbi reptauiſſe Secundus
Dicitur (hæc illi terra paterna fuit.)
Sæpe locum tanges, quem tangere Douſa ſolebat:
(Hoc etiam functus munere Douſa fuit.)
Seu lachrimas rapto nec mollia carmina nato
Solueret,& cineri debita iuſta daret.
Seu teneram blandis mulceret vocibus Echo,
Alterius ſolitam claudere verba ſuis.
Illa nec antiquos Narciſſi prætulit ignes,
Cui ſua formoſæ flamma fuiſtis aquæ,
Nec memor ipſa ſui gelida reddebat in vmbra;
Quæ bene neſciret nec prior ipſa loqui.
Tu quoq; ſæpe petes tremulis è frondibus auram,
Lenior à motis frondibus aura venit.
Tu quoq; ſæpe cades viridi ſemotus in herba,
A populi curis, nec minus ipſe tuis.
Hic tibi quæ velles dictabunt carmina Nymphæ,

Et

Et tibi quo gaudes nobile creſcet opus.
Carmina quæ quondam populis cantare ſolebat
Regia progenies, maxima cura Dei.
Qualia Cecropiæ nunquam vidiſtis Athenæ,
E patrio quanuis vertice nata Dea eſt.
Non Academia celebratæ nominæ villæ,
Et quondam Maceto grata Lycea ſeni.
Nec quæ Socraticam delectans frigore mentem
Ad gelidam platanus ſurgere gaudet humum.
Cedite Graiorum ſapientes, cedite vates,
Et remoue laurus Martia Roma tuas.
Largior humano centumque Heliconibus acto,
Et procul à Phœbo ſpiritus ille venit.
Quanuis Smyrna ſuum toties miretur Homerum,
Nec minor ore, ſuum Mantua iactet opus.
Illi thuricremis veniens regina Sabæis,
Submiſit trepida ſceptra minora manu.
Nec tibi quos nolles teſtes adhibere poetas,
Aut humiles animas terra Batava tenet.
Nec tibi diuinas non pandet Grotius aures.
Hoc tibi plena licet litibus Haga dabit.
Nos quoque Lugduni placidè gens viuere nata,
Quos male nec tollit, nec male torquet honos,
Sæpius Haganam ſolito veniemus in vrbem.
Hoc quoque nunc quanuis ſæpe teramus iter.
Et tibi quas tractas lenibunt carmina curas,
Et leuius fiet quod graue fertur, onus.

Ad Pet. Cunæum, Nonni Bacchica editurum.
Eleg. VI.

Cinge comam, lætoſq; hederis involue capillos,
Et domitum prælis fortiter adde merum.
Omnes vt pereant cedantque è pectore curæ,
Et procul in ventos diſcat abire dolor.
Sic tuus aduenit medijs bellator ab Indis,

Et tulit Eoo Liber ab orbe pedem.
Sic Cunæ acies aduerſaque contudit arma:
Ipſe ſuo plenus munere ſemper erat
Pampinus vmbrabat gaudentem frigore vultum,
Implebat mediam frondibus haſta manum.
Aſtabant Satyri, laſciuaque numina Panes,
Faunorumque manus pone ſecuta fuit.
Et Bacchæ Paphios vino miſcere calores,
Pronaque feſtiuos vrere turba deos.
Hæc tibi dat Nonnus, Nonni præcepta ſecutus,
Ingenij curas triſtitiamque doma.
Aſpicis vt ſæuum totus modo tendat in hoſtem,
Et modo depoſita caſſide totus amet.
Vt modo det Veneri, modo det ſua tempora Marti,
Et modo det proprio tempora pauca mero.
Vt modo formoſam Beroen modo diligat Auram,
Ampele nunc captum, nunc Hymenæe tenes.
Et qui non tulerant cœlum ſperare Gigantes
Formoſæ digiti ſuſtinuere caput.
Et quas aſſiduis turbarant cædibus Indi,
Diſpoſuit coniux mox Ariadna comas.
Perfidus Ægides, ne Liber perfidus eſſet,
In ſola miſeram deſtituebat humo.
Quæ tibi tum miſeranda fuit cum ſola iaceres?
Quæ mens, quæ ſpecies, qui color oris erat?
Cum procul impleri ſpectares carbaſa ventis,
Spectares tortas remige ſtare vias.
Vidit in ignota pauidam tellure Lyæus,
Clamantem profugum Theſea: ſolus abis?
Nec te noſtra fides, nec te tam firma morantur
Fœdera? nec noſtro tactus amore manes?
Vidit in ignota miſeram tellure vagantem,
Triſtiaque ornabat flebilis ora dolor.
Vidit & vt vidit fluitantes preſſit habenas,
Et dixit Satyris, lentius ite Dei.

Dete

Deterſitque manu lachrimas, riſumque reduxit,
Et lepidum Theſei continuauit opus.
Tu quoque quem diſcis prudens imitare Lyæum,
Terque illi comites tres ſimul adde Deas.
Nec tibi turpe puta diuino humeſcere rore.
Propoſuit ſiccis omnia dura Deus.
Felix qui modico perfundit nectare Muſas,
Caſtalias quanuis Græcia laudet aquas.
Felix qui modicis indulgens hauſtibus, ignem
Ingenij vates ſuſcitat ipſe ſui.
Nec tibi turpe puta blandam exorare puellam.
Non male cum Baccho Cypris amica facit.
Sic modo, ne pereat, ſemper qui tenditur arcus,
Otia cum curis iungere diſce tuis.

In amicam quæ falſò alteri nupſiſſe nunciabatur.
Eleg. VII.

Quæ placuit nobis, quanuis vix viſa fuiſſet,
Alterius nunc eſt facta puella viri.
Nil iuuat ignauis animum conſumere curis,
Nil iuuat hic fati de grauitate queri.
Vinceris aut vincis, lex hæc certantibus inſtat.
In medio poſita eſt æquaque palma iacet.
Andromachen tenuit, quaſdam non abſtulit Hector,
Nec Paridi primus tam bene ceſſit amor.
Ceſſerit Oenone quanuis & Tyndaris illi,
Cætera gens fato diſſimulata latet.
Cum Pelopis formoſa rotis auecta fuiſſet
Exitium multis Deidamia viris,
Quamlibet attoniti centum fleuere procorum,
Vnus qui lepide diceret, vxor, erat.
Errat & in regno Veneris fortuna vagatur,
Præcipuè eſt illic quod Dea ſemper agat.
Forſitan & demens nocuit ſecordia nobis,
Nec ſatis intentus, nec bene cautus eram;

Alteriuſque iacet, ne ſit nullius in vlnis:
Et ſapit, & venia digna puella mea eſt.
Quicquid id eſt, vires animumq; à vulnere certum e
Sumere: ſumenti ſit Venus æqua mihi.
Non iacet incaſſum media venator in herba,
Si fugit, & primus vincula rumpit aper.
Nec gemit infelix vacuos qui reſpicit hamos,
Cum tremulum fallax linea ſenſit onus.
Dum ſedet elapſamque ſibi non cogitat auceps,
Sæpe aliam rurſus caſſide cepit auem.
Tu quoque, ſi qua mea eſt, ignoſce Walachria culpæ,
Inque alia nobis non inimica veni.

Ad riualem. Eleg. VIII.

Dicebam, deſiſte meos inuadere amores,
Dicebam, miſero parce nocere mihi.
Nunc tibi quam ſentis Veneris grauis ira luenda eſt,
Nunc tibi, ſi neſcis, impetus ille nocet.
Ipſa manu Cytherea ſuos defendit alumnos,
Et puer in promptu ſpicula ſemper habet.
Non vt ſanguinea tingantur cæde ſagittæ,
Ne cadat vt ſæuus cuſpide fixus aper.
Sed monet armatus: teneros ne læde poëtas
Si quis amas, noſtro ſi quis ab igne cales.
Vt mare piſcator cymba vagus intrat, & intrat
Flumina priuatas non tamen intrat aquas;
Sic tibi quod ludas toto quæratur in orbe;
Sub domino viuat, viuere ſi qua ſolet.
Verſibus alterius partam tibi quærere noli.
Hoc pudor, hoc probitas, hoc vetat ipſa fides.
Hoc vetat hic arcus qui non impunè ſagittas,
Nec ſine vulneribus ſpargere tela ſolet.
Quiq; ferit vatem, vatem quoq; vindicat ipſum,
Vtq; ſuo viuat tutus ab hoſte cauet.
Hoc niuei mores vatum meruere fideſque,

Ho-

Hoc pia ſimplicitas, ingenuuſque pudor.
Hoc amor innocuus meruit, meruiſtis & illæ
Ingenij, quales neſcit auarus, opes.
Queis legor, & toto non ſum male cognitus orbi,
Et mihi, qui vincit cætera, venit honos.
Dixit, & in tergo volucres ſonuere ſagittæ,
Nec tamen in dextra non fuit vna manu.
At tibi nunc tantam Nemeſis mea prouocat iram,
Et meus eſt in te qui male ſæuit amor.
Et tamen eſt aliquid quod nos debere fatemur,
Eſt aliquid noſter quod tibi debet amor.
Nam cum me Walachris quantum diſtamus ab oris,
Diuideret flammis vnda maligna meis,
Alloquio blandam fouiſti & voce puellam,
Et tua pro me vox ingenioſa fuit.
Atque vtinam poſſim, ne non ſim gratus abundè,
Vtque tibi referam quæ meruiſſe puto,
Illius in gremio pro te tua facta referre.
Hac equidem gratus lege fuiſſe velim.

ELEG. LIBER V.

Ad Maximilianum Vrientium. Eleg. I.

Antiquæ turres dilectaque tecta meorum,
Et tantum puero cognita Ganda mihi,
Si merui tua templa patens, calcare domoſque,
Et quæ grata meos tangit arena pedes,
Da veniam: procul externis è finibus adſum,
Qua Batauam Nereus æquore pulſat humum.
Artibus hic primos Muſiſque impendimus annos,
Innocuuſq; tuis hoſtibus hoſtis eram.
Odimus, infeſtus patriæ quia viuit, Iberum,
Odimus: hæc ſceleris ſumma caputque mei eſt.
Non ego ciuiles armaui in prælia dextras,
Inque tuos moui perfidus arma lares.

Non ego magnorum rapui delubra Deorum,
Nec ſpoliata meo crimine buſta iacent.
Cædibus abſtinui, truculentaque prælia fugi,
Nec tua præda meas creſcere fecit opes.
Cætera paupertas pro me non noxia dicet,
Et tantum ſteriles vita ſecuta Deas.
Viximus immunes ſcelerum: niſi tangere ſacra
Muſarum ſcelus eſt, iſtaque caſtra ſequi.
Tu quoque, magna parens, creuiſti carmine noſtro,
Et memini nomen ſæpe vocare tuum.
Hoſtibus in medijs tibi ſacra peregimus olim:
Hoc mihi libertas illa Batauа dedit.
Hæc fuerant nunc ſancta faue: tua mœnia rurſus
Hoſpes ouans ſubeo: tu modo ſancta faue.
Non tamen vt vaſtas admirer Cæſaris arces,
Quodque Philippeo numine creuit opus.
Ingenteſque Deûm moles, & publica ſaxa,
Et quæ ſtant medijs pegmata celſa vijs.
Liſa pater, comiteſque & vos ignoſcite Nymphæ,
Indigetes patriæ Dijque Deæque meæ,
Plus patria nobis patria ſeruatur in vrbe,
Seque aliquid maius maxima Ganda dabit.
Vrientius accipiet venientem lætus amicum.
Ille mihi magno Cæſare maior erit.
Amplectarque virum, mediaſque effuſus in vlnas
Deficiam lachrimis deficiamque mihi.
DI fidei teſtes, & tot pia numina vatum,
Numina periura non temeranda manu.
Graiorumque ſales, vulgoque incognita tempe,
Quæ toties oculos detinuere meos,
Sic mihi ſit nunquam ſtrepitus audire tubarum,
Nec ſocia lætos cæde videre viros.
Flandria ſic reduci veniat non aſpera vati,
Et procul à populo me meus abdat ager,
Dulcia ſecuræ meditantem commoda vitæ,

Quam

Quam lepor & Musis pascat amica quies;
Vt mihi perpetuo molles est flamma medullas,
Inque meo VrientI pectore viuit amor.
Ah quoties animo præsentem amplector amicum,
Carminaque infelix, ceu placitura, lego;
Mensque sibi credit, viresque à iudice tanto
Sumit, & ipsa suum feruida nutrit opus.
Sæpe meæ videor contingere mœnia Gandæ,
Et quæ vix memini tecta videre, colo.
Plus tamen in tota nihil est quam Vrientius vrbe,
Et minor est patriæ quàm mihi vatis amor.
Scilicet æternos coniungunt numina vates,
Altius it tardis mentibus illa fides.
Illa fides puros coniungit pectoris ignes,
Ardentesque animas cordaque plena Deo:
Qualia nec regum auratis dant limina valuis,
Et semper pauida sceptra tenenda manu,
Non domini fasces, inuisaque matribus arma,
Et tantum miseras bella datura nurus:
Sed pia simplicitas, liuorisque inscia virtus,
Puraque mens animi, candidiorque niue.
Et pudor, & cuiquam non inuidiosa supellex
Carminis, & vulgus quas sibi nollet opes.
At vigor æterno veniens sublimis Olympo,
Qualia mortali non licet ore loqui.
Despectorque animus regum, supraque tyrannos
Spiritus: audaci seu libet ire viâ.
Armaque sæua virûm & crudeles dicere pugnas,
Vel quæ magnanimus iura cothurnus habet.
Seu lenibus castris teneri decurrere amoris,
Qualia sæpe mihi porrigit arma Venus.
Moribus his, inter ciuilia bella nefasque,
Et proprio sparsas sæpe cruore manus,
Inuidiamque ipsam, VrientI pius ardet & HeinsI,
Cunctaque mansurus sæcula vincet amor.

Digitized by Google

Somnium. Eleg. II.

An dubia tantum luduntur imagine ſenſus,
Aut aliquid veri ſomnia noctis habent?
Somnia noctis habent quod non oracula vatum,
Quod nequeant tripodes dicere Phœbe tui.
Fagus erat: fagum viridiſſima cinxerat herbis
Area, quam iuxta myrtea ſylua fuit.
Sylua fuit Veneris (Venerem dixiſſe putato)
Alterius non hæc ſigna fuere Deæ.
Scindebat viridem diducto gurgite campum,
Riuus aquæ puræ: cætera gramen erat.
Cætera dum ſpecto media Iouis arbore coruus
Sedit, & in puro fonte natauit olor.
Venit, & extemplo (quid enim non ſomnia poſſunt?)
In viridi virgo candida ſedit humo.
Illius in gremium demiſſis leniter alis
Candida neglecto gurgite venis auis,
Collaq; gaudenti ſimilis libauit & ora,
Ora quidem pennis candidiora ſuis.
Sed nimium torua faciem contraxerat ira,
Aſperaque immitis læſerat ora furor.
Tum fragili blandam dimiſit gutture vocem,
(Vt puto vox mœſtæ vel morientis erat)
Qualia Mæandri redeuntibus edit in vndis,
Conſcia cum fati dicitur eſſe ſui.
Illa renitentem medias deiecit in herbas,
Deq; ſuo gremio dulce remouit onus.
Sic cecidit gremiumque vnà lucemq; reliquit,
Et moriens triſtem corpore preſſit humum.
Venit & annoſus media Iouis arbore coruus,
Venit ouans animi, lætaq; ſigna dedit.
Quem bene vix totis venientem ſuſtulit vlnis,
Et gremio nigram læta recepit auem.
Finis erat ſomni, ſomni tamen hæſit imago

Senſib

Senſibus atq; oculis non abitura meis.
Quæſieram cauſas: (cauſas latuere petentem)
Conſcia quærenti ſingula dixit anus.
Quæ placuit virgo, virgo tua, dixit, amica eſt.
Purpureus vatis pectora ſignat olor.
Carmen vterque canit feliciter, albus vterque eſt:
Hic niueus pennis, moribus ille ſuis.
Vita reliquit auem pariter gremiumq; puellæ.
Et tibi cum vita finis amoris erit.
Coruus amans ſenior, ſenior præfertur ab illa,
Ingenio non eſt gratia magna tuo.
Dixerat: obſtupui, voxq; arida faucibus hæſit,
Et didici certam noctibus eſſe fidem.

Ad Franciſcum Svvertium. Eleg. III.

Te tenet intentum geminæ Cyllenius arti,
Et dubium natus Pleiade monſtrat iter.
Curaque ſe partem nunc hanc nunc vertit in illam,
Altera dum Muſas altera quærit opes.
Nos ſteriles laudes, & inertis præmia voti
Pergimus, & vitæ commoda nulla ſequi.
Sed modo Socraticæ ſolantur tædia chartæ,
Et modo maiorem porticus alta videt.
Aut vbi blanda Venus ſopitos excitat ignes,
Sum mihi materies, ſum mihi ſemper opus.
Nec mea crudeles exercent ſomnia venti,
Nec mea turbatæ vota morantur aquæ,
Nec peregrina meas impellunt æquora merces,
Aut pelago clauſas detinet vnda rates.
Cum dominam vidi, nihil eſt quod reſtet ab illo,
Conſtitit, & portum noſtra carina tenet.
Nec niſi nos, Svverti, teneros mercamur amores,
Nec niſi nos Veneris triſtia damna mouent.
Baſia ſi pepigit, meruit formoſa vocari,
Et precium pacti muneris, illud habet,

Se quo-

Se quoque ſi dederit, ſatis eſt ſi carmina reddam.
Hæc bene qui ſoluit præmia magna dedit.
Non alias priſco nouerunt tempore merces,
Quos populos nondum ſaucia terra tulit.
Cum pariter ferrum pariter quod quæritis aurum
Præſcia tot fraudum diſſimularet humus.
Omnia quæ ſalua poterant virtute teneri,
Illa parens cuiuis, cuilibet æqua, dabat.
Nec nocuit mitem carpſiſſe è vitibus vnam,
Obuia pendebat vitibus vua ſuis
Nil nocuit pomum, pendebat ab arbore pomum:
Hæc poterant ſalua ſimplicitate legi.
Atque aliquis collum teneræ cingebat amicæ,
Cingenti thalamum gramen & herba dabat.
Blandaque quot tulerat compreſſis baſia labris,
(Hoc tunc innocuus ſine manebat amor.)
Tot dominæ flores glandeſque ex arbore lectas
Reddidit: his precium tum quoque rebus erat.
Senſim aliquis maiora dedit pulchramve columba
Aut aliquam, nido demere iuſſus, auem.
Paulatim pecudes raptæque à matribus agnæ,
Et precio mentem ſollicitauit ouis.
Nec pietas aberat, ſed adhuc in moribus omnis
Cenſus erat: probitas nomen habebat opum.
Credibile eſt illo veteres regnaſſe poetas
Tempore: gens illo tempore digna fuit.
Impietas terris, mox fluctibus eruit aurum.
Non meruit faciles impetus ille vias.
Primus adhuc purum fraudes inuexit in orbem,
Quem gelido natum vertice Maia dedit.
Fabula nota quidem, ſed non & cuilibet, illa eſt.
Res tamen autores fertur habere Deos.
Pleïas vmbroſo puerum cælauerat antro,
Quod fureret Iuno debuit ille tegi.
Cingebat viridi naſcentem populus vmbra,

He

Digitized by Google

Herculeas nondum preſſerat illa comas.
Non Veneris deerant myrti, dilectaque Phœbo
Nec ſua cypreſſus, nec ſua laurus abeſt.
Iupiter ex alto ſolitus deſcendere cœlo
Sæpius hac cæcum nocte tenebat iter.
In thalamo fulmen cum maieſtate iacebat:
Sic bene celabat, ſic bene verba dabat.
Nox quoque quæ tollit diſcrimina cuncta Deorum,
Abſtulerat vultus, omnia nocte latent.
Tres comites tantum, proles Latonia Phœbus,
Et qui cæruleas numine torquet aquas.
Mulciber his greſſum, quamuis his iunxerat impar,
(Tum primum claudo cœperat ire pede.)
Ventum erat ad montem, puerum videre iacentem,
Et facies viſa eſt digna parente ſuo.
Fraus tamen in vultu micuit manifeſta iacentis,
Sed fraudi in puero quis locus eſſe poteſt?
Sic abeunt furtim: tenero iam paſcua rore
Et virides herbas ſparſerat orta dies.
Viderat errantes bis ſex in gramine tauros
Phœbus, & ad pharetræ reſpiciebat onus.
Nuſquam erat: ad montem ſua fert veſtigia rurſum,
Et relegit per quas venerat ante vias.
Territus exemplo dum Lemnius aſtitit illo,
Et ſibi iam vacuas conſpicit eſſe manus.
Venerat armatus dilecta forcipe dextram.
Senſit & æquoreus tertia damna Deus.
Quid faceret? vultu ter pallidus hæſit eodem,
Et ſua percuſſus lumina fixit humi.
Et puer, & genetrix, & cognita damna duorum,
Et nox, tenebræ ſuſpitione carent.
Primus abiit Phœbus, primus peruenit ad antrum,
Mox ſequitur Phœbum iunctus vterque Deus.
Protenus vt venêre, videt ſua quilibet arma.
Singula ſub cunas traxerat arma puer.

Iupi-

Iupiter agnoſcit teneræ veſtigia mentis.
Et puer hic nobis vtilis inquit, erit.
Vtilis & terris & ſæuis vtilis vndis.
Nauita iam puppes iam tua vela para.
Iam video totis impleri carbaſa ventis.
Exigua eſt tellus: adiiciantur aquæ.
Nunc Borea primum, nunc Africe nomen habebis.
Hactenus humanis viribus æqua licent.
Pergit in ignotum veſana pecunia pontum.
Nec ſatis eſt fati conditione mori.
Diriget hic vectas peregrino è littore puppes,
Nec minus & terra dulcia lucra dabit.
Quiſquis amas lucrum, lucri venerare potentem,
Extaque fer tepidis & cadat agna focis.
Mox tamen inuenta liquidum teſtudine carmen
Addet, & à Muſis proximus eſſe volet.
Parua loquor: quintus cum ſexto acceſſerit annus,
Incipiet quouis dulcius ore loqui.
Felix quem placido naſcentem lumine cernet,
Seu ſequitur Phœbi ſeu tua caſtra Venus.
Dixerat: aſtiterant fatales omnia nentes
Et digitos fuſis applicuere Deæ.
DI faciant illo videat nos leniter ore,
Vtque ſolet iuſtas det tibi ſemper opes.

Ad Io. Rutgerſium. poetas primos ſapientiæ autores eſſe.
Eleg. III.

Qui putat ignauos tantum oblectare poetas,
Aut modo nugarum ſomnia vana ſequi,
Illum nec placidæ dignentur cernere Muſæ,
Et procul à ſacro limine Phœbus eat,
Nec pateant fontes quos non niſi docta bibiſſet
Ingenij tantas Græcia noſſet opes.
Omnia, Rutgerſi primum docuere poetæ,
Cum rudis & ſimplex & noua terra fuit.

Sunt quoque qui Diuis ſolitos accumbere vates
Regia Saturno ſceptra tenente ferant.
Sunt quoque qui credant magni primordia mundi
Vatibus æternos expoſuiſſe Deos,
Et ſeries rerum, cunctaſq; ex ordine cauſas,
Multaque quæ vulgo non adeunda latent.
Talia cantabat mediis in fluctibus Orpheus,
Æquoreæ primum cum patuere viæ,
Territa cum pubes & adhuc ignara carinæ
Aurea Phrixeæ terga petebat ouis.
Talia cantabat cum robora dura canentem,
Et lenes numeros ſylua ſecuta fuit,
Et rapidæ tigres: rapidas tigreſque leaſq;,
(Hi fuerant homines) prima tenebat humus.
Omnia ſupreſſa feritas ratione regebat,
Nullus honos veri curaque laudis erat.
Plurima Muſæus primum videre Linuſque,
Sidereos obitus diſſimileſque vias.
Hi quoque magnorum primo repperere Deorum
Et genus & vires, & docuere ſuos.
Principio tali ſapientia venit in orbem,
Quæ quia grata parum nec ſpecioſa Dea eſt,
Lenibus attentas numeris defluxit in aures
Mollius: hoc velo diſſimulanda fuit.
Omnibus eripuit poſitam ſub iudice palmam,
Quem vitrea genuit Nympha Meletis aqua.
Nympha ſenem genuit vel ſic quia docta vetuſtas
Credidit haud noſtri ſanguinis eſſe virum.
Quot ſegeti ſpicæ, quot ſunt in vitibus vuæ,
Arbore quot frondes, vere mouentur apes,
Quot tremulis ſummæ criſpantur fluctibus vndæ,
Seu prior abceſſit ſeu noua ſurgit hyems,
Tot facies rerum tot nomina, nomina plura
Aut ſpecies plures magnus Homerus habet,
Seu cadit vrba ſenſim luſtris obſeſſa duobus,

Tele-

Telemachi metuit ſeu duo luſtra pater.
Aſpice magnanimum (non eſt imbellis) Achillem,
Sed nimium præceps & ſine mente ruit.
Aſpice Neſtoreos, non ſunt ſine viribus, annos,
Quæ moueant fortes arma diſertus habet.
Dum trepidat Priamus, dum ſpes accendit Achiuos,
Vulnus in Atridę pectore fecit Amor.
Deperit, & poſcit Briſeida virgine rapta
Æacidæ ceſſant, dum cadit ira, manus.
Sic leuibus pereunt & ſtant ingentia cauſis,
Et minimi nutu ponderis alta iacent.
Hinc trahitur totum Mars & differtur in annum
Hinc trepidos ritu fulminis Hector agit.
Iupiter ex alta mortalia deſpicit arce,
Mortales ſuperis nil ſine poſſe vides.
Hoc ſine, nequicquam Danai vertuntur in hoſtem,
Hoc ſine, rem fruſtra Troica turba gerit.
Aſpice iactatum poſt prælia turſus Vlyſſem,
Alterius dices illa fuiſſe viri.
Tot licet infelix ventos patiatur & imbres,
Et toties gelida frigora nocte ferat,
Omnibus his pariter plus eſt metuenda Calypſo,
Lenones oculos blandaque verba parat.
Et modo feſtiuis properantem detinet vlnis,
Et modo turbatas callida monſtrat aquas.
Hinc quoque ceratam deducit in æquora puppim.
Dirigit & curſus, & ſibi vela facit.
Fluctibus abripitur poſito velamine, nudum.
Sæuus in Alcinoi littora ventus agit.
Quid tibi vis fortuna tamen? qui perfida geſtis?
Auxilio felix non fuit ille tuo.
Omnia cum rapias, totum ſibi linquis Vlyſſem,
Exuuias tantum D. ua natantis habes.
Hæ tibi vel toti pelago donantur & vndis,
Sic quoque cum deſint omnia, diues abit.

H

Hinc animoſa ſuos inſtruxit porticus hortos,
Vnica quam virtus nec comitata iuuat,
Serius eſt magno quicquid miramur Homero,
Vlterius nullum Græcia nouit opus.
Credite poſterius doctæ vidiſtis Athenæ,
Qui bene conueniens. quid ſine laude foret.
Nam neque tum notum ſapientia nomen habebat,
Nec fuerant ſeptem. pectora docta. viri.
Nec Samiæ fuerant audita ſilentia linguę,
Et non ſollicitos qui putat eſſe Deos.
Nec quem Cecropiæ letho miſerè cicutæ,
Cui nocuit verum ſed ſine nube loqui.
Penelope procul eſt. & adeſt pulcherrima Circe,
Nec properat blandæ iungere membra Deæ.
Viderat indignis iuuenes horreſcere ſetis,
Nec ſua mutatos ora mouere viros.
Illa voluptatis ſunt præmia: flecte carinam,
Et ſcopulos quiſquis perlegis iſta, caue.
Credite cœleſtes animas. poſt fata ſuperſunt,
Multaque corporibus non patienda ferunt.
Aſpicit Aiacem, Stygias tranauerat vndas,
Aſpicit hic comites poſt ſua fata ſuos.
Procris in amplexu Cephali formoſa, recumbit,
Hæret & extincto, nunc quoque iuncta, viro.
Qud tibi ventorum referam cum nomine vires,
Qua Boreas cœli parte vel Eurus eat?
Bis duo ſunt illi, numeros auxere minores
Poſtmodo paulatim creſcere cuncta ſolent.
Quid referam cœlum? ſtant quælibet ordine ſigna.
Inuenies partes quæque ſubire ſuas.
Pleiades ſeptem. quanuis ſex eſſe putentur
Eminus. obducit nubibus vna caput.
Voluitur Orion, ſed & hunc quæ reſpicit vrſa:
Cum geminam cernas, vtraque ſicca manet.
Vis quoque non vna eſt medicis quibus vtimur herbis:

Hæc aliis prodeſt ſcilicet, illa nocet.
Has quoque diſtinxit. varia eſt natura locorum
Et ſeries totam carmine pingit humum.
Scit bene qua currus dubiis flectatur habenis,
Scit bene qua pugnax arte regatur equus.
DI tibi concedant magnorum maxime vatum,
Lætus vt Elyſio gramine ſemper agas.
Nec ſtatuat duras in te Proſerpina leges,
Conueniunt vmbræ mollia iura tuæ.
Scilicet Iſmarios ex quo Dea vidit amores,
Ingeniis ſemper talibus æqua venit.
Nec minus illa tibi faciles accommodat aures,
Nec minus illa tuo gaudeat ore cani.
Eſt locus extremos Phœbi venientis ad ortus,
Oceanus nullum qua ſibi fecit iter.
Rore madent teneræ ventiſque tepentibus herbæ,
Perpetuo Zephyri rura beata tenent.
Floribus, & quouis veſtitur terra colore,
Ver quia perpetuum eſt ver ſibi terra facit.
Nec niſi maturæ dependent vitibus vuæ,
Nec niſi quæ poſſis carpere, mala vides.
Hæc quoq; ſi ſpectes, ſunt aurea talia quondam
Heſperidum campos mala tuliſſe ferunt.
Sæpe vbi ſecuri iacuere ſub arboris vmbra,
(Securos populos arboris vmbra tegit)
Frondibus immiſtæ afflantur violæq; roſæque,
Et cingit meritum ſponte corona caput.
Nec ſtudium quenuis, eadem nec cura moratur;
Hic properat, ſedet hic, hic canit ille tacet.
Tranſtulit huc raptos iterum Menelaus amores,
Hæc etiam ſcimus dicta fuiſſe tibi.
Hæc quoque terra tuam gremio complectitur vmbr
Hoſpitumque tibi vatibus apta dedit.
Magne pater ſalue, nec ſe tibi iungere tellus
Audeat: ex alto ſpiritus ille venit.

N

Nec tibi præripiat meritam me iudice palmam
Mantua: vix quamuis illa secunda tibi est.
Illa tuo purum deduxit flumine riuum:
Purior est lymphis & minor illa tuis.
Sic pelagi salsis, nec quæ sine fluctibus, vndis
Exiguæ dulcis copia manat aquæ.
Nec minus in vastum pelagus diffunditur orbem,
Nec minus ingentem fluctibus ambit humum.
Proximus huic longo nec non & laudibus, æuo,
Quem gelidis ortum finibus Ascra dedit,
Quem sua vicinæ puerum docuere Camœnæ
Carmina: Parnassus non procul inde fuit.
Sederat, vt fama est, desertæ in vallibus Ascræ,
In manibus pini virga sedentis erat.
Pendebant aliquæ prona de rupe capellæ,
Pascebant aliqui non procul inde boues.
In medio placidasq; inter passimque vagantes
Per teneras frondes ipse sedebat oues.
Hos populos illi dederat fortuna regendos,
Non alias vsquam pauper habebat opes.
Terra pedum pulsu visa est vicina moueri.
Respicit: à tergo tres videt esse Deas.
Bis totidem parui linquebant culmina collis
(Exigui iuxta culmina collis erant)
Vna tenens laurum lauroque euincta capillos,
Calliopen Graio nomine turba vocat,
Hæc tibi dant, inquit, quæ cernis præmia Musæ,
Hæc tibi sunt ista sceptra tenenda manu.
Et tibi ne certent magnorum præmia regum,
Tutus ab insidiis omnibus illa geres.
Tutus ab insidiis viridi securus in herba,
In viridi fusus membra iacebis humo.
Vtque soles tardos stimulis impelle iuuencos,
Vtque soles pecudes pascere pasce tuas.
Nos quoq; pauperies paucis lætissima rebus,

Nos quoque ſimplicitas non operoſa iuuat.
Et tibi ne deſint facilis compendia vitæ,
Terra parens ſegetes,& dabit amnis aquas.
Quod ſatis eſt,cuiuis tribuit natura deuſque:
Luxuries nullum nouit habere modum.
Dixerat & ſumma pertentat tempora lauro,
Et leuiter pura tempora tingit aqua.
Fons erat illimis vicini in vertice montis,
Indomiti velox vngula rupit equi.
Hauſerat hinc paucas,vt erant ſine ſordibus,vndas,
Spargeret vt ſacras hoc Dea rore comas.
Ille leui primum perfuſus membra ſopore
Labitur,inque herbam fuſus,vt ante,iacet.
Mane erat:educit pecudes in gramina rurſus,
Et calami ſparſas carmine cogit oues.
Sponte ſua quiduis facili veniebat ab ore;
Nec vitio durum,nec rude carmen erat,
Viderat intonſi iuuenem cui colla capilli.
Primaque pingebat flore iuuenta genas,
Hic quoque paſcebat teneras in montibus agnas;
Curaque vicinos fecerat vna duos.
Diligit hunc ſenſim,nec erat non dignus amari.
Sed prohibent Parcæ cætera,raptus abit.
Vltima perſoluit iuueni ſolatia rapto:
Materiem vati ſuppeditabat amor.
Mox Thetidis laudes,Thetidiſque vt Pelea quonda
Vnanimi vitæ fœdere iunxit Hymen,
Mox canit & terram,terræ præcepta colendæ.
Hoc ſupereſt nobis:cætera tempus habet.
Quid noceat Baccho,quo quæque ſit ordine vitis.
Et quo ſit melius conſtituenda modo.
Forſan Ariſtæi veteres his iunxerat artes,
Et quæ ſollicitas ære morentur apes.
Qui placeant flores,quæ proxima gentis origo,
Quæ loca,quas latebras agmina parua petant.

Addi

Addidit herbarum proprios cum viribus vſus,
Et medicam docuit, cætera doctus, opem.
Quid memorem pulchros terræ quos prodidit ignes,
Ortaque quæ cœlo lapſaque ſigna canit?
Idæoſque Deos, & quæ dum format Achillem
Aurea Chironis verba fuiſſe putant.
Iupiter inſano ſuſpendit in æquore molem:
Æquoreis tellus vndique cedit aquis.
Hanc quoque deſcripſit, faciemq; habitumque locorũ
Prodidit, & iuſtum continuauit opus.
Quid memorem Priſcas Heroidas, extaq; vatum?
Addidit & magnos vltima cura Deos.
Hic Chaos antiquum, primique exordia mundi,
Cunctaque paulatim nata fuiſſe vides.
Cum mare, cum tellus, cum ſidera mixta iacerent,
Cum facies mundi nulla vel vna fuit
Cætera gens horum veſtigia pone ſecuta eſt
Quæ docet. ex illis fontibus vnda venit.
Diſcite Pierides titulos condicere veſtros,
Cur aliis veſter cedere pergit honor?
Tu quoque, Rutgerſi, cum detrahat omnia liuor,
Vatibus intactum crede fuiſſe nihil.

Ad Dauidem Lindanum. Eleg. IV.

Non ſic ingratum Corydon cantabat Alexin.
Perditus, & duro vulnere tactus amans,
Qui pulchram docuit reſonare Amaryllida ſyluas,
Vt tua vita tuo carmine dicta fuit.
Atque ita ſim felix, nec me mea vota morentur,
Et videam patriæ tecta ſolumque meæ,
Vt mihi dulce foret tecum Lindane vagari,
Et pariter tecum paſcere poſſe pecus.
Hoc decuit Phœbum: Phœbus cum matribus agnos
Pauit, & errantes in ſua tecta tulit.
Pauit & ante pecus cum Cypride pulcher Adonis,

Et Veneri gratus pulcher Adonis erat.
Phyllis amans & amata vagantes clauderet agnos,
Et tibi vicinas curreret inter oues,
Illa tibi plures componeret ordine cannas,
Et ſtipulam vati materiemque daret.
Nec procul hinc iunctis in vallibus ipſe iacerem,
Diues opum quas ſors ipſaque ferret humus.
Haurirem patrias gelidis è fontibus vndas,
Sedaret ſubitam ſpica paterna famem.
Nec fugerem glandes: abeat Bacchuſque Cereſque,
Quos furor & rabies, viſque ſecuta fuit.
Hoc procul à ſtrepitu, procul à clamore meorum,
Quos ſua ciuilis cogit in arma furor,
Ceſſarem patulo ſub tegmine deſidis vlmi,
Aut vbi diffundit populus alba comam;
Vel qui de pronis reuolutus collibus amnis
Temperat arentem frigoris autor humum.
Nec pinguem requiem captanti aut munera ſummi
Narraret pauidas anxia fama nurus,
Bellaque quæ noſtrum miſere diffuſa per orbem,
Adducunt ſocias in ſua fata manus:
Sed facilem vitam ſecuraque in ocia nato
Vita mihi facilis nec niſi læta foret.
Hic canerem blandos Siculi paſtoris amores,
Qui Latio per nos incipit ore loqui.
Daphnis vt infelix nimio flagrauerit igne,
Saucius ille tuo Nais amore fuit.
Fluminaque & fontes errauerit altaque circum
Culmina, qua flammas Ætna ſub aſtra vomit.
Ætna vomit flammas in pectore Daphnis,
Celabat nulla reſtituendus ope,
Fundebant lachrimas vicinæ in flumine Nymphæ,
Augebat patrios quæque dolore lacus.
Quid faceret? qualis nix primo ſaucia ſole
Liquitur, & lympha eſt quæ modo dura fuit,

Sic

Digitized by

Sic abit in lachrymas, ſic mœſto pectore Daphnis
Carpitur, & fruſtra nomen in ore gerit.
Naida clamabat: reddebant Naida ſyluæ,
Nec tamen inſtanti ſæua ferebat opem.
Nocte alius lentos Amaryllidis ardet amores,
Tityrus interea carmine paſcet oues.
Tityre coge pecus, ſed ne feriare caueto.
Aſpicis hic caprum: cornibus ille ferit.
Cur Amarylli tuum nunc denique linquis amantem,
Nec leuiter nobis conſpicienda venis?
Vtque ſoles, ſummo proſpectas leniter antro,
Deliciaſque tuas me, velut ante. vocas?
Nunc male barbatus tibi ſum, ſimuſque videris
Nympha tuo cogor perditus igne mori.
Aſpicis hos luctus? vtinam nunc denique fiam
Inſtar apis, circum quæ tua tecta volat.
Poſſem hederas inter filicemque impune vagari,
Qui tibi circundat, Nympha ſuperba, caput.
Nunc ſcio quid ſit amor: grauis eſt Deus. ille leænæ
Hæſit in vberibus, ſyluaque mater erat.
Qui mihi nunc totis ferus ah ferus oſſibus ardet.
Incipe paſtori baſia ferre tuo,
O nimium formoſa. ſed & ſic ſaxea tota es.
Nigra ſuperciliis luminibuſque veni.
Irrita ſint quamuis. gratum ſunt baſia munus.
Quam metuo pereat ne tua ſerta tibi,
Carpta meis digitis apio quam fecimus ante,
Cumque apio partem mixte corymbe tenes.
Quid mihi nunc fiet miſero: tu ſurda moraris:
Littus habe veſtem: ſumite corpus aquæ,
Hic vbi nunc thynnos aliquis piſcatur in alto.
Et ſi non peream ſat tibi caſus erit.
Senſimus hoc nuper: nam cum miſer vſque rogarem,
Num tibi cura mei vel ſuper vlla foret,
Hæſit, & in noſtris paulatim emarcuit vlnis

Digitized by Google

Quam tenui, nullos & dedit herba ſonos.
Dixit & Agræo cribri cum verteret orbem,
Callida quæ ſpicas granaque legit heri,
Vreris inſano nil commiſerantis amore:
Et tamen hunc captum nunc quoque vanus al
Quam toties Memnonis Erithacis atra popoſcit
Filia: nam fœtus edidit ante duos.
Scilicet illa feret quæ nunc tibi munera ſordent.
Ecce oculus dexter poſt mea verba ſalit.
Conſpiciamne oculos ergo illius? hic vbi pinus
Sibilat interea carmina pauca canam.
Si forte aſpiciat noſtros miſerata dolores
Dum canimus: nec enim ferrea ſemper erit.
Talia cantabat Siculi paſtoris auena
Carmina, quæ faciles edidiciſtis oues.
Talia ſublegeret cantantibus aurea nobis
In patria, veniat pax modo, Phyllis humo.

In Cupidinem Bruxellæ, qui è fonte aquam iaculatu
Eleg. V.

Quiſquis in ambiguo toties totieſque volutus
Nunc ſequeris greſſus nunc fugis ipſe tuos,
Non hæc cauſa viæ eſt, nec tanti nominis error:
Aſpice naturæ, ſeu libet, artis opus.
Aſpice qui lympham madidus de fonte Cupido
Vibrat, & ipſe ſuam gurgite tingit humum.
Non illum genuit claudo Cytherea marito,
E Nymphis genetrix illa vel illa fuit.
Non face, non iaculis, non ſæuis ignibus vrit:
Pro iaculis frigus, pro face mittit aquas.
Qualibus optarit nimios abſtergere ſoles
Deliæ, cum multo victa labore iacet.
Cecropis accedat poſita cum caſſide parma,
Sentiet hic nullas ſæua Minerua faces.
Accedant gelidas hauſturæ Naïdes vndas,

Virginitas illis ſalua futura eſt.
Accedat Bromius, quamuis veſanus & excors,
Amittet rabiem, cum volet ille, ſuam.
Cornua deponet vibrata ſaucius vnda,
Nec cuiquam ſoliti cauſa furoris erit.
Iupiter huc veniat, nullo mutabitur auro,
Iupiter huc veniat, non abiturus olor.
Spicula quæ cernis ſine vi ſine vulnere manant,
Et prohibet ſolam miſſa ſagitta ſitim.
Non hic in patrias Cynareida mitteret vlnas,
Nec læti Hippolyto cauſa pudenda foret.
Byblida nec fratris vetito torreret amore,
Inque ſuæ ſimilem verteret author aquam.
Caſtius hac nihil eſt: tota eſt ſine ſordibus vllis,
Frigidior glacie frigidiorque niue.
Vllaque ne ducant tremulæ contagia lymphæ,
Hoſpitibus raro ianua clauſa patet.
Ipſa Venus veniat natis comitata duobus,
Ipſa Venus clauſas ſentiet eſſe fores.
Semita ſola patet, dubios quæ ludit eundo,
Et vario cæcum tramite ſignat iter.
Erret in hac Theſeus, Theſeus ſine fine redibit,
Et referet ſemper qua tulit ante pedem.
Illic perpetuæ texuntur frondibus vmbræ,
Perpetuas vmbras dat locus ipſe ſibi.
Dumque alios ludit pariter ſe vindicat æſtu,
Vt procul à puro gurgite Phœbus eat,
Et ne virgineæ patiantur crimina lymphæ,
Et ne vel radiis laſa tepeſcat humus.
Interiora tenet gelidus, neque deficit, humor,
Et procul ex imis fontibus vnda venit.
Stat ſuper armatus ſolis (quis crederet?) vndis,
Et ſolas vndas eiaculatur Amor.
Sentiat hunc, nullos ſi quis deſiderat ignes,
Frigoraque ardoris poſcat amica Deum.

Sentiat hunc, ipſum ſi quis vitabit, Amorem,
Cauſaque nullius fiet amoris, Amor.

Ad Iohannem Reigersbergium. Eleg. VI.

Ne mihi ſit tanti meritos geſtare corymbos,
Aut viridi lauro tempora poſſe tegi,
Aut inter veteres non diſplicuiſſe poetas,
Nec minus à tota poſteritate legi,
Vt toties noſtros aliquis condemnet amores,
Et fragilem dicat vatibus eſſe fidem,
Cœleſteſque animos lentas admittere curas,
Et quaſi torporem deſidiemque pati.
Hoc facinus Pæan cunctique auertite Diui,
Nec Veneris proles, nec ſinat ipſa Venus.
Eſt aliquid Muſis pariter commune Deoque,
Qui colit, & ſemper pectora noſtra tenet.
Vt duo maiores ſumunt incendia vires,
Vt fulgor gemino maior ab igne venit,
Aut vbi mens Bacchi dubiis impellitur auris
Difficiles motus diſſimileſque capit,
Et modo. ſed totas ſubito propendet in iras,
Et modo, ſed toto Cypridis igne, calet:
Sic vbi vis Phœbi pariterque accedit Amoris,
Plus ira Veneris pectora noſtra ferunt.
Tum pariter iungit pariter ſe miſcet vterque,
Et pariter flammas & ſua tela mouet.
Sæpe ego cum vellem faciles effundere verſus,
Optaui tenero tactus amore capi.
Sæpe etiam finxi, nimium ne languidus eſſem,
Nec bona tam, vulgo ſed meliora, dedi.
Ipſa per ardentes loquitur Cytherea Poëtas,
Et minus à Muſis impetus ille venit.
Quod Nemeſis quondam potuit, quod pulchra Lycoris,
Crede mihi, Diuæ non potuere nouem.
Adde quod accenſos irritant carmina vates,

Et

Et lenocinium mens ſibi noſtra facit,
Cunctaque credibili fingit maiora videtque,
Et fauet infelix ignibus ipſa ſuis.
Cætera celantur quæuiſque in imagine formæ,
Et labes animo diſſimulata perit.
Maſcula ſi viſa eſt. viſa eſt ſuperare Mineruam:
Pæta ſub Idæo iudice Cypris erat.
Si veniat triſtis. ſi pallida: talis ab illo
Quo fuerat Iuno tempore victa, fuit.
Sæpe agilem noſtro legiſti in carmine Roſſam,
Parua tamen multis viſa breuiſque fuit.
Sic perii, cauſaſque mihi cur ſemper amarem,
Nec bene quæ poſſem vincula ferre dedi,
Abſoluique faces & ſæua Cupidinis arma,
Et feci innocuas Cypridis eſſe manus.
Siue erat incomptis, nec adhuc ornata, capillis,
Viſa eſt ſimplicitas carmine digna cani,
Siue aliud deerat. ne poſſet compta videri,
Ingenio cœpit comptior eſſe meo.
Sic ego ſex meſſes perii totidemque decembres,
Et cineri vires auxiliumque tuli.
Nunc mihi crudeles alio vertuntur amores,
Materiemque meam terra Walachra tenet.
Vix equidem vultus formoſaque lumina vidi,
Protenus incalui, protenus ictus eram.
Hauſerunt gemitus Domburgi littora noſtros,
Et Nymphæ lachrymas vix tenuere ſuas.
Hæc quoque nonnullis mernit taciturna videri,
Et nimium raro, nec niſi iuſſa loqui:
Me decus ingenuum, teneræque modeſtia formæ,
Me pudor in caſta virginitate iuuat.
Nominaque inuenio flammis aptiſſima noſtris,
Vt meus infuſa Pallade creſcat amor.
Creſcit & ingentes animo concepimus ignes,
Creſcit, & ardorem nunc quoque læſus alo.

Sic

Sic ne non peream plus veris laudibus addo,
Et nocet authori credere velle ſibi.
Sit nobis Helene, tam multos neſciet annos:
Da nobis miſeram Baucida, diues erit.
Sit turpis macie, longiſque exercita curis,
Hanc gracilem dicam: ſic mihi verba dabo.
Sit faciem ſit nigra manus: ceu Tibure miſſa
Protenus intactum carmine vincet ebur.
Donamus faciem, donamus quidlibet illis,
Et formæ artifices ingeniique ſumus.
Non Helene tanti, quamuis formoſa putetur,
Vt Phrygias bello frangeret vltor opes,
Cui licet è Leda genitæ cygnoque parente
Mæonidæ formam conciliauit opus.
Felicem nimium tam lenta Cypride vulgum,
Quos dubia tantum cuſpide tangit Amor.
In nos ſanguineas certiſſima tela ſagittas,
Et ſemper pharetræ mobile verſat onus.
Deficiant vatum præcordia: flebit, & illi
Nil facient tædæ, nil ſuus arcus aget.
Sordebit propria ſæuum rubigine ferrum,
Extinctus domitor fulminis ignis erit.
Te quoque felicem gemino qui ſaucius igne,
Audiat ipſa licet lux tua, ſæpe cales.
Certius ex alta bis mittitur anchora puppi,
Et tenet inſtabiles vncus vterque rates.
Certius hoc fateor: ſed nos crudelis in vna,
Et nimium conſtans ſed pia cura tenet.
Non perit in cunctis, ſi quis non hæret in vna,
Ludit, & è quauis gaudia certa petit.
Exigit à nobis meritas conſtantia pœnas,
Et damno eſt probitas, vt ſolet, ipſa ſibi.
DI facerent noſtræ vellent quoque ſcire puellæ
Carmen, & hic illis cognitus eſſet honos,
Tam faciles omnes, quam non ſine amoribus eſſent,

Nullaque

Nullaque laus ſalua virginitate foret.
Quæritur infelix toties cur perdita Sappho
Occiderit. vates ingenioſa fuit.
Non illam grauidi lana tenuere quaſilli,
Nec varie docta pingere norat acu,
Nec bene creſcentem tremulo percurrere tædam
Pectine: quod faceret nil niſi carmen erat.
Dicitur arſurum prius exarſiſſe Phaonem,
Et puero flammas præripuiſſe ſuas.
Ah quoties illi lentos obiecit amores,
Ah quoties dixit ſaucia, ſeuus ades!
Ah quoties teſtata ſuas eſt carmine curas,
Et Veneris blandum carmine pinxit opus!
Nec tantum dubios ſemper ſectamur amores,
Sed legem thalami pectora noſtra ferunt.
Cum tacitas ſedes inamœnaque regna ſubiuit,
Et Stygios Orpheus conſtitit ante Deos,
Credidit Ixion, & qui fugientibus vndis
In medio ſemper flumine quærit aquam,
Et notæ Danai diuerſo crimine natæ,
Legitima vates ſemper amare fide.
Solus amor noſter tenebras perrupit Auerni,
Quaſque domos hominum mors dare ſola poteſt.
Plus tamen incertis animus iactatur in vndis.
Mens vbi cum ſperat, ſic quoque mœſta timet.
Accedant veteres blandiſſima turba Poëtæ,
Præcipue cuius pulchra Corinna fuit.
Qui docuit cunctos, quod non neſcire Poëtas
Tu quoque perfecto carmine, certus eris.
Et qui Callimachum patrios deduxit ad Vmbros,
Et cui perpetuo ponitur igne focus.
Teius in lyram lepidos deducit Amores,
Et tenerum myrto ſedulus agmen agit,
Blandus in extincto ſuſpirat Adonide Moſchus,
Flebiliuſque ipſa Cypride fata gemit.

Ferreus.

Ferreus eſt lectis ſi quis non vritur illis,
Hippolyto quamuis caſtior illa legat.
Tutus eram memini, nec me mea Roſſa tenebat.
Simichidæ iuxta forte iacebat opus,
Et Batti faciles & noti Daphnidis ignes,
Et læſus patrias Tityrus inter oues:
Ingemui, vetereſque iterum rediiſtis amores,
Et placuit ſimplex non operoſa Venus.
Hic teneros pomis aliquis mercatur amores,
Huic pretium formæ dulce columba venit.
Protenus & carmen rediit: cum carmine rurſus
Cœpit amor vires, cœpit habere dolor.
Spes quoque paulatim vires aſſumpſit eundo,
Spes ſtimulos addit, ſpes ſibi vela facit,
Spes acuit blandos, & callida ludit amantes,
Credulitas ſemper vatibus iſta nocet.
Siſyphe ſic voluis rediturum è culmine ſaxum,
Inuidiam pœnæ ſpes tua ſemper habet.
At tibi qui lentos inclamas ſæpe Poëtas,
Ne noceat nati Cypridis ira, caue.
Qua pharetram geſtat, qua ſpargit ſæpe ſagittas,
Hac ſocios vates vindicat ille manu.

In fontem non procul Gerardi monte.
Eleg. VII.

Fons perlucidior vitro, niue purior ipſa,
Nympharum hoſpitium, Naiadumque domus,
Quem circum gelidæ defendunt ſolibus vmbræ,
Et multæ coryli, multaque quercus amat,
Defeſſus rabido ſpirantis murmure venti,
Et ponti aſſiduis ſollicitiſque minis,
Ad te læſus eo. patriæ vix redditus oræ,
Finibus è Bataui littoribuſque maris;
Accipe me: ſic te non lapſus ab arbore ramus,
Non vllæ pecudes nullaque turbet auis.

Digitized by Google

Sic qui nunc trepidant per humum decurrere riui,
Et nunquam faciles impediantur aquæ,
Et puro tremulæ claudantur marmore lymphæ,
Quas non pura ſatis ſolaque claudit humus.
Sic ſemper ſitiant formoſas Naïdes vndas,
Et caſtæ Dryades, quas tua ſylua regit.
Sic veniat Diana tibi poſcatque lauari,
Sic ſoli veniat conſpicienda tibi,
Sic longe fugiat Satyrorum impura iuuentus,
Virginibus ſolis vt tuus humor eat:
Accipe defeſſum nimiis ſoliſque viæque
Æſtibus, & ſiccam frigore pelle ſitim.
Namque ego nec Chii malim ſuauiſſima Bacchi
Munera, nec malim pura Falerna ſequi.
Felix, cui ſatis eſt qnantum natura propinat
Omnibus, & cuiuis iuſta miniſtrat humus.
Quem non immodicæ poſſunt corrumpere menſæ,
Non molles epulæ, non operoſa Ceres,
Poculaque occultas lethi ducentia cauſas,
Et nocitura ſibi prodigioſa ſitis:
Sed gaudet manibus ſalientem ſiſtere lympham,
Et puram digitis quattuor haurit aquam.
Sic ego crediderim priſcos vixiſſe parentes,
Quos vitæ innocuum ſponte trahebat iter.
Te ſupra virides circundant vndique rami,
Datque tui ſaturo molliter herba thorum,
Queis variæ veſtes, omnis cui purpura cedat,
Et quæ bis Tyrio murice lana madet.
O ego ſic poſſim tranquille ducere vitam,
Ignotus populo, cognitus ipſe mihi!
Sic mihi paulatim veniat non pigra ſenectus,
Tardaque mors, felix terminus ipſa ſui.
Non ego magnorum ſecter conuiuia regum,
Sat vitæ comites vnus & alter erunt.
Qualis perpetuum victurus carmine noſtro

Vrien-

Vrientius, ô Muſis & mihi dulce caput!
O niuei mores, ô toto purior æuo
Candor, & ignotæ ſimplicitatis amor!
Et dignus veteri tantum Lernutius æuo,
Qualia Saturni ſecula regis erant.
Ipſe tua nectam viridem de fronde coronam:
Tu mihi pro lympha Bellerophontis eris.

Monobiblos. Ad Petrum Scriuerium. Eleg. I.

Dum tibi feſtiuis lepidè ceſſatur in vlnis,
Cordaque manſurus mutua iungit amor;
Nos noua Scriueri dominæ conſulta morantur,
Atque iterum ſurdis voluimur in foribus.
Bis volui proferre pedem, bis blanda Dione
Perculit admoto lene caput ſtrophio,
In thalamoque ſuo ſolitos deducere ſomnos
Iuſſit & ignauo condidit in gremio:
Qua circum domini volitabant ſemper Amores,
Et teneræ myrti fronde virebat humus,
Graiaque ducebant tenui veſtigia muſco
Obſita iam multis deuia temporibus.
Iunge manus mecum: pariter referemur eodem;
Cypridis in lucos regnaque: vulgus abi.
Hic mihi dum primæ percurrunt pectora curæ,
Mens tremit & princeps pectora lambit honos.
Dum vehor audenti placidæ ſuccurrite Diuæ,
Vt mea vecta leui flamine puppis eat.
Materies ſatis apta mihi eſt: feror huc feror illuc,
Præſidet & puppi dux Cytherea meæ.
Et trahimur ſequimurque: dolor nocet ille; dolore
Plus tamen hoc ipſo poſſe carere nocet.
Et dolor eſt, ſed gratus amor: lachrymæque iocique,
Materieſque operis luſus & vmbra mei eſt.
DI pereat quiſquis lepidam ſpectare puellam
Ferreus haud vllo tactus amore poteſt,
Ridenteſque oculos leuiter, leuiterque minantes

Et

Et metuit blando tangere ſuauiolo,
Mi facilis natura leues præſcripſit amores,
Impoſuitque animo mollia iura meo,
Paſſeribuſq. inuectus ouantibus aurea Famæ
Templa, tuas tundo Cypridis aula fores.
Pandite mi dulces, aditum mihi pandite, Amores,
Pandite laſciui cum facibus pueri
Formoſæ ſedes: ne poſt ingrata negare
Audeat, aut noſtris ſe ferat ex oculis.
Illic Scriueriumque inter dominamque fauentem
Conſtituet tumulum Cypris amica meum.

Eleg. II.

Dum ſua nocturno deducit lumina cœlo
Cynthia, dux tacitis addita ſideribus:
Aſtraque voluuntur tacito palantia mundo,
Totaque ſuppreſſo murmure languet humus;
Heinſius infelix crudeli tactus ab igne,
Ad dominas perdit mollia verba fores.
Tu niueo primos exhalans pectore ſomnos
Languida ſopito lumine, Roſſa, iaces.
Innocuis perfuſa ſoporibus, inſcia rerum,
Pectora non vllis ſaucia vulneribus.
Qualiter in ſolas ſecedens Delia ſyluas
victa ſopore ſuas labitur in violas.
Aut matutino trepidæ ſub ſidere Nymphæ,
Poſtquam nocturnos inſtituere choros,
Molliter occultis in graminibus profuſæ,
Qua procul è gelida rupe ſuſurrat aqua,
Omnes procubuére, fatigatæque per herbas
innocuos paſſim conſtituunt thalamos.
Hic zonæ, tunicæque, arcuſque, leueſque pharetræ
E tremulis pendent vndique corticibus.
At procul inſano percurrens deuia paſſu
Pan furit in voces, Pan furit in calamos,

Antraque cuncta vago pede perreptauit & vmbras;
Syluaque vocalem ſenſit adeſſe Deum.
Aſt illæ gelidis ſub frondibus inclinatæ,
Laxatis recubant ſuauiter vberibus,
Virgineos ſomnos è pectoribus ſpirantes:
Huic vaga reſpondent paſcuaque & nemora.
Talis ego, mea vita, tuo deprenſus in igne,
Languidus, ignoto vulnere tactus eo.
Te nec noſter amor, triſteſque ad limina voces,
Nec toties fuſæ ſollicitant lachrimæ.
At me pallida mors magis & magis elanguentem
Opprimet hic ipſum leniter ad thalamum.

Eleg. III.

Hic nemus occultum, præcluſaq; fontibus antra,
Lymphaq; gaudentem frigore mulcet humum.
Auraque vicinis placide comes addita Nymphis
Mobilis argutis ſpirat ab arboribus.
Malaque voluuntur tremulis hærentia ramis
In gremium, nullo diſcutiente, meum,
Exiguis variata ruboribus, æqua papillis.
Cum modico trepidant vbere, Roſſa, tuis.
Cum circum tunicas gracili preſſere tumore,
Et leuiter primis luxuriant choreis.
Huc ades, ô mea Vita: videſne vt amabile laurus
Sub gelidis præbere hoſpitium folijs
Propter aquæ riuum gemino meditatur amanti?
Lymphaque muſcoſis exilit è laribus,
Languiduloſque agitata iubet confundere ſomnos,
Argutaſque ſimul fingere delicias?
Donec lumina victa ſoporibus, ipſaque ſenſim
Ebria mens blandis erret imaginibus.
Atque oculis impune natantibus halitus oris
Pectoris extremis efflūat è latebris,
In iecur, inque meas caletacta per oſſa medullas;

Atque

Atque animam toto conſcius ore bibam.
Sic noua ducentes lepidæ medicamina flammæ
Aſſiduus placido lumine cernat Amor.
Atque aliquis trepido ducens ſuſpiria vultu
Propoſitum ſiſtat ſponte viator iter.
Dum pariter iunctis in amoribus expirantes
Heſperus auratis occupet è foribus.

Eleg. IV.

Qualiter ignotis iam primum ſaucia myrtus
Solibus vmbroſo Cypridis in nemore,
Quam circum Veneres placitas duxere choreas,
Et ſua ſuſpendit ſpicula multus Amor,
Iam viduata ſuis deſerto in gramine lymphis
Arida collapſis frondibus occubuit.
Aut roſa, quæ ſtrophiumque inter teneraſque papillas,
Virgineis clauſa languet in vberibus,
Cui Zephyrus pater ipſe ſuas non amplius auras
Sufficit, & vires mater ademit humus:
Haud ſecus ignoto mens externata furore
Roſſa tuis poſtquam vultibus incaluit,
Aret, & effœto collapſæ in corpore vires
Deficiuntque animæ mollia vincla meæ.
Deuiaque ignotis mens vulneribus langueſcens
Ardet in amplexus poſſe venire tuos.
Haud ſecus immitis thyaſo quem poſſidet Euan,
Semper ab heſternis languidulum choreis,
Errat, & ignaui percuſſus flore Lyæi,
Omnia non certis peruolitat pedibus.
Auia dum lento calcantem gramina paſſu
Pallida nox denſis implicuit tenebris.
Aſt olli roſeæ languent ſub fronte corollæ,
Sertaque collapſis arida temporibus.
Donec ſidereum deducens Lucifer agmen
In tepida lapſum mane prehendit humo,

Rurſus pallidulum, rurſus caput huc atque illuc
Iactatum varijs Bacche, pater, ſtimulis.
Sic mihi Roſſa: tuis perculſum pectora curis
Semper ab integro poſſidet alter amor.

Hylas. Eleg. V.

Cum Venus occultis Cinerei ſaucia curis,
Furtiuo domini ſurgeret è thalamo,
Languida nox prono factura ſilentia mundo,
Stillabat madidis roſcida ſideribus.
Ridebant valles, ridebant obuia tempe:
In florem viridis protenus ibat humus.
Mollis Amor iunctos aurigabatur olores,
Percutiens geminis colla papaueribus.
Quos dum forte cauis è vallibus aſcendentes
Paulatim campis flectit ab Aſſyrijs,
Nympharum in lucos (Nymphæ tum forte ſedebant)
Aſpicit occultis ſub nemorum folijs
Pendentem lympham: tacitæ quam noctis imago,
Et tenebræ totis abſtulerant oculis,
Ni circum alludat radijs argentea Phœbe,
Et ſtrepitus denſis murmuret è violis
Occultus: qualis deſertæ rupis ab antro
Vere nouo florum conſcia fundit apis.
At circum faciles Nymphæ choreas ducebant,
Nymphæ formoſis inuida turba viris,
Quos intenta ſuo luſtrabat lumine Luna,
Pendentes tremulis arma ſub arboribus.
Pendebant pharetræ, pendebat inutilis arcus,
Quem metuunt Panes, quem metuunt Satyri.
Ergo abit, & puram ſpectator pergit ad vndam,
Oblitus niueas flectere rurſus aues.
Cunctaque dum luſtrat, dumque omnia circumſpectat
Et faciles luſus, & faciles choreas,
Corpore propendens toto gelidis ſuper vndis;

Decide-

Deciderunt arcus, deciderunt pharetræ,
Elapſæ furtim. veluti cum noctis in vmbra
Stella leuis leuiter decidit in pelagum,
In pelagum delapſa. vel vt delapſa putetur,
Fulget, & immenſum lumine ſignat iter.
Ardebant paſſim latebræ, totumque venenum
Hauſerat occulto fons gelidus latice.
At Nymphæ Nymphæ ſua rurſus tecta reuiſunt
Mane nouo, cum ſe Memnonis Æthiopis
Pegaſeis ſuper arua parens ſuſtolleret alis,
Et roſeis lora flecteret articulis:
Omnes innocuo deuinctæ membra ſopore;
Qualis collapſis Parthenice folijs
Demiſit collum grauis imbribus, aut vbi multum
E matutinis roribus immaduit.
Dum mollem reduces traxere per oſſa furorem,
Non iam virgineis ſaucia vulneribus.
Ergo omnes fontes nemora omnia circumcurſant,
Et nuper gratas effugiunt latebras
Palantes: patrio quam vellent poſſe ſub antro
Furtiuo puerum auertere connubio,
Quem ſimplex, à matre ſua deduceret error,
Ad gelidos fontes, & nemorum ſpatia.
Ah miſera, ah demens quam nec ſolitis pertentat
Fluctibus aſſiduè pectora ſerus amor.
Quantos illa ſuo conſumit corde dolores!
Quam velit hoc matrem poſſe latere ſuam!
Ah teneræ matres, ſi cui puer integer annis
Creſcit adhuc veſtro neſcius in thalamo
Crudelis flammæ, paruuſque ſororia libans
Oſcula, materno nil timet in gremio;
Nympharum cupidos defendite ſemper amores,
Neue aliquis veſtris prodeat è foribus.
Aut ſi cui male ſorte ſitis tentauerit ora,
Sunt alij fontes, ſunt alij latices.

Google

Reſpirantem animam, longiſq; doloribus ægro
  Virgineis eſſet portus in vberibus.
Vnde nec aſſiduis incumbens fluctibus vnda,
  Nec Notus inſanis nubibus abriperet,
Non triſtes ſcopuli, non vis truculentior hœdorum,
  Aut grauis incertis motibus Oarion:
Sed feſtiua iocorum & blandi copia amoris,
  Caſtaque nocturnæ præmia militiæ.
Cum tibi virgo intacta alijs, ereptaque matri
  Nocturnis collum luſibus impediet.
Ah miſera, ah primis vix tandem ſaucia curis,
  Quam veniens iterum lux alia atque alia
Inueniet domini complexibus intertextam
  Brachia, materno tam procul à latere!
Quamuis mœſta ſuos lachrimis corrumpet ocellos,
  Non prius ignotam ſueta venire domum,
Et ſæpe incaſſum dubio ſuſpiria voto
  Erumpent trepidis anxia pectoribus.
Qualis Penelopea nouo deducta marito,
  Hæſit in antiqui vultibus Icarij,
Humentes nequicquam oculos deiecta genaſque,
  Cum toties pia percurreret ora rubor,
Lumina conſpecto quoties ſuſtolleret illo,
  Cuius in amplexus eſſet itura, viro.
Quantos illa tamen fidei meritura triumphos,
  Digna fuit tota poſteritate frui!
Nam neq; cum Dis æternum victura Calypſo,
  Cuius bis geminus cingeret antra liquor,
Et thyę fragiles, & non funeſta cupreſſus,
  Prataque perpetuis roribus irrigua,
Nec cuius genitor radiantibus æthera bigis
  Purpureis ſurgens ſcandit ab æquoribus
Dilectæ potuere animum expugnare pudicum,
  Tantus in abſentem coniugis arſit amor.
Nec minus illa tibi noctes vigilabit honeſtas,

Neſcia

Neſcia cuiuſquam furta manumque pati.
Nec minus vſque tuis hærens amplexibus, vna
Incipiet ſomnos iungere languidulos.
Sitis felices tuque & tua. multaque ſæcla
Vnanimis pariter viuite corporibus,
Alteriuſque alter læto deuinctus amore,
Hæredem tantis addite muneribus:
Qui dum par opibus paulatim ſurgit auitis,
Volturium fauſtis arceat à foribus,
Hæc Venus auratis Libani quæ viuit in hortis,
Aſſyrio fragrans ſemper odore comam.
Hæc Venerum cum matre tulit chorus omnis,& omnia
Iuit in æternis ſcribere corticibus.
Nec procul abſiſtens ſacro Concordia luce
Sternuit, & certis annuit ominibus.

In obitum Iuſtæ Vrientiæ. Eleg. VII.

Non ita me ſolo crudelem in monte leænę
Edidit aut ſæuis tygris in Armenijs,
Vt nullos Vrienti poſſim ſentire dolores,
Aut ſiccis lachrimas vultibus aſpiciam,
Quæ mœſto tibi nequicquam de lumine manant,
Vt gelida è ſummo lympha cadit lapide,
Quam mittunt virides ſolatum Naides herbas,
Ne miſere æſtiuis deficiant radijs,
Dum propere ereptæ fundis ſuſpiria natæ,
Quam tibi,quam caſto coniugis è thalamo
Crudelis Lucina nihil miſerata gementem
Abſtulit & niſu ſuſtulis in medio,
Certantem blandos patri præbere nepotes,
Qui tibi languenti viribus aut ſenio
Dulcia dilecto immiſcentes brachia collo,
Nubem omnem mœſti diluerent animi.
Verum ea non tetulere infeſti gaudia Diui.
Sed veluti myrtus Aſia,quam teneræ

Digitized by Google

Reſpirantem animam, longiſq; doloribus ægro
 Virgineis eſſet portus in vberibus.
Vnde nec aſſiduis incumbens fluctibus vnda,
 Nec Notus inſanis nubibus abriperet,
Non triſtes ſcopuli, non vis truculentior hœdorum,
 Aut grauis incertis motibus Oarion:
Sed feſtiua iocorum & blandi copia amoris,
 Caſtaque nocturnæ præmia militiæ.
Cum tibi virgo intacta alijs, ereptaque matri
 Nocturnis collum luſibus impediet.
Ah miſera ah primis vix tandem ſaucia curis,
 Quam veniens iterum lux alia atque alia
Inueniet domini complexibus intertextam
 Brachia, materno tam procul à latere!
Quanuis mœſta ſuos lachrimis corrumpet ocellos,
 Non prius ignotam ſueta venire domum,
Et ſæpe incaſſum dubio ſuſpiria voto
 Erumpent trepidis anxia pectoribus.
Qualis Penelopea nouo deducta marito,
 Hæſit in antiqui vultibus Icarij,
Humentes nequicquam oculos deiecta genaſque,
 Cum toties pia percurreret ora rubor,
Lumina conſpecto quoties ſuſtolleret illo,
 Cuius in amplexus eſſet itura, viro.
Quantos illa tamen fidei meritura triumphos,
 Digna fuit tota poſteritate frui!
Nam neq; cum Dis æternum victura Calypſo,
 Cuius bis geminus cingeret antra liquor,
Et thyę fragiles, & non funeſta cupreſſus,
 Prataque perpetuis roribus irrigua,
Nec cuius genitor radiantibus æthera bigis
 Purpureis ſurgens ſcandit ab æquoribus
Dilectæ potuere animum expugnare pudicum,
 Tantus in abſentem coniugis arſit amor.
Nec minus illa tibi noctes vigilabit honeſtas,

Neſcia

Neſcia cuiuſquam furta manumque pati,
Nec minus vſque tuis hærens amplexibus, vna
Incipiet ſomnos rungere languidulos.
Sitis felices tuque & tua. multaque ſæcla
Vnanimis pariter viuite corporibus,
Alteriuſque alter læto deuinctus amore,
Hæredem tantis addite muneribus:
Qui dum par opibus paulatim ſurgit auitis,
Volturium fauſtis arceat à foribus,
Hæc Venus auratis Libani quæ viuit in hortis,
Aſſyrio fragrans ſemper odore comam.
Hæc Venerum cum matre tulit chorus omnis, & omnia:
Iuit in æternis ſcribere corticibus.
Nec procul abſiſtens ſacro Concordia luce
Sternuit, & certis annuit ominibus.

In obitum Iuſtæ Vrientiæ. Eleg. VII.

Non ita me ſolo crudelem in monte leænę
Edidit aut ſæuis tygris in Armenijs,
Vt nullos Vrienti poſſim ſentire dolores,
Aut ſiccis lachrimas vultibus aſpiciam,
Quæ mœſto tibi nequicquam de lumine manant,
Vt gelida è ſummo lympha cadit lapide,
Quam mittunt virides ſolatum Naides herbas,
Ne miſere æſtiuis deficiant radijs,
Dum propere ereptæ fundis ſuſpiria natæ,
Quam tibi, quam caſto coniugis è thalamo
Crudelis Lucina nihil miſerata gementem
Abſtulit & niſu ſuſtulis in medio,
Certantem blandos patri præbere nepotes,
Qui tibi languenti viribus aut ſenio
Dulcia dilecto immiſcentes brachia collo,
Nubem omnem mœſti diluerent animi.
Verum ea non tetulere infeſti gaudia Diui.
Sed veluti myrtus Aſia, quam teneræ

Reſpirantem animam, longiſq; doloribus ægro
Virgineis eſſet portus in vberibus.
Vnde nec aſſiduis incumbens fluctibus vnda,
Nec Notus inſanis nubibus abriperet,
Non triſtes ſcopuli, non vis truculentior hœdorum,
Aut grauis incertis motibus Oarion:
Sed feſtiua iocorum & blandi copia amoris,
Caſtaque nocturnæ præmia militiæ.
Cum tibi virgo intacta alijs, ereptaque matri
Nocturnis collum luſibus impediet.
Ah miſera ah primis vix tandem ſaucia curis,
Quam veniens iterum lux alia atque alia
Inueniet domini complexibus intertextam
Brachia, materno tam procul à latere!
Quanuis mœſta ſuos lachrimis corrumpet ocellos,
Non prius ignotam ſueta venire domum,
Et ſæpe incaſſum dubio ſuſpiria voto
Erumpent trepidis anxia pectoribus.
Qualis Penelopea nouo deducta marito,
Hæſit in antiqui vultibus Icarij,
Humentes nequicquam oculos deiecta genaſque,
Cum toties pia percurreret ora rubor,
Lumina conſpecto quoties ſuſtolleret illo,
Cuius in amplexus eſſet itura, viro.
Quantos illa tamen fidei meritura triumphos,
Digna fuit tota poſteritate frui!
Nam neq; cum Dis æternum victura Calypſo,
Cuius bis geminus cingeret antra liquor,
Et thyę fragiles, & non funeſta cupreſſus,
Prataque perpetuis roribus irrigua,
Nec cuius genitor radiantibus æthera bigis
Purpureis ſurgens ſcandit ab æquoribus
Dilectæ potuere animum expugnare pudicum,
Tantus in abſentem coniugis arſit amor.
Nec minus illa tibi noctes vigilabit honeſtas,

Neſcia

Neſcia cuiuſquam furta manumque pati.
Nec minus vſque tuis hærens amplexibus, vna
Incipiet ſomnos iungere languidulos.
Sitis felices tuque & tua. multaque ſæcla
Vnanimis pariter viuite corporibus,
Alteriuſque alter læto deuinctus amore,
Hæredem tantis addite muneribus:
Qui dum par opibus paulatim ſurgit auitis,
Volturium fauſtis arceat à foribus,
Hæc Venus auratis Libani quæ viuit in hortis,
Aſſyrio fragrans ſemper odore comam.
Hæc Venerum cum matre tulit chorus omnis,& omnia:
Iuit in æternis ſcribere corticibus.
Nec procul abſiſtens ſacro Concordia luce
Sternuit, & certis annuit ominibus.

In obitum Iuſta Vrientia. Eleg. VII.

Non ita me ſolo crudelem in monte leænę
Edidit aut ſæuis tygris in Armenijs,
Vt nullos Vrienti poſſim ſentire dolores,
Aut ſiccis lachrimas vultibus aſpiciam,
Quæ mœſto tibi nequicquam de lumine manant,
Vt gelida è ſummo lympha cadit lapide,
Quam mittunt virides ſolatum Naides herbas,
Ne miſere æſtiuis deficiant radijs.
Dum propere ereptæ fundis ſuſpiria natæ,
Quam tibi, quam caſto coniugis è thalamo
Crudelis Lucina nihil miſerata gementem
Abſtulit & niſu ſuſtulis in medio,
Certantem blandos patri præbere nepotes,
Qui tibi languenti viribus aut ſenio
Dulcia dilecto immiſcentes brachia collo,
Nubem omnem mœſti diluerent animi.
Verum ea non tetulere infeſti gaudia Diui.
Sed veluti myrtus Aſia, quam teneræ

Reſpirantem animam, longiſq; doloribus ægro
Virgineis eſſet portus in vberibus.
Vnde nec aſſiduis incumbens fluctibus vnda,
Nec Notus inſanis nubibus abriperet,
Non triſtes ſcopuli, non vis truculentior hœdorum,
Aut grauis incertis motibus Oarion:
Sed feſtiua iocorum & blandi copia amoris,
Caſtaque nocturnæ præmia militiæ.
Cum tibi virgo intacta alijs, ereptaque matri
Nocturnis collum luſibus impediet.
Ah miſera ah primis vix tandem ſaucia curis,
Quam veniens iterum lux alia atque alia
Inueniet domini complexibus intertextam
Brachia, materno tam procul à latere!
Quamuis mœſta ſuos lachrimis corrumpet ocellos,
Non prius ignotam ſueta venire domum,
Et ſæpe incaſſum dubio ſuſpiria voto
Erumpent trepidis anxia pectoribus.
Qualis Penelopea nouo deducta marito,
Hæſit in antiqui vultibus Icarij,
Humentes nequicquam oculos deiecta genaſque,
Cum toties pia percurreret ora rubor,
Lumina conſpecto quoties ſuſtolleret illo,
Cuius in amplexus eſſet itura, viro.
Quantos illa tamen fidei meritura triumphos,
Digna fuit tota poſteritate frui!
Nam neq; cum Dis æternum victura Calypſo,
Cuius bis geminus cingeret antra liquor,
Et thyę fragiles, & non funeſta cupreſſus,
Prataque perpetuis roribus irrigua,
Nec cuius genitor radiantibus æthera bigis
Purpureis ſurgens ſcandit ab æquoribus
Dilectæ potuere animum expugnare pudicum,
Tantus in abſentem coniugis arſit amor.
Nec minus illa tibi noctes vigilabit honeſtas,

Neſcia

Neſcia cuiuſquam furta manumque pati,
Nec minus vſque tuis hærens amplexibus, vna
Incipiet ſomnos iungere languidulos.
Sitis felices tuque & tua. multaque ſæcla
Vnanimis pariter viuite corporibus,
Alteriuſque alter læto deuinctus amore,
Hæredem tantis addite muneribus:
Qui dum par opibus paulatim ſurgit auitis,
Volturium fauſtis arceat à foribus,
Hæc Venus auratis Libani quæ viuit in hortis,
Aſſyrio fragrans ſemper odore comam.
Hæc Venerum cum matre tulit chorus omnis,& omnia:
Iuit in æternis ſcribere corticibus.
Nec procul abſiſtens ſacro Concordia luce
Sternuit, & certis annuit ominibus.

In obitum Iuſtæ Vrientiæ. Eleg. VII.

Non ita me ſolo crudelem in monte leænę
Edidit aut ſæuis tygris in Armenijs,
Vt nullos Vrienti poſſim ſentire dolores,
Aut ſiccis lachrimas vultibus aſpiciam,
Quæ mœſto tibi nequicquam de lumine manant,
Vt gelida è ſummo lympha cadit lapide,
Quam mittunt virides ſolatum Naides herbas,
Ne miſere æſtiuis deficiant radijs,
Dum propere ereptæ fundis ſuſpiria natæ,
Quam tibi,quam caſto coniugis è thalamo
Crudelis Lucina nihil miſerata gementem
Abſtulit & niſu ſuſtulis in medio,
Certantem blandos patri præbere nepotes,
Qui tibi languenti viribus aut ſenio
Dulcia dilecto immiſcentes brachia collo,
Nubem omnem mœſti diluerent animi.
Verum ea non tetulere infeſti gaudia Diui.
Sed veluti myrtus Aſia,quam teneræ

Rurſus pallidulum, rurſus caput huc atque illuc
Iactatum varijs Bacche, pater, ſtimulis.
Sic mihi Roſſa: tuis perculſum pectora curis
Semper ab integro poſſidet alter amor.

Hylas. Eleg. V.

Cum Venus occultis Cinerei ſaucia curis,
Furtiuo domini ſurgeret è thalamo,
Languida nox prono factura ſilentia mundo
Stillabat madidis roſcida ſideribus.
Ridebant valles, ridebant obuia tempe:
In florem viridis protenus ibat humus.
Mollis Amor iunctos aurigabatur olores,
Percutiens geminis colla papaueribus.
Quos dum forte cauis è vallibus aſcendentes
Paulatim campis flectit ab Aſſyrijs,
Nympharum in lucos (Nymphæ tum forte ſedebant)
Aſpicit occultis ſub nemorum folijs
Pendentem lympham: tacitæ quam noctis imago,
Et tenebræ totis abſtulerant oculis,
Ni circum alludat radijs argentea Phœbe,
Et ſtrepitus denſis murmuret è violis
Occultus: qualis deſertæ rupis ab antro
Vere nouo florum conſcia fundit apis.
At circum faciles Nymphæ choreas ducebant,
Nymphæ formoſis inuida turba viris,
Quos intenta ſuo luſtrabat lumine Luna,
Pendentes tremulis arma ſub arboribus.
Pendebant pharetræ, pendebat inutilis arcus,
Quem metuunt Panes, quem metuunt Satyri.
Ergo abit, & puram ſpectator pergit ad vndam,
Oblitus niueas flectere rurſus aues.
Cunctaque dum luſtrat, dumque omnia circumſpectat
Et faciles luſus, & faciles choreas,
Corpore propendens toto gelidis ſuper vndis;

Decide-

Deciderunt arcus, deciderunt pharetræ,
Elapſæ furtim. veluti cum noctis in vmbra
Stella leuis leuiter decidit in pelagum,
In pelagum delapſa. vel vt delapſa putetur,
Fulget, & immenſum lumine ſignat iter.
Ardebant paſſim latebræ, totumque venenum
Hauſerat occulto fons gelidus latice.
At Nymphæ Nymphæ ſua rurſus tecta reuiſunt
Mane nouo, cum ſe Memnonis Æthiopis
Pegaſeis ſuper arua parens ſuſtolleret alis,
Et roſeis lora flecteret articulis:
Omnes innocuo deuinctæ membra ſopore;
Qualis collapſis Parthenice folijs
Demiſit collum grauis imbribus, aut vbi multum
E matutinis roribus immaduit.
Dum mollem reduces traxere per oſſa furorem,
Non iam virgineis ſaucia vulneribus.
Ergo omnes fontes nemora omnia circumcurſant,
Et nuper gratas effugiunt latebras
Palantes: patrio quam vellent poſſe ſub antro
Furtiuo puerum auertere connubio,
Quem ſimplex à matre ſua deduceret error,
Ad gelidos fontes, & nemorum ſpatia.
Ah miſera, ah demens quam nec ſolitis pertentat
Eluctibus aſſiduè pectora ſerus amor.
Quantos illa ſuo conſumit corde dolores!
Quam velit hoc matrem poſſe latere ſuam!
Ah teneræ matres, ſi cui puer integer annis
Creſcit adhuc veſtro neſcius in thalamo
Crudelis flammæ, paruuſque ſororia libans
Oſcula, materno nil timet in gremio;
Nympharum cupidos defendite ſemper amores,
Neue aliquis veſtris prodeat è foribus.
Aut ſi cui male forte ſitis tentauerit ora,
Sunt alij fontes, ſunt alij latices.

Hæc vobis matres edicimus: hæc Venus ipſa
Suadet, & amiſſa mœſtus Amor pharetra.
Neſcijt hoc magnorum infelix cura Deorum
Alcides, puero captus ab Argolico,
Cui circum malas flos aureus emergebat,
Purpureis ſerpens vndiq; temporibus,
Neſcijt, vtq; comes volucri deſcendit ab Argo,
Pergit Hylas dulcem quærere fontis aquam,
Valle ſub vmbroſa. qua pumice deſuper alta
Humor aquæ prono murmure deſiliens
Pendebat nemore in medio. Puer inſcius vrnam
(Inſcius hoc captas quippe videre Deas)
Admouet. Aſt illæ ſub frondibus hinc atq; illinc
Innocuum iunctis inuoluunt manibus,
Luctantem fruſtra, fruſtra puerilia tendentem
Vndique cum multis brachia lachrimulis.
Si quis ſollicitas Alcidæ ferret ad aures
Extremos gemitus, verbaq; frigidula,
Quæ medijs ſuperimpendens immurmurat vndis
Infelix! illa vaſticies nemorum,
Et conclamantes intercepere latebræ,
Et ſuſpirantis languida vis Zephyri.
Haud aliter prolem trepidantis ad omnia ceruæ,
Diuiſam blandæ matris ab vberibus,
Crudelis lupus impedijt: illa anxia matrem
Clamat, & in matrem dirigit ora ſuam.
At mater, nec iam mater, procul auia luſtrat,
Et bene vix natam ſentit abeſſe ſuam:
Sic puer Alciden Alciden iam ſuper vnda
Aduocat. Alciden puppis Iaſoniæ
E leuibus tranſtris & ſedibus egredientem,
Cingebat viridi gramine mollis humus.
Illum muſcoſo Nymphæ duxere ſub antro,
In vitreas ſedes in vitreos thalamos,
Damnatum flammis & virgineo Hymenæo.

Vndique

Vndiq; Hymen lætis ibat ab arboribus,
Vndiq; Hymen toto reddebat vertice ſylua,
Nil metuens crudas Herculis exuuias,
Aut nodoſa cauam quæ complent pondera dextram,
Graiaq; delectæ robore militiæ.
Sic formoſus Hylas Diuorum cœpit haberi,
Additus æternis corpore Naiaſin.

In nuptias Ioannis Borelij. Eleg. VI.

Qui primum Venere inſolitam damnare puellam
Inſtitit, & mentis flectere duritiem,
Vt leuibus contacta cupidinibuſq; metuq;,
Ferueret ignoto pectora diſſidio,
Ceu quondam geminis rapientibus æquora ventis,
Vis Auſtri gelido diſſidet à Borea,
Idem te Aſſyrijs reducem cum vidit ab oris,
Et ſacris Nili fontibus, implicuit
Ignoto gemitu atq; ignoto voluere amoris,
Et leuibus ſtrinxit pectora compedibus.
Quanuis immeritos teſtantem plurima Diuos,
Et ſæpe in Batauo littore conſpicuum,
Sæuas ſi lachrimas læſæque incendia mentis
Fluctibus inſanus mergeret Oceanus.
Sed non indomitas fregiſſent æquora curas,
Non poſſeſſa ſemel pectora linquit Amor,
Quem penitus magis atq; magis traxere medullæ,
Et magis atq; magis viſcera combiberunt.
Namq; ferunt procul à patrijs complexibus olim
Humidulas inter Heliadum lachrimas,
Et ſaltus Arabas, vel qua fragrantis amomi
Semper odoratæ luxuriant nebulæ
Erranti, dominos fatorum ita voluere Amores,
Cum tibi curarum millia multa darent,
Vt poſt ſæua vitæ certamina, ſæua laborum,
Immitis dominæ ſpiritus exciperet

Reſpirantem animam, longiſq; doloribus ægro
Virgineis eſſet portus in vberibus.
Vnde nec aſſiduis incumbens fluctibus vnda,
Nec Notus inſanis nubibus abriperet,
Non triſtes ſcopuli, non vis truculentior hœdorum,
Aut grauis incertis motibus Oarion:
Sed feſtiua iocorum & blandi copia amoris,
Caſtaque nocturnæ præmia militiæ.
Cum tibi virgo intacta alijs, ereptaque matri
Nocturnis collum luſibus impediet.
Ah miſera ah primis vix tandem ſaucia curis,
Quam veniens iterum lux alia atque alia
Inueniet domini complexibus intertextam
Brachia, materno tam procul à latere!
Quanuis mœſta ſuos lachrimis corrumpet ocellos,
Non prius ignotam ſueta venire domum,
Et ſæpe incaſſum dubio ſuſpiria voto
Erumpent trepidis anxia pectoribus.
Qualis Penelopea nouo deducta marito,
Hæſit in antiqui vultibus Icarij,
Humentes nequicquam oculos deiecta genaſque,
Cum toties pia percurreret ora rubor,
Lumina conſpecto quoties ſuſtolleret illo,
Cuius in amplexus eſſet itura, viro.
Quantos illa tamen fidei meritura triumphos,
Digna fuit tota poſteritate frui!
Nam neq; cum Dis æternum victura Calypſo,
Cuius bis geminus cingeret antra liquor,
Et thyę fragiles, & non funeſta cupreſſus,
Prataque perpetuis roribus irrigua,
Nec cuius genitor radiantibus æthera bigis
Purpureis ſurgens ſcandit ab æquoribus
Dilectæ potuere animum expugnare pudicum,
Tantus in abſentem coniugis arſit amor.
Nec minus illa tibi noctes vigilabit honeſtas,

Neſcia

Neſcia cuiuſquam furta manumque pati,
Nec minus vſque tuis hærens amplexibus, vna
Incipiet ſomnos iungere languidulos.
Sitis felices tuque & tua. multaque ſæcla
Vnanimis pariter viuite corporibus,
Alteriuſque alter læto deuinctus amore,
Hæredem tantis addite muneribus:
Qui dum par opibus paulatim ſurgit auitis,
Volturium fauſtis arceat à foribus,
Hæc Venus auratis Libani quæ viuit in hortis,
Aſſyrio fragrans ſemper odore comam.
Hæc Venerum cum matre tulit chorus omnis, & omnia
Iuit in æternis ſcribere corticibus.
Nec procul abſiſtens ſacro Concordia luce
Sternuit, & certis annuit ominibus.

In obitum Iuſtæ Vrientiæ. Eleg. VII.

Non ita me ſolo crudelem in monte leænę
Edidit aut ſæuis tygris in Armenijs,
Vt nullos Vrienti poſſim ſentire dolores,
Aut ſiccis lachrimas vultibus aſpiciam,
Quæ mœſto tibi nequicquam de lumine manant,
Vt gelida è ſummo lympha cadit lapide,
Quam mittunt virides ſolatum Naides herbas,
Ne miſere æſtiuis deficiant radijs,
Dum propere ereptæ fundis ſuſpiria natæ,
Quam tibi, quam caſto coniugis è thalamo
Crudelis Lucina nihil miſerata gementem
Abſtulit & niſu ſuſtulis in medio,
Certantem blandos patri præbere nepotes,
Qui tibi languenti viribus aut ſenio
Dulcia dilecto immiſcentes brachia collo,
Nubem omnem mœſti diluerent animi.
Verum ea non tetulere infeſti gaudia Diui.
Sed veluti myrtus Aſia, quam teneræ

Digitized by Google

Deſuper aſſiduo Nymphæ educunt humore,
Nympharum ſpes & delicias Dryadum,
Paulatim diffuſa comas attollit ouantes,
Et non occultis auctibus erigitur,
Iam ſibi promittunt Diuæ de fronde corollam
Et iocunda ſuis frigora temporibus,
Mox ſi illam Boreas radicitus extirpauit,
Occidit, & verſo mœſta iacet decore,
Iam virides oblita infelix pandere ramos,
Orbaque vitali quem biberat latice,
At miſeræ Nymphæ circunſtant & ſua fruſtra
Irrorant madidis gaudia luminibus
Nequicquam. qua iam collapſam pondere toto
Ipſa parens tellus non potis erigere eſt,
Nec dulcem inſpirare animam quia frigida vitæ
Pauſa ſemel, nulli reſtituenda, venit.
Sic tibi continuo felicis commoda vitæ
Inuida fatorum ſurpuit inuidia.
Cum tenera primos ætas includeret annos,
Et roſeum vitæ florida ver ageret.
Tu ſupera aſſiduis incuſas numina dictis,
Nec tibi, ſeu denſæ noctis eunt tenebræ,
Seu cum purpureum ponto caput extulit Eos,
Cura liquefieri pectoris ægra poteſt.
Omnia dum voluis. dumque omnia pectore vorſas,
Cunctaque percurris. cunctaque ſuppeditat
Indulgens dolor ipſe ſibi. perque omnia tendis,
Non expectatis ſaucius vlceribus.
Et modo primævæ occurrunt monumenta iuuentæ,
Et puerae luſus, gaudiaque innocua,
Vt materna ſuis committens ora labellis
Hæreret cupide nexibus aſſiduis,
Aut tenerum ſomno leuiter caput inclinaret,
Demiſſis recubans candida brachiolis,
Vel qualis trepido conſcribens ora pudore

In tha-

In thalmum primis iuerit omnibus,
Omnia perfundens lachrimis & quæſtibus omnia.
Quæ nunc aërij cuncta ferunt Zephyri.
Nec reditura venit ſero intellecta voluptas,
Cum ſemel aduerſis deſiit alitibus.
Nec ſemel auulſum reddit Proſerpina crinem,
Quem male damnato ſuſtulerat capite.
Non ſi perpetuo quot currunt ordine luces
Aſſiduo Ditem ſollicites gemitu,
Nec ſi flebilius damnato luctibus Orpheo.
Impellas querulis ſidera carminibus.
Septem illum perhibent deſerti in vallibus Hæmi
Noctes & ſeptem continuaſſe dies.
Cum interea neque dulcem admitteret, ore liquorem,
Aut epularum animum frangeret illecebris:
Sed veniente die, ſed cum nox ſurgeret atra,
Clamabat ſolam perditus Eurydicen,
Eurydicen clamabat: at Eurydice clamanti
Nulla dabat penitus ſigna, nec alloquio
Coniugis heu fidi miſerum lenibat amorem:
Sedibus errantem quam procul Elyſiis
Sæua coercebant magnorum iura Deorum,
Quæque Adraſteis lex venit è tabulis.
Nec tamen vt ſemel eſt Muſarum tacta lepore
Et Charitum donis, & funditus imperiit,
Sed ſuperans magis atque magis ius omnibus æquum,
Perſtitit inuita viuere Perſephona.
Hoc illi potuit coniunx dare muneris Orpheus,
Hæc ſolæ tribuunt munera Pierides.
Sic tua iam fatis quanuis conceſſit iniquis,
Viuet ab æternæ munere Mnemoſynæ.
Hæc tibi perſoluunt noſtræ ſolatia Muſæ,
Has tecum pariter imus ad inferas.

Ad Ieremiam Pierſſenæum. Eleg. VIII.

Etſi me patriis optantem viuere terris,

Et

Et modo dilectis ſtare ſub ilicibus
Muſarum dulci liquefactum nectare mentem,
Et modo cognato fonte leuare ſitim,
Sæpe animo dubius dolor abripit,& male ſano
Seuocat à caſtis corda lubidinibus,
Quas mihi Pierſſenæ Deus ſub pectore verſat,
Qui gelidam Delon incolit & Lyriam,
Non tamen & toti poſſunt requieſcere ſenſus,
Muſarum & dominæ caſſibus impliciti,
Sed ſic attonitis hęremus mentibus ollis,
Vt primum aſpectæ vultibus Antromedæ
In ſcopulo in ſaxis oblitus vertere curſum,
Nubibus in mediis hæſit Abantiades;
Quem Danaes pulchro mentem irretitus amore
Edidit aurata Iupiter in pluuia.
Nam modo non dura curarum compede vinctos
Mitis Amor blanda detinet in domina,
Et modo non gratæ pallentes iurgia linguæ,
Cogimur immites multa rogare Deos.
Et modo nequicquam vos ſuſpiramus amici,
Vos loca, vos fontes, vos iuga, vos virides
Nympharum ſedes, vos pulchræ flumina Gandæ.
Non ego vos Scaldi aut Liuia conſpiciam,
Dilectos certe: quantum neque pulcher Ananrus
Dicitur Europæ gratus Agenoreæ
Æſtibus in mediis gratum veniſſe leuamen
Corporaque humidulis candida vorticibus
Illius & comitum blandæ fouiſſe ſororum,
Aſſuetæ Tyriis ludere virginibus.
Tum quoque vicinis inſiſtens neſcia lymphis,
(Neſcia dimiſſo conſtiterat calatho)
Formoſos vultus media ſpectabat in vnda,
Cum niuei vidit cornua falſa bouis.
Non ſic immitis Boreæ cum ſpiritus vrit,
Candidus immiſtis conſpicitur niuibus.

Sum-

Digitized by Google

Summus Athos, vel quæ conuerſa e ſedibus Oſſa
    Intulit æternis prælia cœlicolis,
Nec ſic quas intenta leui decerpſerat vngui
    Lucebant medias lilia per violas,
Quorum tunc oblita ſimulque oblita ſuarum,
    Ah miſera! ah totis ſenſibus attonita,
In tauro hærebat, in tauro ſuſpirabat
    Et modo virgineis ſollicitat manibus
Manſuetos viſus, & quæ palearia collo
    Dependent mediis candida pectoribus.
Cornua nunc florum iocundo perpluit imbri,
    Et leuibus ſertis induit: ille manus
Formoſas faciemque acri externatus amore
    Lamberat. Ah ſi non corpore depoſito
Membra velut defeſſa leui inclinaſſet in herba.
    Quo tunc præcipue Sidon ſimplicita,
Aſcendit ſuper hærentem per cærulea ponti
    Protenus & fluctus abripit æquoreos,
Lumina nequicquam iactantem & brachia retro,
    Et fruſtra madidis reſpicientem oculis
Dilectas comites, fruſtra quæ in littore ſummo
    Miſcebant miſeris omnia lachrimulis.
Namque olli gemitus pallor ſuppreſſerat amens,
    Torpebat miſero lingua retenta metu,
Dum ponti tremulo ſenſim plangore cachinnans
    Vectanti teneros aluit vnda pedes.
At iuxta inflantes leuibus velamina pennis
    Stridebant animæ leniter Æoliæ,
Et circum tremulis verrebant æquora caudis
    Dorides & formoſæ Oceani dominæ,
Niſæa, Spioque, Thoeque, & Callianira,
    Et cum Dexamene candida Cymodoce,
Teque Hymen Hymenæe ſonantes æquore toto,
    Ad Iouis optatos ſuſtulerunt thalamos
Pectoraque, roſeaſque genas, & candida colla,

Sed neque Diuarum gaudia, nec madidi
Illa vicem curans velaminis, aut delapſi
Leniter è ſummis pectoribus ſtrophij,
Omnia nequicquam plangoribus incendebat:
O patria, o fontes, o nemora, o ſyluæ,
O male dilecta blandorum copia florum,
Ipſaque rura in queîs luſimus, & comites,
Voſne ego deſerui tauro dilecta marino?
Voſne ego deſerui perfida, nec comitum
Nec memor ipſa mei, tectorum oblita meorum?
Iam nunc præcipue mater amata vale.
Quoi ego, væ miſeræ, dulci coniuncta cubili
Cum nox vmbroſo ſurgeret è pelago,
Et formoſa pater protenderet Heſperus ora,
Nunquam à dilecto corpore ſecubui,
Quoi hærens, quoi incumbens, ceu vitibus vlmus
Stringitur, & lentæ ſaxa tenent hederæ,
Spirabam ſomnos: quæ ne heic in fluctibus amens,
Quæne heic indomito merſor in Oceano?
Nec terræ apparent: ac certe triſtis imago
Apparet pelagi: fluctibus indomitæ
Aſſultant vndæ iuxta atque extrema minantur.
O maria, o caſtę Nereidum latebrę,
O Nereu pater, o, & cęrulea Amphitrite,
Cum qua mutaui tecta laremque meum,
Hoc mihi iam morituræ extremum ſoluite munus;
Conſcia nullius dum moriar ſceleris,
Vt cum iam mœſto ceſſerunt corpore ſenſus,
Et ſuper ipſa mei nil niſi funus ero.
Ad patrios vultus maternaque deferat ora
Inſani Boreę ſpiritus aut Zephyri.
Sic ſaltem vt potus contingam & littora nota;
Totaque maternis inueniar manibus.
Atque illam rapidis iactantem plurima ventis
Creta peregrino ſuſcipit hoſpitio,

Creta

Creta Iouis magni cunæ,& commune ſepulchrum
  Creta parens legum, Creta parens ſegetum.
At pater ereptam Cadmo conquirere natam
  Per ſimul & terras imperat & maria.
Quo tunc infelix percurrens omnia fruſtra,
  Fruſtra animi mœſtus hęſit in exilio.
Illic multiplices primum inueniſſe figuras
  Dicitur, & Muſarum artibus inuigilans
Oblitus patrię remeare ad littora terrę.
  Vt cum ignara ſui bucula, decutiens
Nocturnos rores media procumbit in herba:
  Languida, vicino non procul à fluuio,
Heic illam gelidas auras fluuij captantem,
  Sidera dilecto tam procul à ſtabulo,
Oppreſſere, vagam magis, inque peditam,
  Omnia dum primi munera veris obit.
Me quoque Pierſſenęe domo procul, & procul omniũ
  Aſpectu, patrię tam procul à gremio
Inuigilantem animo Muſarum munere dulci,
  Terra peregrinis detinet in laribus,
Non tamen immemorem veſtri, patrięque domuſque,
  Quos ego pręcipuis proſequor officiis.

Fabula Pori & Peniæ è quibus Amor natus eſt, ex Platone. Eleg. IX.

Curarum domitrix, hominumq; ęterna voluptas,
  Cum Venus e patriis ſurgeret ęquoribus,
Hinc illinc Zephyri circum leuiter currentes,
  (Qualis cum vernas impulit aura roſas)
Purpureum mare ſtringebant ludentibus alis:
  Et iuxta attonitæ Nereidum choreæ,
Omnibus è ſcopulis naſcentis lumina Diuæ
  Miratæ, ſolitas deſeruere domos.
Aſt olli tenero de corpore pluribus humor
  Intactis ibat candidior niuibus.

Taula

Paulatimque oculos & lactea colla videres,
E tremulis ſenſim emergere vorticibus,
Pendentis ſummo ſuper æquore, dum leuis vnda
Spumaque ſubſidit candida quam roſeæ
Interſcindebant hinc atque hinc vndique guttæ.
Non aliter quam cum fulgure purpureo
Lux noua per violas aut albentes Narciſſos
Emicat, & primis ſparſa cadit radiis
Adueniens Phœbi coma, nocturnuſque viator
Gaudet & exactis erigitur tenebris.
Iam prope nautarum requies pulcherrima Cypros
Stabat & in medio longa natabat humus
Æquore, ſurgentemq; Deam ſummiſſa recepit
Gurgite. Vix ſummo corpore contigerat
Humentes ripas, ripas ridere putares.
Ridebant ripæ paſcuaque & nemora,
Quæ Dea cunque ſua veniens pede delibabat.
Tunc etiam cunctos ordine cœlicolas
Pro ſe quiſque ſuis è ſedibus aduenientes
Cypros odorato ſuſtinuit gremio.
Quin etiam fama eſt, inuito lumine Phœbi,
Sidera bis curſus ſuſtinuiſſe ſuos,
In terras ventura ſed aurea nox fugientia
Iuerat iniectis ſiſtere compedibus.
Hic illi teneræ Diuorum è gente miniſtræ
Occurrere Deæ. blandaque Paſithee
Floribus intextum vernis ſuſpendit amictum
Arridens, roſeis molliter ex humeris.
Tum demum domuit laſciuas veſte papillas,
Et leuiter preſſis conſtitit vberibus.
Iupiter excepit venientes ordine Diuos,
Atque iterum ſedes duxit in æthereas,
Sedes quas croceo illuſtrantes lumine fratres
Circum quiſque ſuis excubat in foribus,
Terras cernentes, atque omnia perpſectantes

E ſpe-

E ſpeculis ex quo tempore progeniem
Iupiter è cœlo Titanum eiecit aperto,
Atque iterum matri reddidit attonitæ.
Protinus auratis deducit lumina valuis,
Et ſolita pulchras ætheris arte domos
Horarum manus innocua, pleniſque miniſtri
Lancibus æterna expediunt epulas.
Ergo intus domus ambroſio diſcedit odore,
Et trepidat puris molliter in cyathis
Vis illibati mera nectaris, & ſuus humor
Ingentes addit cœlicolis animos.
Miſceturque Deûm feſtis clamoribus aula,
Tectaque feſtiui peruolitant ſuperi,
Paſſim currentes paſſim capita inflectentes,
Donec ſidereo ſuſtulit è thalamo
Formoſos vultus croceo rex Lucifer ore,
Et faciles ad ſe iuſſit abire Deos.
At Diuûm Porus occultos digreſſus in hortos:
Errabat tremulo per loca ſola pede,
Namque olli vario percuſſi nectare ſenſus
Mentem animi ſolitis ſedibus expulerant,
Donec flexanimo deuictus membra ſopore,
Qua riguo fons argenteus è nemore
Molli lapſus rore leuem ſomnum ſuadebat,
Concidit, & totis incubuit violis.
At ſuper arboreæ nutabant leuiter vmbræ,
Et temere ſparſa temporibus folia
Victum illudebant ſomno caput. & roſæ multæ:
Quam maturini contulerant Zephyri.
Viderat infelix non vno nomine virgo,
Viderat ignarum ſola iacere Deum
Infelix Penie, cupideque hæſura lacertis:
Venit, & in vino dulce peregit opus.
Illinc aligerum mortalibus edit Amorem,
Et veneri puerum donat habere ſuum;

Nunc quoque qui ciugit dominam, paſſimq; vagantem
Improbus in terris perſequitur Venerem.

Ad Ianum Lernutium, cum Sluſæ eſſet ipſe. Eleg. X.

Me tenet audaci Batauorum cincta cohorte
Sluſa, peregrinis nunc habitata viris,
Vnde auidus Brugarum arces & mœnia cerno,
Mœnia munitis mœſtus ab aggeribus,
Gordunis vicina meis: vbi Cæſare nato
Tollit honoratum Ganda ſuperba caput.
Flandrorum ſedes, totque inclyta vatibus olim
Mœnia Brugarum, municipeſq; mei,
Illuſtres ſaluete animæ: vos Heinſius abſens,
Sed tamen aſpiciens rura lareſque ſuos,
Vos procul hinc ſaluere iubet. vos lumine mœſto
Anxius, & vanis proſequitur lachrimis
Turribus è ſummis: qualis Minoia coniux,
Vidit ab extremis deuia littoribus
Nequicquam, pelago fugientis vela mariti,
Ebria non caſſis ſollicitudinibus,
Vel quæ Dulichias proſpectans ire carinas,
Conſtitit in ſolum lumine fixa virum,
Ædibus ex altis, vel culminibus deſertis
Regia neglecto limine Penelope.
Nec tantum patriis dilecta cubilia Nymphis,
Nec tantum meditans rura lareſq; ſuos,
Quanuis & patriis habitata cubilia Nymphis,
Quanuis & meditans rura lareſque ſuos.
Et gelidos fontes, ſoliſque habitanda poetis
Diſque poetarum præſidibus nemora;
Defeſſus ſterili damnatas ſidere terras,
Littora defeſſus aſpicere & maria,
Lernuti quantum vſque tuo percuſſus amore,
Et quantum infelix læſus amore tui.
Iupiter! vt ſæuum pereat rubigine ferrum,

Et quicquid Chalybum funditus intereat.
Non ego nunc fruſtra complexu auulſus amico,
Alloquerer ſurdas eminus Halcyonas,
Languentes nequicquam oculos & brachia tendens
Non audituri fluctibus Oceani.
Sed totus totuſque tuas effuſus in vlnas,
Et totum cupidis nexibus inuoluens,
Luſtrarem fontes, luſtrarem deuia tempe,
Et quæ nunc domino dulcia rura carent.
Quondam etiam mecum veteres renouaret amores
Nondum feſſa tibi ludere mens animi.
Vt tibi dilectæ grauis oſſibus hæſit Hyellæ,
Oſſibus & toto pectore fixus amor.
Cum miſer arguta deceptus imagine rerum,
Vidiſti blandis pendulus ex oculis,
Cum pharetris arcuque errantes vndique Diuos
Ludere feſtiuæ luminibus dominæ.
Hæc tibi narranti paulum intermiſſa ſenectus
Vſque ad extremos iret ad Æthiopas,
Nec tibi nequicquam cultus cum matre Cupido
Verteret à ſacro canitiem capite
In Libycos fluctus, vel qua ſol lumine ſero
Reſpicit obiectos fluctibus Heſperios.
Donec nos parili defunctos ordine fati
Lux eadem campis ſiſteret Elyſiis,
Ducentes choreas & carmina læta canentes,
Qualia defectus funere cantat olor.
Legibus his ferrum pereat, pereatis vt enſes.
At nobis niuea detur amare fide.

Eleg. XI.

Diuini ſaltus, & ſaltibus æmula ripa,
Feſſarum ſedes humida Naiadum,
Et lauri fragiles, & quæ ſuperimpendentes
Solis oberrantes excipitis radios

Intonſæ myrti:quæque alto è culmine lapſa
  Innocuo ſerpis murmure,lenis aqua,
Heinſius has vobis ſi quicquam dulce putatis,
  Exuuias veſtris pendet ab arboribus,
Hanc zonam ſtrophiumque,laboratamque corollam,
  Quam mea lux manibus texuit ipſa ſuis,
Collapſam de temporibus cum forte ſub illa
  Arbore iucundis compoſitam violis
Grata quies blando deceperat illice vento,
  Et nunquam tacitæ garrulus humor aquæ.
Quam Zephyrus lentis pendentem aſſibilet alis,
  Et tepidis tingat humida nox lachrymis
Mane nouo:cum ſideribus iam pene peractis
  Lucifer Eoo fulgurat in thalamo.
Quod ſi forte ſuos huc verterit improba vultus,
  Atque iterum veſtris occubet in foliis,
Dulci victa ſopore,& euntis murmure riui;
  Depoſitum præſto ſentiat eſſe ſuum.
Vos eritis teſtes,Zephyrus pater auraque fontis,
  Perfidiæ teſtes non decet eſſe Deos.

Eleg. XII.

Roſſa vale:mens alta ſuis ſubducta ruinis
  Languida detrectat vincula:Roſſa vale.
Templa patent Phœbi:Muſarum amplectimur aras:
  Parce Venus tantas ſollicitare Deas.
Raſa coma eſt:tutæ ſtat Libertatis in ædem,
  Inque peregrina prælia ferre pedem.
Pantheæque fidem,& primi incunabula Cyri
  Voluere,vel faſtos Attica Diua tuos.
Spartanumque dolum & turbantes fœdera Diuos,
  Vaſtaque Thebana funera cæſa manu.
Terque decem lapſis patriæ ſuccurrere rebus,
  Theramenem dubio dum vehit aura pede.
Fixaque erit rerum grauibus mens ardua curis,

Anchora

Anchora iactatam dum tenet illa ratem.
Portus adeſt,lege vela manus: ſtat littore puppis.
Sæua licet ſpument æquora, firma manet.
Nata mari Venus eſt : pelago iactamur amantes:
Eleuat illa vndas pectoris, illa domat.
Vix tamen emerſi: madidi tollantur amictus:
Exuuias Neren vix fugientis habe.
Phœbe faue Graiûmque chori,virideſque latebræ,
Et caſtis Tempe ſacra cupidinibus.
Tempe, queis Nymphæ ſuperimpendentibus antris
Flore nouo,vernos conſtituere choros.
Graiugenûm nemus, & vitreis pura vnda lapillis,
Pendulaque è Pindi templa cacuminibus,
Heinſtadæ domus eſt: lepidos hic fallit Amores,
Et Charidum caſto voluitur in gremio.
Teïus hic multo trepidat veſtigia Baccho,
Et tremuli furtim lumina fallit Amor,
Suauioliſque ſuos Cythereæ mollibus hymnos,
Et lepido totum munere vendit opus.
Blande ſenex, tibi cura leuis, Venerumque medulla
Caniciem mites euocat in choreas.
Scilicet argutûm leue cor tibi nidus Amorum eſt:
Ouaque ſub molli pectore mille foues,
Emerguntque Deûm pulli : ſemperque renaſcens
Pipilat exuto cortice paruus Amor.
Te lepidis, pater, illecebris,myrtique bacillo
Per violaſque ſuas ruraque Cypris agit.
Nec tibi languentes fuerit de fronte corollas,
Aut impune leues deſeruiſſe choros.
Arma calix cyathuſque tibi : te cingit Amorum
Grex leuis : ille oculos dirigit, ille pedes.
Hic tuba Mæonidæ,& Muſarum eliſa cauernis
Pindaricæ ſeſe fulmina mentis agunt.
Iupiter Argolicûm,ſuperis mens proxima Diuis:
Vltima Parnaſſi culmina,finis humi,

Thebarum Cadmea, ſoli ſublimis Olympe:
Phœbe hominum, Pitho maſcula, quarta Charis,
Araque Mnemoſynes generi, ſiduſque diurnum,
Summa Deûm incendens atria: magne parens.
Ambroſiæ flos, verna dies, pincerna beatę
Nectaris, Elyſium nobile, Graia Venus.
Te procul inuectum nebuliſque & inanibus vmbris
Luce, pater, magna circueunte ſequor,
Rima leuis, qua vix trepidos admittit ocellos,
Et nimio exundat lumine vaſta dies;
Pande fores, Rex Aonidum, Rex alta tonantum,
Meque per & rupes & tua ſaxa vehe.
Pande fores, cortina Deûm, ſtimuliſque ſubactum
Et valido vocum robore pectus ago.
Magne virûm, neruoſque tuos effunde thoroſque,
Eque tuo qui ſe pectore tollit honos.
Ardua ſublimes animi mens concipit ignes,
Fomitis attactu dum calet icta tui.
Interea tantis dum findimus aëra pennis,
Illa lues noſtri pectoris exul abi.
Roſſa vale, curæque leues: date iura Quiriti.
Liber eo: Phœbi, finis amoris, amor.

Eleg. XIII.

Bacche pater, tibi manſuras hic ponimus aras:
Poſteritas vatem me ſciet eſſe tuum.
Seu quia deſertis Nonnum reuocamus ab vmbris,
Seu quia feſtiuus te ſibi iunxit Amor:
Seu quia victor eras, inuentaque pampinus vmbræ,
Terque hederæ frontem circuiere tibi.
Non mihi Deriades flauuſque occumbit Orontes,
Victa ſed eſt lachrymis dura puella meis.
Hoc opus, hæc res fama mea eſt: tibi fata Lycurgus
Imputet, & thyrſo debeat vmbra tuo,
Et trepidæ crimen genitricis nobile Pentheus,

Subdi-

Subditaque ignoto numine prima dies,
Cui Satyrûm proceres, & nubibus orta iuuentus,
Et ſua coniunxit fata Pelaſga manus.
Me tenues leni vexerunt carmine Diuæ
Per choreas faciles regnaque Cyprigenæ,
Paruaque tentantem lepidæ duxere Camœnæ,
Semita qua veterem monſtrat amica viam.
O quæ ſollicitas docuiſti fallere curas
Hoc Erato Graiis nomine nota viris,
Cui tot blanda dicauit Amor: cui dulcia ſacra
Battiades tectis fecit in Argolicis.)
Poſtque columbarum leuibus prouectus habenis
Vmber ouans leni murmure raſit humum;
Vatem ſurripe Diua tuum, qua nobilis humor
Liquitur è ſacris Mæonidum latebris,
Iuxta Pegaſeos deſerto in gramine riuos,
Antraque non tactis perſona virginibus.
Ebria mens bacchatur, Iò. quid inania ceſſant
Pocula Bacche pater, nec bene plena tui?
Vatem dedecet vnda tuum iam nobilis Euan
Pectoris inſanas vndique tunde fores.
Vatem dedecet vnda: feror feror arduus inter
Sidera ſublimi vertice: terra vale.
Bacche pater vatum, taurino nobilis ore,
Fœmina, vir. bina, neutraque, cuncta tamen;
Liber, Iò, dux thyrſigerûm; dux dulce furentum,
Matre Deo ducens ſemina, Liber Iò:
Pergama ſuccubuere meis inuicta carinis:
Bacche pater currum tigride iunge: vehar.
Paruus Amor noſtris ſummittet colla catenis,
Et geret extinctas languidus ante faces.
Illum vectus ego ſublimi feruidus axe,
Ante meæ pompæ fercula victor agam,
Roſſa latus cinget leuibus velata corymbis,
Candida, riuali conſpicienda meo.

Cingite ſperatæ riuales blanda puellæ
  Limina riuales dum licet ire, mea eſt.
Illa mihi veſtris empta eſt pulcherrima donis:
  Empta mihi veſtris, ſed tamen illa mea eſt.
Scilicet eſt aliud placidis ſuccumbere Muſis,
  Quam pretio formam vendere velle ſuam,
Eſt aliud ſacro perfundi pectora rore,
  Qui Veneris blando depluit in nemore,
Et leuibus Famæ ſubſultans ſemper in hortis
  Stillat ab æternis Mnemoſynes pateris.
Quem Venus æterna labentem dirigit arte,
  Et Charites puris excipiunt calathis.
Lesbia quem quondam lepidis celebrata Camœnis,
  Hauſerat è cyathis, docte Catulle, tuis,
Quo Nemeſis formoſa ſuos perfudit ocellos,
  Et meruit tanto nomine poſſe legi.
Hos inter mea Roſſa, oculoſque & pectora tingens,
  Ludet in aurato Mæonidum thalamo
Cognita delitiiſque meis lepidiſque Camœnis.
  Qua via conantem non ſinet ire necem.

APOTHEOSIS.

Eſt via, quæ primum cœlo manifeſta ſereno
Pandit iter magnis virtutibus. omnis in orbem
Ardet,& errantes per cœlum colligit ignes.
Stant flammæ ingentes ſtellarum, & purior æther
Illuſtres animas poſtquam atro è carcere ventum eſt
Accipit,& pulchro venientes lumine cingit.
Illic Æacides, illic poſt triſtia monſtra
Librataſque domos cœli, quas maximus Atlas
Suſtinet. & ſummo nutantes vertice fulcit,
Conſtitit Alcides, ſæuæque oblita nouercæ
Pectora, ſideribus mediiſque immiſcuit aſtris.
Ante alios longe heroas longeque refulgent
Benaci proceres: quos non incognita virtus

Extulit,

Extulit & duræ rurſus preſſere ruinæ
Fortunæque vices & inexpugnabile fatum.
Sub pedibus fracti faſces, curuæque ſecures,
Sceptraque nunc inuerſa iacent, ſacrique tiaræ,
Solamen regni veteris totidemque dolores
Nec non & regum exuuiæ, perfoſſaque centum
Arma locis, clypeique immania vulnera paſſi,
Loricæque hoſti detractæ in limine pendent.
In medio quondam pulchro percuſſus amore,
Naturæ incumbit gremio ſacriſque lacertis
Cæſar, & inſueti ſpectat miracula mundi,
Purpuream indutus chlamydem, quam diuite gemma
Ipſa parens rerum multoque illuſerat auro.
Illic principia & naſcentis ſemina mundi
Aſpiceres ferri paſſim, paſſimque vagari,
Paulatimque alias aliaſque aſſumere formas.
Nec non & variis animalia quæque figuris
Cœlo efferre caput: duroſque aſſurgere in armos
Corpora taurorum: natoſque ad triſtia bella
Feruere cornipedes, ſuſpenſaque voluere crura,
Et librare pedum alterno veſtigia paſſu.
Illic & volucres ſcindentes aëra pennis,
Et totum Oceani vaſto cum gurgite gentem,
Fecerat alma Deûm genitrix. Ille abdita rerum,
Et genera, & formas, primaſque ab origine cauſas
Illis luminibus luſtrat, quibus omnia quondam
Eruit, & ſeros vetuit neſcire nepotes,
Quæ cœlum irradient flammæ, quis ſidera paſcat
Spiritus, & terram mediis infixerit vndis.
Infra orbem geminum Nereique vndantia regna
Inſanumque videt Borean, cœloque minantes
Æolios fratres, cogenteſque aëra nubes:
Et pluuios rores, & gratos frugibus imbres.
Ipſa immota manet nullis obnoxia ventis
Heroum ſedes, & læto inuoluitur igni.

Illuc Iuliadem rerum pulcherrima Virtus
Duxit,& in tuta preſſum ſtatione recepit
Inuidiæ iaculis, & ſæuæ afflatibus hydræ:
Quam quondam omnipotens alto ſubmouit Olympo,
Septem orbes, ſeptem vibrantem in prælia linguas.
Cætera ſerpit humi; ſolum in ſublime venenum
Spargitur, & fœdo virtutem inuadit hiatu,
Cognataſque Deis animas & pectora tentat.
Ollis fata negant præclaram irrumpere ſedem,
Ni prius infandam dederint in vincula peſtem.
Illam inſultantem fruſtra, fruſtraque vomentem
Tartareum virus,ſpinoſaque verbera caudæ,
Intentantem oculis, vi contra immobilis heros
Fregerat, & certo ſpirantem eliſerat ictu.
Ergo vbi peruenere locum ſedemque beatam,
Extemplo immenſæ ceſſerunt cardine valuæ,
Et patuit formoſa domus, tectoque recepit
Magnanimum heroëm primumque ex ordine mater
Ambroſiæ ſucco mortaleis perluit artus,
Annorumque domat vires,turpemque ſenectam
Exuit,& lethi ignaros aſpirat honores.
Haud aliter mediæ ſurgentem ex ignibus Oetæ
Alternos humeros ſemuſtaque membra mouentem
Præruptorem Erebi, mactatoremque ferarum
Alciden videre Dei: iuxtaque Iuuentas
Aſtitit, & lætos humeris iniecit amictus.
Accurrunt proceres antiquæ ſtirpis origo
Aſſurguntque viro: totoque ex agmine maior
Cæſar,in amplexum lachrymis occurrit obortis,
Deduxitque manu,ſolioque excepit auito,
Et primo memorat longæuam à ſanguine gentem,
Tot Diuos Verona tuos,Hunnumque ferocem,
Fractum animis, totoque eiectum corpore regni,
Nec læto auſpicio fundatam Antenoris vrbem.
Heic cœli ſedet in medio,Phœbumque cadentem,

Vel

Vel quantus veniens rorantes diſcutit vmbras,
Aſtraque metitur radiis, ſerumque Booten,
Semotamque Helicen, ſtrictumque Orionis enſem.
Nec non & ſpatia Annorum, Menſeſque, Dieſque,
Temporaque, & certis deſctiptum legibus Æuum,
Omnia quæ quondam populis obſcura per orbem
Prodidit, indulgens ſtudio. totamque per æthram
Spargit ouantem animam, vaſtoque immittit Olympo.
Salue ingens cœli decus: &, tua ſacra per orbem,
Per populos vrbeſque omnes & regna ferenti
Sis felix: noſtrique memor, procul aſpice tetram
Inuidiæ peſtem, quæ te, quanquam aëris alti
Inuectum nubes, & ſidera ſumma videntem
Sub pedibus, ſequitur: vaniſque exercita curis
Nondum diuinos patitur requieſcere manes.

In defectum Lunæ, qui ſupremam Scaligeri noctem præceſſit.

Quod mœſta Phœbe, non vt ante, vultum
Indulſit orbi. ſed tenebricoſis
Noctem profundam duplicauit vmbris,
Ceſſitque tota deſtituta luce:
Non illa fratri cornibus retuſis
Submiſit igneis ante mutuatos.
Nox illa noſtra eſt. Cæſaris propago,
Lux prima mundi, vita litterarum
Chaos minatur, nuntiatque noctem.
Qualem nec olim perfidæ Thyeſtis
Fecere menſæ, cum fugatus ora
Auertit auſis palluitque Titan,
Diemque ſolis non dedit Mycenis.
Plus execrandum eſt, quicquid orbe toto
Luent tot anni. poſterique pendent
Centumque retro ſentient nepotes,
Ingrata Diuis quod meretur ætas:

Cum

Cum denſa terris nox ſcientiarum
Caliginoſas inuehet tenebras,
Mergetque ritus priſtinos & artes,
Suoque quicquid imputabat æuo,
Cuius ſerenum non tulere vultum.
Hac nocte mœſtos deficit iugales
Formoſa Phœbe cras abire Titan
Minatur orbe. Barbari ſequuntur.

Epitaphium I.

Regius à Brenni deductus ſanguine ſanguis,
Qui dominos rerum tot numerabat auos,
Cui nihil indulſit ſors, nil natura negauit,
Et iure imperii conditor ipſe ſui,
Inuidiæ ſcopulus, ſed cœlo proximus ipſi,
Illa Iuliades conditur, hoſpes, humo.
Centum illic proauos, & centum pone triumphos,
Sceptraque Veronæ ſceptrigeroſque Deos,
Maſtiuoſque Caneſque. & totam ab origine gentem,
Et quæ præterea non bene nota latent;
Illinc ſtent Aquilæ priſcique inſignia regni,
Et ter Cæſareo munere fulta domus:
Plus tamen inuenies quicquid ſibi contulit ipſe,
Et minimum tantæ nobilitatis eget.
Aſpice tot linguas, totumque in pectore mundum:
Innumeras gentes continet ille locus.
Crede illic Arabas deſertaque nomina Pœnos,
Et crede Armenios Æthiopaſque tegi.
Terrarum inſtar habes: & quam Natura negauit
Laudem vni populo, contigit illa viro.

Epitaphium II.

Inuidiæ domitor, monſtrorum interritus: in quo
Improbitas vires fregit & ira ſuas,
Tanto animis maior, quanto crudelior hoſtis

Verteret

Verteret in ſacrum tela cruenta caput,
Dîs genitus, diuis nunc redditus, hic iacet, hoſpes,
Iuliades: quantum claudere terra ſolet.
Occidit & ſæuus Troiæ populator Achilles,
Hectoreos cineres Ilia clauſit humus.
Clauſit & Aiacem Rhœti in littore ponti:
Exuuias ingens Herculis Oeta tulit.
Iuliadem tantis æqualem heroibus, æqua
Nominibus tantis terra Batauа tegit.
Virtutem ne quære, hoſpes. patet orbis vterque.
Non alio virtus clauditur vlla loco.
Cœlum animis orbem heroës virtutibus implent.
Quod ſupereſt, tellus quælibet apta tenet.
Mauſolea tegunt priſcos inſignia reges,
Vnde illi generis gloria prima venit;
Regibus hoc ſatis eſt. toto iacet altior orbe,
Qui propriis totam laudibus implet humum.

Epitaphium III.

Temporis emendatori.

Lux illa terræ, cuius vltimi nomen
Nouere Seres, quem peruſta gens Phœbo
Indi loquuntur cuius impetum liuor
Adhuc tremiſcit, vt leonis extincti,
Nec profuturis eminus petit telis,
Semen Deorum, Cæſaris ſui proles,
Iocus proteruæ ludicrumque fortunæ,
Sed maior ipſà, pallidoque liuore,
Et vtriuſque victor, hoc iacet buſto.
At ne quid æui ſeculique vis poſſit,
Dieſque longa deleat viri nomen,
Quo maius orbis altiuſque nil vidit,
Deuinxit ipſum Scaliger ſibi tempus.

Ioſepho Scaligero linguarum prope omnium perito, Temporis emendatori, antiquæ Aſtrologiæ illuſtratori.

Solus qui totum diſcendo exhauſerat orbem:

Natu-

Naturæ ſibi vix ſufficientis opus,
Omnia conatus peruaſerat omnia. proles
Cæſaris. & vidit nil ſupereſſe ſibi.
Iam puero Graii, puero ceſſere Latini,
Dat puero victas Martia Roma manus.
Inſequitur Phœbum (tanta eſt audacia mentis)
Et pariter per quas proficit ille vias.
Gens Arabum cedit, cedit gens conſcia Nili,
Et qua Nilus adhuc diſſimulatus abit.
Cedunt Armenii cedunt Perſæque Syrique:
Et ſi quem medio conſpicit orbe dies.
Tendit in occaſum, ſed poſtquam ceſſerat ortus:
Hic quoque quæ diſcat, cætera doctus, habet.
Tempora reſtabant: vaſtum complectitur æuum,
Et toto maior tempore, tempus obit.
Quid ſupereſt Natura? pudet. iam exhauſerat orbem.
Si dederis cœlos. hic quoque mente fuit.

Ioſepho Scaligero Viro ſupra laudem.

Proles regia, nominiſque vindex
Et ſui ſimul & ſimul ſuorum,
Qui menſes veteres, dieſque, & annos
Certo limite finibuſque clauſit,
Cuius ſecula nunc eunt & horæ,
Et qui tempore profuturus omni
Sibi tempora ſolus obligauit,
Cuius bis duo millies laborum
Bis ſex Herculeos premunt labores,
Solus omnia, terminuſque voti,
Qui dum priſtina quæque reddit orbi
Et nondum genitos docet nepotes,
Totum laudibus occupauit æuum;
Et ne debita ſanguini Deorum
Nouus ſidera permearet hoſpes,
Suis ſedibus ordinauit aſtra,

Et

Et cœlum meruit, quod ante vidit,
Dignus Cæſare maximo virorum,
Et cum Cæſare maximus virorum;
Quem laus amplius haud deceret vlla,
Et qui laudibus haud faueret vllis,
Maior qualibet altiorque laude;
Quæris quod ſibi præmium relinquat,
Stupor Scaliger eruditiorum?
Digno heroibus exitu potitus,
Toti concidit inuidendus orbi.

Querela.

Miſelle vates lachrymiſque lugende
Suſpiriiſque, quotquot exprimi poſſunt
Ex ore, & imo pectoris penetrali,
Adhuc moraris illius ſequi manes.
Cuius ſuaui nunc carebis aſpectu
Et ore ſemper? Ah miſer! tibi quales
Iuere Soles, cum vocatus & gratus
Semperque onuſtus carminum pia mole,
Illos Penates lætus hoſpes intrabas,
Virique vultum & ora conſpicabare,
Quo nil Olympo maius aſpicit Titan,
Nihil ſecundum pulchra conſpicit Phœbe.
Ibi illa veſtra blanda dona Muſarum
Blandoſque luſus vſque & vſque poſcebat,
Nec tu petenti promere illa nolebas.
At nunc beato ſeparatus amplexu
Miſer vagaris ſolus, & grauis luctu
Mœſtos ocellos perpeti rigas imbri,
Erraſque paſſim: qualis auio in ſaltu
Priuata caro compari gemit turtur,
Aut nata matrem ſola luget amiſſam,
Nondum iugales paſſa nata complexus.
Vel quæ ſub vmbra populi ſedens mœſtæ

Lugubre

Lugubre carmen integrat ſoror Procnes:
Raptoſque fœtus, quos arator implumes
Abſente matre neſciaque ſubduxit,
Plorat, nec vllum luctibus modum ponit.
Feſſuſque lachrymis, lachrymis tamen gaudens,
Noctem querelis ducis, & diem fletu.
At ille toto nunc remotus it mundo,
Totiſque terris, in virentibus campis,
Vbi ſuauis ſibilat tepor venti;
Fauoniuſque lenis inſtrepit ramis,
Et aura pulchros frigerans parit flores,
Et fons per herbas candido ſtrepens lacte
Puros lapillos inter, irrigat terram,
Lenemque ſomnum manibus piis ſuadet,
Aueſque voce tinnula ſolum mulcent,
Inque arborum trementibus comis viuunt.
At ſacra circum lympha Tethyos puræ
Defendit imbres, & niues pruinoſas,
Poluſque dulci delicatior ſomno
Molles roſarum deſuper pluit nymbos,
Et liliorum lacteas niues ſpargit,
Sonantque læto paſcua vndique plauſu,
Syluæ cachinnis, antra perſonant riſu,
Vmbræ choreis, vocibuſque iocundis.
Ibi illa turba nota poſteris ſeclis
Myrto capillos implicans Dionea
Comiſque lauri virginis, per herboſos
Colles vagatur & diem ioco ducit,
Ibi ille terris notus omnibus noſter
Et æmulandus viuit omnibus ſeclis.
At tu beato ſeparatus amplexu
Adhuc moraris illius ſequi manes,
Cuius ſuaui nunc carebis aſpectu?

Threnus.

Qualis perpetuo natorum pallida luctu

Et duris Niobe exercita funeribus
Stat misera in saxo cui guttatim vndique lympha
Hinc atque hinc mœsto depluit è Sipylo,
Aut quales nondum oblitæ fratrisq; suiq;
Stant lachrimis vdæ iugiter Eliades,
Infelix Phaëthusa, & ramis obsita Phœbe,
Et totidem ramis obsita Lampetie,
Quas neque grata Ceres, neque curarum exitus omniũ
Humida nox blando detinet obsequio,
Sed Matuta parens semper, formosaque semper
Inueniunt madidis sidera corticibus:
Tales Di lachrimas talem aspirate dolorem
Heu misero nimium numina sæua mihi.
O pater o nostræ quondam tutela iuuentæ,
O anima mihi dilectior atque oculis,
Cui ego consueram tristem lenire dolorem,
Et capitis sacram mulcere canitiem.
Tecum deliciæ tecum omnia gaudia nostra
Fracta iacent: tecum funditus occiderunt
Munera cuncta Deum, nec quæ nos cunque iuuabant,
Nec mihi iam lux hæc nec mihi grata dies.
Ipsa etiam quæ te præeunte an perditus olim
Dulcia Musarum gaudia contigeram,
Hæc quoque tecum abiere hinc omnia, ceu vapor olim
Ludibrium ventis spargitur Æoliis.
Nec mihi blanda placent Musarum gaudia, nec mî
Promere stat mœsti delicias animi.
Sed qualis virgo castæ coniuncta parenti,
Sedula maternis vortitur in studiis.
Quam iuxta radiiq. & viminei calathisci
Arma iacent blandæ debita militiæ:
Ipsa hæret super incumbens gratumque laborem
Assiduis vsque deproperat digitis.
At si mox eadem casta est orbata parente,
Sideraque accendit seque suamq; domum,

Digitized by Google

At fusi calathique iacent procul heu deserta,
Et misero pecten voluitur è gremio.
Sic mihi Musarum tecum omnis gloria sordet,
Et penitus nostro defluit ex animo.

Thyrsis, Ecloga Bucolica, in obitum eiusdem.

Ægon. Mnasylus.

Amissum tristi longæuum funere Thyrsin,
Thyrsin, delicias pastorum & gaudia ruris.
Amissum flebant pueri Mnasylus & Ægon.
Flebant, & lachrimis ingentibus ora rigabant,
Flebant & populi, flebant armenta gregesq;
Sed tamen ante alios longe mœstissimus Ægon,
Sæpe illi solitus cum nox obscura capellas
Cogeret & mœstos arceret matribus hœdos,
Sæpe suos illi recitare assuetus amores,
Et duræ fastus Amaryllidis. ille senectæ
Oblitus propriæ propriosque oblitus amores
Præbebat facilem puris cantantibus aurem.
At puer infelix amisso Thyrside, solus
Errabat mare vicinum vicinaque circum
Littora: vel Rheni spatioso proximus alueo,
Crudeles Diuos & flecti nescia fata
Poscebat Thyrsin sed nec crudelia fata
Nec Diui ereptum reddebant funere Thyrsin,
Sæpe illum immemorem feræ decedere nocti
Hesperus inuenit lachrimantem & dura vocantem
Sidera nequicquam. sæpe illum inuenit eundem
Lucifer, errabant solæ per deuia capræ.
Tum quoq; Mnasylum viridi complexus in alga
Talia iactabat nil respondentibus vndis.
Ecce peregrino redeunt è littore puppes,
Et cum nocte pecus, redeunt cum nocte iuuenci.
Omnia cum redeant, cessat mea gaudia Thyrsis.

Septima

Septima formosus cœlo nox extulit ortus,
Et toties iuga iam bobus detraxit arator,
Et matutinos decussit bucula rores;
Thyrsis abest ab sontis adhuc vestigia littus
Exhibet & frustra quacunque in littore passus
Thyrsidis apparent, hic & vestigia figo,
Perque eadem errantem nox occupat, & videt Eos
Altera nec vacuæ cessant plangoribus horæ.
Interea pecudes nullo pascente per herbam
Vicinas comitantur oues: mœstæque iuuencæ
Noctis in aduentum vicina armenta sequuntur.
Lac quoque sit quamuis iam formosissimus annus.
Aret in vberibus: nec me mulctralia donum
Thyrsidis extremum, nec quæ mulctralia plenis
Admouet vberibus ceu quondam, Thestylis vrit.
Extinctique animo languent Amaryllidis ignes,
Carmina iam sordent, nam cui mea carmina cantem?
Et mihi discedens tamen hæc armenta reliquit.
Et dixit moriens: post me pulcherrimus Ægon,
Ægon hos calamos mortis solatia nostræ
Inflabit, tanto reliquis dilectior Ægon
Quanto pulchra suo capra est villosior agno.
Quanuis sæpe meos seruauit Tityrus hœdos,
Et mihi sæpe suos Mnasylus rettulit ignes.
O dilecte puer, tu nunc cantabis in illo
Littore, nec nostras vnquam obliuiscere Musas.
Ipse etiam tumulo facies solemnia nostro,
Ipse apium, ipse hederas, ipse humida lilia carpes,
Extremamque meis intexes ossibus vmbram.
Atque aliquis forsan Lethææ in gramine ripæ
Deferet erranti tua carmina cum mare Thyrsin,
Cum Thyrsin scopuli, percussaque saxa sonabunt,
Audiet extinctus post se sua nomina Thyrsis,
Audiet & priscos animo reuocabit amores:
Audiet ipse suam lætusque agnoscet auenam,

Nec tibi linguarum contagia, nec mala Codri
Iurgia ſunt metuenda: petat licet omnia liuor,
O dilecte puer, tu nunc in littore paſces
Has pariter pariterque tuas quas ante tenebas.
Nos procul hinc (nec enim non cedunt omnia fatis)
Perſephones paſcemus oues: vbi purior aer,
Et viui fontes, & ſponte innoxia taxus.
Nec mare littoribus pugnat, nec flumina ripis,
Diluuiem meditantur, amant & flumina ripas,
Et mare tranquillum ſecuram allabitur algam.
Hæc Ægon, Ægona ſuo Mnaſylus ab antro
Excipit, & triſtem ſolatur carmine curam.
Sidera quæ blandos hominum ſpectatis amores,
Egreſſi terris iuuenes, quos æthere ſummo
Fixit, & æterno ſacrauit Iupiter auro,
Vos etiam quondam pars hoc in littore noſtri
Cantabat Thyrſis: nunc vobis proximus ipſis
Ipſe ſuas cœlo vobiſcum conſpicit agnas.
Et fauet, vt quondam paſtoribus, & pia ducit
Ocia; nec triſtes aſpirat ab æthere ventos.
Quaq; mouet, Zephyri accedunt, imbreſq; furentes
Comprimit & Borean & agentes nubila Coros.
Forſitan & paſcit, ceu quondam pauit in herba,
Nubibus in mediis: & noſtro gaudet amore,
Nec Deus Arcadiæ numen præſentius illo eſt.
Nec Deus Arcadiæ certet cum Thyrſide iungi.
Thyrſis & infeſtas extinxit frugibus herbas,
Et ſegeti gratos defendit ſentibus agros,
Et lolium infelix & inertem eiecit auenam.
Horret humus, ſquallet rapto Parnaſſia rupes
Thyrſide, nec cœtus hominum reſpexit Apollo.
Thyrſis & ignotum paſtori repperit annum,
Errantemque ſuo diſtinxit limite menſem,
Æqualeſq; dies, & priſcum redidit æuum.
Thyrſis & antiquos docuit procedere ritus.

Side-

Sidere quo Bacchum vicinia tota ſonarit,
Quo Cereri gratus ſua præmia meſſor in vmbra
Soluerit, ingentem aſpiciens ſecurus aceruum.
Quo tibi magna Pales ſacro de ſulfure fumum
Fecerit & feſtum paſtor tranſmiſerit ignem,
Cum lauro velantur ouilia, caſtaque laurus
Luſtrales latices, & noxæ obliuia verſat.
Nunc quoque humo pueri ſaxoq; inducite laurum
Thyrſidis, & puræ ſpargantur frondibus vndæ.
Vndam alii ſpargent, tumulo lac inferet *Ægon*;
Lac *Ægon*: Mnaſylus aquas è flumine viuo
Hauriet, & ſæuos arcebit nunc quoque ſoles:
Non tamen & nobis ſolatia parua reliquit,
Diſcedenſq; meis extremum amplexibus hærens,
Pignus habe hoc, dixit, nec quiſquam ex agmine veſtro
Munera nulla feret, reddent hæc munera vobis
Extinctum Thyrſin. Nec tu monumenta Menalcæ
Deſpice, quæ nobis Riphæi è frigore ponti
Miſit, & Arctois è montibus ipſe Menalcas.
Nec tu pauperiem puer ſpernabere noſtram,
Nec proauos meditare ingentia nomina, noſtros.
Mille greges illis Benaci fluminis vndam
Libabant: centum tondebant paſcua tauri.
Omnibus errabant ter centum in montibus agnæ.
Nunquam illis, nunquam teneris lac defuit hœdis;
Pars quoque preſſa fuit. ſæpe hæc mihi veſpere ſero
Narrabat genitor, cœlo notiſſimus ipſi
Antiquus Corydon: quem nunc procul altera tellus
Detinet, & toto circumfluit amne Garumna.
Omnia fata tulere, & habebunt nos quoque fata,
Talia cantabant pueri: cantantibus illis
Heſperus extremam veniens abrupit auenam.

Eiuſdem.

MANES LIPSIANI.

In obitum Iuſti Lipſii Epicedium.

Felices Gaudii, patriæ florentis imago
Olim nota magis, cum pax dilecta Camœnis
Viueret, & nullum ſentirent ſæcula ferrum;
Nunc primum inuidia magni gaudere Batauí,
Si quid in hoſte iuuat, vel ſi victoria curæ eſt,
Cedimus, & ſolo ſubmittimus arma dolore:
Totaq; Lugdunum poſita conuertitur ira,
In ſedes ventura tuas; concedite luctu,
Et lachrimis ignoſcat Iber. ſæpe arma viroſque
Exuit, & medios pietas ſecura per hoſtes,
Per ferrum ſibi fecit iter; concedite: ipſi
Ibimus inferias, longumque intrabimus agmen,
Mœnia quæ magnus Batauis coniungit Apollo.
Vox æui diuina tui, cui viribus oris
Arcadis attonitæ ceſſeruat flumina linguæ,
Blandaque Sirenum miſeris vox cognita nautis,
Cur iſtos cineres, cur tanti nominis vmbram
Tellus vna tegit, cum te venienſque cadenſque
Phœbus & hunc totus tumulum ſibi vindicet orbis?
Nos quoque, Lugdunum quos non incognita nutrit,
Muſarumque æternus amor, te iudice tantum
Deſpecti querimur, ſubtractaque munera nobis
Ingenii laudiſq; tuæ, quæ plurima Leida
Vidit, & ignotos patriæ libauit honores,
Mox damnata tibi: nam tecum gloria noſtra
Subſtitit, atque alium rurſus conceſſit in orbem.
Non aliter, quam cum patiens ſudoris Vliſſes
Palladis obſeſſa Danais auertit ab arce
Callidus effigiem, vincendaqua Pergama vicit:
Tum primum Phrygii ſine vi cecidere, ſine armis,

Et metuit iam Troia capi: nec victor Achilles,
Aut Aga Memnoniæ tantum potuere Mycenæ,
Nec voluenda dies. ſic tecum noſtra iuuentus
Hæſit & infelix in te conuerſa pependit.
At ſaltem cineres potuiſſes credere nobis,
Et manes donare tuos: felicior iſſes
Elyſias valles, ſedeſque ac regna piorum.
Hic tibi ſupremum ſoluiſſet carmine munus
Iuliades, ſoboles ſtirpſque incorrupta Deorum:
Cui neque par nomen ſeries viſura nepotum,
Nec gens vlla dedit, noſtris quem Gallia terris
Tranſtulit infelix laudumque oblita ſuarum.
Nos quoque non viles animæ quocunque vocamur,
Siue excelſa loqui ſeu molli currere gyro,
In laudeſque exire tuas, facundia Baudî
Olim nota tibi, nunc tanti muneris hæres.
Quin etiam genti nil conceſſura Latinæ
Mens Groti diuina mei, tibi nomen & vrnam
Poneret, & lenem præſtaret carmine terram.
Nunc quoque, tot quamuis gladii, tot ſæua minentur
Tela virûm Mauorſque alio nos claudat in orbe,
Ibimus & noſtra tumulum ſtatuemus in vrbe.
Ibimus: & quamuis mendacem ornabimus vrnam,
Ibimus. & falſum ponemus carmine nomen.
Scilicet ignoſcet ſerorum turba nepotum,
Grataque erit pietas & non indigna fauore.
Atque vtinam qua ſe tenebis Matuta relictis
Exerit, & feſſo diſcedit lumine Titan,
Omnibus in terris & toto poſſet in orbe
Seruari pars vna tui nunc Creta Tonantem
Vindicat & ſola tegitur Tirynthius Oeta.
Quod ſi digna fuit gens de tot gentibus vna
Nobile depoſitum cinerum ſeruare tuorum,
Certè Roma fuit: quæ te collapſa patente
Creuit, & antiquas potuit calcare ruinas,

Terrarum victrixque ſui; poſtquam impius vrbem
Vandalus, & ſæui rapuit dementia Gotthi.
Nam tibi nec Brenni feritas deſpecta Camillo
Expugnanda fuit, Cimbroue oriunda iuuentus,
Seruorumue ignaua manus; non compede rupta
Spartacus, & victas Libyam qui duxit ad Alpes:
Sed longæua lues, damnataque ſæcula Diuis
Omnibus, & toto veniens graſſator ab ore
Barbarus, æternam iuratus tollere gentem,
Æneæq; Deos: minus eſt quod poſcit in illa
Conditor & primum meruit qui faſcibus annum.
Quin etiam, priſco ſi quid reſtabat ab illo,
Quod nec Troia tulit, Veſtæ penetrale, focuſque
Aſſaraci medioque ignis ſeruatus in igne
Iuerat, & longi ſerie conceſſerat æui.
Hoc quoque (pro fortes Decii, maneſq; Latini)
Turpiter exutis Romanus ſtabat in armis.
Per te tela gerit; Martique incognita noſtro
Obſeſſas aries balliſtaque concutit arces.
Ergo iure ſuam merito traslatus in vrbem,
Romanam preſſiſſet humum cinis oſſaque tanti
Funeris, & ſeptem poteras tibi ſumere montes,
Vel quacunque vrbs tota tua eſt: ſed docta negabat
Porticus, & quiſquis rigido metitur honeſtum,
Id manes curare tuos, ſanctique Catonis
Legibus inſtaurata domus: quæ nomina terræ
Neſcit & è toto tumulum non eligit orbe,
Sed ſecura capit. medio licet æquore Nereus
Iactet & indomitæ circumſtent vndiq; Phocæ
Aut nudum patiatur humus: Natura relictos
Inuenit. atque aliquam ſpondet morientibus vrnam,
Vel cœlo contenta ſuo. dum liber & expers
Spiritus inſani tranſcendat limina mundi.
Hic quoq; ſi quid agis, vel ſi tibi cura tuorum eſt,
Atque aliquo noſtras percurris lumine terras,

Imbel-

*I*mbelles iuvenum [illegible] & inertia rides
*P*ectora quos tec[illegible] contendere laude
Et tibi vix summ[illegible]endi accedere callem
Imbellis peritu[illegible] amor. sic Iupiter olim
Risit, & è summo Salmonea vidit Olympo,
Elide cogentem nubes, & vana cientem
Fulmina, quadrupedum vim cum stimulasset equorũ.
Interea quæ terra tuam complectitur vmbram,
*I*llic Roma tua est, illuc vrbs tota Quirini,
Et Capitolina descendit Iupiter arce.

Epigramma I.

Cum tristes obitus, & magni funera Lipsî
*A*udiit, & primum credere cœpit humus,
Tota minax, & adhuc ciuili immersa cruore
S[illegible]nuit gladios terra Batava suos,
Vtque erat [illegible]aspersa genas & pulvere fœda
Fleuit, & inferiis debita dona tulit.
*C*ontinuoque suos ad se properare poetas,
Et tumulo mœstum scribere iussit opus.
At vos posteritas candori assurgite [illegible],
Atque iterum victus credere discat Iber.
Hoc primum est, sæuum gladio quod vincimus hostem,
Illius est, quod pietas vincere nostra solet.

II.

Iupiter infernas cum mortuus isset ad vmbras,
Excepit cineres maxima Creta Dei:
Mox idem patrio cum iam successit Olympo,
Iactauit cineres maxima Creta Dei.
Risit & ex illo nil quicquam credidit orbis,
Cretaque sic dubiam cœpit habere fidem.
Tu quoque, quo cineres & docti nomina Lipsî
*T*erra, licet Musis non aliena, tenes,

Digitized by Google

Tu quoque docta caue, ne fias fabula. tantos
Si capit hæc homines, & capit illa Deos.

III.

De postremo Lipsii scripto Louanio ad vrbem eandem.

Amplius æterna cum nil restaret in vrbe
Lipsius inuicta quod repararet ope;
Amphitheatralis cum starent munera palmæ,
Staret & in muro tristis arena suo,
Retia mirmillo pauidus vitaret & arma,
Et gemini tectis vultibus Andabatæ,
Iam catapultásuas ballistaque rumperet arces,
Vineaque occulte dissimulata foret;
Venit & ipse sua melius moriturus in vrbe,
Postremum patriæ reddidit autor opus.
Sic sua Caystri queis est moriturus in vndis,
Cantat & ipsa sibi funera poscit olor
Scilicet ignoscant æternæ mœnia Romæ,
Et potior Roma terra Brabanta faue;
Hæc quoque laus iam tota tua est, nam nomen vbique,
Hic meruit tumulum Lipsius ipse suum.

Ad Iosephum Scaligerum, de Epicedio in I. Lipsium ab eo conscripto,

Regia progenies, quem nobile nomen auorum
Et liuor dubium non sinit esse Deum,
In quem dispositæ concurrunt vndique gentes,
Quos furor aut rabies, aut suus error agit,
Inuidia maior (quam ni contemnere posses,
Virtutis poteras non meminisse tuæ,
Candida posteritas lachrimas mirabitur illas,
Quas tuus in Lipsii funere fudit amor.
Causa fuit dispar, virtus communis vtrique,
(Si modo quis similem se putat esse tibi.)

Hectom

Hectora sic quondam conspexit ab æthere Iuno,
Nec Priamum siccis torua Minerua genis.
Stant intra mortale genus conuicia recti,
Terraque quos fines, hos quoque liuor habet.
Inuideant homines; solis bene cognita Diuis
Fert precium virtus indubitata sui.
Ergo eat infelix qui destruit ardua, liuor,
Et superos aliquid iam sciat esse Deos.
Bis sœuat infelix, & te dum tangere nescit,
Et se dissimilem dum videt esse tibi.

Ad eundem Isaacum Casaubonum.

Vnica quos geminos eduxit Gallia soles,
Belgica queis nuper gloria iuncta fuit.
Imperium vobis, vobis fortuna duobus
Incumbit patriæ, sollicitæque rei:
Nec minus & liuor: partem sibi sumat vterq;
Hic quoque post Lipsi funera vester erit.
Non habet infelix aliis quos tangere possit,
Hic sedet hic totos statque manetque dies.
Crescit, & vt crescat virtutibus hæret in ipsis,
Vix quoque sublatus cum pereunte perit.
Impiger Alcides totam cum sustulit æthram,
Inuidiæ pariter triste ferebat onus.
Hoc quoque quam cœlum maius fuit. hinc sua Iuno,
Hinc grauis Euristheus difficilisque fuit
Ille feris populisque & tota maior ab hydra
Stabat at inuidiæ sic quoque sensit onus:
Quid faceret? Diuis iuratum transiit amnem
Et Phlegetontis aquas: hic quoque liuor erat.
Quid faceret? se se medios coniecit in ignes,
Et sua spectanti tradidit arma viro.
Hinc quoque cum pharetram Pœantius abstulit hæret
Cum pharetra iunctam sustulit inuidiam.

Lusus ad Apiculas.

Mol-

Mellificæ volucres,
Quæ per purpureas roſas,
Violaſque amaracumque,
Tepidique dona veris
Legitis ſuaue nectar,
Teneri ciues,
Et aurei coloni,
Et incolæ beati
Hortorum redolentium,
Gens diuino
Ebria rore;
Agite ô meæ volucres, age gens vaga nemorum,
Agite ô abite cunctæ,
Et tumulum magni cingite Lipſiadæ:
Illic domum lareſq;
Vobis figite, figite:
Illic veſtri
Copia mellis,
Hereditaſque fertur ad vos denuo
Debita, quam vobis quondam ſublegerat ille.
At inuidos maloſq;,
Et quem non Venus aurea,
Quem non amat Cupido,
Quem non amant lepores,
Quem non amat venuſtas,
Quem non amat Süada,
Illis acutis protenus
Figite cuſpidibus.
Vt ſi quis malus impiuſq;, poſcat
Mel illud roſeumque nectar, illas
Cœli delicias ciboſque Diuûm
Impio male vellicare morſu:
Protinus vndique & vndiq; & vndiq; punctus
Concidat extincto victima Lipſiadæ.

Ad Genium Ideæ Lipſianæ.

Pater leporis aurei, nouumq; mel Deorum,
Pincerna nectaris meri, ſacerque promiconde,
Seu te liquore myſtico, Cupidinumque rore,
Venuſta Cypris imbuit, tuumque Diua pectus
Liquore perpluit ſuo, vel Euius bimater
Thyrſo virente perculit, nec vſitata iuſſit
Vi numinis raptum ſui; ſed entheata verba
Senſuſque limpidiſſimos breuem rotare in orbem;
Nidore dum te muſico tuamque adimus aram,
Procul profana gens eat, quæ te tuumq; nomen
Vecors inerſq; deprimit præpoſtero fauore.
Nam noſtra quæ nec te, pater, nec ſe capit, iuuentus,
Tuos adire perfugit reconditos lepores,
Exanguis, ægra, diſcolor: cui miſella febris
Vires ne[illegible] [illegible]culas & igneum vigorem
Orationis floridæ, quem ſponte natus ardor
Et Tulliana p[illegible] ex ſimplici nitore.
At tu ſecute neminem prius, ſequende nulli,
Diſpar eras ſic omnibus, ne par tibi ſit vllus.

In Thraſeam, quem imperfectum edi vetuit

Cum ſuus & toto iam corpore liber ouanſque,
Elyſias ſtaret Lipſius ante domos,
Occurrere animæ ingentes, quos porticus olim,
Vidit & æternos miſit in ora viros:
Zeno pater, toruuſque à paupertate Cleanthes,
Et quos ſera licet Martia Roma tulit.
Aſpicit audacem pro libertate Catonem
Tractantem manibus vulnera rupta ſuis.
Nec procul hinc Pæti, ſed triſtis & aſpera viſu,
Occurrit facies, diſſimiliſque ſui,
Cum lætus libanſque Deo, quem liber adibat,
Secura Stygias morte petebat aquas.

Hor-

Digitized by Google

Horruit, vt vultum Lipſii venientis & ora
Vidit & hos gemitus mæſtaque verba dedit:
Quem Nero damnatum voluit, ne viueret vnquam,
Tu naſci prohibes, & iubet ille mori.

Stephano
Franciſco } *Douſiis.*
Diderico

Quæ pietas: quæ ſancta fides, quæ Manibus illis,
Scribere conantem debilitauit amor;
Accipe diuino ſtirps non indigna parente:
Noſtraque componas triſtia fata tuis.
Omnibus ex æquo dolor eſt, qui ſpectat ad omnes,
Cauſaque ſi qua venit pluribus æqua venit.
Nec magis hic quenquam fas eſt ſugere minuſue.
Sanguinis anguſti vincula tranſit amor.
Quis prior hic? nulli pater eſt qui naſcitur orbi.
Aera quis, ſolem quis putat eſſe ſuum?
Græcia cum fixum Parilli plorauit Achillem,
E numero Tethys pars quotacunque fuit?
Hectore ter rapto, Priamo plus turba gemebat,
Maluerat nato quiſque carere ſuo.
Quis ſibi non patrem, raptum aut deplorat amicũ?
Quis non in proprio funere iuſta facit?
Plus aliquid Douſa perſoluitur occidit orbi,
Quilibet ex illo funere vulnus habet.
Vos etiam Douſam, ſed ne lugete parentem.
Plus proprio cuiuis Douſa parente fuit.

MANES DOVSICI.

Ad Manes.

Innocui Manes, & magni nominis vmbra:
Et quicquid non ſeruat humus, nec ſubtrahit vrna

Sedibus

Sedibus æternis superûm, mundoq; Deorum;
Quicquid adhuc Dousæ superes: seu certa pererras
Astra, polumque tuum, qua cœlum diuidit ingens
Circulus & puro stellarum colligit orbe
Errantes herc um animas, seu liber & expers
Nominis, immensi pars es pulcherrima mundi;
Accipe crudeles gemitus, & flebile murmur;
Nec vultus auerte tuos: si candidus adsto
Pectoris, innocuusq; animi simplexq; sacerdos
Musarum Phœbique & primis integer annis
Priuatam merui toties decerpere laurum,
Iudice te tanto: quam si modo fata supersunt,
Postibus insigam patriæ, tumulumque quotannis
Manibus extollam ingentem, & certamina condam,
Hic quoque quicquid ero, Batauorum extrema secutus
Fataque fortunasque, & non ignobilis exul,
Vocibus insuescam solennibus: & tua clamans
Numina supremos indicam liber honores.

I.

Ad Academiæ Lugdunensis membra.

Dulces amici quos ab extremo sinu
Quacunque puram cælat aut promit facem
Titan ab vndis, prauizque puppibus
Vultum minores exerunt Atlantides,
Excelsa virtus, Dousiciique nominis
Fulgor serenus luce pellexit suâ;
Habet, peractum est. Funus ingentis virû
Orbis fatetur, consciusque criminis
Mundus, Batauа pallet & languet die:
Totumque nubes induit cœlum suas,
Ætherque mœsto tristis incumbit solo.
Nec nescit illud, si quis ignotum secat

Rima

Pinu profundum, duplices〈q〉; turbidæ
Noctis tenebras nauta percuſſus pauet:
Douſamque toto pallidus cœlo videt,
Erratq; in vndis. *Sancta* Lugdunum tacet,
Clauſitque mœſtus templa Muſarum pauor.
Nondumq; luctum percipit tellus ſuum,
Adhuc ſtupeſcit. Haga defunctum tenet.
Tantumq; funus vna concludit domus,
Multoſque fallit. Talis erepto Hercule
Feralis Oetæ triſtis eluxit rogus:
Priuſque Diuum ſenſit Alciden polus;
Quam terra raptum. Laudibus toto iacet
Diuiſus orbe. ciuitas artus habet,
*Mundus*que Douſam. Terminos nomen viri
Et ſol eoſdem, patriam luctus tenent
Adhuc recentes: ibit in cunctos tamen,
Genteſque ſenſim tardus inuadet dolor,
Et dignus illo. Neminem luget ſimul
Quem nouit orbis. Prima nos tangunt mala,
Nimiumque ſcimus: proximi fato ſumus,
Primaſque mundo lachrimas Douſæ damus,
*Mœ*ſtaſque voces: cæteros iunget dies
Quos cauſa iungit. longus à tergo meo
Orbis ſequetur: quaque tellurem premit
Dolore tactus Douſico ſtabit polus.

II.

Ad Muſas Lugdunenſes.

Quis me querulæ procul hinc Diuæ,
Quis vobiſcum dulcia tollat
Lugdunenſes numina Muſæ?
Vbi per frondes Zephyrus leni
Murmure lapſus, ſtrepitu triſtem
Vindicat Hagam.
Vbi Douſa meus, procul inuiſa

Liber ab vrna, docuit solas
Resonare sibi carmina syluas.
Recubansque leui tutus in vmbra,
Litibus æger, plenusque fori,
Procul insana fugit ab vrbe.
Lachrymas illic, lachrymas illic,
Lugdunenses lachrymas illic
Fundite Musæ.
Et cum lacrymis dicite vestris.
Quæ te nostris rebus ademptum
Inuida fati sustulit aura,
Rex Pieridum dux Musarum,
Optime Dousa?
Tibi simplicitas, tibi mens recti
Conscia, nullis labefacta fuit
Sordibus æui.
Non ambitio cœca futuri,
Non promissi purpura fallax,
Non e voto peritura suo
Vana cupido, dubio mentem
Polluit auro. Sed castus amor,
Spesque arcta, sui limine tecti
Positura modum, nunquam vanos
Misit in ausus, placidos inter
Secura tenens regna libellos.
Hic modo consul, modo Cæsar eras.
Dominumq; suum lepido semper
Inuadebant agmine Musæ,
Et chartarum iusta supellex.
Ergo aut tenero tranquilla dabas
Iura Catullo, vel quem leuibus
Cynthia quondam cepit ocellis.
Populosque tuos hilari circum
Lumine cernens. felix semper
Votique tui certus abibas,

Pinu profundum, dupliceſq; turbidæ
Noctis tenebras nauta percuſſus pauet:
Douſamque toto pallidus cœlo videt,
Erratq; in vndis. Sancta Lugdunum tacet,
Clauſitque mœſtus templa Muſarum pauor.
Nondumq; luctum percipit tellus ſuum,
Adhuc ſtupeſcit. Haga defunctum tenet.
Tantumq; funus vna concludit domus,
Multoſque fallit. Talis erepto Hercule
Feralis Oetæ triſtis eluxit rogus:
Priuſque Diuum ſenſit Alciden polus;
Quam terra raptum. Laudibus toto iacet
Diuiſus orbe. ciuitas artus habet,
Mundusque Douſam. Terminos nomen viri
Et ſol eoſdem, patriam luctus tenent
Adhuc recentes: ibit in cunctos tamen.
Genteſque ſenſim tardus inuadet dolor,
Et dignus illo. Neminem luget ſimul
Quem nouit orbis. Prima nos tangunt mala,
Nimiumque ſcimus: proximi fato ſumus,
Primaſque mundo lachrimas Douſæ damus,
Mœſtaſque voces: cæteros iunget dies
Quos cauſa iungit. longus à tergo meo
Orbis ſequetur: quaque tellurem premit
Dolore tactus Douſico ſtabit polus.

II.

Ad Muſas Lugdunenſes.

...querulæ procul hinc, Diuæ,
...biſcum dulcia tollat
...nenſes numina Muſæ?
...et frondes Zephyrus leni
...rmure lapſus, ſtrepitu triſtem
...indicat Hagam.
...Douſa meus, procul inuiſa

Liber ab vrna, docuit ſolas
Reſonare ſibi carmina ſyluas.
Recubanſque leui tutus in vmbra,
Litibus æger, plenuſque fori,
Procul inſana fugit ab vrbe.
Lachrymas illic, lachrymas illic,
Lugdunenſes lachrymas illic
Fundite Muſæ.
Et cum lacrymis dicite veſtris.
Quæ te noſtris rebus adeaptum
Inuida fati ſuſtulit aura,
Rex Pieridum dux Muſarum,
Optime Douſa?
Tibi ſimplicitas, tibi mens recti
Conſcia, nullis labefacta fuit.
Sordibus æui.
Non ambitio cœca futuri,
Non promiſi purpura fallax,
Non e voto peritura ſuo
Vana cupido, dubio mentem
Polluit auro. Sed caſtus amor,
Speſque arcta, ſui limine tecti
Poſitura modum, nunquam vanos
Miſit in auſus, placidos inter
Secura tenens regna libellos.
Hic modo conſul, modo Cæſar eras.
Dominumq; ſuum lepido ſemper
Inuadebant agmine Muſæ,
Et chartarum iuſta ſupellex.
Ergo aut tenero tranquilla dabas
Iura Catullo, vel quem leuibus
Cynthia quondam cepit ocellis.
Populoſque tuos hilari circum
Lumine cernens. felix ſemper
Votique tui certus abibas,

Pinu profundum, duplicesq; turbidæ
Noctis tenebras nauta percuſſus pauet:
Douſamque toto pallidus cœlo videt,
Erratq; in vndis. Sancta Lugdunum tacet,
Clauſitque mœſtus templa Muſarum pauor.
Nondumq; luctum percipit tellus ſuum,
Adhuc ſtupeſcit. Haga defunctum tenet.
Tantumq; funus vna concludit domus,
Multoſque fallit. Talis erepto Hercule
Feralis Oetæ triſtis eluxit rogus:
Priuſque Diuum ſenſit Alciden polus;
Quam terra raptum. Laudibus toto iacet
Diuiſus orbe. ciuitas artus habet,
*M*unduſque Douſam. Terminos nomen viri
Et ſol eoſdem, patriam luctus tenent
Adhuc recentes: ibit in cunctos tamen,
Genteſque ſenſim tardus inuadet dolor,
Et dignus illo. Neminem luget ſimul
Quem nouit orbis. Prima nos tangunt mala,
Nimiumque ſcimus: proximi fato ſumus,
Primaſque mundo lachrimas Douſæ damus,
*M*œſtaſque voces: cæteros iunget dies
Quos cauſa iungit. longus à tergo meo
Orbis ſequetur: quæque tellurem premit
Dolore tactus Douſico ſtabit polus.

II.

Ad Muſas Lugdunenſes.

[illegible]querulæ procul hinc Diuæ,
[illegible]iſcum dulcia tollat
[illegible]enſes numina Muſæ?
[illegible] frondes Zephyrus leni
[illegible]mure lapſus, ſtrepitu triſtem
[illegible]ndicat Hagam.
[illegible] Douſa meus, procul inuiſa

Liber ab vrna, docuit ſolas
Reſonare ſibi carmina ſyluas.
Recubanſque leui tutus in vmbra,
Litibus æger, plenuſque fori,
Procul inſana fugit ab vrbe.
Lachrymas illic, lachrymas illic,
Lugdunenſes lachrymas illic
Fundite Muſæ.
Et cum lacrymis dicite veſtris.
Quæ te noſtris rebus ademptum
Inuida fati ſuſtulit aura,
Rex Pieridum, dux Muſarum,
Optime Douſa?
Tibi ſimplicitas, tibi mens recti
Conſcia, nullis labefacta fuit
Sordibus æui.
Non ambitio cœca futuri,
Non promiſſi purpura fallax,
Non è voto peritura ſuo
Vana cupido, dubio mentem
Polluit auro. Sed caſtus amor,
Speſque arcta, ſui limine tecti
Poſitura modum, nunquam vanos
Miſit in auſus, placidos inter
Secura tenens regna libellos.
Hic modo conſul, modo Cæſar eras.
Dominumq; ſuum lepido ſemper
Inuadebant agmine Muſæ,
Et chartarum iuſta ſupellex.
Ergo aut tenero tranquilla dabas
Iura Catullo, vel quem leuibus
Cynthia quondam cepit ocellis.
Populoſque tuos hilari circum
Lumine cernens, felix ſemper
Votique tui certus abibas,

Pinu profundum, dupliceſq; turbidæ
Noctis tenebras nauta percuſſus pauet:
Douſamque toto pallidus cœlo videt,
Erratq; in vndis. Sancta Lugdunum tacet,
Clauſitque mœſtus templa Muſarum pauor.
Nondumq; luctum percipit tellus ſuum,
Adhuc ſtupeſcit. Haga defunctum tenet.
Tantumq; funus vna concludit domus,
Multoſque fallit. Talis erepto Hercule
Feralis Oetæ triſtis eluxit rogus:
Priuſque Diuum ſenſit Alciden polus;
Quam terra raptum. Laudibus toto iacet
Diuiſus orbe. ciuitas artus habet,
Munduſque Douſam. Terminos nomen viri
Et ſol eoſdem, patriam luctus tenent
Adhuc recentes: ibit in cunctos tamen,
Genteſque ſenſim tardus inuadet dolor,
Et dignus illo. Neminem luget ſimul
Quem nouit orbis. Prima nos tangunt mala,
Nimiumque ſcimus: proximi fato ſumus,
Primaſque mundo lachrimas Douſæ damus,
Mœſtaſque voces: cæteros iunget dies
Quos cauſa iungit. longus à tergo meo
Orbis ſequetur: quæque tellurem premit
Dolore tactus Douſico ſtabit polus.

II.

Ad Muſas Lugdunenſes.

[illegible] querulæ procul hinc Diuæ,
[illegible] iſcum dulcia tollat
[illegible] enſes numina Muſæ?
[illegible] et frondes Zephyrus leni
[illegible] murmure lapſus, ſtrepitu triſtem
[illegible] indicat Hagam.
Vbi Douſa meus, procul inuiſa

Liber

Liber ab vrna, docuit ſolas
Reſonare ſibi carmina ſyluas.
Recubanſque leui tutus in vmbra,
Litibus æger, plenuſque fori,
Procul inſana fugit ab vrbe.
Lachrymas illic, lachrymas illic,
Lugdunenſes lachrymas illic
Fundite Muſæ.
Et cum lacrymis dicite veſtris.
Quæ te noſtris rebus ademptum
Inuida fati ſuſtulit aura,
Rex Pieridum, dux Muſarum,
Optime Douſa?
Tibi ſimplicitas, tibi mens recti
Conſcia, nullis labefacta fuit
Sordibus æui.
Non ambitio cœca futuri,
Non promiſi purpura fallax,
Non e voto peritura ſuo
Vana cupido, dubio mentem
Polluit auro. Sed caſtus amor,
Speſque arcta, ſui limine tecti
Poſitura modum, nunquam vanos
Miſit in auſus, placidos inter
Secura tenens regna libellos.
Hic modo conſul, modo Cæſar eras.
Dominumq; ſuum lepido ſemper
Inuadebant agmine Muſæ;
Et chartarum iuſta ſupellex.
Ergo aut tenero tranquilla dabas
Iura Catullo, vel quem leuibus
Cynthia quondam cepit ocellis.
Populoſque tuos hilari circum
Lumine cernens. felix ſemper
Votique tui certus abibas,

Digitized by Google

Horruit, vt vultum Lipſii venientis & ora
Vidit & hos gemitus mæſtaque verba dedit:
Quem Nero damnatum voluit, ne viueret vnquam,
Tu naſci prohibes, & iubet ille mori.

Stephano
Franciſco } *Douſis.*
Diderico

Quæ pietas: quæ ſancta fides, quæ Manibus illis,
Scribere conantem debilitauit amor;
Accipe diuino ſtirps non indigna parente:
Noſtraque componas triſtia fata tuis.
Omnibus ex æquo dolor eſt, qui ſpectat ad omnes;
Cauſaque ſi qua venit pluribus æqua venit.
Nec magis hic quenquam fas eſt ſugere minuſue.
Sanguinis anguſti vincula tranſit amor.
Quis prior hic: nulli pater eſt qui naſcitur orbi.
Aera quis, ſolem quis putat eſſe ſuum?
Græcia cum fixum Parilli plorauit Achillem,
E numero Tethys pars quotacunque fuit?
Hectore ter rapto, Priamo plus turba gemebat,
Maluerat nato quiſque carere ſuo.
Quis ſibi non patrem, raptum aut deplorat amicũ?
Quis non in proprio funere iuſta facit?
Plus aliquid Douſæ perſoluitur occidit orbi,
Quilibet ex illo funere vulnus habet.
Vos etiam Douſam, ſed ne lugete parentem.
Plus proprio cuiuis Douſa parente fuit.

MANES DOVSICI.

Ad Manes.

Innocui Manes, & magni nominis vmbra:
Et quicquid non ſeruat humus, nec ſubtrahit vrna

Sedibus

Sedibus æternis superûm, mundoq; Deorum;
Quicquid adhuc Dousæ superes: seu certa pererras
Astra, polumque tuum, qua cœlum diuidit ingens
Circulus & puro stellarum colligit orbe
Errantes heroum animas: seu liber & expers
Nominis immensi pars es pulcherrima mundi;
Accipe crudeles gemitus, & flebile murmur;
Nec vultus auerte tuos: si candidus adsto
Pectoris, innocuusq; animi simplexq; sacerdos
Musarum Phœbique & primis integer annis
Priuatam metui toties decerpere laurum,
Iudice te tanto: quam si modo fata supersunt,
Postibus insigam patriæ, tumulumque quotannis
Manibus extollam ingentem, & certamina condam,
Hic quoque quicquid ero, Batauorum extrema secutus
Fataque fortunasque, & non ignobilis exul,
Vocibus insuescam solennibus: & tua clamans
Numina supremos indicam liber honores.

I.

Ad Academiæ Lugdunensis membra.

Dulces amici quos ab extremo sinu
Quacunque puram cælat aut promit facem
Titan ab vndis, præuiæque puppibus
Vultum minores exerunt Atlantides,
Excelsa virtus, Dousicique nominis
Fulgor serenus luce pellexit suâ;
Habet, peractum est. Funus ingentis viri
Orbis fatetur, conscialque criminis
Mundus, Batauâ pallet & languet die:
Totumque nubes induit cœlum suas,
Ætherque mœsto tristis incumbit solo.
Nec nescit illud, si quis ignotum secat

Riam

Liber ab vrna, docuit ſolas
Reſonare ſibi carmina ſyluas.
Recubanſque leui tutus in vmbra,
Litibus æger, plenuſque fori,
Procul inſana fugit ab vrbe.
Lachrymas illic, lachrymas illic,
Lugdunenſes lachrymas illic
Fundite Muſæ.
Et cum lacrymis dicite veſtris.
Quæ te noſtris rebus ademptum
Inuida fati ſuſtulit aura,
Rex Pieridum dux Muſarum,
Optime Douſa?
Tibi ſimplicitas, tibi mens recti
Conſcia, nullis labefacta fuit.
Sordibus æui.
Non ambitio cœca futuri,
Non promiſi purpura fallax,
Non e voto peritura ſuo
Vana cupido, dubio mentem
Polluit auro. Sed caſtus amor,
Speſque arcta, ſui limine tecti
Poſitura modum, nunquam vanos
Miſit in auſus, placidos inter
Secura tenens regna libellos.
Hic modo conſul, modo Cæſar eras.
Dominumq; ſuum lepido ſemper
Inuadebant agmine Muſæ,
Et chartarum iuſta ſupellex.
Ergo aut tenero tranquilla dabas
Iura Catullo, vel quem leuibus
Cynthia quondam cepit ocellis.
Populoſque tuos hilari circum
Lumine cernens. felix ſemper
Votique tui certus abibas,

Solus tanta liber in vrbe.
Regem, Muſæ, plangite veſtrum:
Qui non crinem Perſide gemmæ
Poſt Pellæum condidit aurum
Qui non cunctas vndiq; ſolus,
Quas aurato videt aſpectu
Maximus æther poſſedit opes;
Sed contempſit: melior regni
Idemque ſui certior autor.

III.

Threnus.

Qualis pampinea pendens è fronde cicada
Tranquilli placide tempora veris agit:
Et modo cum Zephyro ſuſtollitur hinc atq; illinc,
Et leuiter motis erigitur foliis.
Nunc dulci ſtrepitu concuſſis leniter alis,
Ebria nocturnis roribus intremuit:
Innocuamq; vna ſolatur voce ſenectam,
Deliciæ ruris, deliciæ domini.
Aſt illam pedibus laſciuus forte viator
Conterit, & priſcis excutit è laribus.
Languet humus: gemit amiſſam longæuus arator,
Et viduus dulci murmure torpet ager.
Sic te Douſa, tuam ſolantem carmine gentem
Improba mors noſtris abſtulit ex oculis.
At nobis ſuperant triſtes lachrymæ & ſingultus,
Et vidua eſt blandis patria carminibus.

IV.

Ad Solem.

Auriga lucis, ignei, poli curſor,
Metator æthræ, temperator horarum,
Æui miniſter, circulator æterne,
Luſtrator orbis, diſſipator vmbrarum!

Currus perennis igneæq; quadrigæ
Frænator ingens, qui diem vehis purum,
Rursusq; vultum surripis tuum mundo,
Et candicantis occulis comæ flammam,
Cras è lacertis Tethyos tuæ rursus
Redibis: at nox occupat meum solem.

V.

Ad Sidera.

Dulces alumni noctis, ignei fratres,
Paruæ cohortes aurei poli ciues,
Qui per serenos ætheris vagi campos
Molles choreas ducitis leui planta,
Cum membra nostra molliter reclinata,
Victosq; sensus occupat sopor lenis:
Quid nunc, vt ante, per domum poli pictã,
Et è latebris fornicisq; inaurati
Puris fenestris, tollitis sacrum vultum?
Abite rursus; non videbitis Dousam.

VI.

Threnus.

Qualis primæua florens ætate puella
Cypridis haud vllis saucia vulneribus,
Sollicitæ primos genetrici deuouet annos,
Castaq; dilecto conditur in thalamo,
Et quoties somnus victos expugnat ocellos,
Languida materno labitur in gremio,
Intendensq; suos in dulcia colla lacertos,
Deficit, & blando victa sopore iacet.
At matrem subito diuæ nimium crudeles
Abreptam tenebris inuoluere suis.
Illa manet, seruatq; orbum deserta cubile:
Et necdum matrem credit abesse suam;
Sed modo mœsta iacet, modo per thalamum nequicquã

Digitized by Google

Dulcia protendens brachia, deficitur
Optato prius amplexu, neque mollia ſentit
Lumina, ſed ſolas corporis exuuias,
Has premit infelix, has toto corpore tangens
Anxia mens, triſtes ſoluitur in lacrymas.
Donec ſollicitam blando ſopor interuentu
Paulatim dubiis fallit imaginibus,
Turbantem ſomnos, & adhuc in matre iacentem,
Dum croceo rurſus Lucifer exit equo.
Sic nos, Douſa, tui percuſſos vulnere fati
Attonitus toto pectore iactat amor.
Cunctaque turbantes gemitu, pater, atque errantes
Diuidit à doctis vndique virginibus.

VII.

Ad Echo Douſicam.

Proles aëris, vltimæque vocis
Semigarrula ſemimuta cuſtos:
Quæ tantum loqueris taceſque iuſſa,
Et ſequi potes, & nequis præire,
Vox tantum neque tota, quæ quod audis
Reſpondere potes, loquique neſcis,
Douſæ deliciæ iocuſque noſtri,
Et ſolatia deſidis ſenectæ,
Docti paſſere dulcior Catulli,
Quam blandis numeriſque garruliſque
Ciens vocibus entheę camœnæ
Haganis animauit in ſalictis.
Dum ſemper canit accipitque ſemper.
Nec quicquam, niſi ſit locutus, audit.
Quæ Douſa præeunte, verba ſumma,
Extremaſque ſoles referre voces,
Nil illo præeunte, nil ſonabis.

VIII. Ad

VIII.

Ad Muſas ſuas.

Heinſi deliciæ, leues Camœnæ,
Quas plus Douſa Douſa ſuis amabat olim
Non illis oculis, ſceleſta Parca
Quos iam condidit abſtulitq; nobis,
Sed Muſis propriis ſuiſque Muſis,
Muſis mollibus, aureiſq; Muſis,
Muſis dulcibus, inclytiſque Muſis,
Et ſuperſtitibus ſuo poëtæ.
Quas primis ſatur ebriuſq; flammis
Idæ lenibus hauſit è labellis:
Vobis inferiaſq; lachrymaſq;
Soluit Heinſius, Heinſius ſuperſtes
Et Douſæ ſimul, & ſuis Camœnis.
Actum eſt ilicet: ilicet valete.
Quis vos iam colet expetetq; Muſa?
Quis vos poſtmodo deperibit vnquam,
Heinſi deliciæ, leues Camœnæ?

I.

Iano Douſa veritatis aſſertori.

Cum vaſta proles imminens Olympo,
Centumq; nixa brachiis iuuentus,
Proſtrata cœlo, viribuſq; fractis
Deiecta, totam conderet parentem
Fuſuſq; longam ſuſtineret Ætnam,
Et membra lato ſpargeret Peloro
Ingens Typhœus; deſides Camœnæ
Dignum triumpho condidere carmen:
Victoriæq; magna pars Apollo,
Lyram ſoluto colligebat arcu.
Nos crimen audax matris inſolentis,
Puerperamq; parturire Terram

Nouo Gigantes vidimus duello.
Dibualdus audax, impotenſq; Lemus,
Arundilique ſæua vis minacis,
Omnes vel Oto vel pares Mimanti,
Impune faſtos preſſerant Batauos.
Hos Douſa, collo cruribuſq; ruptis,
Suis, vt ante, reddidit tenebris.
Ergo Camœna perpeti quotannis
Adoreaque, muſicoque rore,
Nouaque lauro, cymbiiſque ſacram
Bacchi liquentis irrigamus vrnam.
Vterque victor, hic & hic, Gigantum:
Vterque mactus, Douſa, Iupiterque eſt:
Hic fulmine audax, ille veritate.

II.

Iano Douſæ libertatis vindici.

Ardua cum ſæuo tremeret ſub milite Leyda,
  Templaq; *Muſarum* ſollicitaret Iber,
Et pariter ferrum, pariterque inſtaret egeſtas,
  Nec fugeret partes illa vel illa ſuas:
Douſa, tenens dextra calamum, ſcutumque ſiniſtra,
  Conſtitit, & clauſa liber in vrbe fuit.
Et, *Manus* hæc famam patriæ, dabit illa ſalutem
  Inquit, & euentum iuſſit habere ſuum.
Nam modo crudeles animum vortebat in hoſtes,
  Et modo victurum concipiebat opus.
Audiit, & Douſæ celebrari carmine poſcens,
  Cœruleas *Nereus* voluere cœpit aquas.
Continuo turpis latebras vix inuenit hoſtis,
  Vix bene qua fugiat mollis Iberus habet.
Prodigii laus, Douſa tua eſt: qui namque nec armis,
  Nec potuit vinci tempore, vicit aquis.

III.

Eidem de iisdem.

Perfidus ingentem vesano milite Leidam
Cinxerat & vasto robore, miles Iber.
Terra salumque, inquit mea sunt. via nulla salutis:
Nulla patet puppi semita nulla viro,
Dousa meus, medio. spe libertatis, in hoste
Liber, & inuicto pectore tutus erat.
Ille, Tolus, dixit. dominum non nouit Iberum:
Et tua tota mihi, Iupiter, aula vacat.
Hinc quoque fas nobis patriæ sperare salutem:
Ille mihi Minos hac fugiendus erit.
Quid patriæ non præstat amor? qui falleret hostem
Dousa virum nequiit mittere: misit auem.

IV.

Iano Dousa Victori.

Turpis nænia, præficæque questus,
Et tristi precio redempta lingua.
Et suspiria turbidique luctus,
Et singultibus impedita verba,
Tyrrhenusq; tubæ frementis horror:
Et quicquid cinerique funerisque
Pompæ, muneris imputatur vsquam,
Monemus procul esse. Nemo ponit
Sepulchrum tibi, Dousa, sed trophæum.

V.

Iano Dousa, viro beatissimo votum pro felicitate ad Manes eiusdem.

Felix, qui medio suppositus polo,
Fortunæ potuit tangere terminum:
Qui tanquam proprium conspicit aerem,
Et quicquid facies conspicit aeris.

Nec ſperat cupidus, nec male poſſidet;
Sed ſecurus habet: Sic volucris vaga
Sic piſcis medio viuit in æquore.
Nobis ſors miſeris vltima contigit,
Queîs ſperare licet: curaque limites
Priuatos poſuit, quos ſcelus abſtulit.
Non gemmæ precium fingit, & inſolens
Rubri diuitias amplificat maris.
Non plauſum numerat plebis, & ambitum
Incertus trepidi ſollicitat fori.
Non victi lachrymas vendit, & atrio
Importuna locat tempora, nec fores
Pulſatæ dubiis faſcibus intonant,
Sed ſomnos patitur nox, adimit dies,
Et Muſæ faciles. colligit ocio
Quod ſpargunt alii tempus, & inuenit,
Quæ vel ſolus agat: Sic taciti dies,
Et conceſſa ſibi tempora diffluunt.
Sic me, Douſa, tuis Manibus additum
Fatalis veniens occupet exitus;
Nec vitæ ſaturum, nec timidum mori.

VII.

Iano Douſæ Venerum & Cupidinum ſacerdoti.

Cum Douſa victus ægro
Langueſceret dolore,
Et membra iam ſupremo
Liqueſcerent ſopore:
Molles repente venti,
Per aërem, leueſq;
Vecti feruntur auras,
Ad regiamq; blandæ
Se conferunt Diones.
Fauoniuſq; lenis

Cupidi-

Cupidinum ſatelles,
Et Cypridis viator,
It nuncius; domumq;
Et limen obſeratæ
Foreſq; pulſat aulæ,
Quas ianitor puſillus
Semper tenet Cupido:
Qui territus, Quis, inquit,
Has impulit Deorum?
Mox pandit, agnitumq;
Admittit, intimumq;
Deducit in cubile.
Illic miſella Cypris,
Patentibus labellis,
Errantibuſq; ocellis,
Et ſemihiante dulcem
Spirabat ore ſomnum.
Vix excitata, mollem
Deterſerat ſoporem:
Cum nunciantis atta
Percuſſa voce, rurſus,
Vt ante, ſemipreſſum
Defecit in lacertum.
Mox conuocat Senatum,
In curiamq; paruos
Iubet venire Patres.
Stabat puſilla turba,
Et paruuli Quirites,
Deiq; puſiones:
Pars ignibus, minutis
Armata pars ſagittis,
Nec dignitate cuncti
Pares, nec ore cuncti.
Hos Spes leues at illos
Circumuolant Timores:

Hos ſola Cypris, illos
Caſtæ tulere Nymphæ.
At pars nouo quotannis
Repullant ab ouo:
Quot ſiderum ſerenis
Nos fulgurat choreis,
Apeſque purpurantem
Circumſtrepunt Hymettū.
Tum ſic profata Cypris,
Quis, ô Dei, quis, inquit,
Hic ocyus iugales
Frenauerit volucres?
Vix dixerat, repente
Auriga paruus, ambas
Sub aureis iugarat
Præſepibus columbas.
His vecta Diua, celſas
Bigis natat per auras,
Et ſpiritum cadentis
Intercipit poetæ.
Mox rurſus ad beatos
Delabitur penates.
Hic fabricata centum
E liliis, roſiſque,
Amaracoque, blandæ
Stat ciuitas Dionæ.
Quam turba ſacra molles
Circumuolant poetæ.
Hic, ebrius nouoque
Semper madens Lyæo
Anacreon, perennes
Exultat in choreas.
Ac myrteo bacillo,
Tremenſque, palpitanſq;,
Cupidines fugaces,

Et milites procaces,
Parumque cogit agmen.
At legibus beatam
Regitque. iudicatque
Rempublicam Secundus.
Dulcemq; tradit artem,
Modumq; molliorum
Et iura baſiorum.
Viuitque in ore caſtæ
Et ſpiritu Neæræ.
Hunc Douſa conſpicatus,
Quid.ô,moramur? inquit;
Triſtes abite curæ,
Sordeſque pallidorum,
Et lachrymæ reorum:
Sic fatus Hagienſem
Amplectitur poetam:
Et nunc vterque blandis
Exultat in labellis.

VII.

Eidem.

Ruſticus Æneas. miſeram cum fugit Eliſam,
Suauibuſq; baſiis
Humenter Hyadas, nudumq; Orionis enſem,
Et triſte prætulit ſalum;
Allapſus tumulo, ſolemnia ſacra parenti,
Ludoſque reddidit ſuos,
Curſibus & cæſtu,ductiſqee ad pectora tonſis,
Et ſpiculis errantibus.
Nos melius tibi, Douſa, nihil crudelius auſi,
Nec Cypridis læſæ rei,
Dulcia ſoluemus certamina: qualia nunquam
Alpheus Eleo Ioui.
Concurrent lepidæ iuuenum,me iudice,turmæ,

Mixti-

Digitized by Google

Mixtique virginum chori,
Inter odoratas myrtos, & amœna roſarum.
Tenacibuſque brachiis,
Colla per vndiq;, labraque dulcia, molliaque ora,
Inane baſium trahent.
Tum qui mollius os ſperato admouerit ori:
Amabilis luctæ ſatur:
In gremium dominæ dulci clamore redibit,
Feſta coronatus dape,
Perfuſuſque, thymoque, & languidulo narciſſo:
Noſtro ſonandus carmine.
Tum pereat, qui me vel non putat eſſe poetam,
Aut iudicare neſcium.

IX.

Eidem, de puro eius iambo, ex Hipponanacteis puris iambis.

Iambe pure, purior tenellulæ proteruis
Roſillulæ papillulis, & Idulæ labellis,
Puellulæque ſimplicis, puellulæ venuſtæ,
Cui per ora primulum noui vegēt rubores,
Meroq; flore Liberi, trementibuſq; guttis,
Quibus beata luminis parens ſerenat arua:
Iambe pure, Douſicæ medulla ſola famæ,
Tuo lepore ſaucius frat. Heinſius miſellus,
Vaguſque fertur huc & huc, vaguſque fertur illac:
Velut ſtupore myſtico repēte tacta *Mænas*,
Abit reditq; millies, graui ſubacta thyrſo:
Sibiq; vulnus intulit, nec impedita ſenſit

X.

Epitaphium.

Siſtas Viator: Douſici Manes rogant
Tempus exiguum, moramque paruam:
Quem terra nouit, Troicique pallida

Mater

Mater Memnonis, integerque Phœbus,
Quique emerentem surripit terræ diem.
Non isti gemitusque, tibiæque.
Inane murmur, sordidamque næniam
Mendicant cineres, vagumque lessum,
Fractique raucos æneatoris modos:
Sed plenas tibi lachrymas remittunt.
Cui tota luctum destinat tellus suum,
Vnius scelus est ciere voce.

XI.

In harmoniam, quam paulo ante obitum audire sibi visus est Dousa.

Perdita cum terræ contagia, viribus solutis,
Turbidaque humani pelagi freta, naufragumque pontũ
Tenderet, exuuiis positis meus enatare Dousa:
Ingentemque animam, neq; sordibus improbisq; curis
Turpiter affixam patriæ dare destinasset aulæ:
Occurrere Dei: quæque æthera tinnulo rotatu
Sidera percurrunt celeresque feruntur acta in orbes,
Exhibuere simul sua carmina maximo poetæ,
Quæ gelidi nubes animi solet inuidere nobis:
Et ciuem fecere suum. Probat, annuitque Olympus,
Hærentemq. animam circumstrepit, euchitq; mentem,
Matutæ thalamos supra procul & cubile Lunæ:
Asscribitque sibi: nondum licet exuisset atram
Corporis antiqui nebulam tamen, efficitque Diuum:
Et prius è terris quam pergeret ætheris Quiritem.

XII.

In Orationem Petri Bertii, Diuis manibus Iani Dousæ SS.

Inclyta Lugdunum, tutelaresq; Camœnæ,
Quæ vindicatæ turpe conculcant iugum,
Auspitiis seruata tuis gens, maxime Dousa,

Non-

Nondum ſubacta voce perſoluit tibi.
In ferias triſtes nec adhuc famulata tyranno
Conclamat vmbram ſancta Libertas tuam.
Bertius hoc audet, quicquid debetur ab vrbe:
Tantuſq; neſcit ore priuato loqui.
*V*ix tamen hoc Douſæ ſatis eſt, quod poſſumus omnes,
Obſtricta tellus ſoſpitatori ſuo.
*P*lus nequit hoc vno: gratis licet eſſe, nec vltra.
Reditque totum munus auctori ſuo.
Quas ferimus *M*uſas prius hic accepimus illas.
Quas dantur aliis. Douſa redduntur tibi.

In nuptias Hugenii Grotii.

Viderat armorum vacuas incedere gentes,
Et Batauas ceſſare manus, complexaque Martem
Cypris & æternos aſpirans vultibus ignes,
Hactenus his inquit ſatis eſt confidere telis;
Quod ſupereſt concede meis. gens omnia Amorum
Riſit & auratas manibus ſtrinxere ſagittas.
Cætera geſtat humus: medio Cytherea reſedit
Gramine formoſus ſocios Hymenæus *A*mores
Claudit, & extinctos paulatim ſuſcitat ignes,
Auſpicium ſolemne ſui. Nemus arbore multa
Surgit & Haganam gremio complectitur vrbem
Illic ſollicitos deponit Curia vultus,
Et triſtes lachrymas & noxia verba reorum
Abripit, & lenes Zephyrus diffundit in auras.
Venerat huc blandis *Mariæ* complexibus hærens
Innocuus Vates. illam trans æquora ponti,
Nereidumq; domos, patriæque è littore terræ
*V*exerat, aſpirans faciles Cythereia ventos,
In Batauos; huc fata vocant, huc vellera ducunt
Quæ triplices neuêre manus aſpexit euntem
Pulcher, & è Diuûm numero præſtantior omni.
Nec vulgo metuendus Amor, biſque omnia tela

Bis

Bis pharetræ concuſſit onus, bis ſingula luſtrat,
Et patrias percurrit opes. Pars ferrea tota eſt,
Et non diſſimilem ferro promittit amorem.
Hinc gemitus triſtiſque dolor, lachrymæq; ſequuntur
Semper & ad ſurdos dominæ conuitia poſtes.
Sunt & odoratis Libani quæ cædere ſyluis
Feſtinus conſueuit Amor pars vltima tantum
Cuſpide munitur. ſed quæ, ſi dicere verum eſt
Vatibus & quicquam pudor eſt neſcire Deorum,
Crinali non maior acu, tamen oſſibus ipſis
Hæret & attonitam percurrit vulnere mentem.
Præterit has omnes, nec enim tum cura, ſagittas,
Aut opus eſſe videt, geminaſque educit ab alto
Humentes vatum lachrymis. Has Thracius Orpheus
Senſerat, incumbens deſerto languidus Hæmo,
Et non oblitos fato tranſmiſit amores.
Senſerat has caſto iuuenis quem perculit igne
Aſteris: & ſi quem tædis felicibus vſſit,
Aut famæ donauit Amor. pars humida multo eſt
Ambroſiæ ſucco ſemperque virentibus herbis
Quas Cyrrhæ producit apex. pars triſte venenum
Et non innocui prætendit ſpicula ferri.
Arripit extemplo quæ viſa eſt pulchrior harum,
Eque oculis acres accendit mollibus ignes,
Ridentis *Mariæ*: volucremque hoc igne ſagittam
Imbuit, & totos iuueni demittit in artus.
Pertentatque animæ latebras. Ille inſcius ora,
Et riſus faciles, nec duram in virgine formam
Diligit incipiens, & adhuc ſecurus amorum,
Nollet abeſſe tamen. Batauis diſcedere certa eſt
Finibus, & rurſus patrias defertur in oras.
*A*ſpicit abſentem, totuſque in imagine formæ
Vertitur & ventos animo metitur & vndas.
Paulatim gemitus, paulatim vota ſequuntur,
Et quicquid plebs læſa ſolet. mox carmina manant,

Et

Et doctæ lachrymæ: lachrymæ de vulnere manant,
Victuruſque dolor. Sic quondam Cous & Vmber,
Et ſi quem *Veneri* læſum dilexit Apollo,
Fleuit & has ſeros lachrymas dimiſit in annos.
Ergo omnes Mariæ complentur nomine ceræ,
Felicem tabulæ Mariani chartæque loquuntur.
Cœperat infelix maiores voluere curas,
Et Tragicos tentare modos: ter pulpita Cypris
Fregit, & audaces fluxerunt crinibus hydri,
Dilapſiſque hederis frontem iuſtiſſima myrtus
Circuit, & Paphiæ velarunt tempora vittæ.
Ah quoties mœſtos ad læta negotia vultus
Tranſtulit, & cœcos cælando prodidit ignes
Ardoreſque ſuos, turbataque ciuibus ora,
Et geſtus quos ſuaſit Amor! iam diſplicet illi
Si quæ viſa fuit reliquis præſtantior olim:
Et formæ ſubeunt faſtidia. vota relinquunt
Finitimas vrbes, patriæque excedit imago
Senſibus attonitis. pelago mens errat & vndæ
Fluctibus abripitur, proprioſque in pectore verſat.
Quid faciat? duris ceſſantem curia nodis
Alligat, & vinclis mentem grauioribus vrget:
Plus dominæ promittit humus. Sic Seſtus Abydum
Traxit, & vna duos facies coniunxit amantes,
Quos crudelis humus, quos ſæuum diſcidit æquor.
Litera quæ triſtes domini denunciet æſtus
Mittitur, & docto pinguntur carmine curæ,
Spemque fouet iuuenis. nondum tamen omnibus illa
Flectitur obſequiis, & adhuc ſine coniuge noctes,
Et matris præfertur amor. quid dura negare,
Aut differre potes? quantum tibi contigit vni?
Illius attonitæ ſperarunt oſcula matres
Virginibus ceſſura ſuis. quos ſola recuſas
Qualibet amplexus emiſſent dote puellæ
Stet licet hæc virtus, Boreas vbi frigore duro

Sæuit,

Sæuit, & humanæ nequeunt mitescere mentes;
Accurrent soceri. soli tibi fata dederunt,
Quicquid sæua negant. Vtinam si dura fuisti
Nec formosa fores, poteras contempta videri
Quæ delecta noces. Seu te laus æmula tangit
Vatibus antiquis, seu non delebile fato
Et cum Phœbeo diffusum lumine nomen;
Consule quos ortu populos quos lumine sero
Spectat pulchra dies, sin te facundia maior
Et plausa populi crescentis copia linguæ,
Cedentem toties diuinis vocibus Hagam
Aspice, cum iustis causarum fortis in armis
Staret, & aduersas premeret sub iudice partes.
Accessit te diuinis honos, maiorque videri
Purpura. Quanquam ô si teneris succumbere posses
Vatibus, & nostras nimium non temnere curas.
Post rabidas tigres, post tristia corda leonum,
His pudor est non posse capi: quis cedere nollet
Laudibus & famam ventura admittere secli?
Interea tristes augeri pectore curæ,
Nec se flamma capit. subit ire & quærere ponto
Eximios vultus, tantum prætextus eundi
Quæritur, et summa tet maiestate Cupido,
Hunc quoq; pulchra Venus placido concedit amanti,
Ergo iter instituit finisque Walachria voti
Et tellus petitur Neptunia. solus eunti
Iungitur, & vatis sequitur vestigia vates.
Sic quondam dubies fraternis ignibus autor:
Assistit Amphion; sic vidit lumina Phœbes
Et fratri exhibuit geminam Leucippida Pollux.
Ipsa manu faustam genitrix Æneia puppim
Appulit, & læti senserunt omina nautæ:
Teque tum primum terris prælata Batauis
Risit & euantes erexit Vera turres.
At vero vt vidit speratæ lumina Diuæ,

Speratos orbes oulorum & virginis ora
Hæsit, & infelix incerto palluit æstu;
Hæc illi vox prima fuit; gemitusq; subinde
Ad partes venêre suas. hæc semper amanti
Sufficit & primas peragit facundia causas.
Dum sensim dubiæ sederunt pectoris vndæ,
Tempestasq; animi, cœcusq; euanuit horror.
Tum pariter vires mens ingeniosa Venusq;
Commisere suas tum qualis vbique videri,
Quantaq; consueuit facundæ gloria linguæ
Adfuit & partes sese diffudit in omnes.
Non tot sollicitum diuersos Protea vultus
Assumpsisse ferunt, cum tristibus vndiq; vinclis
Cingeret Atrides, arctoq; includeret orbe.
Nec toties alios admittunt alba colores
Vellera, cum nondum Tyrium duxêre venenum.
Paulatim dat victa manum, metuitq; videri
Ferrea, nec veterum patitur meminisse laborum.
Quis tanto Batauas damnauit iudice formas?
Cur vilis tibi terra tua est? cur postera discet
Exemplo peccare tuo, quæretq; iuuentus
Fluctibus & sæuis aliquid debere procellis,
Nec tuto flagrare domini. saltem addite Diui
Annorum seriem, causasq; inuoluite nocte:
Aut si nulla latent discrimina, me quoque fata
Adiungant comitem, ne sim sapientior vllo
Quem Valachris blando Nympha inflammauit amore,
Et noctu faciles solatur pectoris æstus.
Felices animæ, vobis nunc Hesperus Oetam
Deserit & lætam promittunt sidera noctem.
Felices animæ, toti iam destinat orbi
Grotiadem Natura suum, stat præscia rerum
Et teneras expassa manus quæ tollat alumnum
Obuia Calliope. quicquid ridebitur illi
Et primum male facundo tentabitur ore,

Carmen

Digitized by Google

Carmen erit. donec patrias aſſurgat in artes,
Et iuſta Batauum moderetur voce Senatum.

In nuptias Iohannis Milandri.

Iam prope bis denæ fugerunt ordine meſſes,
Et toties ſucceſſit hyems, cum præmia laudum
Victrices populi viderunt cingere laurus
Naſſouios poſtes. ſcit corniger omnia Rhenus,
Et ſæpe Heſperio mutatus ſanguine *Moſa.*
Ipſa Venus bello grauidas contingere ſedes
Horruit ac quamuis Getico dilecta marito
Fugit: & imbellis (quid enim qui mallet Iberi
Vulnera mille pati leuibus ſuccumberet armis?)
A foribus conceſſit *Amor* cum Principe viuit
Cætera turba ſuo furtimq; elabitur ætas
Omnibus, & primi pereunt victoribus anni.
Viderat hoc quondam domuique vt parceret vni
Iupiter horrorem Batauis ſecedere terris.
Iuſſerat armorum: vacuum *C*ythereia regnum
Occupat inſurgunt leuibus certamina telis,
Nil metuenda viris deſuetaq; corda puellis
Paulatim incipiunt miteſcere. Primus in hoſtem
Incidit, arcanos cui fas cognoſcere ſenſus
Principis, & vulnus Porroius abſtulit heros.
Prima domi vidit vacuum clangore tubarum
Caſtrorumque metu, tuto ceſſare cubili,
Primaque ceſſantem flammis immiſcuit æſtas.
Ille quidem nollet, primoſque vlciſcitur ignes,
Et pudet ætatis memorem, ſeruire ſenectam,
Nec videt eſſe Deam dum captus imagine tali
Fata minor ſequitur, meliuſque indulget amori
Quem plus poſſe videt. Non tales Cynthia vultus
Nubibus exeruit, cum plenis lucida fulget
Cornibus. & totos mortalibus imputat ignes.
Nil ſic *Phidiacæ*, nil tantum Mentoris olim

Formauere manus, nec Coæ viribus artis
Talis ab æquoribus patriiſque emerſit ab vndis
Senſim nata Venus: quamuis ſpumæ vndiq; circum
Vincere neſcirent niueos candoribus artus,
Nec talis Phrygio ſub iudice conſtitit olim
Cum metuit viciſſe Deas: nec Tyndaris olim
Talibus euertit Priamum pulcherrima cauſis.
Hanc videt infelix, trahiturq; omnemq; rigorem
Exuit antiquum: veluti Magnetica ferrum
Ducere gemma ſolet. quamuis illi omnia cedant,
Cogitur ire tamen, dominaſq; agnoſcere vires
Eminus, & certas naturæ admittere leges.
Sic quoties oculos, quoties formoſa puellæ.
Ora videt. quotieſq; ebori certantia colla
Aut niuibus puris, quas necdum lumine primo
Cynthius aut ſoluit delapſus nubibus imber,
Vel durl læsere pedes: quotieſq; genarum
Purpureos ſed enim quos candor diluit, ignes
Aſpicit infelix, pudor eſt meminiſſe ſenectæ;
Paulatimq; ſuos mens obliuiſcitur annos.
Aſona ſic fama eſt, ſic fama eſt Æſona quondam
Poſt virides herbas & non innoxia verba
Ætatem neſciſſe ſuam: plus virginis ora
Et teneri mores, & vis intacta iuuentæ,
Quam Medea valet. minus eſt quod carmina poſſunt,
Quamuis attonitæ deducant cornua Lunæ,
Quam formæ diuinus honos. his vtitur herbis,
Et puer eſt laſciuus Amor: poſt ſæcula mille
Nondum illi teneros laſerunt ſæcula vultus,
Aut vitæ crudelis hyems. iungantur eodem
Tot menſes pariterque dies, tot luſtra, tot anni
Quot nec fatidicas fama eſt duxiſſe Sibyllas,
Et totum Pylii, vincatur ſæpius æuum;
Quem dominæ vultus, quem tangere lumina poſſunt,
Iam primæuus erit. redeunt animuſq; vigorque.

Cum Veneris nato, eo lapſaq; deſiuit ætas.
Sæpe illum Dryades, ſæpe illum in gramine Nymphæ,
Formoſæ Dryades, formoſæ in gramine Nymphæ,
Viderunt medios cum Sol accenderet æſtus,
Flectere cornipedem, breuibuſq; includere gyris
Admirante Dea. ſtupuit vicina iuuentus
Diſplicuitq; ſibi: ſpatio ſeu ſæpius vno
Stringeret indignantem animo vireſq; ſuperbas
Frangeret, aut curſu volucres præuerteret auras.
Illa animum vireſq; dabat totamq; iuuentam
Eminus & priſcos oculis afflabat honores
Aſpectu ſuo. Non ſic Tritonia virgo
Viribus exhauſtum ſenio ſubduxit Vlyſſem,
Nec ſic cum varii redierunt tempora veris
Et primum Zephyrus fœcundas elicit herbas,
Exuit antiquos ſerpens Epidaurius annos.
Felices oculi, ſeu vos fatale venenum
Spargitis, & noſtro manſuras corde ſagittas,
Seu vobis ſuperi ſeu vobis ſidera vires
Aſcripſere ſuas, totuſq; indulſit Olympus
Sufficere humanæ ſpatiumq; extendere vitæ,
Audiat ipſa licet Lacheſis, duræq; ſorores,
Vobis cuncta licent: nec nos contendere contra
Sufficit, & ſacras obnixi ponimus aras.
Vos modo ſed faciles miteſq; accendite curas,
Nec Dea dura veni; ſi ſemper parcere gaudet
Supplicibus Diana ſuis, ſi Gorgonis ora
Dirigit in ſontes, viſoſq; vlciſcitur haſta
Cecropis, & ſolos inuadit Delius hoſtes.
Te quoq; donauit geminis natura ſagittis.
Et puer armauit gemino Cythereius igni;
Sortis diſce tuam: nullum eſt ſine cuſpide numen.
Nec tibi ſuccubuit quiſquam de gente pudenda,
Indignuſue tuis ſubmittit pectora telis.
Sed cui conſilii, cui vis non vltima fandi

Naſſouios inter titulum ſibi vindicat actus
Cætera quid referam non aſpernanda Deorum
Munera? quid longo fulgentes ordine gazas,
Et quicquid ſapienter ames? errore ſub illo
Voluitur, & per te voluatur plurimus orbis.
Tu quoque pauperiem virgo laudare memento
Et ſpecta patienter opes. non vilius aurum eſt,
Quamuis Socraticæ conentur plurima chartæ.
Stat precio dos ipſa ſuo, nil indigna laudum,
Autorem complexa Deum, qui tempora nutu
Dirigit & totum regno complectitur orbem.
Ah quoties ſæuos percuſſit fulmine poſtes
Nec clauſæ ceſſere fores, cum limina centum,
Et duri vectes, multuſq; in limine custos,
Et circum Danaen ſeruaret ahenea turris.
Non alias toto tam dira tonitrua cœlo
In terras vibraſſe ferunt: ſæpe æthere puro,
Et nondum emerito fulſerunt ſidera Phœbo,
Mœrorem teſtata Dei: ſæpe ordine verſo
Nondum elapſa ſuos flexerunt ſidera curſus.
Dum ſapiens blandis infuſus virginis vlnis
Pro Ioue munus erat, preciumq; indutus amoris.
Paulatim rutilo deſcendit plurimus auro.
Tu quoq; pande ſinus, nec te fœcundior illo
Terreat & fuluus nequicquam depluat imber.
Huic niueos vultus, caſtumq; oppone pudorem,
Plus in dote tua eſt. Nec te maturior ætas
Et quæ purpureis albeſcunt tempora canis,
Tam moueant, quam certus amor. Sic nata Saloni
Et facie præſtans, & primis nubilis annis,
In gremium iacuit longæui effuſa Catonis,
Et patriæ ſacros gauiſa eſt tangere vultus.
Sic Venus Anchiſen teneris dum condidit vlnis,
Edidit Ænean, taliq; ab origine Roma,
Et rerum domini primum fluxere Latini.

Tali-

Talibus Egeriæ quondam dictauit in vlnis
Quod ius cunque foret: nec pulchrā incumbere Diuam
Canitie piguit, nec longos horruit annos.
Ipsa parens frugum Cretææ in vallibus Idæ
Iasiona suum viridi quem fouerat æuo,
Nunc quoque semper amat; postquam illum serior ætas
Attigit & sparsi niuibus cessere capilli.
Nunc quoque Tithoni tepidæ coniuncta senectæ
Memnonis alma parens, roseo tot sæcula vultu
Fulget & ignauas aspectu discutit vmbras.
Nec nocet amplexu veterem fouisse maritum,
Sed Cephali lasciuus amor, sed callida noctis
Gaudia, sed blandis iuuenem cinxisse lacertis.
Hinc Dea mane rubet, teneroque offusa pudore
Prodit & erectos vix audet tollere vultus.
Sed tibi nec matres Graiorum è finibus ortæ,
Romanæque nurus viuendi exempla dedere
Aut mores finxere tuos, quos nota libido
Et non insolito traxerunt sæcula luxu:
Sed patrii ritus, sanctisque exculta Batauis
Vna verecundas præscripsit regula leges.
Nec tibi lasciuos pudor est non tangere vates,
Et quicquid peccare docet: sors illa virorum est
Eruere annales, scelerumque inquirere formas,
Quos aliquid nescire nefas, quos ponere iura
Criminibus natura dedit, doctrina pudorque
Non bene conueniunt, decet ignorantia castas,
Et quantum liceat tuto nescire fatetur
Quam thalamo sacrauit Hymen: cui tangere vittas
Legiferæ Cereris, sacrisque assistere fas est.
Sed neque torpori gelido tristique senectæ
Virginitas deuota tua est, quam pectore toto
Vritur infelix: nec quispiam ardentius illo
Optauit tenero primum percussus amore
Sidereos Ignes toto increbrescere cœlo,

Et tardam properare diem. nec gratior vlli
Hesperus auratos forma sus protulit ignes.
Et tibi nocturnas plus quam sermonibus horas,
Et plus quam nimio ducendum est tempora somno.
Quæ simul ingratam damnabunt tempora lucem,
Ad iuuenum descendet opus. totumq; maritum
Afferet aut formosa tuis desumet ab annis
Namq; vbi diuino tepefactus membra iacebit
Molliter in gremio, circumfususq; lacertis
Dulcia festiuæ libabit munera vitæ,
Eque tuo primum manabit spiritus ore,
Spiritus, æthério quem nectare dia iuuentus
Imbuit, & casto flagrantem afflauerit igne,
Protenus inuerso properabunt flamine fata,
Ad limen reditura suum. sic voluere iussit
Iupiter & duras vetuit properare sorores.
Quippe è deliciis, quippe è complexibus illis,
Debita Porroiæ soboles promittitur arci.

In nuptias Hadriani Manmakeri.

Sumpserat insignem vario discrimine cestum
In terras abitura Venus. quem pontus & æther
Vere nouo, quem sentit humus: quo tacta repente
Parturit, & læto testatur gaudia vultu.
Muneribus formosa suis iamq; vndiq; Diuam
Hauserat & blando gremium pandebat amori
Qua ferret formosa pedem thalamoq; corollas
Ipsa suo, mixtas fundebat floribus herbas.
Carmina ne desint (quis enim non carmine gaudet?)
Nupturam solantur aues. his vatibus illa
Iungitur & cœlum leuibus complectitur vlnis.
Strauerat & summas Zephyris felicibus vndas,
Et faciles frænarat aquas; delapsaq; summo
Æquore fœcundo Neptunum sparserat igne.
Tertia lux illam patriis insistere regnis

Digitized by Google

Irrita librantem vacuo vestigia ponto
Viderat egressam Valachiæ tepidis arenæ;
Hospitium prædulce Deæ. Non gratior illi
Imminet æquoribus prætentaq; littora Cypros
Porrigit, erranti statio fidissima nautæ.
Sæpe illic madidos fertur siccare capillos,
Sæpe illic lasciuit Amor, positaq; pharetra
Cum face cum iaculis, venientem littoris æstum
Aut fugit, aut sequitur fugientem: instatq; vicissim
Fluctibus & motos resultantes effugit alis.
Sæpe illum delectat ager, sed sæpius errat
Vrbibus in medijs: medijs plerunq; vagatur
Vrbibus, & lætis animis inspirat amores.
Plus nusquam quod Ii dat habet par gratia morum,
Et formæ decus & honos, simplexq; venustas
Sponte sua mites ridentibus inserit ignes.
Nec lædi non gaudet amans, nec cedere curæ
Abnuit, & nutrit festiuum pectoris æstum,
Applauditq; sibi dum pulchri indagine vultus
Cingitur & nullos metuit nisi captus amores.
Sæpe etiam veniens aliquis de gente Batauia
Integer, & blandum fato delatus in orbem,
Saucius egreditur vectusq; per æquora, sæpe
Respicit extantes ardenti pectore turres.
Maius adhuc restabat opus, quo vertere cestum
Et vires Cytherea suas, quo spicula cuncta
Optaret lasciuus amor: dignissimus ore
Quolibet & quouis iuuenis dignissimus æuo.
Sæpe illum facili tentarat vulnere Cypris,
Sæpe illum grauiore manu Cythereius ales,
Cum terris altis allisore constiteret oris,
Oblitus patriæ frustra tamen aspicit omnes,
Frustra aliquas non durus amat (sic fata iubebant)
Occupat ignarum Berchemia: primus in illa
Sistitur infelix, centumq; vicescitur vna:

Sanguinis antiqui Berchemia, diues auorum,
Et laus ipſa ſuis. ſed quantum Cynthia Phœbo
Cedit & extinguit formoſos Cynthia vultus
Stellarum cum tota nitet, tantum eminet inter
Virgineas pudor & diuina modeſtia dotes.
Illis luminibus Veneri tæ ceſſere puellæ,
Et dat Roma manus. illis componitur orbis;
Et pariter cedit. Veneris victoria quanta eſt.
Aut quantum eſt vicisse duas ſub iudice, qualem
Antra nemuſque darent: qualem procul vrbe remotum
Obtulit in ſolis eductum ſaltibus Ida!
Plus tibi conceſſum eſt Berchemia: vincis vbiq;
Quamuis in patria, quamuis Nereidas inter,
Illo iudicio cunctis prælata puellis,
Quo luſtrauit humum, quo pulchras mille puellas
Vidit & inſignes alio ſub ſidere formas.
Et vinci patiare tamen. nec cede neganti
Magne animi iuuenis. Si quid communia vatum
Pro te vota valent, quos tu miſeratus amantes
Immitem dominæ ſueuiſti frangere mentem
Mollibus officiis & blandæ flumine linguæ:
Tandem victor eris. Pro te Parnaſſia rupes,
Et Muſæ faciles, & non crudelis Apollo
Incipiet facunda loqui. tecum ibimus omnes
Omnes perpetuis euincti tempora lauris
Muſarum quos tangit amor, quos reſpicit autor
Carminis & ſupplex formoſam affabimur agmen.
Me miſerum, cur dura manes? tantumq; recuſas
Quantum optare ſoles? cur nec ſuſpiria, nec te
Humentes tangunt lachrymæ, nec verba precantis?
Saxea ſi neſcis, non ille immitis & aſper,
Sed flecti facilis, pronuſq; audire querelas
Et luctus miſeros, lamentaq; triſtia vatum.
Nec meruit ſordere tibi. ſi gloriæ cenſus
Quæritur, aut venæ non aſpernanda poteſtas;

Oſten-

Ostendunt tibi fata virum: nec dignior illo
Quisquam nocte tua est: Sed prosit gratia morum,
Sed prosit misero clementia qualis amanti
Sæpe fuit talem meruit, non durus, amorem
Ipse egomet, quamuis pelago diuisus & vndis,
Sensi animum miserande tuum. luctusq; notaui,
Et tecum gemui, quamuis ignarus & absens.
Sæpe etiam nullo stupuit: mens nostra dolore;
In te causa fuit. pars nostri vixit in illa
In qua tu dominam nescires vincere terra.
Nec non & Veneri nec non & plurima nato
Pro te vota tuli: nec non & carmine duras
Flectere tentaui quo gaudent numina, mentes.
Vicimus ô superi. lætas Hymenæus ad aures
Fertur & in tuta victor statione recepit
Gaudia iam promissa sibi sed gaudia tantum
Sunt promissa tamen quæ iam vicina videntur,
Percurruntq; animum defixaq; sensibus hærent.
Iam tibi suscepit speratam Cynthia noctem
Soluere, iam Phœbus quoties caput exerit vndis
Purpureum, quoties obducit gurgite vultus,
Obligat optantem nil iam nisi basia mentem.
Iam tua labuntur tibi tempora, iam tibi grata est
Lux, vt quæq; perit quæcunq; elabitur hora
In lucro miserande tibi est. iam fessus & ægro
Proximus, insomnes exerces pectore curas
Aut si quis miserum blandis sopor irrigat alis,
Somnia cernuntur veras imitantia tædas.
Sic thalamis præludit Hymen. Berchemia vultum
Applicat absenti, rursusq; elabitur vlnis.
Ah quoties illi niueis formosa lacertis
Hæret in amplexu (quid enim non somnia possunt?)
Basiaq; indulget, forte & non basia tantum:
Sed virgo post illa manet: quæ restat ab illa
Altera, tam castæ non est abitura voluptas,

Digitized by Google

Nec nimium metuenda tamen: quod luditur illic
Fas & iura ſinunt; ſic ſe natura tuetur
Vindex ipſa ſui. ſic poſt immania ſaxa
Et quæ Deucalion non recte ſparſerat oſſa,
Humani generis melius reuocatur origo.

In nuptias Othonis Heurnii Iohan. F.

Fabula narratur toto lepidiſſima cœlo
Ignorata diu terris. quam ſancta vetuſtas,
Et rerum velata fides quam myſticus horror
Condidit & noſtrum melius ſeruauit in æuum:
Inter gramina blanda fuſus olim,
Et floreſq; comaſq;, garruliſque
Ventis leniter impetita tempe,
Blanda concidit ebrius ſub vlmo
Humani generis faber Prometheus.
Illic dum trepidanſq; palpitanſq;,
Et multo Deus æſtuans Lyæo
Vinoſos grauis euomit ſopores,
Mox tandem vigilans ſuaue monſtrum,
Monſtrum condidit (ô Dei!) venuſtum:
Monſtrum cui faciles erant ocelli.
Monſtrum cui duplices erant papillæ,
Pectus mobile, mobileſq; vultus.
Et mens flexilis hinc & inde, quodq;
Iuuando nocet. & iuuat nocendo,
Ridendo ferit, & premit fauendo.
Quod diu nomine cum careret omni
Ignotum populis Deiſq;. viſum eſt
Puellam ſuperis vocare Diuis.
At tibi mens, Heurni. patrias euoluere chartas
Hactenus inconcuſſa fuit; tibi fila ſororum
Fataq; ius ceſſere ſuum; ſuperabilis herbis
Atropos ignaro pepigit tibi fœdera Dite,
Præſentes adhibere manus mortalibus ægris,

Et

Et festinanti lucem diffindere morti;
Magne animi, magne herbarum; nisi pectora morbus
Nescio quis dulcis nimium, nimiumq; beatus,
Languidior viola, matutinoque hyacintho
Quem tremulæ argenti percurrunt vndique guttæ,
Guttæ candidulæ, guttæ leuiter stillantes,
Flecteret & cœptos iuuenum doctissime cursus
Sisteret. Ah medicos in te nil posse labores!
In te artes cecidere tuæ: primusq; requiris
Infelix quod semper habet successq; medendi
Auctorem fugere suum. Quem lassus adibis
Quem gens omnis adit? primus tibi deficis ipse.
Quid Coi nunc sacra tui miser ah, miser? aut quid
Pergameus totam varie diffusus in artem,
Tot titulis distinctus aget? vel quicquid in herbis
Longæuis deludat Arabs, Arabisq; nepotes,
Græcorumq; sequens tarde monumenta, Quirini
Gens, a [illegible] habenas
Inclyta disciplina suas, [illegible] puellam
Ars est ipsa tuam minor est quam fœmina virtus
Quæ medicam premittit opem; citraq; Dionen
Hippocratis sunt iura tui. Non tollitur herbis,
Dilectus [illegible] morbus, amor: sed multa mouendo,
Sed facili [illegible], & lepide ridente susurro,
Sed nutuq; iocisque vel leni fœdere iuncta
Labra [illegible] concurrunt mixta labellis,
Cum placida nox mitis humum circuuolat vmbra;
Nam [illegible] dulce aliquid, blandumq; videtã
Opposuit natura viris, quo ducimur omnes,
Sed sine vi sed sponte tamen: centrumq; puella est:
Quælibet huc tendit grauitas: hanc circulus æui,
Hanc circum totat orbis, & alti machina mundi.
Siue quis aurati percurrit lumina cœli,
Post Helicen Vrsamque, & sidera cuncta, duobus
Sideribus contentus abit: placidæq; puellæ

Lumi-

Luminibus geminis Hyadas poſtponit & Arcton,
Pleiadaſq; ſuas: ſeu quis fulgentia *Martis*
Arma gerit, lætus tenero concedit Amori;
Et fati ſibi cauſa ſui eſt: dominamque fatetur
Qui dominum non nouit Amor. victorq; virorum
Totq; ducum victor teneris procumbit in vlnis.
Nam gens illa leuiſq; mobiliſq;
Illa lactea turba, turba noſtræ
Struens inſidias ſeueritati,
Prædatrix grauitatis illa noſtræ,
Quæ blandis oculis & ore leni,
Quæ vultu lepido & gradu venuſto
Armata imminet incubatq; nobis,
Non eſt ferrea, ſed cupit videri.
Ergo animi præſtans iuuenis, felicibus inſtans
Auſpiciis ordire virum, dulciſq; iuuentæ
Deſidiem facilem libertatemq; puellæ
Iam totam largire tuæ. Nox pronuba, tædis
Pronuba nox ſacrumq; educens Heſperus agmen,
Heſperus auratæ Veneris qui præſidet aulæ,
Emicuit, ſignumq; dedit. Deducitur intro
Virgineus pudor & pauidæ mens victa puellæ,
Non talis reditura ſuis. Tu, Sponſe memento
Paulatim maiora ſequi. primum oſcula furtim,
Oſcula, ſed preſſis leniter luctantia labris,
Sed placida & ſedata ſororiaque oſcula caſta,
Qualia vel Marti genitrix, vel Delia Phœbo
Vix auſit debere ſuo. mox altera rurſus,
Altera mox rurſus, mox altera & altera rurſus,
Et poſt plurima plura, & poſt creberrima, multa:
Halitibuſque per os errantibus, inque ſuſurros
Linguis compoſitis, leniter commiſſis.
Deliciis ſic ſponte ſuis gradibuſque ſuauis
Ad meram procedat amor, dum poſcere diſcat
Quicquid nunc inuita petit: dum victa pudorem

Militia

Militia facili placido consuescat amori.
Nunc ô candida ter venustaq; audi,
Virgo candida virgo blanda, virgo
(Nam tecum mihi res erit parumper)
Nunc solatiolum tuæ parentis,
Cras solatiolum tui mariti,
Caue basia quæ vocant mariti,
Caue basia quæ petunt mariti,
Neges ferrea, vel timenda credas.
Hæc vocis tepidæq; mobilisq;
Hæc linguæ tremulæque garrulæq;
Argutatio prima, mollibusq;
Titillatio blanda nixa linguis,
Sunt præludia: quæ suaue pectus
Leni molliter imbuent calore.
Illam deliciæq; ineptiæque,
Et quæ nescio protenus sequentur,
Quæ frustra teneræ pauent puellæ.
Tu felix thalamum pete, & supremum
Castis diuide basium puellis,
Queis par nox similisque restat hora.
Ille, feruidus ille, pectus ægro
Dudum saucius igne, victor alta
Tundet limina: quæque agenda restant
Docebit pauidamque languidamque,
Et frustra omnia sæua suspicantem.
Salue candida ter venusta salue,
Salue lactea ter beata salue.
Salue dum licet, vltimumque virgo:
Cras matri similis tuæ redibis.

Panegyricus in Chronicon Eusebianum, à Scaligero editum.

Benaci proceres quos virtus addidit astris,
Eiecere suis crudelia numina regnis,

Nec

Nec patiens res tanta ſui. ſi tempora recte
Ponimus, & longos ſæclorum euoluimus orbes,
Ex quo Romulides Hunnorum terror Alanus
Veronamque ſuam pariter, terramq; ſuorum
Fixit, & hoſtilem Venetos deduxit in vrbem:
Exitio maiore ſui, nihil arma nec enſes,
Nec tantum trabeæ, nec longi inſignia regni,
Quam fortuna poteſt, quæ de victoribus vna
Ludit & erepti melius veſtitur opimis.
Primus ab inuictis toties cum certa tuliſſet
Hoſtibus, & fauſto congreſſus prœlia Marte
Cæſar in aduerſam direxit pectora ſortem
Et regnum Fortuna tuum, totamque parentum
Erupit ſeriem poſcentibus omnia fatis.
Seu quia naturæ ſpatium tranſgreſſus, & æuo
Æmulus, anguſto ſubduxit pectora mundo,
Seu nati virtute ſui, qui ſæcula terris
Reddit, & antiquum reſtaurat gentibus æuum,
Antiqui vindexque ſui. Scit Graia vetuſtas,
Iupiter æterno poſtquam ſucceſſit Olympo,
Et terræ profugum Saturnus reddidit aurum,
Ex illo Libyas vicinaque Syrtibus arua,
Et ſi quis dubias Nili ſibi vindicat vndas
Nondum certus adhuc, aut qua manifeſtus arenas
Colligit, & raros excuſat fluctibus imbres,
Quæſiuiſſe Deum, veteres quæſiſtis Athenæ,
Oraque ſubiecto leniter diſtracta Peloro;
Auſoniis exculta viris, quæ priſca remiſit
Nomina, cum Latiis latuit quæſitus in oris.
Quamuis fatidicæ toties cecinere Sibyllæ,
Et ſacro iacuit toties totieſque ſub antro
Egeriæ coniux, quamuis cum conſule Roma
Viueret, & certum trabeis inſcriberet annum.
Quamuis grata ſuis ventura nepotibus olim
Euſebii donaſſet opus, qui ſæcula cuncta

Conde-

Digitized by Google

Conderet, & totum seruaret gentibus orbem,
Quas distinguit humus, quas omnis diuidit ætas,
Ignorata tibi. Nam quamuis sæpe vetustas
Expugnanda fuit, quamuis tot vulnera membris
Duxerit infelix, quoties Theseius heros
Pars non vna sui medio quærendus in agro,
Et rursum iungendus erat, cum fraude nouercæ
Occidit impulsu volucrum distractus equorum,
Aut Amphioniis notissima fabula Thebis
Infelix iuuenis, materni præda furoris;
Plus tamen est, quem non populi videre nec vrbes
Inuenisse Deum, totque annum millibus annis
Reddere sepositum, totoque arcessere cœlo.
Stat Meroe longis qua circumfunditur vndis
Accusata tibi, cœloque intenta Canopus,
Et frustra resono gauisæ Memnone Thebæ.
Stat Mithræ gens sacra suo queriturq; , nec aris
Nec tot cornipedum cæsis reperisse sub extis
Depositum Sol magne tuum. stat Græcia mater,
Temporaque Alpheus Pisça vinctus oliua,
Victoresque suos, & præmia longa suorum
Confessus debere tibi, quos cæca vetustas
Abstulerat tenebris totoq; exemerat æuo.
Quamuis vana suis indixit tempora fastis,
Mendax sæpe sibi. quamuis annosq; diesq;
Iupiter Eleæ decepit puluere pugnæ.
Quæ nox, ô superi cæcæue ignauia mentis,
Hactenus obsessos hominum caligine sensus
Inuoluit, totumque genus: tot sæcla virorum
Illustresque animas: cur nunquam Delphica? rupes,
Aut volucres Dodona tuæ, Clariique vetustas
Numinis, Ismeni vel qui bacchatur ad vndas,
Responso iuuere suo? Xanthique beatæ
Explorata fides, siccæque habitator arenæ
Et frustra genitor Pellæo creditus Ammon

Et tardam properare diem. nec gratior vlli
Hesperus auratos formæ sus protulit ignes.
Et tibi nocturnas plus quam sermonibus horas,
Et plus quam nimio ducendum est tempora somno.
Quæ simul ingratam damnabunt tempora lucem,
Ad iuuenum descendet opus. totumq; maritum
Afferet aut formosa tuis desumet ab annis
Namq; vbi diuino tepefactus membra iacebit
Molliter in gremio, circumfusisq; lacertis
Dulcia festiuæ libabit munera vitæ,
Eque tuo primum manabit spiritus ore,
Spiritus, æthereo quem nectare dia iuuentus
Imbuit, & casto fragrantem afflauerit igne,
Protenus inuersa properabunt flamine fata,
Ad limen reditura suum. sic voluere iussit
Iupiter & duras vetuit properare sorores.
Quippe è deliciis, quippe è complexibus illis,
Debita Torroiæ soboles promittitur arci.

In nuptias Hadriani Manmakeri.

Sumpserat insignem vario discrimine cestum
In terras abitura Venus. quem pontus & æther
Vere nouo, quem sentit humus: quo tacta repente
Parturit, & læto testatur gaudia vultu,
Muneribus formosa suis. iamq; vndiq; Diuam
Hauserat & blando gremium pandebat amori
Qua ferret formosa pedem thalamoq; corollas
Ipsa suo, mixtas fundebat floribus herbas.
Carmina ne desint (quis enim non carmine gaudet?)
Nupturam solantur aues. his vatibus illa
Iungitur & cœlum leuibus complectitur vlnis.
Strauerat & summas Zephyris felicibus vndas,
Et faciles frænarat aquas; delapsaq; summo
Æquore fœcundo Neptunum sparserat igne.
Tertia lux illam patriis insistere regnis

Irrita

Irrita librantem vacuo vestigia ponto
Viderat egressam Valachiæ tepidis arenæ;
Hospitium prædulce Deæ. Non gratior illi
Imminet æquoribus prætentaq; litora Cypros
Porrigit, erranti statio fidissima nautæ.
Sæpe illic madidos fertur siccare capillos,
Sæpe illic lasciuit Amor, positaq; pharetra
Cum face cum iaculis, venientem littoris æstum
Aut fugit, aut sequitur fugientem: instatq; vicissim
Fluctibus & motos nutantes effugit alis.
Sæpe illum delectat ager, sed sæpius errat
Vrbibus in mediis: mediis plerunq; vagatur
Vrbibus & lætus animis inspirat amores.
Plus nusquam quod lædat habet, par gratia morum,
Et formæ dominus honos, simplexq; venustas
Sponte sua mites ridentibus inserit ignes.
Nec lædi non gaudet amans, nec cedere curæ
Abnuit, & nutrit festiuum pectoris æstum,
Applauditq; sibi dum pulchri indagine vultus
Cingitur, & nullos metuit nisi captus amores.
Sæpe etiam veniens aliquis de gente Batava
Integer, & blandum fato delatus in orbem,
Saucius egreditur vectusq; per æquora, sæpe
Respicit extantes ardenti pectore turres.
Maius adhuc restabat opus, quo vertere cestum
Et vires Cythereæ suas quo spicula cuncta
Optaret lasciuus amor: dignissimus ore
Quolibet & quouis iuuenis dignissimus æuo.
Sæpe illum facili tentarat vulnere Cypris,
Sæpe illum grauiore manu Cythereius ales,
Cum terris altis alisque insisteret oris,
Oblitus patriæ, frustra tamen aspicit omnes,
Frustra aliquas non durus amat (sic fata iubebant)
Occupat ignarum Berchemia: primus in illa
Sistitur infelix, centumq; vlciscitur vna:

Digitized by Google

Sanguinis antiqui Berchemia, diues auorum,
Et laus ipſa ſuis. ſed quantum Cynthia Phœbo
Cedit & extinguit formoſos Cynthia vultus
Stellarum cum tota nitet, tantum eminet inter
Virgineas pudor & diuina modeſtia dotes.
Illis luminibus Veneri cesſere puellæ,
Et dat Roma manus, cui componitur orbis;
Et pariter cedit. Veneris victoria quanta eſt.
Aut quantum eſt vicisſe duas ſub iudice, qualem
Antra nemuſque dabant: qualem procul vrbe remotum
Obtulit in ſolis eductum ſaltibus Ida!
Plus tibi conceſſum eſt Berchemia: vincis vbiq;
Quamuis in patria, quamuis Nereidas inter,
Illo iudicio cunctis prælata puellis,
Quo luſtrauit humum, quo pulchras mille puellas
Vidit & inſignes alio ſub ſidere formas.
Et vinci patiare tamen. nec cede neganti
Magne animi iuuenis. Si quid communia vatum
Pro te vota valent, quos tu miſeratus amantes
Immitem dominæ ſueuiſti frangere mentem
Mollibus officiis & blandæ flumine linguæ:
Tandem victor eris. Pro te Parnaſſia rupes,
Et Muſæ faciles, & non crudelis Apollo
Incipiet facunda loqui. tecum ibimus omnes
Omnes perpetuis euincti tempora lauris
Muſarum quos tangit amor, quos reſpicit autor
Carminis & ſupplex formoſam affabimur agmen.
Me miſerum, cur dura manes? tantumq; recuſas
Quantum optare ſoles? cur nec ſuſpiria, nec te
Humentes tangunt lachrymæ, nec verba precantis?
Saxea ſi neſcis, non ille immitis & aſper,
Sed flecti facilis, pronuſq; audire querelas
Et luctus miſeros, lamentaq; triſtia vatum.
Nec meruit ſordere tibi. ſi glorię cenſus
Quæritur, aut vrnæ non aſpernanda poteſtas;

Oſten-

Ostendunt tibi fata virum: nec dignior illo
Quisquam nocte tua est: Sed prosit gratia morum,
Sed prosit misero clementia qualis amanti
Sæpe fuit talem meruit, non durus, amorem
Ipse egomet, quamuis pelago diuisus & vndis,
Sensi animum miserande tuum, luctusq; notaui,
Et tecum gemui, quamuis ignarus & absens.
Sæpe etiam nullo stupuit mens nostra dolore;
In te causa fuit, pars nostri vixit in illa
In qua tu dominam nescires vincere terra.
Nec non & Veneri nec non & plurima nato
Pro te vota tuli: nec non & carmine duras
Flectere tentaui quo gaudent numina, mentes.
Vicimus ô superi, lætas Hymenæus ad aures
Fertur & in tuta victor statione recepit
Gaudia iam promissa sibi sed gaudia tantum
Sunt promissa tamen quæ iam vicina videntur,
Percurruntq; animum defixaq; sensibus hærent.
Iam tibi suscepit speratam Cynthia noctem
Soluere, iam Phœbus quoties caput exerit vndis
Purpureum, quoties obducit gurgite vultus,
Obligat optantem nil iam nisi basia mentem.
Iam tua labuntur tibi tempora, iam tibi grata est
Lux, vt quæq; perit quæcunq; elabitur hora
In lucro miserande tibi est. iam fessus & ægro
Proximus, insomnes exerces pectore curas.
Aut si quis miserum blandis sopor irrigat alis,
Somnia cernuntur veras imitantia tædas.
Sic thalamis præludit Hymen. Berchemia vultum
Applicat absenti, rursusq; elabitur vlnis.
Ah quoties illi niueis formosa lacertis
Hæret in amplexu (quid enim non somnia possunt?)
Basiaq; indulget, forte & non basia tantum:
Sed virgo post illa manet: quæ restat ab illa
Altera, tam castæ non est abitura voluptas,

Nec

Nec nimium metuenda tamen: quod luditur illic
Fas & iura sinunt; sic se natura tuetur
Vindex ipsa sui. sic post immania saxa
Et quæ Deucalion non recte sparserat ossa,
Humani generis melius reuocatur origo.

In nuptias Othonis Heurnii Iohan. F.

Fabula narratur toto lepidissima cœlo
Ignorata diu terris. quam sancta vetustas,
Et rerum velata fides. quam mysticus horror
Condidit & nostrum melius seruauit in æuum:
Inter gramina blanda fusus olim,
Et floresq; comasq;, garrulisque
Ventis leniter impetita tempe,
Blanda concidit ebrius sub vlmo
Humani generis faber Prometheus.
Illic dum trepidansq; palpitansq;,
Et multo Deus æstuans Lyæo
Vinosos grauis euomit sopores,
Mox tandem vigilans suaue monstrum,
Monstrum condidit (ô Dei!) venustum:
Monstrum cui faciles erant ocelli,
Monstrum cui duplices erant papillæ,
Pectus mobile, mobilesq; vultus.
Et mens flexilis hinc & inde, quodq;
Iuuando nocet. & iuuat nocendo,
Ridendo ferit, & premit fauendo.
Quod diu nomine cum careret omni
Ignotum populis Deisq;, visum est
Puellam superis vocare Diuis.
At tibi mens, Heurni, patrias euoluere chartas
Hactenus inconcussa fuit; tibi fila sororum
Fataq; ius cessere suum; superabilis herbis
Atropos ignaro pepigit tibi fœdera Dite,
Præsentes adhibere manus mortalibus ægris,

Et

Et festinanti lucem diffindere morti;
Magne animi, magne herbarum; nisi pectora morbus
Nescio quis dulcis nimium, nimiumq; beatus,
Languidior viola, matutinoque hyacintho
Quem tremulæ argenti percurrunt vndique guttæ,
Guttæ candidulæ, guttæ leuiter stillantes,
Flecteret & cœptos iuuenum doctissime, cursus
Sisteret. Ah medicos in te nil posse labores!
In te artes cecidere tuæ: primusq; requiris
Infelix quod semper habet successq; medendi
Auctorem fugere suum. Quem lassus adibis
Quem gens omnis adit? primus tibi deficis ipse.
Quid Coi nunc sacra tui miser ah, miser? aut quid
Pergameus totam varie diffusus in artem,
Tot titulis distinctus aget? vel quicquid in herbis
Longæuus deludat Arabs, Arabumq; nepotes,
Græcorumq; sequens tarde monumenta, Quirini
Gens, a qua secum [illegible] summisit habenas
Inclyta disciplina tuas, ipsamq; puellam
Ars est ipsa tuam: minor est quam fœmina virtus
Quæ medicam promittit opem; vtraq; Dionen
Hippocratis sunt iura tui. Non tollitur herbis,
Dilectus ah morbus amor: sed multa mouendo,
Sed facili strepitu, & lepide ridente susurro,
Sed nutu, iocisque vel leni fœdere iuncta
Labra dum blandis concurrunt mixta labellis,
Cum placida nox imis humum circuminuolat vmbra:
Nam semper dum nam dulce aliquid, blandumq; videri
Opposuit natura viris, quo ducimur omnes,
Sed sine vi sed sponte tamen: centrumq; puella est:
Quælibet huc tendit grauitas: hanc circulus æui,
Hanc circum rotat orbis, & alti machina mundi.
Siue quis aurati percurrit lumina cœli,
Post Helicen Vrsamque, & sidera cuncta, duobus
Sideribus contentus abit: placidæq; puellæ

Lumi-

Digitized by Google

Luminibus geminis Hyadas poſtponit & Arcton,
Pleiadaſq; ſuas: ſeu quis fulgentia Martis
Arma gerit, lætus tenero concedit Amori;
Et fati ſibi cauſa ſui eſt: dominamque fatetur
Qui dominum non nouit Amor. victorq; virorum
Totq; ducum victor teneris procumbit in vlnis.
Nam gens illa leuiſq; mobiliſq;
Illa lactea turba, turba noſtræ
Struens inſidias ſeueritati,
Prædatrix grauitatis illa noſtræ,
Quæ blandis oculis & ore leni,
Quæ vultu lepido & gradu venuſto
Armata imminet incubatq; nobis,
Non eſt ferrea, ſed cupit videri.
Ergo animi præſtans iuuenis, felicibus inſtans
Auſpiciis ordire virum, dulciſq; iuuentæ
Deſidiem facilem libertatemq; puellæ
Iam totam largire tuæ. Nox pronuba, tædis
Pronuba nox ſacrumq; educens Heſperus agmen,
Heſperus auratæ Veneris qui præſidet aulæ,
Emicuit, ſignumq; dedit. Deducitur intro
Virgineus pudor & pauidæ mens victa puellæ,
Non talis reditura ſuis. Tu, Sponſe memento
Paulatim maiora ſequi. primum oſcula furtim,
Oſcula, ſed preſſis leuiter luctantia labris,
Sed placida & ſedata ſororiaque oſcula caſta,
Qualia vel Marti genitrix, vel Delia Phœbo
Vix auſit debere ſuo. mox altera rurſus.
Altera mox rurſus, mox altera & altera rurſus,
Et poſt plurima plura, & poſt creberrima, multa:
Halitibuſque per os errantibus, inque ſuſurros
Linguis compoſitis, leuiter commiſſis.
Deliciis ſic ſponte ſuis gradibuſque ſuauis
Ad meram procedat amor, dum poſcere diſcat
Quicquid nunc inuita petit: dum victa pudorem

Militia

Militia facili placido conſueſcat amori.
Nunc ô candida ter venuſtaq; audi,
Virgo candida virgo blanda, virgo
(Nam tecum mihi res erit parumper)
Nunc ſolatiolum tuæ parentis,
Cras ſolatiolum tui mariti,
Caue baſia quæ vocant mariti,
Caue baſia quæ petunt mariti,
Neges ferrea, vel timenda credas.
Hæc vocis tepidæq; mobiliſq;
Hæc linguæ tremulæque garrulæq;
Argutatio prima, molli buſq;
Titillatio blanda nixa linguis,
Sunt præludia: quæ ſuaue pectus
Leni molliter imbuent calore.
Illam deliciæq; ineptiæque,
Et quæ neſcio protenus ſequentur,
Quæ fruſtra teneræ pauent puellæ.
Tu felix thalamum pete & ſupremum
Caſtis diuide baſium puellis,
Queis par nox ſimiliſque reſtat hora.
Ille, feruidus ille, pectus ægro
Dudum ſaucius igne, victor alta
Tundet limina: quæque agenda reſtant
Docebit pauidamque languidamque,
Et fruſtra omnia ſæua ſuſpicantem.
Salue candida ter venuſta ſalue,
Salue lactea ter beata ſalue,
Salue dum licet, vltimumque virgo:
Cras matri ſimilis tuæ redibis.

Panegyricus in Chronicon Euſebianum, à Scaligero editum.

Benaci proceres quos virtus addidit aſtris,
Eiecere ſuis crudelia numina regnis,

Nec

Nec patiens res tanta ſui. ſi tempora recte
Ponimus, & longos ſæclorum euoluimus orbes,
Ex quo Romulides Hunnorum terror Alanus
Veronamque ſuam pariter, terramq; ſuorum
Fixit, & hoſtilem Venetos deduxit in vrbem;
Exitio maiore ſui, nihil arma nec enſes,
Nec tantum trabeæ, nec longi inſignia regni,
Quam fortuna poteſt, quæ de victoribus vna
Ludit, & erepti melius veſtitur opimis.
 Primus ab inuictis toties cum certa tuliſſet
Hoſtibus, & fauſto congreſſus prœlia Marte
Cæſar in aduerſam direxit pectora ſortem
Et regnum Fortuna tuum, totamque parentum
Eripuit ſeriem poſcentibus omnia fatis.
Seu quia naturæ ſpatium tranſgreſſus, & æuo
Æmulus, anguſto ſubduxit pectora mundo,
Seu nati virtute ſui, qui ſæcula terris
Reddit, & antiquum reſtaurat gentibus æuum,
Antiqui vindexque ſui. Scit Graia vetuſtas,
Iupiter æterno poſtquam ſucceſſit Olympo,
Et terræ profugum Saturnus reddidit aurum,
Ex illo Libyas vicinaque Syrtibus arua,
Et ſi quis dubias Nili ſibi vindicat vndas
Nondum certas adhuc, aut qua manifeſtus arenas
Colligit, & raros excuſat fluctibus imbres,
Quæſiuiſſe Deum, veteres quæſiſtis Athenæ,
Oraque ſubiecto leniter diſtracta Peloro;
Auſoniis exculta viris, quæ priſca remiſit
Nomina, cum Latiis latuit qua ſitus in oris.
Quamuis fatidicæ toties cecinere Sibyllæ,
Et ſacro iacuit toties totieſque ſub antro
Egeriæ coniux, quamuis cum conſule Roma
Viueret, & certum trabeis inſcriberet annum.
Quamuis grata ſuis ventura nepotibus olim
Euſebii donaſſet opus, qui ſæcula cuncta

Conde-

Conderet, & totum ſeruaret gentibus orbem,
Quas diſtinguit humus, quas omnis diuidit ætas,
Ignorata ſibi. Nam quamuis ſæpe vetuſtas
Expugnanda fuit, quamuis tot vulnera membris
Duxerit infelix, quoties Theſeius heros
Pars non vna ſui medio quærendus in agro,
Et rurſum iungendus erat, cum fraude nouercæ
Occidit impulſu volucrum diſtractus equorum,
Aut Amphioniis notiſſima fabula Thebis
Infelix iuuenis, materni præda furoris;
Plus tamen eſt, quem non populi videre nec vrbes
Inueniſſe Deum, totque annum millibus annis
Reddere ſepoſitum, totoque arceſſere cœlo.
Stat Meroe longis qua circumfunditur vndis
Accuſata tibi, cœloque intenta Canopus,
Et fruſtra reſono gauiſæ Memnone Thebæ.
Stat Mithræ gens ſacra ſuo queriturq; , nec aris
Nec tot cornipedum cæſis reperiſſe ſub extis
Depoſitum Sol magne tuum. ſtat Græcia mater,
Temporaque Alpheus Piſça vinctus oliua,
Victoreſque ſuos, & præmia longa ſuorum
Confeſſus debere tibi, quos cæca vetuſtas
Abſtulerat tenebris totoq; exemerat æuo.
Quamuis vana ſuis indixit tempora faſtis,
Mendax ſæpe ſibi, quamuis annoſq; dieſq;
Iupiter Eleæ decepit puluere pugnæ.
Quæ nox, ô ſuperi cæcæue ignauia mentis,
Hactenus obſeſſos hominum caligine ſenſus
Inuoluit, totumque genus: tot ſæcla virorum
Illuſtreſque animas: cur nunquam Delphicæ rupes,
Aut volucres Dodona tuæ, Clariique vetuſtas
Numinis, Iſmeni vel qui bacchatur ad vndas,
Reſponſo iuuere ſuo? Xanthique beatæ
Explorata fides, ſiccæque habitator arenæ
Et fruſtra genitor Pellæo creditus Ammon

Cur non ambiguas miſerunt numina ſortes;
Tantaque tam longis iacuit depreſſa tenebris
Relligio? noſtro, ſuperi cur redditus æuo
Quod mundus neſciuit adhuc? cur ſæcula cuncta
Iam tenebris damnata ſuis conceditis vni,
Quo nullus virtutis honos? quo tempora deſunt
Artibus & ſolum faciunt nil ſcire beatum?
Seu te Triptolemi, ſeu te Gangetica vexit
Bellua, ſeu totum Cybele circuntulit orbem,
Aut quo Bellerophon ſapientes prodidit vndas
Nixus humo! Phœbuſque ſuas tibi flectere ſoli,
Quas male frænarat Phaethon, conceſſit habenas,
Endymioneæ ſeu te dementia Lunæ
Cepit, & occulto ſopitum condidit antro;
Hæremus taciti. virtutis maxima noſtræ
Laus anguſta tibi eſt. ſtupor eſt quo magna coluntur
Numina. Sic tædas cum myſtica iactat Eleuſis,
Hæret in ambiguo populi pars vna tuentis,
Cunctaque miratur. iuuat ignorantia veri,
Et ſatis eſt horrere Deum: pietaſque pauore
Creſcit, & ignaris maieſtas mentibus hæret.
Aut vbi quæſitum toties, totieſque repertum
Liniger inſtanti populo demonſtrat Oſirin,
Conditaque inſani deducunt orgia myſtæ;
Plebs credit quod neſcit adhuc: ſtupet inſcia turba,
Et pietas cæcos animis inſtillat honores.
Quæ tibi nam noſtræ perſoluant præmia Muſæ?
Quæ merces ſat magna tibi eſt? quæ carmina curis
Non indigna tuis? aliis diuturna petuntur
Nomina, venturos inter manſura nepotes,
Et longæuus honos. quicquid tibi reddere poſſit,
A te tempus habet. tua mundus ſæcula currit,
A te principium venientis ducimus æui;
Proles vera Deûm. Quicquid mortale tenemus
Eripuit natura tibi. non munus Iacchi,

Non

Non Veneris fregit natam ad cœleſtia mentem:
Submiſitque tibi pauidus ſua tela Cupido,
Indignus virtute tua, niſi Iupiter illic
Eſſet, & ignauis ceſſiſſent fulmina telis,
Quæ ceſſere tibi. non dulcia monſtra puellæ,
Imbelli dubios flexerunt lumine ſenſus,
Et conſanguineæ certiſſima mortis imago
Somnus iners, vitæ pars ignauiſſima noſtræ.
Sic tibi nec torpor, nec deſidioſa voluptas
Propoſitum ſuſpendit opus, nullumque vacauit
Tempus & infirmis ſapientia venit ab annis,
Dum longum ſucceſſit iter qua cærula Tethis.
Qua nondum Oceanus diuerſo nomine dictus
Incipit infuſus medias diſtinguere terras,
Et rurſus geminis Alcidæ finibus exit,
Quos natura ſecat populos, aut diuidit aer,
Aut fluuiis, diuerſa ſuis interfluit vnda,
Pectore cuncta tenes; linguæ diſcrimina mille,
Et totidem populorum artes & nomina rerum.
Nec Phœbus veniens, nec cum ſe condit in vndis
Conſpexit plus mente tua, non terminus illi eſt,
Quæ male vicinum Borean pars mittit & Auſtrum:
Nec qui luminibus ſubtertrahit aera noſtris
Inuidus, & latum finitor diuidit axem.
Quot centum populis, quod toti ſufficit orbi
Laudis ſumma tuæ eſt pereant diſcrimina rerum;
In te mundus erit, toties mirabimur vnum,
Quot veſper populos, populos quot reſpicit Eos.
  Sic tua cum noſtras fugiant præconia laudes,
Accedit tacito furtiua calumnia morſu,
Et ſolus populo qui ſis quantuſque fatetur
Liuor iners animi: maiores ſoluit honores
Æmula gens tibi laude mea: quos tollere Phœbus
Neſcit, & attonitæ nequeunt perferre Camœnæ.
Namq; vbi ſupremo rerum ſtetit ordine virtus

Digitized by Google

Diuitiis innixa ſuis, quam tangere neſcit
Impetit infelix, & deſtruit omnia, liuor.
Sic vbi cedentem Iouis armiger ire per æthram
E ſumma conatur humo; primum agmine denſo
Infirmæ comitantur aues dum nubila ſupra
Fertur, & aduerſus eludit fulminis ictus.
Pars infra trepidat pars ſeſe attollere geſtit,
Pars conata manet, pars æthere fertur ab alto,
Et ſolis miſeras explet clangoribus iras.
Inuidia plus laudis habes, quam carmine noſtro,
Nec maior virtute tua es: quot deſpicis infra,
Tot teſtes hoſteſque tui ſimul aſpicis ire
Nominis atque ipſum numero metiris honorem.
Nec tua quæ nullis clauſa eſt ſapientia metis,
Sed virtus generis generiſque inuaditur ordo.
Stipſque inuicta Deûm. Sic Guillandina papyrus,
Iam toties conuicta tibi, Burdonia monſtra
Eruit è tenebris: regnique euerſor auiti
Hadria de tantis queritur ſupereſſe ruinis,
Quod miretur adhuc: & de tot millibus vni
Maiorum titulos, totamque incumbere gentem.
Haud aliter, Diuis ſi fas componere Diuos
Veronamque tuam primo deducere cœlo,
Iupiter, Idæis cum primum miſſus ab oris,
Curetum chorea, verſoq. ad pectora ferro,
Et centum cinctus Corybantibus, æthera ſummum
Scanderet, & primos libraret feruidus ignes;
Dictæo genitum Cretes finxere ſub antro,
Et ciuem fecere ſuum; fixitque ſepulchrum
Liuor, & ingentem tumulo fœdauit Olympum.
Sed neque Saturnus genitor ſuprema Tonanti
Gloria nec fortes animi laudeſque tuorum
Laudibus acceſſere tuis. nihil addidit illis
Quicquid demit humus, populique ignaua libido.
Omnia tollantur ſæcli monumenta vetuſti,

Si quid

Si quid Scaligeris aſſcribunt tempora Diuis,
Et quicquid fortuna dedit, reddatur inerti
Inuidiæ: tantos proauorum tolle triumphos,
Et pulchræ pereant virtutis præmia lauri,
Regaleſque aquilæ, priſcæq. inſignia gentis;
Tanto maior eris, quanto plus incipis eſſe:
Et minimum eſt in laude tua laudata tuorum
Progenies. à te ſtirpem numeramus auorum,
Et quicquid fuit ante, tuum eſt. tu ſanguinis auctor,
Et finis virtutis eris. tecum occidet illa,
Et generis ſeries à te ducetur in omnes,
Quos olim Verona tulit. numquam inclyta virtus
Autores proauos & nomina longa ſuorum
Miſcet laude ſua Decii forteſq; Camilli
Maiores generis, ſoloſque habuere parentes
Quos natura dedit (melius ſic incipit ordo)
Et pariter proauos pariter iunxere nepotes
Nobilitate ſua. ſtet quolibet ordine virtus,
Incipiet debere ſibi quod quiſque parenti
Imputat & nullis deducet nomina faſtis.
Ipſa ſui compos titulis ſuccumbere neſcit
Anxia. Sic Peleus minor eſt collatus Achilli,
Nec tantum genitrix nec tantum Iuppiter illi
Quantum Troia fuit minor eſt Cythereia mater
Quam pater Æneæ. medio ſurreptus ab igne,
Et Thuſco toties ſudantes ſanguine campi.
At vos magnanimi reges regumque parentes,
Hunniade indomiti: quos inter maximus armis
Cæſar, ouans animi, Phœbo caſtæque Mineruæ
Aſſidet. & lati miratur limen Olympi;
Quem circum ingentes litui, fractæque ſecures,
Et detracta ſuis dependent hoſtibus arma;
Hoc gaudete die, qui centum vindicat annos
Illuſtri merito, magno gaudete nepote:
Qui modò, non inter galeas enſeſque ſuorum,

In templis Verona tuis, vbi nubibus æqua
Mausolea sui restantur funera regni;
Sed de tot spolium populis, tot gentibus altum
In mundo suspendit opus: cui nulla nocebunt,
Aut nocitura suas euertent tempora leges.

Propempticon in abitum Frederici Sandii,

Si quid adhuc Diui crudeli restat ab hoste
Quod ponto liceat, nec iam consumpsimus omne
Pro patria votum, cum publica sacra diesque
Fecimus, & victos pelagus donauit liberos
Matribus & timidis pro libertate puellis;
Hoc vno probet esse Deos queis cura Bataui
Nominis est, nostras qui sustinet æquore terras;
Plus vno ratis ista vehit, tot vota locorum
Et totam dubiis patriam commisimus auris,
Et quidquid præstare Deis vel publicus horror,
Vel suadet communis amor. *Sic Thesea* quondam
Littore cedentem trepidæ vidistis Athenæ:
Nec tantum nato genitor timuisse putatur,
Quam regi gens tota suo. Te non minor annis
Expectat senior nec tam felicior illo
Quam nati par laude sui: non vtilis armis,
Sed pacis tranquillus honor; cui nescia rerum
Tempora securas inerunt prima per artes:
Donec compositos evexit purpura mores,
Et patriam præferre sibi, iussasque secures
Tandem *Socraticis* decuit præponere chartis.
Sat felix nimiumq; suo si languida fato
Lumina supremo nati saturasset amore
Et reducis lætos lassasset in oscula vultus
Iam finem visura suum suprema senectus.
Sospite sed quicquid patria rebusq; luendum est,
Sit totum fortuna tuum, dum maior ab illo

Surgat, &

Surgat, & antiquis proauûm ſuccedat habenis.
Hoc totum Neptune tuis ſperemus ab vndis,
Et fas ſit debere tibi: ſi nulla petuntur
Vellera, nec primis venti pelagique periclis
Auratam mercamur ouem, ſed debita laudi
Præmia, ſed magnæ ſeros virtutis honores,
Promiſſumque Aſtræa tuum: quæ ſæcula noſtra
Et deſolatas cum linqueret æthere terras,
Munera rara quidem ſed non indebita genti
Conceſſit ſupereſſe ſuæ, quæ faſcibus æquis
Et ſic manſuras frænaret legibus vrbes,
Inuidiam factura Deis: cum pilea ſanctæ
Libertatis apex, & magni cenſor honoris
Annulus, & ſacrum digitis inducitur aurum.
Sed pars magna ſuo titulum præmittit honori,
Et nudum modò nomen amat: te prima ſedentem,
Inter honoratos accepit curia patres,
Principiumque tibi quo non maiora ſuperſunt,
Voti finis erat præceſſit purpura nomen
Quod legum conſultus habet. cum prima petuntur
Iam ſuprema tenes Felix Aurelia tanti
Muneris, expenſi felix: quem ſoluis honorem,
Accipis: & tanto plus eſt petiiſſe labore
Quam donaſſe tibi. Per dura pericula ponti,
Per dubios fluctus & cæcas cautibus vndas,
Inuenies quod quiſq; dabit. Quid patria noſtra
Aut tantum Bataui de te meruere Penates,
Quos fugis? An tanti eſt alienas viſere terras,
Ne pontum metuas? Itachine exempla ſecuto
Pars laudum eſt errare tibi, magnuſq; locorum
Spectator venies? Abeas quocunq; libebit,
Vel Libycos æſtus fineſque binominis vltra
Fulminis, & nondum poſiti diſcrimina mundi:
Vel quicquid vagus Alcides, aut corniger Euan
Præmiſit ſuperis longarum errore viarum;

Iam nuſquam priuatus erit: fortuna ſequetur
Lugentis patriæ. feriant hanc æquora puppim,
Nutabunt patriæ diuerſo littore ſedes;
Naufragiumque hoc gentis erit: dolor ibit in omnes,
Et populi ſors tota tua eſt. Non fluctibus vnquam
Nec tantum Boreæ licuit peccare Notoque,
Non tantum commiſit hyems. non mœſta Calypſo
Cum feſtinantem lachrimans demiſit Vlyſſem,
Vittaque iactatum gelida ſuſcepit in alga.
Nec cum Cecropidæ mediis erraſtis in vndis,
In pontoque vrbs tota fuit: populuſque relictis
Mœnibus, ingentes pelago commiſit Athenas.
Nec tantum Phrygios cum terruit vnda Penates,
Mox Diuos Romane tuos. Pendemus ab aura.
Et leuibus ventis, facieque vndæque polique,
Quos patriæ coniunxit amor. Sin proſpera curſus
Seruent fata ſuos, & noſtro littore ſiſtat
Quæ puppim tulit aura tuam gaudebimus vnà,
Et communis erit quæ te fortuna reducet.
Accurrent trepidæ, populi pars vna, ſorores,
Et vicina domus, cognataque turba tuorum,
Et ſi quæ ſuperis ſuſpendit forſitan olim
Pro te vota Deis, nondum confeſſa calores
Virgo blanda ſuos, aut ſi quæ neſcia vultus
Accurret viſura tuos immiſtaque turbæ
Hauriet occulto viuaces pectore curas,
Indulgens miſeranda ſibi. Sic Pelea quondam
Viderat in cœtu iuuenum pulcherrima Tethys
Finibus Æmathiis redeuntem aut Cecropis vrbe,
Cum primas aleret curas; dubiiſque caleret
Ignibus, & magnum ſic iam ſponderet Achillem.
Atque aliqua è matrum turba, cui filia longas
Vnica ſeruat opes, & limine ſurgit auito,
Fallaces metitur aues, atque omnia de te
Sperat & incertis generum fore credit ab aſtris,

Aut

Aut leuibus parrhis, aut oſcinis omine corui.
Quicquid erit, ſeu morbus amor, ſeu cæca voluptas
Seu ſuperûm lex eſt, & ineuitabile fatum,
Ne tibi ſit tanti ſteriles deducere lunas,
Et male fœcundos conſumere molliter annos;
Vt nunquam pater eſſe velis. Satis approbat vnus
Connubium, qui te talem prius edidit orbi:
Et nati virtute ſui plus inclyta mater,
Quam ſi caſta ſuos duxiſſet coniugis expers.
Sed ſine prole dies. aliquid debetur amori,
Et vitæ pars vna perit. Somnuſq; iocique
Et vectigales rapiunt plerumque puellæ,
Quod permittit opus. quiſquis ſibi vindicat illud
Quod ſupereſt, ſat laudis habet. cum cuncta dediſti
Poſcenti patriæ, patriæ quoque poſcitur hæres,
Qui poſt fata tuis quod deſit ſuppleat annis.

Ad D. m. Baudium, in obitum uxoris.

Seueritatis temperator & ioci
Venuſte Baudi cuius imbre nectaris
Meroque melle ſcripta perpluit Venus,
Et dicta, & omne quicquid eſt vſquam tui;
Non tranſmarina non Pelaſga, ſed Quiris,
Remique neptis, ipſaue Æneæ parens:
Qualisque ſolis ſtat videnda Gratiis,
Carens amictus, non venuſtatum tamen
Peculioque corporis, diues ſui.
Priuaque laude: non potens odoribus
Offuciaque, quam magis plebes amat:
Quis aduocatus non vt expedit Deus,
Expectorauit ſpiritum tibi marem,
Neruoſque mentis, & lubidinem viri;
Dum fata mœſtus comparis gemis tuæ,
Quam compotiuit Aggeruntis Dis pater?

Quæ nunc oberrat regna per Proſerpinæ,
Sacroſq; campos,& Diis gratum nemus;
Dilecta tantum,quantum amabitur breui
Aut Phyllis aut cenſenda moribus Chloe:
Vel ſi quod vſquam myrothecium videt
Facetiarum Phœbus aut Dieſpiter;
Vel Luna mater, ſiue Lucinam velis,
Quæ partu meis præſidet puerperis;
Fœcundus heros:ſeminiſq; Baudii
Non inuidere certus indigentibus.
Quæ te ſuaui prole mactabit patrem,
Et morſicatim flammeis labellulis
Adluſitabit,& columbatim premet
Os illud ipſis ambiendum Gratiis.
Amplexibuſque vinnulis venuſtulis
Et delicatis baſiationibus,
Catulliana qualis extitit ſeges,
Diſſuauiabit vſque:ſiue cum paras
Quid muginari dulce. ſiue ingratiis.
Hac ſpe querelas & ſupercili Chaos
Remitte nobis.nec bimater Euius
Curas edaces execratus, & grauem
Mentis ſenectam,deſit in partes ſuas,
Præſtes choreæ,ſeminarium ioci:
Ludi tribunus, Cypridis coagulum,
Et dux amoris.& choragus gaudii.
Vergenſque primum cymbiis punxillulis
Minutuliſque rem pitiſſando gere:
Carcheſiiſque littus extremum lege:
Dum pectus ægrum vim ſalutarem fugit,
Manumq; vitat, & fauet doloribus,
Non immodeſtis non capacibus ſcyphis,
Hylæus olim quos amabat & Pholus;
Sed parciore,ſed verecundo Deo.
Vt nauita olim palmulis radit ſolum,

Cautuſq;

Cautuſq; vitat impotentia freta,
Dum ponit vnda dumq; Iupiter pedem
Vtrumque poſcit. Siue Rheni deligis
Suaue nectar ſiue quod Cetæ ferunt.
Ni fors Ibera manelis vel Cretica,
Cenſor peritus arbiterque non leuis,
Fugaxque nunquam nec relictor agminum,
Cum Bachus & te ſtrennuum poſcit virum;
Sed innocentis gaudii memor tamen,
Et obſeratæ non amicus amphorę,
Lamnæque terris quam Deus recondidit.
Sic flore ſenſim texiceq; Liberi
Et hoc veneno faſcinatoris meri,
Ceu Marſa abactus Theſſalaque nænia,
Inominatus ibit in ventum dolor,
Et anxitudo mentis, & moleſtiæ.
Hac lege noſtram mancupo tibi fidem,
Paratus omne quod moues periculum
Subire tecum ſiue parcenti manu
Stat velitari ſeu meracioribus
Mentem lubido eſt ſauciare ductibus:
Curaſque & omne quicquid ægrimoniæ eſt
Primo pedatu diſſipare te paras;
Eliminatus vt ſtruat mœror pedem,
Et ſe relictis migret è præcordiis.
Non inficeti combibonis vt vicem,
Quem non Camœnæ non venuſtates vident
Xanthique poter intuetur Delius,
Vterque Bacchas ante bacchantes eat,
Inſaniendo verum amabilem in modum,
Et qualis olim fertur antiqui ſenis
Nataſſe virtus. Theſſalas inter tubas
Et ciuico cruore manantes manus.
Aut Sophroniſci comis vt ſueuit puer,
Medulla fandi, blanda Siren & Venus.

Nil

Nil ſcire doctus, omnium gnarus tamen:
Quem Cliniæ propago: quem rorans merum
Demit ſeueris, & venuſtis adſtruit.
Cenſen' quid vmbræ fabulæque imagines,
Et faſtuoſæ gens gerat Proſerpinæ,
Quos Cnoſſii quos Æaci damnet forum
Minosque diris additus nocentibus,
Curare viuos? An mori virum decet,
Et eſſe luci quam trahis ſuperſtitem?
Trux & ſeuerus adſidet furentibus
Mœſtusque ſemper. Occidit ſanguen Iouis,
Et tot ſub vndas voluit ingentis viros
Liquor Scamandri: fleuit immanem Hectorem
Coniunx parensque. Fluctus vt fluctum trahit
Lunæque pergunt interire. ſic abit
Mortale ſæclum. Lex venit naſcentibus,
Necis potiri, cùm iubet neceſſitas,
Pauſamque vitæ primùs inuoluit dies.
Quod ſi benignus eiulatuum, genas
Et ora turpi rore commendes miſer,
Puerperæque vel ſecundus præficæ,
Plangore cuncta mœſtus incendas tuo
Leſſuque inani, num minus ſtat atrium
Crudele Ditis, & riget ferro domus,
Quam triplici ceruice pellatrat canis,
Damnaſque longi Siſyphus moliminis,
Et inſolentis Tantali colit furor?
Vin' eſſe temet legis æternæ excipem
Tuoſque tantum? Fors & expetit tibi,
Functam labore, nunc fruiſci gaudio,
Lætamque diuis intereſſe cœtibus;
Quæ mille peſtis corpore anclauit ſuo,
Neciſque mille. Nec potentior lues
Vinci dolentem preſſit Alceidæ manum,
Thoroſque, & acrem pectoris valentiam

Et diſcolorem exſorbuit vim ſanguinis.
Cum triſte munus Oenei partu ſatæ
Euiſcerauit baiulum cœli virum.
Sic vſque noctu ſæuiebat & diu
Qui viſcera olli cæcus ambedit dolor.
Quo victa ſæpe, nec potens ſilentii,
Impoſque fandi, ſed quiritari memor,
Feſtiuitatis indolem ſtitit tuæ;
Vagore vitam flebili euitans tibi,
Et ominoſis eiulationibus.
Quæ noxia eſſe noxa vatibus ſolet,
Bonæque menti non leuem fraudem creat,
Verum vt relabar ad venuſtates tuas,
Orſuſque ſocco nil cothurnatum crepem:
Sed qualis olim Dauus in ſcenam venit
Lippum Simonem tangere audax & vafer,
Vel quæ talento Pythias mungit ſenem
Cum captat auras & ſubinde humum fugit:
Nunc compedum ſolutus & triſtis iugi
Liber vagaris, quo ſerenus impetus
Et nata magnis indoles mentem trahit,
Dotis benignæ candidatus & cliens.
Hanc eſſe quippe natio mortalium
Ætati agundæ non inutilem autumat;
Et ius fateri eſt ni Trebatius grauis,
Conſultus æqui, iuris antiqui ſciens
Diſſentienteis oggeris ſententias.
Hæc & tepentis ſuſcitabulum foci,
Dapiſque blandæ præbitrix eſt & meri,
Columna vitæ dulce fulcimen domus.
Hoc inſtitores & propolarum manus
Et gens inepta ſarcinatores viri,
Copæque auaræ maximæ vatum cruces,
Negant negare: queis, venuſtis verſibus
Ineruditam nunquam adiueris manum.

Non

Non ſit trecentis quotquot occidunt dies
Puris iambis aut trochæorum pede,
Amice places lachrimare neſcias
Inelegantes inuerecundas aues.
Sic ante doctas excubant ſemper fores,
Redire certæ dum Moneta fulſerit
Regina rerum maxumi prolis Iouis,
Ne forte Diuam deſpuas eiusmodi.
Non vt ſeuerus Euclionis in modum,
Viuas ſepulti pertinax nomiſmatis,
Sed lætus vſu nec moleſtius promere.
Nunc intueri nec pudor nec fas negat,
Si quid venuſtum, ſi quid inclutum veget,
Genaſq; & ora virgineſque pupulas
Coram arbitrari, verba elegantia,
Et æſtimare ſi quid in ſinu latet;
Sententiamq; ferre de tot voltibus,
Quot Cypris vſquam Cypridiſq; por videt,
Pedemque figere in puellarum choris
Feſtiuitatis non peregrinæ virum.
Hæc eſſe quidni ſuſpicer nectar tibi,
Et lac, & omni dulcius papauere?
Sic nec leæna nec tibi mammam dedit
Hyrcana tigris nec ferocientibus
Septentrionis intonata filiis
Immitis vnda pectus eduxit tuum:
Sed blanda mater, & Camœnarum chorus,
Feſtiuitatis lene momen inſitæ
Et dulce flabrum Cynthius triſteis negat
Amare poſſe, nec fauet mœrentibus.
Liber ſeueros ſemouet thyrſo viros,
Aptus choreis & ſuauibus iocis.
Putumque nectar lachrimantibus dedit.
Fugare curas. hoc trucidat vim mali,
Internecatque ſi quid in venis latet

Soluitq; habenas & guberna pectoris,
Cum lene ſerpit, & cerebri fit potens.
Tum mens vagatur, & Iouis tentat domum,
Vehitque nubes inter, & vitat ſolum.
Tum ſpes amica gliſcit alma Veritas
Tinnire docta quicquid in ſolum venit,
Fideſque regnat cornua aſſumit miſer,
Abitque turpis in dierectum dolor.
Hæc inter arma blanda Liberi patris
Humens ſubinde lingua ſuauiter ſeret,
Arguta leni rore pellacis Dei,
Quem ſenſit Indus. & minata vim polo
Terræ iuuentas. Rhœtus & toruus Mimas.
Ipſaſque voces irrigabimus mero,
Vmbramque guttis: quæ ſub ingenti ſpecu
Magnæ parentis ſicca temeti iacet,
Vouebimuſque terra tam leuis premat
Caput beatum, quam ſibi vixit grauis;
Dum dulce cœli lumen hauſit & diem
Deformis vſq; compos ægrimoniæ.

Ad Paulum Buzanualium pro Theocrito ſuo,

Cum tenet infractos ciuili robore Gallos
 Publica pax, populo ſæpe vocata tuo;
Tityrus & noſter Corydon ſimplexque Comatas
 Et tibi quæ donet munera Daphnis habet.
Daphnis arundinibus melior, ſed Tityrus ore:
 Hic domini pecoris paſtor: at ille ſui.
Fiſtula ſed multis ſenium contraxerat annis,
 Et vitio cæci temporis atra fuit.
Nos varias ſordes nos longi incommoda ſæcli
 Suſtulimus propera vulnera facta manu.
Offerimus tibi pacis opus: qui Celtica dicat
 Arma duceſque tuos, alter & alter erit.

Tempo-

Digitized by Google

Tempora, da veniam, tua ſi mea dona ſequantur,
Et ſtudeam domini ſorte placere mei.
Si tibi *Mars* nocuit toties gentique tuorum,
Hoc mihi nunc proſit, quod tibi triſte fuit.

Ad Muſas Corn. Rekenarii, apud quas Theocritum inchoauit & abſoluit.

Vos faciles Diuæ, Rekenaria turba, Camœnæ,
Hoſpita gens, patriæ nomine iuncta mihi
Auſpicibus vobis, reus hoſpitiiq; nouique
Carminis, has grates Heinſius agit.
Et meminiſtis enim, vobis, pia numina primum
Teſtibus, hoc ipſum creſcere cœpit opus.
Primaq. in his tectis manus vltimaq; addita cœpto eſt,
Et nimium blandam ſæpe tuliſtis opem.
Simichides vobis aliquid debere fatetur:
Et Corydon vobis quod referatur habet.
Non mea mens patriæ candori detrahet oræ:
Nec minuam laudes, Flandria noſtra tuas,
Simplicitas mihi cura mea eſt, & pura voluntas:
Exulat è toto pectore vanus honor.
Quicquid id eſt, vobis aliquos referemus honores:
Vos eritis famæ pars quotacunque meæ.
Atque aliquis cernens Siculi monumenta poetæ
Heinſiaca quæ iam ſunt meliora manu;
Protenus adiunget comites vos: æquaque laudis
Debita pars vobis, pars erit æqua mihi.
Sic iterum ſaluete Deæ, comiteſq; laboris,
Nunc iterum comites nominis eſt mei.

In obitum Galliæ, Poſtumi Sicambri vxoris.

Nemo tua melius cantabat Poſtume Galla,
Nec magis hac vlli lingua diſerta fuit.
Ingenio valuit, quantum, te iudice, nulla,

Iudice

Iudice te. quanuis aſpera, mitis erat.
Cum faciem laudas, te iudice mater Amorum
Ceſſiſſet, reliquis pulchrior, alma Venus.
Nec melius ſtantem percurreret altera telam,
Et minor hac. quanuis docta, Minerua foret.
Tam bene quæ fecit quiduis, nunc mortua fertur.
Hoc nullum melius Poſtume fecit opus

In infantem nondum natum matre mo iente.

Hic tumulus matrem, natum tegit illa: ſepulchrum
Terra tuæ matri eſt, nate. ſed illa tibi.
Mortuus in tumulo es quo vixti molliter ante:
Eſtque tibi tumulus, qui fuit ante domus.
Sic tumuluſque domuſque fuit tibi mater: & ante
Quam poteras natus eſſe, ſepultus eras.

In Echo ſiue Imaginem Iocoſam Iani Douſa.

Nuper in vmbroſo Pan ſe diffuderat antro
Qua leuis è gelida rupe cadebat aqua,
Cum furit & medio ſol inſaniſſimus æſtu eſt,
Et rapido ſiccam ſidere torret humum.
Adſtabant blandi comites: hinc Daphnis amator,
Hinc melior ſparſas cogere Thyrſis oues.
Dum furit & iunctas percurrit carmine ceras,
Et veteres ignes & ſua fata canit,
Reſponſura cauis aberat quæ vallibus Echo
Reddit amatoris vltima verba ſui.
Syluaque ſeu totis inſpirat ſibila cannis,
Siue ſuos ignes fataque, muta tacet.
Quid faceret: Deus ille graues propendet in iras,
Nec bene riuales fertur habere ſuos.
Quid faceret: paſſim per deuia rura vagatur
Saxaq; per, totam deuius errat humum.
Peruenit hinc illuc, & quam non repperit vſquam,
Nordvvici profugam repperit eſſe Deam.

Æmulus ingemuit: dumque omnia ſcire veretur,
Dum ſibi prælatum quærere ſuadet amor,
Dum tremit & properat, dum torquet in omnia vultũ,
Dum cupit & metuit credere: Douſa fuit.
Douſa meus blandæ dictabat carmina Nymphæ,
Ingenio Diuam fecerat ille ſuam.
Diriguit, vetereſque animo dum colligit iras,
Subſtitit, & mœſtus condidit arma dolor.
Douſa meus quondam (vetus eſt iniuria facti)
Surripuit calamos Pan Tegeæe tuos,
Dum veteres vatis Siculi percurrit auenas,
Triſtiaque agreſti carmine fata canit.
Cypris vt infuſum gremio plorarit Adonin,
Cum pueri vecors inguina rupit aper.
Tunc ſibi præreptam Pan indignatus auenam
Vix lachrimas fertur continuiſſe ſuas.
Hoc quoque reſtabat (nihil eſt immitius vno
Douſiade) totos exuit ille Deos.
Vox ſurrepta fuit, reſtabat vocis imago:
Hanc quoque Nordvvicum contulit ille ſuum.

In Rhetorica Ariſtotelea Introductionem Voſſij.

Dum patriæ tectis patrium defendimus hoſtem
Et peragit munus caſſis & haſta ſuum;
Pax abijt, pacis cum nomine vos quoq; Diuæ
Pierides mœſtam deſeruiſtis humum.
Ceſſit & infelix facundia, prima Dearum,
Ceſſit, & vt vidit, muta dolore fuit.
Curia reſtabat: ſed non cui ceſſerat olim
Seu furor Antoni, ſeu Catalina tuus.
Quam melius doctis iterum deducit Athenis,
Dum Stagira tuas Voſſius haurit opes.
Dî tibi dent cunctis quod non bene noſtra poëtis
Tempora, temporibus laurea ſerta tuis.
Cedant arma togæ. Semel imperterritus Aiax

Non

Non potuit lingua vincere, ſæpe manu.

Leonardo Vvoechlio.

Os patriæ vindexque tuæ, quo ſuſpite nunquam
Neſcia facundæ curia vocis erit,
Idem qui faciles ſubducis in ocia Muſas,
Ne pereat Batauis debita fama tuis;
Deſiste tantarum præconia poſcere laudum:
Ne tua per tabulas nomina quære meas.
Plus tibi debetur, quam quod perſoluimus vlli:
Sufficiunt alijs carmina, nulla tibi.
Felices nimium qui tantum carmina debent,
Cum par officio eſt ipſe poeta ſuo.
Nos pia poſteritas victos fateatur oportet:
Nec ſatis eſt vllum quod referamus opus.
Hactenus inuitos laus expugnauit amicos,
Atque aliquem fecit verſibus eſſe ſibi.
Nunc trahimur: ſero nimium pudet eſſe poëtam.
Poſterior meritis eſt mea Muſa tuis.

Ad Ianum Douſam, cum ei Heſiodum ſuum offerret.

Aſcræi calamos & iunctum nomen Homero,
Acipe deuotum, maxime Douſa, tibi,
Qui faciles Muſas, ſi quicquam credimus illi,
Vidit, & errantes audijt inter oues.
Et modo qui paſtor fuerat virgaque pedoque,
Suſtulit audaci laurea ſceptra manu.
Mel dedit huic glandeſque ſuas Parnaſſia rupes,
Quæque ſitim pepulit Pieris vnda fuit.
Vagijt hic inter pecudes teſteſq; Camœnas,
Et puer in cunis carmine dignus erat.
Seu ſocias quæris, ſociæ vixere Camœnæ,
Seu ſocium manis noſcere, Phœbus erat.
Nil propius Muſis fuit hoc. quas quærimus omnes
Præſentes habuit ille poëta Deas.

In nuptias D. Caspari Vosbergii, & lectissimæ matronæ Barbaræ Panhusiæ.

Optatus toties, & tot dilatus in annos
  Ad sua iam tandem tempora venit Hymen.
Ipse moræ precium diuturnaq; tædia pensat,
  Et steriles noctes diluit æquus Amor.
Seu faciem spectes: nihil est nisi virgine dignum;
  Illæsusq; animi perstat in ore pudor.
Siue animi vultum: leges perferre maritas,
  Et soli didicit posse placere viro,
Et matronales casto sub fœdere mores,
  Et docte famulas flectere posse manus.
Ah quoties dices, nimium natura negauit
  Virginibus! minus est quod sibi turba petit!
Quid referam censum, quem nec contemnere tutũ est?
  Hunc vulgo sapiens, nec male vulgus amat.
Aspicis & paruum qui se tibi donat Iülum,
  Hæc quoq; dos ad te non onerosa venit.
Ille pudicitiam vel solo vindicat ore
  Matris, & absoluit gaudia prima thori.
Quamq; probat castam, sterilem negat esse parentem.
  Sponsorem lepidum posteritatis habes.
Quis dubitet certos à te sperare nepotes,
  Si nondum genitor iam pater esse potes?

Aliud.

Stirps non degener optimi parentis,
Nec laus vltima maximi Senatus,
Quem non cœcus amor, nec impotenti
Cypris deuia sauciauit ictu,
Et qui spicula vana machinatur
Imbellis puer, arbiterq; formæ
Insanus furor, & leuis iuuentus;
Sed mens ardua, patriæq; nata,

Seu pacem moderatur inter arma,
Et suffragia dirigit Walachra;
Seu magnæ Themidos grauis satelles
Iustum gentibus indicas & æquum:
Tandem sidera nec maligna fata
Non inertibus annuére votis.
Iam post munia cuncta, postq; honores
Diceris quoq; publice maritus:
Iam noctes quoq; consecrabis illi
Cui tot patriæ dies dedisti.
Ipsa hæc gaudia pura basiorum,
Istæ deliciæ facetiæque,
Queis Cypris madet & madent amores,
Laticlauia purpurasque spondent,
Et fasces meditantur & secures.
Priuatum nihil est, nisi voluptas.
Exactæ veneres, cupidinesque,
Nec domestica turba liberorum,
Sed iuris dominus togæque vindex
Isto à sanguine poscitur Senatus.

In Pauli Rubenij p æstantiss. pictoris nuptias.

Ille decus rerum, cedit cui tota vetustas,
  Et pariter Coæ Parrhasiæq; manus.
Ausus inaccessos heroum ducere vultus
  Sacraq; diuina principis ora manu,
Cesserat ignoto (quis enim non cedit?) amori,
  Et teneræ lusus virginitatis erat.
Pinxerat in toto festiuum pectore vultum,
  Mortales lepidè tangere nata Venus.
Ah quoties sæuam conatus fallere curam
  Arte sua, cessit victaq; terga dedit!
Ah quoties blandam dominæ duxere figuram,
  Conantemq; iterum destituere manus.
Exorandus erat facundo Brantius ore.

Sed niueum pectus, qualia Phœbus amat.
Et magis accendit soceri præstantia mentem,
Quem celebrem tanto nomine fama canit.
Sed tamen & flectit socerum tangitque vicissim,
Et similem simili captus amore capit.
Cumque suo iungit germani nomine laudes,
Et merito fratrem vindicat ipse sibi.
Iam patuit toti virtus Rubenia mundo,
Lectoremque sibi qua patet orbis habet.
Hæc quoque persuadent: cedunt genitrixque paterq;:
Dat quoque paulatim victa puella manum
Iam tibi felicem iuuenis dignissime noctem
Numina concedunt, nec negat ipsa Venus.
Incipe festiuos socero debere nepotes.
Et simili totam prole beare domum.
Sic qui sæpe soles alienum ducere vultum,
Ludendo melius iam dabis ipse tuum.

In Emblemata Horatiana Otthonis Venij.

Socraticos fontes & linguæ diuitis vber,
Et quicquid sacri porticus omnis habet,
Quicquid Democritus risit, quod fleuit vbique
Qui sapiens cæcum condidit autor opus,
Et quicquid Samiæ dixere silentia linguæ.
Et qui sollicitos non putat esse Deos,
Vidit. & exiguum contraxit Flaccus in orbem,
Nullius addictus verba magistra sequi.
Vidit & Otthonis mens æmula: nec mora coelum
Sumpsit & hinc nobis gloria surget, ait.
Hactenus humana sapientia voce locuta est,
Nunc primum humana pingitur illa manu.

In Dominici Baudij Poemata.

Baudi, quem proprio Genius donauit Iambo,
Et lepor, & priscæ simplicitatis amor,

Et niuei

Et niuei mores, & quam nec dicere possum,
Non protrita Venus, non peregrina tamen
Sanctaque libertas, nec cuiquam obnoxia virtus,
Vix sceptris pauidas subdere nata manus,
Talia Saturno quondam sub rege poëtas
Credibile est magnis sæpe dedisse Deis.
Talia festiuis cecinisse poemata Graijs
Fecibus obductos credimus ora viros:
Libera cum tellus, & adhuc sub vatibus esset
Vel terror scelerum vel pietatis honor.
Seu libet audaci leges præscribere Baccho,
Paret, & ad leges flectitur ille tuas.
Seu libet ingentes irarum effundere vires,
Archilochi nunquam doctior ira fuit.
Quid metuis? magnis virus solenne poëtis
Inuidiam? risum non feret illa tuum.

In Amores ab Otth. Vænio delineatos.

Cum primum patrio visa est è gurgite Cypris
Tollere fessa caput rore fluentis aquæ.
Qualis erat, talem venienti reddidit æuo,
Et secum iussit viuere, Coa manus.
Paulatim niueæ credebant corpore guttæ,
Iurares tremulum surgere semper opus.
Læua videbatur lymphis illudere palma,
Stringebat tenues altera palma sinus.
Doctior Otthonis tot dextera nutrit Amores.
Quot gemitus & quot gaudia nutrit Amor.
Armati pharetris occurrunt vndique Diui,
Attollunt rigidas, sed sine luce, faces.
Et quamuis maneant, geminas librantur in alas,
Et nil cum noceant, spicula sæua gerunt.
Si fas est, Venus ipsa tuo concedit honori,
Iam toties nati cuspide læsa sui.
Si fas est, similes, Væni, speramus Amores,

Sæuius armatos & magis innocuos.

In obsidionem Harlemensem Græcam Nic. Wassenarij.

Harlemi decus inclytamque laudem,
Et notam nimium fame fideque
Fortunam veteri parem Saguntho,
Wassenarius eripit tenebris;
Non Musis Latijsque Barbarisque,
Sed Graijs, quibus est nihil negatum.
Gaude non peritura, quæ peristi:
Iam vinces superata. Sic Homero,
Graio carmina diuidente plectro,
Troia quæ perijt, perire nescit.

Erotopægnium.

Hesterna mea lux mihi luce impresserat vdum
Basiolum, pura dulcius ambrosia.
Erubui, colloque incumbens languidus, ignea
Percurrens tremulis lumina luminibus,
Demisso capite ac defixis vultibus hæsi,
Et leuiter dixi sic, mea vita faues?
Nec mora subridens, tepido sufflauit ab ore
Nescio quid tota dulcius ex anima.
Moxq; iterumq; iterumq; iterumq; refinxit,
Dum penitus totam combibit ore animam.
Nunc feror infelix anima sine perque latebras
Perque vias omnes me sine solus eo,
Heu anima infelix caret Heinsius, ille tot vdis
Pressus basiolis vndique, funus abit.
Ah miser ah quærit sese Heinsius hei mihi tene
Vendere tanti illa, lux mea, basiola?
Sic equidem est animam misero subducis amanti,
Inque tuo nunc me pectore, vita, geris.
Ah lachrimer? quid agam? lachrimis negat illa moueri,
Quæ tantum lachrimis pascitur vna meis.

Basio-

Basiolum poscam: totusq; in vultibus hærens
  Halitibus pascar illius, illa meis.
Sic mihi sic certum est: animam sic rursus eandem
  Inueniam, rursus perdere si potero.

In Codrum.

Nuper basia nostra, nostra nuper
Legit basia Codrus, & repente
Subrisit leuiterque molliterque,
Et mel Cypridis & venenum amoris,
Sed blandum nimis & nimis suaue,
Dixit basia nostra. & vsque tales
Optauit sibi basiationes.
At postquam mea basia & lepores,
Et totos bibit imbibitque amores,
Mire callidulamque amabilemque,
Nostram scilicet optimam Nerillam,
Blandum poscere basium iocosque
Cepit molliter: iminesque totis
Risit basia diuidens labellis.
Sed post basia multa multa tandem,
Post tot basia rursus illa & illa,
Venter huic tumidusque turgidusque
Paucis post superi fuit diebus.
Miræ discipulus suauitatis,
O ipso quoque doctior magistro:
Qui non colla modo genasque & ora,
Sed ventrem quoque basijs lacessit.

Nerdovvicum siue Infelix Amor, Ecloga Bucolica, ad Ianum Dousam.

Scilicet haud nobis tantum licet esse poëtis,
Dousa, quibus patriæque vrbes populique furentis
Dulcia sordentes inuadunt carmina curæ:

Quantum quæ placidis indulgens otia campis
Gens vitæ secura suæ, pecora inter & inter
Saxa leuesque vmbras & mollia numina ruris
Pectore securos tranquillo ruminat ignes.
Tityrus & pulcher Lycidas, huic cura Neæra;
Lusca Neæræ quidem, sed enim ditissima lactis:
Huic Nisæ vicinus amor. Nordvvicides ambæ,
Ambæ formosæ Nordvvicides: illa capellas
Promptior, hæc b. andos compellere doctior hœdos.
Pulchra Neæra quidem Licidæ: tibi Tityre Nisa
Nisa fuit: cæcus, pueri, Deus vrit amantes.
Inter oues ergo placidas testésque capillas
Sic prior argutum Lycidas effudit amorem,
Carmine, quod noster tacite sublegit Amyntas.
Lentius ô nostræ procedite lentius agnæ.
Pulchra Neæra suos in gramine condidit artus,
Dormit pulchra Neæra, leues accedite venti.
Pro Zephyro Zephyriti (Deo non credimus vlli)
Lactea tranquillo percurras pectora motu.
Dormit pulchra Neæra: insani sistite tauri,
Sistite, nec dulcem mugitu rumpite somnum.
Lentius ô nostræ procedite lentius agnæ.
Bis leuiter sæuum volui defendere solem,
Bis metui mollem pauidus turbare soporem.
Dulcis Somne pater certe es Deus. ipse ego nuper
Inter lilia fusus odoratosque Hyacinthos
Visus eram blandos cumpellere montibus hœdos,
Visus eram blandæ supponere colla Neæræ.
Lentius ô nostræ procedite lentius agnæ.
Et iam corpore corpus & oribus ora fouebam,
Dulceque nescio quid spirauimus, ictaque linguæ
Pendula lingua natabat, & albo mollior hædo
Halitus occulto perfuderat ossa calore,
Et Somnus mihi numen erat, nec somnia credi
Illa merebantur: fuerant sed somnia tantum.

Lenti-

Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.
Certe Somne pater breuis es Deus: effluit ille,
Quæque dedit solus, rapuit mihi gaudia solus.
Bisque vale dixi formosa, locumq; notaui,
Bisque iterum saxo volui recubare sub illo,
Bisque eadem optaui mihi somnia sed mea vota
Naides, & pulchræ Dryades lusere puellæ.
Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.
Quin thalamum mea Vita, simul, quin iungimus ora?
Lætus Hymen Hymenæe pater cantabit Iolas,
Et Crotale dulcem versabit in igne polentam,
Spargens humida mella, laboratamque farinam:
Phyllida Damœtas, Amaryllida ducet Amyntas,
Vicinus teneram cantabit Tityrus Æglen:
Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.
Dote nec insanus mecum certauerat Alcon,
Nec vester Lycidas nec pulchri filia Codri:
Sunt mihi his deni, totidem cum matribus, hœdi:
Sunt & opes quas semper auus mihi seruat Alexis,
Fistula molle sonans: celebris qua sæpe Menalcas
Flexit aberrantes Nordvvico è littore tauros.
Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.
Velamenque sub hoc mater quod texuit antro;
Artis opus raræ: croceo nam stamina limbo
Ambiit & summas distinxit pellibus oras.
Quod toties frater cum posceret inuidus Ægon,
Hoc Lycidæ seruamus ait: dum plenior annis
In thalamum pulchræ migrabit & oscula Nymphæ.
Lentius o nostræ procedite lentius agnæ.
Sic Lycidas: dulcem Lycidæ sic Tityrus ignem
Excipit errantes numerans per prata iuuencas.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis,
Te tenuem nigramque & multo sole perustam
Improbus affirmat Lycidas mihi pulchra videris,
Mollis, dulce tuens: sed ferrea ferrea certe es.

Nam-

Namque antrum bis mane, bis omnia pascua frustra
Præterij, pecudesque tuas: voluiq; videri
Pelle noua circum niueoque incinctus amictu.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
At tu auersa feroxque meos non cernis amictus,
At tu auersa feroxque meos non cernis amores.
O lachrimæ! o vmbræ Nordvvicides! illaque nigris
Nmpha superciliis! viridi cui semper in antro
Dulcia supplemus tepido mulctralia lacte,
Et geminos clam matre duos subduximus hœdos,
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Dicite lasciuæ Cadvvicides, inclyta ponti
Turba, maris spumis, & vestra mollior alga,
Non ego sum pulcher? non natus ad oscula: certe
Mater auo similem Corydoni dixit, & ipsa
Thestylis ipsa suo me prætulit inuida Codro,
Et mollis Crotale. & vicini nata Myconis.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Et quoties saturas Cadvvici cogimus agnas,
Exiliunt ridentque omnes, tangique recusant,
Et metuunt sperantque simul: fugiuntque sequentem,
Et fugienti instant, & inania murmura fingunt,
Et metuo, inuitus ne cogar: & oscula sæpe,
Dulciaq; auerso despexi gaudia vultu.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Certe ego (nam memini) tenui lanugine malas
Vix dum pictus adhuc, gelido qua flumine Rhenus
Labitur, & glacie flauentem cingitur alueum,
Cum pastoribus hic sua iungunt mollia Nymphæ
Corpora, cum gelidis nixæ vestigia lymphis.
Percurrunt patrium lepidæ Nordvvicides amnem.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Certe ego bina tuli tibi basia corque perussit
Lenior extemplo mihi motus, & altera fixi,
Et Lycidæ, nunquam, dixi, mihi talia mater

Quam-

Quamuis sæpe thoro mecum se iunxit eodem.
Non genitor tulit ipse: paterque in fronde Palæmon
Risit, & obscura latuit circundatus alga.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Scilicet ex illo mihi tempore mollior æstus
Pectus habet: nec me velut ante & gramen & herba,
Nec iuuat vt prius, inter oues, interque capellas
Cum Damales fusca choreas deducere nata:
Nec iuuat occulto sub gramine nocte latentem
Lugduno reduces furtim terrere puellas.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Et quoties blandas genitor me misit ad agnas,
Et quoties gratas genetrix me mittit ad herbas,
Nescio quæ tepidos febris noua pascitur artus,
Nescio quis nouus ardor habet consultaque nuper
Baucis anus vicina, tui vicina Lycoræ,
Tityre dixit, amas: & credere cogimur illi.
Aurea Nisa tuæ pulcherrima nata parentis.
Sic pueri cecinere: leues in fronde capellæ,
Cumque suis blandæ salierunt matribus agnæ.

In Iohannis Gernandi F. Magisterium anno XIII.

Non vsitatis vectus oloribus
Dircæa qualem progenuit palus
Phœbeio dilecta Nicro
Rura petam præeunte Rheno,
Quid de Batana ductus origine
Centum superbus per populos trahit
Vim cærulam vndarum Gradiuo
Certus amor, Semelesque nato.
Primusque terris dicere persequar,
Gernande, quis te sustulerit Deus,
Supraque mortales caducæ
Legis, & immemorem iuuentæ,
Æquisque mecum conditionibus

Æuo

Æuo minores ire per impetus,
Annosque vitæ negligenter
Et steriles agitare Lunas.
Iam nunc paternæ debita purpuræ
Assurgit ætas, Socraticam domum
Emensa virtutisq; duræ
Consiliis, veniens in æuum
Munita pectus: nixaque ferrea
Antiquioris vi sapientiæ:
Quali vel incompti Catonis
Cor rigidi patiens honesti,
Victore maius Cæsare, fataq;, &
Necessitatem rupit aheneam:
Sortem recedentem, & superba
Mente, Deos toties labantes
Auertere æquo lumina dedocens
Puroque iusto, cui patriæ comes
It sancta libertas fidesque, &
Propositi generosus ardor.
,, Mens alta iustis nixa securibus,
,, Auctorque recti casta scientia,
,, Centumque radices sub imo
,, Pectore agens animosa virtus
,, Errore mentem diluit impio:
,, Primum beatis fixa scientiis,
,, Conuersa mox altos in vsus,
,, Et populum vitio fauentem.
Sereniore qua tamen ocio
Alterna mitis tempora diuides,
Occulta causarum, & negatæ,
Inuenies numeros arenæ.
Quo Capricornus, quo melior Leo
Fluctu pauentes sollicitet rates:
Quo nymbus Hœdorum, feroxque
Hæmonio iaculator arcu.

Intentet atras æquoribus minas,
Torroque caures gurgite vis sali
Impune circumsultet, vndæ
Imperio dominæque Lunæ.
„ Ciuilibus mens functa laboribus
„ Solui vicissim gaudet & in sinu
„ Vitare Naturæ parentis
„ Sollicitos populi tumultus.
Spes innocenti maxima curiæ,
Legumque custos & sceleri pauor
Venture, fallacisque turbæ
Consilio patriæ ruenti,
Vtcumque cœli missus ad inuios
Terræque tractus gentibus imperas;
Nec vocis expertes lyræque,
Nec cytharæ vacui sequemur.

In Natalem Iosephi Scaligeri.

Hetrusca magnæ progenies domus,
Vinci dolentis gloria Cæsaris,
Per regna Musarum, per amplos
Iuliade proauûm triumphos
Regesque Thuscos; parce pater pater,
Canumque curis subtrahe verticem:
Est meta, feruentemque mentem
Herculeæ prohibent columnæ.
Sæpe obligatus muneribus tuis
Recurrit annus, nec domino suo
Indulget ætas inuidumque
Tempus abit properante curru.
Nobis iuuentas, plenaque sanguinis
Vis alta pulsat pectus, & aureus
Lanuginum pictor, virentem
Flore nouo subiit genarum
Autumnus orbem: purpureis tibi

Inob-

In obſequentes temporibus niues
Spargit ſenectus auſaque alta
Et patrios animi calores
Includit ætas. te Superûm preces,
Et gens auorum regia cœlitum
Poſcunt Olympo: te ſupremum
Scaligeri repetent tyranni
Humi morantem: Quod ſupereſt, tibi,
Securus indulge, leueſque
Conſiliis adhibe Camœnas.
Qualem, vetuſtis temporibus nihil
Ceſſura noſtri littora Nerei,
Gioti reluctantem Pelaſgis
Et latiis genuere Muſam.
„ Parcus bonorum commoda ſæculi
„ Certis reſignat temporibus pater,
„ Nec cuncta non æquus ſub vno
„ Exhibuit ſua dona cœlo.
Te nec nepotum cura, nec anxia
Spes liberorum pectora diuidit,
Arcuſque præteruectum, & acres
Cyprigenæ pueri ſagittas
Beate, quanuis nec thyaſi potens,
Nec ſub iuuenco diſſimules Deum,
Graiuſque dextra fulminator
Enceladi ferias parentem.
Sic nec moranti ſegnis inertia
Virtutis ingens opprobrium, neque
Ignobili ſerpens veneno
Pieridum violator Euan
Olim patentes pectoris ignei
Iuuaſit arces? integer arduos
Viſure Diuos heic corollas
Heic tepidas tibi ponit aras
Deuota Muſis Heinſiadæ manus,

Seriſ-

Serisque natus Dousa nepotibus.
Hic, hic, pater lætus quotannis
Propositique reus Lyæi
Diem morabor. Vos comitum manus
Ciete faustis nomina vocibus:
Totumque seruare immerentes
Iuliadem prohibete Diuos.

Ad Erycium Puteanum.

Non sic Oresti fidus astitit suo
Phocæa quem tellus tulit,
Cum matris igne vultibusque territus
Lassauit vltrices Deas,
Quanta hospitalem postquam iniuimus larem
Tecum mihi concordia est.
Non si per igneis ire candenteis pares,
Amice, & vltimum latus
Septentrionis defatigatum minis
Et aspero crudum gelu,
Vel qua vagantem pressit Alceides pedem,
Gadesque terrarum extimæ
Ponto cadentes audiunt Phœbi rotas,
Ignauus accurram comes.
Nec si leænæ vis resurgat igneæ,
Capramque coniungat leæ,
Dapesque nostras ore & vnguibus trahant
Ditis venenosæ striges,
Quales paratis astitere ferculis,
Profana Phinei cohors,
Vsquam reuellar: sic potentibus Deis:
Sic Delio visum fuit.
Nec si trilinguis Tænarum seruet canis,
Vt irruente Theseo,
Tecum recusem, Puteane, pallidas
Inuisere Vmbrarum domos;

Sedesque noctis, impiisque Manibus
Inenatabilem Styga.
O & meorum prima pars sodalium,
Sacrumque posteris caput.
Non vt tremiscas triste liuoris malum,
Et seculi diras aues,
Quas imperita tollit indignatio
In proximum cœlo genus,
Aut inchoatis hactenus laboribus
Musisque subtrahas manum:
Sed vt superbus inter ignauos eas:
Adoreaque nobilis
Ipsoque laudis gloriæque lumine
Imbelle proteras pecus:
Qualis volucris fulminatoris Dei
Cum credidit cœlo caput,
In altiora fertur, obstrepentium
Secura, quas tellus habet,
Nubesque penna scindit, & flammam Iouis
Contra intueri nil pauet.
Vel vt cruentis per iocum vibicibus,
Qualis Lycambeus gener,
Premas inertes; siue pungendo lubet,
Seu forte cæsim mauoles:
Non parcere vllis certus inuidentibus;
Virtute sat potens tua.
Seu te Menippi seu Bionei iuuant
Non inuerecundi sales,
Nihil dature longa quod mergat dies
Aut impotens obliuio;
Ipso furore maior allatrantium.
Vt sæua tigris aut aper
Abit molossos inter & pedem struit,
Dentis relicturus notam.

Ios.

Ios. Scaligero post Hesiodum suum.

Hactenus ignauo mens indignata labore
Imbelles sequitur curas, & præmia vulgi:
Mox me sidereas tecum transcendere metas,
Sublimesque orbes stellarum, & cœrula templa,
Iuliade pater aspicies, æthera vastis
Distinctum signis, & magni mœnia mundi.
Qui me cunque Deus, mentisque erecta cupido,
Et sanctæ virtutis amor popularibus auris
Altius extollet, centumque audacibus alis
Temporis excedam contagia; non ego sanguis
Degener, aut mentem tenui percussus amore,
Mollibus insuescam latebris ignobilis oti.
Sed leuibus rerum studiis desueta teneri,
Paulatimque imitata suos mens altior annos,
Ibit in exemplum: seu me fortuna reductum
Plausibus excipiet populi, fremituque secundo,
Inter opes priscas proauorum, & dulcia rura:
Gandauumque meum, magni incunabula quondam
Cæsaris, & nostros nunquam tacitura dolores,
Aspiciet celsas patriæ dare iura per vrbes.
Siue eadem vitæ series, atque aspera fata,
Fata, quibus iamdudum oculos auertit Apollo;
Detineant procul à patria amplexuque meorum.
Interea primæ dent hæc solatia Musæ,
Secure maiorum operum: dum cætera desunt,
Parnassum satis est facili lustrasse chorea.

In Caroli Clusii Exoticorum libros.

Naturæ ludentis opus, suspensaque mundi
Inter anhelantes diuerso carcere ventos
Machina, quam stellis ardentibus aureus ambit
Iupiter, & vastum Nereus molitur in orbem;
Cui tantum de te licuit? quisue incola terræ

Has primum produxit opes? quæ cærula puppis,
Et solis radios, & iam non vltima Thules
Littora, vel nuper positas egressa columnas,
Ditibus his primum patriam donauit opimis?
Scilicet in priscas series, occultaque rerum
Sæcula, vel notum nec adhuc mortalibus æuum
Voluimur. aut solis pudor est nescire Batauis,
Quicquid mundus habet vel quicquid fila Nerei
Ventorum dominis, alienis seruat in oris.
At Natura parens, immensi conscia mundi,
Sidereos inter tractus atque æthera magnum,
Carole, te vastum quondam circumtulit orbem,
Euectum ingenti curru: quem bellua Gandæ
Traxit, & immanis Matutæ è littore serpens,
Centum orbes, centumque vndosa volumina torquens:
Arduus. & lentam tarde demissus in aluum.
Astabant toruæ facies, incognita cete
Oceano patrique, & quos te nomine dicam
Ignauum pecus, & visu deformia Phocæ
Corpora. vel tandem populis sic cognitus Histrix?
Hic fulgentis opes Orientis, & vltima seri
Dona recognoscis populi, Famæq; superbis
Postibus affigis. spectanda nepotibus olim,
Exuuias terræ ingentis; monumentaque mundi
Diuitis. & longum fama diffundis in æuum.
Accurrunt rapidæ puppes. victorque Batauus
Æquoris audaces Neptuno immittit habenas,
Stans alta in puppi, Boreæque immanibus alis.
Imperat, & longas à tergo diuidit vndas.
Nec visas populatur opes, miracula rerum;
Herbasque plantasque. & quæ se tollit Arundo,
Æmula malorum spatiis aut arboris altæ.
Transcribitque tibi, nec se cognoscit in illis.
Æquora viderunt alios emergere Coruos,
Et Iunonis auem: Stellasque in littore nautæ

Hor-

Horruit, & Quercum mediis inuenit in vndis.
Salue magne pater, quem non rationis egentem
Pallidus obscuro Phlegethon damnabit Auerno,
Infamisque Acheron, ignauaque ianua lethi:
Sed sublimis honos, & solui nescia virtus,
Per varias populorum oras & mœnia raptum,
Indigetem magno tandem donabit Olympo:
Miratur rerum facies, stupet obuia turba
Europæque Asiæque: & tanto assurgit honori.
Qualis ab Auroræ populis, & diuitis Hermi,
Indorum spoliis, & capto squallidus auro,
Liber ouans, curru ardentem conscendit Olympum,
Antiquasque Deûm sedes; Berecynthia mater
Astitit, & centum summisit ad oscula turres;
Frondoso occurrens gremio: dextramque tetendit
Iupiter, & vastum tonitru perterruit orbem.
Scilicet & quis me, superi, dum pectora sanguis
Pulsat adhuc ardorque ingens atque indolis altæ
Conscia mens, nullo curarum obsessa tumultu,
Taprobanes inter saltus, aut littus Iauæ
Sistat & occultos Naturæ admittat in ausus.
Non ego securus metuam quodcunque pericli est,
Ingentem Batauo de littore soluere puppim,
Votaque Neptuno faciam, magnoq; parenti,
Nymbosasque hyemes inter, ventosque furentes,
Plurima lustrato referam tibi munera mundo;
Pars operis nonnulla tui. Sic Orphea quondam
Turbidus in cœtu sociorum aspexit Iason,
Carminis intentum numeris, aut vela legentem.

Ad Iosephum Scaligerum pro Silio suo.

Iuliade, magni laus & sublimis imago
Cæsaris, ingeniiq; hæres decorisque paterni
Postuma lux, consorsque animæ maioris ab alto
Magne senex, cui se tandem mutanda dederunt

Tempora, tot priscis veterum labefacta ruinis.
Cui vasti stellarum orbes, & mœnia cœli,
Totaque Naturæ validis innixa columnis
Machina, diuisos summittens cardinis axes
Vi mentis perrupta patet, lux publica cunctis
Exoriens, cæcasque errorum mille tenebras
Discutiens, totasque illustrans lumine terras,
Haud vsquam genitore minor, mens ipsa parentis
Naturæque audacis opus: cui Dædala rerum
Mater, inexhaustos nascenti indulsit honores,
Extremum conata decus, totosque labores
Et vires emensa suas, seseque coacta
Vincere, dum tantum terris educere lumen,
Æqualemque patri, & vestigia nota sequentem
Certat & antiquas Fatorum excedere leges:
Humanumque genus, cæcisque infixa tenebris
Pectora, pallantisque soli ludibria, certo
Illustrare die, tenebrisque infundere lumen
Scaligera de gente, cui Mauortia quondam
Munera cura fuit: cuiusque ingentibus armis
Tot fortes cecidere animæ: terramque momordit,
Gens profusa sui, nec belli ignara iuuentus,
Totque Antenoridæ magni; dum te vltima rerum
Spes, orbi immortalis honos, extremaque gentis
Meta tuæ, sæui nil quicquam Martis egentem
Iulius ad flauam Celtarum protulit vndam;
Effigiemque sui, viuisque exsculpta figuris
Mentem animumque tibi, totasque è pectore dotes
Diuina transfudit ope, vt post fata superstes
In nato sit plena suo virtutis imago,
Fax Batauûm patriæque, & quicquid lucida Phœbi
Lampas anhelanti perlustrat luminis igne
Excedens splendore tuo: spoliisque superbe
Europæque Asiæque; cui prudentia rerum
Subiecit victæ longo ordine nomina gentis.

Sub

Sub pedibusque solum atque errantis deuia turbæ
Securo spectare dedit non plausibus vllis
Sollicito, vanaque vltra clarescere laude:
Ingenio superata tuo dum splendida gentis
Scaligeræ monumenta, atque irreuocabile fatum
Regalesque atauorum animas, nil tale merentes,
Voluis & antiquos fama super æthera, finis
Principiumque tuæ ponis virtutis, & idem
Nobilitas tibi tota tua es virtute parentis
Felix, ille tua: nec enim plus addere vobis
Laus humana queat: non si Parnassia rupes
Extremique aditus Musarum, cultaque Delphis
Templa Sibyllinique lares, & credula quicquid
Fama parens veteres hominum transmisit ad aures,
Vim certet conferre suam non si æmula Phœbus
Ora mouens, centumque adytis cortina reclusis
Vocibus obscuros euoluat pectoris æstus.
Lux Gallis erepta tuis, terræque Batauæ
Lucifer, immensas transcendens fulgure terras
Ingenii, rutiloque accendens proxima quæque
Lumine flammarum, iuuenumque arrecta prehendens
Pectora, siderasque inuitans ire per auras,
Et maiora solo tentare, & lumina multum
E flammis accensa tuis efferre sub auras
Ætheris & notas naturæ euadere metas.
Haud secus ac mœsto tenebrarum obnubila vultu
Cynthia, concessis imitatur currere bigis,
Luce carens, obscura oculis: & non sua tollens
Lumina, fraternos emulget cominus ignes
Ergo age primitias animi, atque exorsa labantis
Ingenii pater, & tentantis magna iuuentæ
Auspicio ductuque tuo, da surgere in auras
Ingentemque aperire viam: rape numine mentem
Afflatuque tuo, leuiterque aspiret eunti
Nominis aura tui. Viget ô viget impetus æui

Sed neque Diuarum gaud
Illa vicem curans velaminis
Leniter è summis pectorib
Omnia nequicquam plangor
O patria, o fontes, o nemor
O male dilecta blandorum co
Ipsaque rura in queis lusim
Vosne ego deserui tauro dilect
Vosne ego deserui perfida, n
Nec memor ipsa mei, tectorum
Iam nunc præcipue mater
Quoi ego, væ miseræ, dulci con
Cum nox vmbroso surgeret e
Et formosa pater protenderet
Nunquam à dilecto corpore
Quoi hærens, quoi incumbens
stringitur, & lentæ saxa tene
Spirabam somnos: quæ ne heic
Quæne heic indomito merso
Nec terræ apparent: ac certe m
Apparet pelagi: fluctibus in do
Assultant vndæ iuxta atque ext
O maria, o castę Nereidum la
O Nereu pater, o, & cęrulea amp
Cum qua mutaui tecta larem
Hoc mihi iam morituræ extrem
Conscia nullius dum moriar
Vt cum iam mœsto cesserunt co
Et super ipsa mei nil nisi fun
Ad patrios vultus maternaque
Insani Borcę spiritus aut Zepl
Sic saltem vt potus contingam
Totaque maternis inueniar
Atque illam rapidis iactantem p
Creta peregrino suscipit hosp

tis; tuas
lo minas,
vigor,
n nec improba
pede.
gni patres
libus citis
m fores,
eris
E. Sol, cui
tit suos,
x cohors;
s caligine;
i hominis
dus labor,
limini,
icem date,
ex annalibus,
e gloriæ
nil minor patre,
ue adoreæ
eſſis caput,
tra procul
eras ſimul,
xtremo ſinu
r Deûm
liſque extra viam,
oris domum,
mi tonas;
princeps ſui
& comata vis
li fores
Iunonio
ſtrat fores,
tem venis.

Et menti sat dulcis honos. da assuescere Famæ
Et sensim maiora sequi, nec vulgus inane
Inter, & ignauas hominum sordescere curas.
O quis erit, qui me tenebrisque Acherontis & vmbris
Surripiat, celsoque euectam lumine mentem
Donet in æternos Musarum irrumpere colles,
Et gentem cantare tuam? si pectore nostro
Omnia tentantes sedem fixere puellæ,
Ascraque virgineusque Helicon; ô quæ vehat illum
Exoriens Aurora diem quo Cæsaris arma
Veronæque Deos, & pectora nota tuorum,
Martiaque æternis addicam nomina fastis!
Nunc tamen, ô, rebusque tuis, animisque tuorum
Annibal, & mœstæ præludant tempora Romæ:
Iratique duces, Martique habitata superbo
Pectora, & infausto stillantes sanguine Cannæ,
Et Capitolino nutantes culmine Diui,
Scipiadæque & Paulus ouans. Pars magna Deorum
Cura poli superûmque, cui felicia cœlum
Sidera stellantemque assignat Iupiter axem,
Seu iuuat, Orion flagrantem vbi feruidus ensem
Sideribusque alte radiantem & luce coruscum
Ætherea quatit & solitos assurgit in ausus;
Siue sub extremis Eoæ finibus oræ
Spumantemque dracone viam, qua distinet Vrsæ
Robora. vel qua purpureo pulcherrima vultu
Mane nouo gelidas Tithonia discutit vmbras;
Quicquid eris (nam te haud doctarum dona sororum
Spreturum manifesta fides) tibi sacra quotannis
Muneraque, & meritas referemus carmine laudes.

In Annales Iani Dousæ.

Leges sepulchri, cœcaque annorum via,
Voraxque rerum tempus & vanæ vices,
Tuque impotentis vis superba seculi,

Nouerca

Nouerca magnæ sæua virtutis; tuas
Vltro lacessit pectore aduerso minas,
Sublimis ille Dousicæ lucis vigor,
Cognataque alto mens polo nec improba
Æui fugacis impedita compede.
At vos edaces temporis magni patres
Anni, Diesque: quæque passibus citis
Horæ beatas panditis Diuûm fores,
Tuque ignei rex & viator ætheris
Sacræque lucis prome condi, Sol, cui
Gens tota vultus noctis auertit suos,
Poloque cedit siderum fugax cohors;
Victa triumphum dum geris caligine;
Deique cuncti; quos Batani nominis
Infracta virtus tangit & crudus labor,
Fauete cœptis, & nouo molimini,
Famamque Diui rebus & lucem date,
Quas Dousa longis promit ex annalibus,
Pars ipse laudis, nuperæque gloriæ
Laurique compos. Tuque nil minor patre,
Consors laboris huius atque adoreæ
Illustre magnis additum stellis caput,
O Iane, Dousa nate: seu terra procul
Inane magnum cernis, & terras simul,
Chaosque rerum; siue in extremo sinu
Auro pluentes insulas coli Deûm
Canamque Tethyn: Herculisque extra viam,
Phœbique latam circulatoris domum,
Fastos paternos ore sublimi tonas;
Qua Didericus nominis princeps sui
Notum Gradiuo pectus, & comata vis
Florentiorum cærulas poli fores
Circumuagatur & gradu unonio
Virtute passas cœlitum lustrat fores,
Faue labori. cuius in partem venis.

Et menti sat dulcis honos. da assuescere Famæ
Et sensim maiora sequi, nec vulgus inane
Inter, & ignauas hominum sordescere curas.
O quis erit, qui me tenebrisque Acherontis & vmbris
Surripiat, celsoque euectam lumine mentem
Donet in æternos Musarum irrumpere colles,
Et gentem cantare tuam? si pectore nostro
Omnia tentantes sedem fixere puellæ,
Ascraque virgineusque Helicon; ô quæ vehat illum
Exoriens Aurora diem quo Cæsaris arma,
Veronæque Deos, & pectora nota tuorum,
Martiaque æternis addicam nomina fastis!
Nunc tamen, ô, rebusque tuis, animisque tuorum
Annibal, & mœstæ præludant tempora Romæ:
Iratique duces, Martique habitata superbo
Pectora, & infausto stillantes sanguine Cannæ,
Et Capitolino nutantes culmine Diui,
Scipiadæque & Paulus ouans. Pars magna Deorum
Cura poli superûmque, cui felicia cœlum
Sidera stellantemque assignat Iupiter axem,
Seu iuuat, Orion flagrantem vbi feruidus ensem
Sideribusque alte radiantem & luce coruscum
Ætherea quatit & solitos assurgit in ausus;
Siue sub extremis Eoæ finibus oræ
Spumantemque dracone viam, qua distinet Vrsæ
Robora. vel qua purpureo pulcherrima vultu
Mane nouo gelidas Tithonia discutit vmbras;
Quicquid eris (nam te haud doctarum dona sororum
Spreturum manifesta fides) tibi sacra quotannis
Muneraque, & meritas referemus carmine laudes.

In Annales Iani Dousæ.

Leges sepulchri, cœcaque annorum via,
Voraxque rerum tempus & vanæ vices,
Tuque impotentis vis superba seculi,

Nouerca

Nouerca magnæ sæua virtutis; tuas
Vltro lacessit pectore aduerso minas,
Sublimis ille Dousicæ lucis vigor,
Cognataque alto mens polo nec improba
Æui fugacis impedita compede.
At vos edaces temporis magni patres
Anni, Diesque: quæque passibus citis
Horæ beatas panditis Diuûm fores,
Tuque ignei rex & viator ætheris
Sacræque lucis prome conde, Sol, cui
Gens tota vultus noctis auertit suos,
Poloque cedit siderum fugax cohors;
Victa triumphum dum geris caligine;
Deique cuncti; quos Bataui nominis
Infracta virtus tangit & crudus labor,
Fauete cœptis, & nouo molimini,
Famamque Diui rebus & lucem date,
Quas Dousa longis promit ex annalibus,
Pars ipse laudis, nuperæque gloriæ
Laurique compos. Tuque nil minor patre,
Consors laboris huius atque adoreæ
Illustre magnis additum stellis caput,
O Iane, Dousa nate, seu terra procul
Inane magnum cernis, & terras simul,
Chaosque rerum; siue in extremo sinu
Auro pluentes insulas coli Deûm
Canamque Tethyn: Herculisque extra viam,
Phœbique latam circulatoris domum,
Fastos paternos ore sublimi tonas;
Qua Didericus nominis princeps sui
Notum Gradiuo pectus, & comata vis
Florentiorum ca[r]ulas poli fores
Circumuagatur & gradu unonio
Virtute passas cœlitum lustrat fores,
Faue labori. cuius in partem venis.

Et menti sat dulcis honos. da assuescere Famæ
Et sensim maiora sequi, nec vulgus inane
Inter, & ignauas hominum sordescere curas.
O quis erit, qui me tenebrisque Acherontis & vmbris
Surripiat, celsoque euectam lumine mentem
Donet in æternos Musarum irrumpere colles,
Et gentem cantare tuam? si pectore nostro
Omnia tentantes sedem fixere puellæ,
Ascraque virgineusque Helicon; ô quæ vehat illum
Exoriens Aurora diem quo Cæsaris arma
Veronæque Deos, & pectora nota tuorum,
Martiaque æternis addicam nomina fastis!
Nunc tamen, ô, rebusque tuis, animisque tuorum
Annibal, & mœstæ præludant tempora Romæ:
Iuratique duces, Martique habitata superbo
Pectora, & infausto stillantes sanguine Cannæ,
Et Capitolino nutantes culmine Diui,
Scipiadæque & Paulus ouans. Pars magna Deorum
Cura poli superûmque, cui felicia cœlum
Sidera stellantemque assignat Iupiter axem,
Seu iuuat, Orion flagrantem vbi feruidus ensem
Sideribusque alte radiantem & luce coruscum
Ætherea quatit & solitos assurgit in ausus;
Siue sub extremis Eoæ finibus oræ
Spumantemque dracone viam, qua distinet Vrsæ
Robora, vel qua purpureo pulcherrima vultu
Mane nouo gelidas Tithonia discutit vmbras;
Quicquid eris (nam te haud doctarum dona sororum
Spreturum manifesta fides) tibi sacra quotannis
Muneraque, & meritas referemus carmine laudes.

In Annales Iani Dousæ.

Leges sepulchri, cœcaque annorum via,
Voraxque rerum tempus & vanæ vices,
Tuque impotentis vis superba seculi,

Nouerca magnæ sæua virtutis; tuas
Vltro lacessit pectore aduerso minas,
Sublimis ille Dousicæ lucis vigor,
Cognataque alto mens polo nec improba
Æui fugacis impedita compede.
At vos edaces temporis magni patres
Anni, Diesque: quæque passibus citis
Horæ beatas panditis Diuûm fores,
Tuque ignei rex & viator ætheris
Sacræque lucis prome conde, Sol, cui
Gens tota vultus noctis auertit suos,
Poloque cedit siderum fugax cohors;
Victa triumphum dum geris caligine;
Deique cuncti; quos Batani nominis
Infracta virtus tangit & crudus labor,
Fauete cœptis, & nouo molimini,
Famamque Diui rebus & lucem date,
Quas Dousa longis promit ex annalibus,
Pars ipse laudis, nuperæque gloriæ
Laurique compos. Tuque nil minor patre,
Consors laboris huius atque adoreæ
Illustre magnis additum stellis caput,
O Iane, Dousa nate, seu terra procul
Inane magnum cernis, & terras simul,
Chaosque rerum; siue in extremo sinu
Auro pluentes insulas coli Deûm
Canamque Tethyn: Herculisque extra viam,
Phœbique latam circulatoris domum,
Fastos paternos ore sublimi tonas;
Qua Didericus nominis princeps sui
Notum Gradiuo pectus, & comata vis
Florentiorum carulas poli fores
Circumuagatur & gradu unonio
Virtute passas cœlitum lustrat fores,
Faue labori, cuius in partem venis.

 Ereptus

Tempora, tot priſcis veterum labefacta ruinis.
Cui vaſti ſtellarum orbes, & mœnia cœli,
Totaque Naturæ validis innixa columnis
Machina, diuiſos ſummittens cardinis axes
Vi mentis perrupta patet, lux publica cunctis
Exoriens, cæcaſque errorum mille tenebras
Diſcutiens, totaſque illuſtrans lumine terras,
Haud vſquam genitore minor, mens ipſa parentis
Naturæque audacis opus: cui Dædala rerum
Mater, inexhauſtos naſcenti indulſit honores,
Extremum conata decus, totoſque labores
Et vires emenſa ſuas, ſeſeque coacta
Vincere, dum tantum terris educere lumen,
Æqualemque patri, & veſtigia nota ſequentem
Cerrat & antiquas Fatorum excedere leges.
Humanumque genus, cæciſque infixa tenebris
Pectora, pallantiſque ſoli ludibria, certo
Illuſtrare die, tenebriſque iufundere lumen
Scaligera de gente, cui Mauortia quondam
Munera cura fuit: cuiuſque ingentibus armis
Tot fortes cecidere animæ: terramque momordit;
Gens profuſa ſui, nec belli ignara iuuentus,
Totque Antenoridæ magni; dum te vltima rerum
Spes, orbi immortalis honos, extremaque gentis
Meta tuæ, ſæui nil quicquam Martis egentem
Iulius ad flauam Celtarum protulit vndam;
Effigiemque ſui, viuiſque exſculpta figuris
Mentem animumque tibi, totaſque è pectore dotes
Diuina transfudit ope, vt poſt fata ſuperſtes
In nato ſit plena ſuo virtutis imago,
Fax Batauûm patriæque, & quicquid lucida Phœbi
Lampas anhelanti perluſtrat luminis igne
Excedens ſplendore tuo: ſpoliiſque ſuperbe
Europæque Aſiæque; cui prudentia rerum
Subiecit victæ longo ordine nomina gentis.

Sub

Sub pedibusque solum atque errantis deuia turbæ
Securo spectare dedit non plausibus vliis
Sollicito, vanaque vltra clarescere laude:
Ingenio superata tuo dum splendida gentis
Scaligeræ monumenta, atque irreuocabile fatum
Regalesque atauorum animas, nil tale merentes,
Voluis & antiquos fama super æthera, finis
Principiumque tuæ ponis virtutis, & idem
Nobilitas tibi tota tua es virtute parentis
Felix, ille tua: nec enim plus addere vobis
Laus humana queat: non si Parnassia rupes
Extremique aditus Musarum, cultaque Delphis
Templa Sibyllinique lares, & credula quicquid
Fama parens veteres hominum transmisit ad aures,
Vim certet conferre suam: non si æmula Phœbus
Ora mouens, centumque adytis cortina reclusis
Vocibus obscuros euoluat pectoris æstus.
Lux Gallis erepta tuis, terræque Batauæ
Lucifer, immensas transcendens fulgure terras
Ingenii, rutiloque accendens proxima quæque
Lumine flammarum, iuuenumque arrecta prehendens
Pectora, siderasque inuitans ire per auras,
Et maiora solo tentare, & lumina multum
E flammis accensa tuis efferre sub auras
Ætheris, & notas naturæ euadere metas.
Haud secus ac mœsto tenebrarum obnubila vultu
Cynthia, concessis imitatur currere bigis,
Luce carens, obscura oculis: & non sua tollens
Lumina, fraternos emulget cominus ignes
Ergo age primitias animi, atque exorsa labantis
Ingenii pater, & tentantis magna iuuentæ
Auspicio ductuque tuo, da surgere in auras
Ingentemque aperire viam: rape numine mentem:
Afflatuque tuo, leuiterque aspiret eunti
Nominis aura tui. Viget ô viget impetus æui

Et menti sat dulcis honos. da assuescere Famæ
Et sensim maiora sequi, nec vulgus inane
Inter, & ignauas hominum sordescere curas.
O quis erit, qui me tenebrisque Acherontis & vmbris
Surripiat, celsoque euectam lumine mentem
Donet in æternos Musarum irrumpere colles,
Et gentem cantare tuam? si pectore nostro
Omnia tentantes sedem fixere puellæ,
Ascraque virgineusque Helicon; ô quæ vehat illum
Exoriens Aurora diem quo Cæsaris arma
Veronæque Deos, & pectora nota tuorum,
Martiaque æternis addicam nomina fastis!
Nunc tamen, ô, rebusque tuis, animisque tuorum
Annibal, & mœstæ præludant tempora Romæ:
Iuratique duces, Martique habitata superbo
Pectora, & infausto stillantes sanguine Cannæ,
Et Capitolino nutantes culmine Diui,
Scipiadæque & Paulus ouans. Pars magna Deorum
Cura poli superûmque, cui felicia cœlum
Sidera stellantemque assignat Iupiter axem,
Seu iuuat, Orion flagrantem vbi feruidus ensem
Sideribusque alte radiantem & luce coruscum
Ætherea quatit & solitos assurgit in ausus;
Siue sub extremis Eoæ finibus oræ
Spumantemque dracone viam, qua distinet Vrsæ
Robora. vel qua purpureo pulcherrima vultu
Mane nouo gelidas Tithonia discutit vmbras;
Quicquid eris (nam te haud doctarum dona sororum
Spreturum manifesta fides) tibi sacra quotannis
Muneraque, & meritas referemus carmine laudes.

In Annales Iani Dousæ.

Leges sepulchri, cœcaque annorum via,
Voraxque rerum tempus & vanæ vices,
Tuque impotentis vis superba seculi,

Nouerca

Nouerca magnæ fæua virtutis; tuas
Vltro lacessit pectore aduerso minas,
Sublimis ille Dousicæ lucis vigor,
Cognataque alto mens polo: nec improba
Æui fugacis impedita compede.
At vos edaces temporis magni patres
Anni, Diesque: quæque passibus citis
Horæ beatas panditis Diuûm fores,
Tuque ignei rex & viator ætheris
Sacræque lucis prome conde, Sol, cui
Gens tota vultus noctis auertit suos,
Poloque cedit siderum fugax cohors;
Victa triumphum dum geris caligine;
Deique cuncti; quos Batani nominis
Infracta virtus tangit & crudus labor,
Fauete cœptis, & nouo molimini,
Famamque Diui rebus & lucem date,
Quas Dousa longis promit ex annalibus,
Pars ipse laudis, nuperæque gloriæ
Laurique compos. Tuque nil minor patre,
Consors laboris huius atque adoreæ
Illustre magnis additum stellis caput,
O Iane, Dousa nate, seu terra procul
Inane magnum cernis, & terras simul,
Chaosque rerum; siue in extremo sinu
Auro pluentes insulas coli Deûm
Canamque Tethyn: Herculisque extra viam,
Phœbique latam circulatoris domum,
Fastos paternos ore sublimi tonas;
Qua Didericus nominis princeps sui
Notum Gradiuo pectus, & comata vis
Florentiorum cærulas poli fores
Circumuagatur & gradu unonio
Virtute passas cœlitum lustrat fores,
Faue labori. cuius in partem venis.

Ereptus orbi, matris auulsus sinu,
Patrique furto pene sublatus tuo.
Hæc ridet ille: ceu puer crepundiis,
Talisque patris ante subsilit pedes,
Ictuque crebro vique turbinem ferit,
Multumque versat, exigitque; & hinc & hinc
Crebris fatigat verberum vibicibus:
Et innocenti delibutus gaudio
Curisque totis viribusque rem gerit,
Lusuque sese pascit infelix suo,
Patremque multus intuetur & stupet.
At ille toruus ore sublato pater
Despectat illa, munii memor sui,
Æuique prima negligit ludibria.
„ Iactamur omnes, & leuis pueritiæ
„ Polus polique turba nos reos agit:
„ Magnique ciues, accolæque siderum.
At nos misellì, suauiludii sumus,
Longoque ademptos, mox secuturi tamen,
Luctu ciemus lachrymisque; ceu nouum
Et ante nulli cognitum hoc iter foret.
At illa, nulli parcere in lucem dato
Mors certa, adhæret: & premit vestigium,
Infantiumque ad instar iniicit manus,
Atroque cunctos pallidoque lumine
Empusa nostra terret & circumuenit,
Omnesque tollit, singulos fallit tamen,
Et histrionum more palanteis agit.
Verum ille culmen ingenî. sanguis tuus
Tuusque natus, ille siderum decor,
Beate Dousa, vindici rursum suo,
Et mutuanti sic redonatus Deo,
Mentique mixtus æuiternæ; celsior
Humoque seque, vesteque exutus sua
Amictibusque, squallidisque vinculis

Arctis-

Arctisque; mundi regna maioris videt,
Et ampliores orbis immensi vias,
Effusus in se totus, exundans ibi.
Vmbratilesque opinionum despicit
Nodos iocosque, naufragamque inanium
Prospectat altus semitam mortalium,
Magnumque rerum terminum lustrat Deum;
Circumspicitque totus, & compos sui.
Exuberatque diffluitque; tota cui
Ingens sepulchrum patria est cœlum domus.
Namque ille rerum marchinator spiritus
Auriga tardi dux herusque corporis,
Tardæque molis imperator strennuus,
Suique semper, eminus licet, poli
Ciuisque verus municepsque patria
Proscriptus olim sede quam spectat tamen.
Telluris huius inquilinus, erroque
Extorris, exul, carcere impactus suo
Ineptientis dextera Promethei:
Illa illa nostri pars superba, ventus est
Flamenque siccis excreandum faucibus
Fatalis horæ cum iubet necessitas,
Ingensque rerum vellit aurem terminus,
Diesque summa. Nec minus tamen tamen
In alta pergere ardet, igneaque vi
Sursum reluctans tendit, & cœlum suum
Procul fatigat prouocatque. & inquies
Æternitati mente præludit sua:
Dignumque cœlo spirat in terris opus,
Mortalitatis ferre leges insolens,
Seseque versat erigitque. dum suis,
Mentisque ruptis igneæ repagulis,
Et his profanis corporis fœdi notis,
Pars ætheris sit quantacunque, & portio;
Magno vniuerso huic imputatus, & sibi

Illic

Illic coactus ille, tot pressus graui
Annos ruin, a vasa colligit sua;
Coloniamque mutat exilitque ouans,
Rudemque sentit, pileumque; mancupum
Exlex laboris compedumque; denuo
Prætore magno redditus liber Deo.
At nos caducæ seculi propagines,
Puluis misellus halitusque. quem dies
Cœlique lumen visque mobilis veget;
Queis fomes imo pectore infusus sedet,
Ingensque in altum promouet vires calor,
Extraque vulgi semitas ordo vocat,
Munusque rerum, flammeumque pectus, &
Occulta magnæ æternitatis semina,
Originisque conscius suæ vigor;
Factis ab alto destinata gens sumus
Dictisque: Factaque vt priora, sic prius
(Nisi Suadæ mobilis Fauonius
Et dictionum vernus aspiret lepos)
Insulsa tabent, litterario sale
Facundiisque destituta; onus sibi,
Serisque pondus improbum nepotibus.
At tu superbe pignore hoc tanto pater,
Natoque quondam, laude nunc nati tui
Tuaque Diis secunde; Dousa per tuas
Musasque nostras per domesticas tibi
Et inuidendas mobili vulgo Deas,
Manesque nati. perque Lugdunum tuam,
Seruata quæ te præstitem colit suum,
Nomenque vastum. quod vagas Atlantidas
Arctonque salsis exulantem fluctibus,
Phœbique metas luce præuerrit sua.
Si quid suaue si quid acceptum tibi,
Lauroque dignum, pectore eductum suo
Phœbi sacerdos consecrauit Heinsius,

Phœbus

Plebis profanæ despicator, & fugax
Insanientis gloriæ pruriginis;
Emerge porro, latiusque verticem
Ostende cœlo. pectorisque ignem tui,
Totumque Dousam patriæ expendas suæ,
Fastisque magnis: ingenique vim tui
Totosque neruos gens profana sentiat,
Gematque; mentis luce præstricti tuæ,
Ah litterarum vana mendicabula,
Lixæque inanes, proletarii patres,
Et Malchionum si quid vspiam est; tuus
Quicquid tragœdus ille, quicquid histrio
Vani Batauis illinunt Annalibus,
Prosceniumque disiice, orchestræ pater
Præsulque nostræ: patriamque vindica
Contaminato conditam styli situ.
Natique si quid inclytum latet tui
Exsolue tandem mortuusque denuo
Nascatur ille: bisque eandem Virbius
Vni parenti debeat lucem; simul
Patrique raptus, patriæque redditus.

In Richardi Bland Angli disputationem pro gradu magisterii.

Postquam potentis artifex manus Dei
Ardente pictas igne distinxit vias
Flammantis æthræ, fornicemque cœrulum
Hinc inde fixum pondus ingentis soli
Ambire iussit, & prius formæ Chaos
Vllius expers, omnium capax tamen,
Tot hiis figuris sculpsit & notis suis;
Ibi ille rerum censor æquus omnium,
Diuinitatis fomes, ille alter Deus,
Cœlum resedit inter & terras homo,
Dignus theatro iudicatus aureo,

Dignus

Dignus parente. deerat hoc vnum tamen
Æternitatis ſemen. Ergo ingens pater
E luce cœli ſiderumque vultibus
Sacram perenni lumine accendit facem.
Hanc ille motu ſemper vrgentem ſuo,
Surſumque pectus erigentem flammeum
Sub corde noſtro verſat, atque intus quatit:
Donec profanus torpor oblitus ſui,
Ignauiæque lentus obrepit cinis,
Ignemque ſacrum condit, atque iners ſitus
Puræ calentem mentis extinguit focum.
„ Namque illa feruens ignei lux ingenii;
„ Exorta cœlo, parſque vicini Dei,
„ Leni veneno blandientis otii,
„ Et annuentis impetu libidinis
„ Sponte in ſoporem verſa declinat ſuum.
At tu Britanno ſidus exortum ſolo,
Blandi tot inter caſſa delectamina
Dulcis iuuentæ, totque ventorum minas,
Quas illa menti peſtilens ſidus bonæ
Primæ voluptas ſemper ætati comes,
Contagioſo mollis afflat halitu;
Voto potitus inclyto, portum tenes.
Beate ephebe, victor ætatis tuæ,
Victor laboris, victor ingentis iugi,
Quod illa vitæ magna regina & parens
Virtus, tot altis deſtinauit auſibus.
Namque ille ſortis arbiter noſtræ Deus
Inter trecena montium cacumina,
Rupeſque vaſtas, inter horrentes ſpecus
Vmbraſque inanes, inuiam plebi vagæ
Suſpendit vrbem: triſtibus quam ſentibus,
Septemplicique cinxit hinc illinc via,
Ambagibuſque mille, mille ſemitis:
Hanc vanus ambit error, hanc durus labor.

Intus

Intus Decuſque, duxque rerum Gloria,
Virtuſque caſta, culmen excelſum tenent.
Illuc virentis primus ætatis calor
Plenis iuuentam paſſibus noſtram rapit.
Sitiſque laudis, indoliſque pulchra vis,
Honoſque, dia pectus exercet face.
At illa mollis inſolenſque inertia
Ignaua mentem febris occulte ſubit,
Blandaque viuos fraude ſiſtit impetus.
Multos proterua Cypris, & fallax ſecus,
Vultu ſereno & ore tranſuerſos agit.
Pleriſque noſtris ille Muſis accola
Liquore mentem myſtico Liber rapit.
„ At ipſa nobis tempus aſſcripſit breue
„ Natura vitæ; dulcis hinc pueritia
„ Ætaſque prima molle vectigal ſibi
„ Luſuſque poſcit. interim tamen tamen
„ Horæ citatis paſſibus leues eunt,
„ Dieſque retro fertur, & quicquid fuit
„ Nil pœnitere præter & ſuſpiria
„ De ſe relinquit, ac ſibi corpus graue.
Blandi beate, quanta ſurgentem premit
Moles iuuentam! quanta vis retro trahit!
Illinc Calypſo mollis, hinc Circe leuis:
Et in ruinam prona gens noſtram ſumus.
Felix Vlyſſe, patriæ redux tuæ,
Felix, tot inter temporum contagia,
Itachen Samenque cernis: ô felix nimis
Scientiarum tanta permenſus vada,
Vitæ proteruos mente mactaſti procos,
Natamque felix Icari totis tenes
Amplexus vlnis: redditus terræ tuæ
Felix maritus, huius in ſinu iaces.
Ergo illa vaſtis hinc & inde fluctibus
Pulſata tellus illa quam Mauortia

Amnis

Armis Amazon vestra propugnat suis,
Lustrare vultus oraque exoptat tua.
Beare ephebe, spectat hæc laudes tuas,
Et cuncta tecum diuidit præconia.
Hæc illa, Blandi, prima vitales tibi
Indu sit auras, munere illius polum,
Poloque iuncta cernis illa sidera.
Illhic pusillo primus errasti pede,
Dulcique primos voce formasti sonos:
Hæc vna mater, dulcis hæc parens tibi est.
„ Tellure namque patriisque finibus
„ Matrem minorem nescit herous vigor,
„ Deoque dignum pectus, & scientiæ
„ Firmata sanctis mens beata legibus.

In obitum Francisci Raphelengii.

Aspicis angustam tumuli se tollere molem,
  Lenique terram vertice,
Exiguo raram gremio quæ possidet vmbram,
  Manesque nobiles. procul
Hinc fuge, cui scelerum cura est, cui gloria rerum
  Ventosa pectus erigit:
Virtuti patet ille locus, solique beatus:
  Sacer modestiæ vacat.
Virtutum domus est: iacet hic Raphelengius, hospes,
  Ingentis Europæ decus.
Cui veniens Aurora suos ediscere soli
  Permiserat lubens sonos.
Eoasque domi residens transuexit honores,
  Paucisque cognitus licet:
Cum patriis Batauis Arabas confudit & Indos.
  Crede hospes, ipse qui fuit
Sol oriens nobis, linguasque orientis ab ortu
  Transuexit, occidit tamen.

Hugonis

Hugoni Grotio, cum illi Silium suum offerret.

Nominis & patriæ sublimis gloria terra,
  Cui nil Bataui cœrulus regni pater
Qua validis circum Cybelen complectitur vlnis
  Pontique lambit æstuantis ostia.
Cattigenisque suis domitum defendit Iberum;
  Æquale quicquam, par nihil quicquam videt:
Accipe præclaro victurum sanguine Paulum,
  Totasque Cannas morte pensantem sua
Annibalis fugientem animam Fabiumque morantem,
  Tarpeiumque pene concussum Iouem,
Et formidantes summissis collibus Alpes:
  Vltorque Elisæ quicquid effudit Libys
In dominum terræ ingentem quassumque Quiritem,
  Et iam labantis alta Romæ mœnia.
Ecce meus præco Libyes Pœnique furoris
  Ad te superbam consul affectat viam:
Ille orbis Latialis apex gentisque togatæ,
  Groti beatos iussus affectat lares.
Hactenus inuictas potuit gestare secures:
  Nunc hasce soli sponte summittit tibi.

In obitum Iani Dousæ filij.

Nauita qui magni percurris sidera cœli,
  Vndamque findis aureo polo duce,
Inter & vmbrosæ taciturna silentia Lunæ,
  Flammantis altam consulis mundi viam,
Seu Batauis seu Attuacis e finibus ortus
  Percurris altam Nerei patris domum?
Desine mirari, niueo quod proxima cygno
  Non vna sicut ante fulgeat lyra
Douiades nocte hac patrio donatus Olympo est,
  Suamque magno consecrat lyram polo.

Digitized by Google

In Christoph. Raphelengium qui hydrope interijt.

Fatis, Viator, ferreisque numinum,
Semper minorem legibus mentem gere.
„ Rerum procellis vsque & immiti salo
„ Circum redundans horret humanum mare:
„ Sortisque vento turba mobilis sumus.
„ Collo minacis pendet æternum Dei
„ Districtus ensis, impotensque casuum
„ Despumat in nos & ferox licentia.
Ille imminentes omnibus fati manus
Aggressus arte, quæ perennibus votis
Æternitatis ala, vitaque omnium est,
Quoscunque rectus pectoris vigor rapit,
Deumque ad altas impetus trahit fores;
Hic interemptus fluctibus iacet suis,
Suumque secum gessit infelix mare,
Vndis ab ipsis quas creauit obrutus.
Viuoque pontus, venter, & fluctus fuit.
Suique vixit hospes, & comes mali,
Longeque ab vndis inter vndas occidit.

Aliud eiusdem Argumenti.

Quid procul hybernis agitatas fluctibus vndas,
Et metuis dubias æquoris ire vias?
Oceanique domos, & Nerei tristia regna,
Horrida dum ventis æquora tollit hyems.
Qui iacet hic, secum proprias tulit ah miser vndas,
Et mare quo perijt obrutus, ipse fuit.
Ipse sibi, miser, vnda fuit, pelagusque Viator,
Inque vtero fluctus, & sua fata tulit.
Sic, licet in terris, vndas tulit ille, soloque
In medio medias occidit inter aquas.

Samueli de Lecherpiere Riuerio.

„Excelsa virtus vi licet retro sua
„Perrumpat omnes noctis ignauæ moras,
„Iterque cœlo tendat, & terram suam
„Post se citato deserat velox gradu;
„Tamen secundis irrigata laudibus
„Deuota Musis rite quas signat manus.
„Et è profundo pectoris sulco trahit,
„Diuturniores corde radices agit,
„Ignobilesque tuta liuoris minas,
„Virusque inane calcat, & sedem legit
„Qua tot remotis inclytam vestigijs
„Æterna raram fama sortitur viam:
Sic teste cœlo, totque doctorum manu
Cor illud ardens, Riueri, parat tuum
Fultum cathedra, spiritus, & ignea
Fortis iuuentæ prouocare robora.
Hic sidus illud Iulio dignum polo,
Ille vniuersi splendor, agnatus Deûm
Denso sedebit Scaliger cinctus choro,
Hic alter ille Galliæ sidus tuæ,
Scientiarum terminus morum pater,
Catone dignum Iunius tollet caput.
Illhic senatus, totque Phœbei patres
Hinc inde longum syrma visuri trahunt,
Et omnis ausus condet assensus tuos.
„O quam potentes cordibus motus ciet
„Vis prima laudum! quam potens rerum sitis
„Ardore pulchro pectus erectum quatit!
At tu beate, seu Pyrenæi iugi
Vltra recessus tendis, aut nostro procul
Diuisus orbe barbarum calcas gelu;
Nostri memento postque defensam fidem,
Fidem quoque isthanc Heinsij serua tui.

Iosepho Scaligero, ad Annum & Tempus.

Origo rerum, mensium bis sex pater,
Ingentis æui, sæculique pertinax
Rotator Anne; mille qui gyris soles
Redire eodem, quique crescendo peris
Pereundo crescit, teque prodigus tui
Perdis sed in te. Tu quoque ô bifrons Deus
Censorque, tergi magne lustrator tui.
Tuque ille rerum crux vorator omnium
Tempus renascens; vindicem tibi tuum
Nobisque serua: seriorque sit meis
Lux illa fatis, cum solo & mortalibus
Ereptus oris Iulij sacrum genus
Heroas inter Cæsari iunctus suo
Cœli patentes arduus tundet fores.
Tempus memento, votaque exaudi mea,
Nobis tibique consecrata: nec potes
Seruare nobis nolle, quem seruas tibi.

Scriuerio suo, de filio nuper nato.

Tui lepores, Scriueri, paruus tuus,
In ore cuius, cuius in blandis genis
Pudica mater viuit, & dulcis pater,
Mox insolenti leniter serpet gradu,
Mox & suaui blæsus alludet sono,
Fœnoq; paruum condet & pluma larem.
Ridere noli: totius præludium
Instantis æui primus est vitæ lepor.
Viris quoque ipsis grata sunt crepundia,
Opum cupido mollis, aut honor leuis.
Ridere noli: ludibunda res homo est:
Semelq; pueri nascimur semper sumus.

Epitaphium filioli Nicolai Seystij.

Siste hospes: nec parua viæ dispendia cura;

Seu te

Seu te parentis vota, seu nati mouet
Intercepta dies: qui primis flebilis annis,
Talosque quamuis inter & crepundia
Notus adhuc, duri concessi legibus æui,
Mox purpuræ futurus & togæ capax.
Iam patri spondebat auum lux indolis altæ,
Et innocentis primus ætatis lepor.
Inuidere dei, tumulo quem cernis in illo
Nunc tota spes parentis & votum iacet.
Hoc satis est, luctum merui, non viuitur annis.
Qui lachrymandus occidit, vixit diu.

In demonstrationem Linealem Christoph. Dibuadij.

Felices operum qui cœli pendula templa,
Causasque pronis destinatas ignibus
Submisere animis, æquataque pondera terræ,
Suspensa castis patris in complexibus
Ætheris, & iusto libratum examine pontum,
Et architectum mente prægressi Deum,
Excessere hominum curas, & præmia vulgi,
Finesque rerum sordidosque limites.
Non illos Acheron, ignauaque ianua lethi,
Nec ora centum terruere Cerberi
Non tristes Furiæ, laruataque nomina Manes.
Nec fabulosæ Parca vox potentiæ.
Præcepere Deos animis, & fata sequendo
Necessitatis institere semitam,
Liberaque incertos mens indignata labores,
Opinionum vana per deliria
Anfractusque sequi, toti se surripit orbi,
Et certitates ipsa metitur suas.
Nos tua Dibuadi vestigia pone secuti
Trophæa tantis destinamus ausibus:
Nec dulcis choreæ nec carminis inscia turba;

Septentrionem sæpe dicturi tuum,
Vicinamque Helicen & non tractabile cœlum.
Tu sibilantis colla liuoris preme,
Degeneremque hydram. sic indignata nouerca
Nunc ipse cœlum magnus Alcides tenet.

Ad Andream Rey, de optima Repub. differentem.

Ex quo superbo fræna summisit Deo
Preciosus orbis, ferreisque mentibus
Violentus hæres Iupiter leges dedit;
Fugere diui : versaque in sedes suas
Postrema sacros extulit Themis gradus,
Pertæsa nostri, cumque mortali grege
Diuisa magni regna fixerunt Dei.
Orbemque nostrum fastus & periuria,
Legumque nullis impedita vinculis
Fraus occupauit : dum suum tandem scelus
Sceleris secuta est peruicax licentia.
Hæc meta rerum, cum per exemplum suum
Nefas cucurrit, criminumque copia
Patrocinari crimen occœpit sibi.
„Origo legum iusta mortali fuit
„Iniustus error : & modum primum sui
„Vis ipsa fecit, impotensq; iniuria.
Tandem suborta sancta maiestas virûm,
Veri tenax Lycurgus ; & durus Solon,
Et continentis pectus hirsutum Numæ,
Fato superbis additum Quiritibus,
Clausere muros mœnibus, pœnis viros.
Horum nepotes certa per vestigia
In alta niti, latiusque publicos
Virtutis almæ prorogare limites,
Imaginemque quærere in terris poli
Maioris. At tu regna tandem, turbidis
Septentrionis impetita fratribus,

Malignus

Malignus vsque quæ flagellat Iupiter,
Scythas rebelles, & pharetratum Getam,
Cui tecta plaustrum, cui vagabundæ domus,
Respublicæque, mobiles currus erant,
Præbere victus legibus coges manus.
Anacharsi salue: noster ô binonimis
Potator Istri, patrium, siquid tuor,
Ardente mentis igne perrumpes gelu.

In Feuda Batauica Corn. Neostadij.

Gens contumaces magnæ Nerei victrix,
Spumantis vndæ quæ volas per anfractus
Obmurmurantem fluctibus secans pontum,
Audax Batauæ, patriæ sacras leges,
Et iura præscribenda gentibus victis,
Feudique prisca scita, quæ Neostadi
Mens alta magno dictat è tribunali
Agnosce victor: sancta namque maiestas
Auctoritasque temporis vagi cursum
Horum sequetur, atque mensium lapsa,
Et in sceunte circulo leui annorum
Id impetrabit, quod negauit hoc æuum.

In obitum Francisci Iunij.

„Amissa poscunt lachrimas: præsentium
„Secura rerum turba mortales sumus,
„Ingrata viuis, æstimatrix funerum.
„Hinc cum supremus instat exactor Deus,
„Forésque pulsat, euocatque, condimus
„Anile mœstis carmen eiulatibus.
„Hic ordo vitæ est qualibet sic sors perit,
„Placetque sero, quicquid ereptum nocet.
Viator asta: splendor ille Celticæ
Gentis decusque, veritatis arbiter,
Denatus illo conditur sub marmore.

Illum Batauus nominis tanti memor
Fidele pignus ſeruat, atque orbem docet
Fouere viuos, lachrimare conditos.
Nunc morte maior neſciuſque bis mori
Cognata cernit ſidera & mundum nouum
Mundum citatis igneum flammæ notis:
Qua nec Bataua puppis Indorum ſali
Superba victrix, hoſpes aut vagus poli
Ales ſecundo permeauit remige.
Nos triſte munus, lachrimæq; perpetes,
Fraterq; nigræ mortis exercet dolor,
Donec vocamur, parque nos iubet dies
Fatale magno reddere expenſum Deo.
Gemas Viator: lachrimas vrbs te rogat:
Gemas Viator causa nos duplex premit:
Leidæ ſepulchrum, Iunij baſtum vides.

Iano Forcade cum diſceſſuri diſputationem ſuam Scaligero inſcriberet.

,,Quicquid ſuaue quicquid optatum diu
,,Vis cœca ſortis vel potens fati Deus,
,,Et fabuloſæ Parca vis licentiæ
,,Vſquam caducis annuit mortalibus,
,,Audax tyrannus ſponte decerpit dies,
,,Finiſque rebus ſemper it noſtris comes,
,,Nec inter ipſas cura mutatur vices.
Nunc illa nobis iam lux fuit, fuit
Lux illa nobis, qua ſuauis ocij
Beatiores iunximus læti dies.
Illhic lepori & innocentibus iocis
Bacchoque quicquid pace Muſarum poteſt
Seueriores læta decurrit vias,
Curaſque tingit: nec Camœnarum chorus
Patris Thyonei dulce faſtidit merum,

Sed

Sed temperatum. ſed verecundum tamen;
Menteſque ſacris innatant humoribus
Vt rore tellus, vere cum primum nouo
Humus ſerenos imbribus laxat ſinus.
At nunc eundem eſt: Heinſioque ſurripis
Quod des parenti patriæque ſed tamen
Prius Batauis reddis hoc ipſum tuis,
Tibi quod illi; Iulijque maximo
Nato Mineruæ ſoluis & terræ ſimul.
Abi beatus: vindicaſti te tibi:
Debere nullis iam potes mortalibus.

Paulo Helfricho Iuris candidato.

„Scientiarum cœca per diuortia
„Ætatis orbem. deuiaſque ſemitas
„Natura furtim ducit & pellex ubi
„Veram ſciendi ſponte præcludit viam.
Hos namque. rerum quos & indolis trahit
Sublimis ardor. pectoriſque vis agit,
Et veritatis ipſa mens pulſat fores,
Vocabulorum vana per deliria,
Vmbraſque rerum, caſſaque oblectamina
Naſcentis æui ſæpe tranſuerſos agit.
Sic vita ludit tota. & infantes ſumus
Simul ſeneſque ſic leues pergunt dies,
Cunaſque ſemper litterarum voluimus.
Et inchoando tempus ætatis perit.
Te ciuitatum cura. te proles Iouis
Helfriche noſter. Cæſarumque municeps,
Errore cœco mentis. & ſuperfluæ
Emancipatum luſibus ſcientiæ,
Regina vitæ, magna purpuræ parens
Aſtræa ſacro deſtinauit ocio,
Et vix iuuentæ comporem primæ, tamen
Altis virorum ſegregauit auſibus.

Hic fixus hæres, hic vagam sistis ratem,
Et summa vitæ pars rudimentum tibi est.

In Logicas assertiones Io. Polyandri.

Regina mentis, sacra veri regula,
Sublimioris semen antiquum Dei
Ratio magistra, tot tenebrarum lue,
Nec expiandis occidens erroribus,
Iam pene conclamata, iam solo fuit
Depressa, cœcis vanitatum somnijs.
,,Sopor diurnus, somniumque pertinax
,,Hæc vita tota est, ludicraque imagine
,,Fucoque inanes detinet blando viros:
,,Ixionisque turba mortales sumus,
,,Opinioni nata, quæ dum viuimus
,,Blandis in vlnis dormientes detinet,
,,Cunasque versat fabulisque inanibus
,,Excludit alma veritatis munia.
,,Sic vita cedit tota, sic eunt dies,
,,Peritque semper quicquid elapsum fuit.
Tu fluctuantis, tu laborantis deæ
Signum sepultis extulisti mentibus
Ex arce veri. Tu volucris in modum,
Cristata lucem voce quæ refert nouam,
Altum soporem tollis, & reddis diem.
Nunc anteacta noctis illa somnia
Ridemus omnes, luce perfusi tua.
Metusque vanos, & caduca gaudia,
Quæcunque vitæ longus induxit sopor,
,,Vagamur omnes, deuijsque motibus
,,Caligo mentes cœca mortales agit,
,,Opisque egenas, auxilique nescias,
,,Et ciuitates exules nostræ sumus.
Tu tecta redde, coge dispersum genus
Polyandre noster, præstites serua deos,

Condas-

Condaſque ſacra veritatis mœnia.
Troiæque priſcos redde ſubuerſæ lares.

In obitum Euerardi Pollionis.

Adſta viator paululumque, ſi lubet,
Demitte vultum: mater hoc tellus rogat
Memorque ſortis lachrimam fundas tuæ.
Huc imus omnes inchoare ſpes vagas
Nimiſque longas Pollio raptus vetat
Sibi ſuiſque: prole qui dulci carens,
Nondumque caſti vincula expertus thori,
Viduam reliquit patriam, atque orbas nurus:
Quas à cruenta iudicis ſententia,
Iuris Sacerdos, maximique Cæſaris
Oraculorum gnarus, & legum ſciens,
Patrocinante vindicauit regula.
At mox iuuentæ victor ante annos ſenex,
Ingentis aulæ ſacra per ſubſellia,
Euectus, annos mente prægreſſus ſuos,
Nondum maritus, patriæ pater fuit.
Togæque culmen conſilique: dum ſimul
Summumque honorem clauſit, & vitæ diem.
Hic vota ceſſant, quælibet ſpes huc redit.
Namque illud omne quicquid orbis dicitur,
Globus puſillus circuluſque eſt quem Dies
Anuſque verſat Sors & incertæ vices
Agunt perenni mobilem vertigine,
Rotæque adinſtar voluit hinc ſpes, hinc metus,
Et inſolentis gaudii comes dolor
Donec ſupremi terminus compendij
Neceſſitatis durus extreme pater
Scenam miſelli complicat delirii,
Deoque mentem reddit, & terram ſibi.

ARNOL-

Digitized by Google

ARNOLDI HELII MIDDELBVRGENSIS.

De Nicolao Reusnero. Comiti Palatino creato.

DVm purpuratos tot, sua queis diu
Delêrat ætas nomina, Cæsares,
Dum tot silentibus sepultos
Eruis è tenebris Monarchus,
Reusnere, lucique asseris erutos:
Dum docta lustras symbola carmine.
Quod prisca, quod venturaque olim
Inuideant videantque secla:
Dum recta legum consilia excutis:
Promisque in hostem Thraca volumina:
Dum publicæ tranquillitati
Quæ nimis, & nimis heû labascit:
Casumque (vortat quod Deus,) vltimum
Late minatur, porgis opem, & catus
Fulcis, quibus potes, ruinam
Viribus ingenioque firmans:
Dum literatos tot Proceres rogô
Vorace raptos restituis, palam
Das ora, das ipsos tueri
Cum genio ingenioque vultus:
Dum lecta passim Emblemata, dum pari
Contexta nisu dia Poëmata
Producis in lucem, sequaces
Se quibus afficiant nepotes:
Perfusa dulci dum tua nectare
Oracla fasces, & populum tenent:
Dum rura, dum fluenta, tractusque,

Et

Et Latiæ monumenta terræ
Pulchre venusto detegis ordine:
Rerumque, mundique, & Dominam, & caput
Vrbemque Quirini: dum Senatus
Atque Duces Venetûm: tuæque
Cum Gallicanis mœnia patriæ
Spectanda prodis: nec patere obrutæ
Fœdo situ fœde iacentes
Hellados interiisse muros:
Rudolphus, ipsum qui Pius, & Potens,
Gubernat orbem te tuaque approbat,
Stupetque, decernitque tantis
Promeritos meritis honores.
Hinc te Palatini in Comitis gradum
Benignus ascit gratulor, hoc tibi
Reusnere gratulantur omnes
Pierij, tua cura, Vates,
Musæque ouantes. Macte age, quâ soles,
Virtute, fructus ingenii exere
Nouos: nouo remuneretur
Quos iterum Deus hic fauore.
Quantumque crescet cum studio labor:
Tantum labori crescet honos Comes:
Hinc sera te loquetur ætas
Phœbi in vtraque domo cluentem.

Eidem Parodia, Ad Barbitum.

Quis iam carminibus sit modus? aut virum
Quis tantum sileat Dic, age, Slesium
Vatem, Barbite, cûi dicere Delius
Diuos atque homines dedit.
Ergo Nicoleo iam titulu recens
Cessit: cui Charis & Pieridum pater
Latonâ gen tus, nataque vertice
Quando illum similem dabunt?

Ratis

Raris ille quidem nobilis artibus,
Nulla nobilior, quam melicâ, fuit.
Sed frustra canis Heus Barbite, seculi
Phœnicem, superis parem.
Quod si Mæonio nectare dulcius
Dilectum syluis diuideres melos:
Reusneri nihil accedat honoribus,
Queis tristi semel è rogô,
Iam supra inuidiam, fataque surgere
Tot scriptis dederit Fama loquax libris.
Magnum! Sed penitus sunt sapientia
Qualem corrigere est nefas.

Eidem.

Quæ tibi non noti, notissime, lusimus illa
Sunt Reusnere animi pignora certa mei.
Qualia sint, cape, cunque, boniq; ea consule, & æqui,
Si pro conatu consequar hoc, satis est.
Deinde, tuos qui iam dudum, vir magne labores
Miror, & ardenti pectore depereo:
Assere me, obtestor tua te per scripta tuorum
In numerum atque hac me, si pote, parte bea.
Tunc mihi nascentur tentandi quælibet ausus:
Gliscet & in fibris entheus ille furor.
Fallimur: haud certe. Iam me nouus excitat ardor,
Quem Reusnere tibi, & me quoque deuoueo.

DANIELIS HEREMITÆ ANTVERPIANI

In Inscriptiones Iani Gruteri.

PHœbus diei rector, & noctis parens,
Alterna lucis diuidens mundi globo,

Metat

Metat citato terminos cœli gradu;
Lucemque nocti mutuâ ponit vice;
Vicemque secum ludit humanum, trahens
Vna subortum quicquid hic rerum sator
Dies sub auras ducit, aque ortu simul
Vehens in atrum noctis æternæ chaos.
Hoc circinato cuncta voluit ambitu,
Vnaque sese versat; at constans sibi
Discedit idem semper, atque idem redit.
At hic caducûm degener mortalium
Molitus ægris quicquid in terris manus,
Circa fugaces Temporis rotas ruit:
Iactatur orbem circum, & in malum suum
Luctatur, & se pascit infœlix malo;
Et vsque ducit vt modo tædens sui
Sese nocendo perdat, & se vindicet.
Si forte grata ducat hæc Tempus morâ,
Moram superbo duplicat ludibrio.
Sensere motus Imperi fasces vagos,
Solesque Mundi, principumque munia,
Late Tyrannûm queis prius Graiûm manus
Tractare frena mobilis Regni dedit:
Vltro potentis vnius manum timens
Quo sola cunctos viribus subdat suis:
Cunctosque tandem quæ timere iusserat,
A se timeri iussa nec sese tulit;
In seque lapsa, fassa & impotentiam
Lusumque fati. Postmodum tulit ferox
Fasces Quirinus, in suum felix malum:
Mundique circum terminos finem ambiens,
Inuenit in se: cæteros vicit manu:
A seque victus, séque submisit sibi.
Nec ipse fugit Temporis ludibrium,
Æui procellas sensit, & fluctus vagos,
Orbesque rerum, terminosque mobiles;

Et

Et mole victus ipse subsedit suâ.
Tyranne Tempus, tuque quæ bonis ferox
Fortuna damno ludis & gaudes tuo,
Semperne ludes? semper obtutu tuo
Timebit alto quisquis in gradu sedet?
Per te sepulta est Græcia; & busto carens
Infensa cineri tymbon infœlix gemit
Iacetque per te Roma: nec Romam tibi
Tantum petisti; vindices famæ necas;
Vitæque testes; cladibusque pasceris
Auara rerum: decoquisque quicquid est
Vastas per orbis dissitum compagines:
Nec morte tantum, casibusque ciuium
Satiata & Vrbis; at Cadauer inuida
Tumulumque tangis, & columnarum globos,
Cipposque longi funeris tristes notas;
Queis se futuri prouida ad secli metum
Muniuit ipsa; conscia & fati sui,
Et imminentis augur ipsa funeris:
Mortem videndo posse se negans mori.
Auara parce parce: ne desit tibi
Lugere qui te possit. & damnum tuum.
Romam precamur; quæ suos casus timens
Iactura Famæ ne quoque augeret suæ,
Tumulum sacrauit. & sacrum Saxo locum
Muniuit Ære vinxit & Ferro ambiit:
Hæc sola Fati fouerat solamina;
Famam vt futuris prorogaret Seculis.
In ista Tempus iuit in Tyrannidem
Nunquam quietum. vt nec quidem parcat sibi.
Tandem misertus Smetius quassæ manus
Porrexit vrbi: dumque spem vitæ facit,
Vindex Latinæ Lipsius suadę subit;
Quiduis paratus ferre dum suam sibi
Romam tuentem redderet. Sic hi simul

Moras

Digitized by Google

Moras fugaci compedes æuo parant:
Fessique quærunt, qui mali tanti potens
Fortes cruenti diluat fati minas.
Inuentus Atlas, pondus hoc victor suis
Qui ferret humeris, Liberum Romæ diem
Seruaret, ipsis dum fauet nepotibus,
Ludens superbi Temporis tyrannidem.
Subuenit alto sydus emissum polo
Iuli propago, temporisque pristini
Vindex, suique: Magnus Alcides: cui
Non Hydra centum pullulans ceruicibus,
Non fabulosus adstruit nomen Leo:
Sed monstra centum, quæ vorax rerum Dies
Cadmi misellis Filiabus illinit.
Gaude Quirine, prodit alter Iulius
Magni tonantis natus, & partus Deûm;
Maior futurus Iulio, maior tuo,
Late patentes qui tibi orbis terminos
Emensus vni est te sed hic tandem tibi
Reddetque & illum qui tibi mundum tulit.
Sperato vitam, vita dum manet tua
Qui regna rursus iuraque extendit ducem.
Plausum Quirites, & parate Ciuicam
Victor triumphat Scaliger: Linguis Io
Fauete cuncti. Quid moramur aureos
Huic curules: ambiat Laurus caput;
Currumque lambat victa temporum cohors:
At tu superbe victor, alto despice
Circumfluentes gaudio Quiritium
Turbas tuorum, despice angustas manus
Tibi minantes: excipe has preces precor:
Laudesque victor, quas tibi paruo fluens
Hæc musa nostra destinauit vbere.
Et tu Grutere, sic tibi sacris caput
Circum [illegible] cingant Deæ,

Illæ perennis præsides Pindi Deæ.
Attolle cœlo verticem, & famam tibi
Specta manentem tot per annorum dies.
Sic perge victor. Siquid vspiam latet
Te te vocabit; tendet ad te supplices
Manus Quiritum quisquis auxilij indigens
Iacet sepultus, & sibi funus facit.
Cessas Grutere? vita tot virûm tibi
Vitam parabit. quam nec annorum metus,
Non iura fati, aut Cœlitum vanus timor,
Non ipse vasti diluat Nerei pater:
Quam Fama victrix temporum. Deûm ordini
Adscribet inter Syderum augustas domos.
Breuesque vitæ terminosque lubricos
Nomen perenni luce pensabit tuum.

IACOBI HERLOMII.

Pacis sepultæ dialogus. Inter locutores Pax & Rusticus.

R. Quis iacet hic? P. titulũ lege. R. nescio. P. nũ tibi nota
Litera. R. non. P. quis tu? R. rusticus. P. ergo rudis. (est
R. Ede tuũ nomen. P. Sum Pax. R. Pax illa Tonantis
Filia? P. Rem capis. R. hic quæ tibi iuncta? P. Fides.
R. Hęccine cana fides? P. etiam. R. quis clausit in isto
Vos tumulo? P. Regum nobiumque furor.
R. Cõmeruistis enim. P. nouit Deus. R. orbis ademptas
Vos gemit. P. & merito. R. me mage nemo. P. pie.
R. Quidni? ruris eras Deus. P. adde quid. R. vrbis alũna.
Si placet adde. P. Parens farris & æris eram.
R. Per te Crœsus erã. P. fateor. R. regnum omne beatũ.
P. Verum. R. Florebat quidquid vbique fuit.

P: Quid

P. Quid iã? R. marcescit. P. coliturne Deus? R. Deus orbe
Exulat. P. humanum quis regit ergo genus?
R. Mars, Dolus, Impietas. P. vbi Mars? R. per rura vaga-
Gallorum. P. quid agit? R. cinctus Erynne furit. (tur
Innocuis parcit? sæuus lupus vt solet agnis.
P. Abstinet à templis? R. non minus atque casis.
P. Claustra intacta sinit? R. minime: spoliata perurit.
P. Quid virgo? erepta virginitate gemit.
P. Quid monachus? R. posita Martis colit arma cuculla
P. Quis placat Superos? R. nemo. P. quis orat? R. inops.
P. Ecquid? opẽ. P. quis opẽ fert? R. nemo. P. videsne ma-
Finẽ? R. nũ video P, proh scelus! R. vnde salus? (lorum
P. Vnde nisi à Superis? R. Superi indignantur. P. at olim
Res bene erit. R. spero. P. spes miseros ter alit.
R. tune reuiuisces? P. etiam. R. quo tempore? P. non est
Certum. R. coniecta. P. dum grauis ira cadet.
R. Quorũ? P. Cæsaris & Regis. R. qãndo hoc? P. De' vnus
Nouit. R. vtor maior? P. Cæsar in orbe caput.
R. Quin igitur cedit Rex illi? P. turpe putatur
Cedere. R. Maiori cedere quemque Decet.

ANDREÆ HOII
BRVGENSIS.

Ad Franciscum Moschum.

TRilustris ætas Marte teritur ciuico,
Suisque discors Belga viribus ruit.
Armatur in nos Gallia & Britania:
Armatur in nos Teuto, Iberque, & Italus.
Belgii superbas occupabit barbarus
Vrbeis, & agros: Atrebatiæ vnicum
Oraculum vrbis, fare quid, Mosche, expedit?

Digitized by Google

Vasti beatas quærere Oceani insulas,
Secreta sanctis arua quondam gentibus,
In æs vt abiit temporis sæclum aurei?
Iucunda amœno vita prato ducitur.
Quod gemmeo bene-olentium distinguitur
Colore florum; veris æternum decus.
Nitet vsque cœlum, frondet arbos: herbula
Pubescit: vber vndique arridet satum.
Assidua mollis aura Zephyri sibilat:
Quæ cum virenteis lene ventilat comas,
Placido propinquas mulcet aureis murmure.
Accedit auium examen immortalium,
Liquido vsque & vsque funditant quæ gutture
Quæstus canoros, quæ voluptas sensibus
Blanditur imis. Riuulis perennibus
Intersecantur prata; quorum argentea
Adlisa scrupis linfa discoloribus,
Fractaque, susurros efficit dulcissimos.
Qua flosculorum ambròsio odore halantium;
Qua sibilo illudentis arborum comis
Viridantibus, Fauonij, qua cantibus
Quærulis volucrum; qua leui strepentium
Ad læuem aceruum riuulorum murmure,
Mentes beatæ gentis hilarescunt piæ.
Ad Orphei lyram lyramue Amphionis
Choreas agunt, psallunt corollas conserunt.
Fusi per herbam, silua qua densis humum
Opacat vmbris laurea atque myrtea,
Sermone longos blandulo fallunt dies.
Inarata opumque vltro suarum prodiga,
Bis ter quotannis vberi fundit sinu
Genus omne facilem terra frugum copiam.

In præludia Iusti Richii Poetæ.

Labra caballino tibi largius ebria fonte,
Parnassi sacro somnia monte tua;

Musarum

Musarum & Charitum, & diæ secreta Suadæ
Vsurpata tuis sedulo luminibus,
Federa cum Phœbo, cum Pallade federa. quidquid
Enthea solenni turba furore sonat.
Quæ fontem cum monte sacro, cum Pallade Phœbum,
Cum Charisin Musas, teque Suada, sonant;
Carmina testantur. vernante effusa calore
Carmina. at Autumni diuitioris opus.
Hæc tua quum doctis fuerint Præludia tanti,
Quæ dabit ingenij seria cura tui?

Pugna Naualis ad Cassiteridas Maris Atlantici Insulas, an. 1582.

Hesperiæ Iacobe decus, tutelaque gentis:
Tuque auia, Anna, Dei; pugnam memorate canenti.
Conscia lux, memores vestrî quæ seruat honores.
Iam nunc inuidiæ fax atrocissima pesteis
Excierat geminas, Hispani in regna Monarchæ.
Regis hinc frater summa contendit opum vi
Imperium vetus in Belgis abolere, quod annos
Plus centum tenuêre, heredum iure, propago
Austriadûm. & veteri sub relligione tueri
Dum tendunt, vt iura Deumq; hominumq; requirunt,
Et priscus pietatis honos, & prisca parentum
Gloria; Christigenûm (si Dîs placet) incluta Regum
Progenies, vulgum hæreseôn erroribus actum,
Infidum atque rebelle genus Regique Deoque,
Legitimum sociis in Regem concitat armis:
Et Diuûm antiquos animat contemnere ritus.
Inde Nothus patriis, dum sceptra adfectat auita,
Finibus expulsus, vireis instaurat ab Anglis,
A Francis allisque, quibus fortuna Philippi
Inuidiosa fuit: tot Lusitania regnis
Addita queis doluit, longoque Hispania tractu
Æquore ab Herculeo ad saltus porrecta Pyrenes.

Digitized by Google

Ille Itaque exclusus terra, iam cogitat omne
Imperium maris: & iam iam interuertere tentat
Indorum aduectas vtroq; ab littore merceis
Et nunc maturis incumbens Sirius agris
Æstifero augebat Nemeæum ardore Leonem;
Impia cum classem Michaëlidis adpulit oris
Prædonum manus, & proras aduertit ad vrbem.
Sunt in conspectu Nerij, quas vulgus Acoras,
Cassitira antiquo Grai cognomine dicunt:
Quæ paruæ immenso stant insulæ Atlanteo,
Stanni & inexhaustis plumbi generosa metallis
Littora, iam tum Flandrigenis habitata colonis,
Cum stabilem Emporii sedem Leuaca teneret
Brugia; & extremo conquireret vndique merceis
Æquore, Quas inter Cathedra Michaëlis, & arce
Præstat, & exiguæ non firmis mœnibus vrbis.
At Michaël, qui non his tantum præsidet aruis,
Sed semper vindex fortissimus excubat omni,
Christiadûm pro gente, loco; male-fausta retundit
Cæpta ascendentum. Vacuam cultoribus vrbem
Diripiunt. at nec promissa ferocibus arcem
Mista minis, falso nec adultera epistola signo,
Nec tormenta mouent, murorum extrema ruentum
Pernicies. Durate Viri, fidissima Regi
Pectora: Rex nullo vos in discrimine linquet:
Subsidium lux sexta, ratesque bis sistet in oris.
Quique sibi rerum Domini, rerumque potiti
Esse videbantur; magna cum strage recedent.
Ecce: Crucis sanctæ, felicibus inclutus armis,
Marchio, quem victæ Turcarum pristina classis
Æquore in Ionio sublimem gloria tollit,
Vrbis Vlyssæ portus, amnemque reliquit
Auriferum: & iuuenum terdenis lecta carinis
Aduehitur legio. plenis iam turbida velis
In maria ingressi, vento luctantur & vndis.

Præ-

Præcipitem, celera fortiſſime Marchio, curſum.
Ne bis tricenis tumidus te puppibus hoſtis
Terreat, aut Francæ turbent ſex millia pubis.
Accelera: Crux ſancta feros Crucis opprimet hoſteis.
Eia age, nunc aptate animos, pugnæque parate:
Inſtruite aduerſas acies: committite naueis.
Hoſtis adeſt: dent æra ſonos; dent tympana pulſus:
Flammea ſulfureos iaculetur machina bombos.
Vtraque ferratis prætoria cominus vncis
Stat conſtricta: manus iam conſerit: ænea glandeis
Nauifragas tormenta vomunt. Impellite remos:
Spargite liuentis crepitantia fulgura plumbi:
Saxa citis iactate & tela volatica dextris.
Nunc vltro citroque tibi, per tranſtra, per omneis
Currendum generoſe foros tibi Marchio. Vade,
Suggere iam feſſis animos, vireiſque recenteis:
Porro iube infractis iugulos incidere Francis;
Et iactus lapidum, & tonitru ingeminare fragores.
Suſtollunt digitos laceri, & pauitantia vertunt
Hoſtes terga fugæ. Quinquhoria pugna ferocem
Prædonum infregit rabiem; celebremque triumphum
Hiſpano peperit. Nothus ipſe in limine primo
Deficiens, trepiduſque repentè refugerat, ante
Signa tubæ, & cœptæ ſub prima pericula pugnæ.
Fragmina remorum video & fluitantia tranſtra,
Arma virûm, tabulaſque, & corpora trunca per vndas.
Has naueis ſolui, patuliſque fatiſcere rimis:
Has rabido vaſti ſubſidêre gurgite ponti:
Has rectore ſuo vacuas & milite ferri.
Eia age: relliquias prædonum abſumite ferro:
Naues, quod ſupereſt, infeſta exurite flamma.
Ecce quater-centum prætoria ſparſa virorum
Cædibus & multo Francorum ſanguine ſpumat.
Altera bis-centum præfecta cadauera voluit:
Tertia, iam laxa laterum compage, trecentos

Perdidit, & mediis immersos fluctibus hausit.
Quinetiam, socii extorti, nauesque receptæ,
Quas ante erranteis vagus interceperat hostis.
O male-consulti Franci quibus vnica cura est
Christicolam indignis miscere tumultibus orbem:
En Nemesim, & meritis dignissima præmia vestris.
Tu Nothus ignotum, Antoni, miserabilis æuum
Semper ages exsul, terris inuisus & vndis.
Te, classis præfecte, cui glans plumbea vulnus
Letale inflixit, patris meminisse decebat,
Te meminisse decebat aui, te patrui, & omnis
Stroza domus. Pater ad sublimia Diuoduri
Mœnia: Scarlini cecidit confossus ad arcem
Patruus. Etrusco trepidas sibi carcere fauceis
Infelix elisit auus. fatalia vestræ
Agnoscisne euenta domus? Requiescere viui
Qui nunquam potuere; dedit mors vna quietem.
Magnanimi iusto te, Brisace, facta parentis,
Marte æquare fuit melius. nunc forte sub imo
Gurgite, fluctiuagæ iactaris Pristidis aluo.
Et vos innumeri, vel claro sanguine nati,
Vel fama insignes belli, Quo spiritus acer?
Quò tristes abiêre minæ? Piratica vestro
Et generi, & factis, maculæ immortalis inussit
Dedecus: & turpeis pendetis sanguine pœnas.
Supplicii ratio non vsos arguet armis.
Legitimis; sed communis teterrima pacis
Exitia, & diris prædonibus arguet æquos.
Nobilitas generosa vltrici colla securi
Præbeat: & colla in laqueos det vilia vulgus.
At vos, felices animæ, quo carmine dicam?
Quæ celebrem vestro peperistis sanguine palmam:
Et dirum patriis detrudere finibus hostem.
Conati, caussamq; pii defendere Regis,
Per pulcra insignem subiistis vulnera mortem.

Facta

Facta canent ſeri tam commemoranda Nepotes:
Et Deus, vt ſpes eſt, vobis iam digna rependit
Præmia, cœleſtis decus immortale coronæ.

LIBERTI HOVTHEMI LEODII.

Anacephalæoſis præceptorum vitæ moralium.

GErendus eſt æquiſſimus mos legibus.
Vacare ſomno longiori noxium eſt.
Luci dabunt exordium preces piæ.
In literis vitæ terenda eſt portio.
Eſt in parentes Diis amor gratiſſimus.
Ludi magiſtros æquitas iubet coli.
Mores oportet literis coniungere.
Ornant iuuentam ſancta contubernia:
Contrà iuuentam ſocietas perdit mala.
Oportet ipſum veſperi te iudices.
Eſt deprecanda culpa ſi quam admiſeris.
Linquenda vitæ palma non eſt Ethnicis.
Muſas perenni iunxeris tibi fide,
Omnique dignus gloria cenſeberis.
Nihil ſupremo gratius te Numini,
Tibi tota vita ſi his agatur legibus.

Digitized by Google

INDEX

IN POETARVM

Belgicorum Tomum secundum.

A.

Actæonis statua 165 m
Adeodati Sebæ manes 834 m
Africa 789 f
Aggratulatio pro Caroli v. ex Hispaniis per Britanniam in patriam reditu 512 f
Agrippina Neronis mater 573 m
Alcon & Lycidas 650 f
Allusio ad Principis insignia, quibus medio in scuto transuersa nubes colore purpureo 598 m
Alexander Magnus ad Achillis sepulchrum 578 f
Amantum miseria splendida 779 p
Amantium sors 708 m
Amicitia 719 f
Amor proximi 234 f
Amor captus 726 f
Amor inermis 804 m
Amor ligatus cruce Isabellæ 286 p
Amor incredulus 857 m
Amor 285 m
Amor & mors duo tela gerunt 418 m
Amor Dei 232 f
Anacephalæosis præceptorum vitæ moralium 1145 p
Anna 586 m
Annæ Scotorum Reginæ coronatio 28 p
Annæ auiæ Iesu Christi laus 220 f
Animū ex anima qui trahit,

hit, ille sapit 424 f
Annus quo obiit Iacobus Curtius I.C. 471 f
Annus & tempus 1124 p
Apophthegma Grateris Thebani 589 p
Arx vulgò dicta Hammensis 267 m
Auaritia 233 m

B.

BAptismus 234 f
Basia 141 p
Batauorum lusus in glacie 201 p
Bellum 444 f

C.

CAlam' loquitur 284 m
Calliope 493 m
Canis Lonteii 352 f
Carmina 152 f 156 p m f 149 p f 148 m 141 p 144 m f 143 m 159 m 147 m f 150 f 155 f 154 p m f 151 f 205 m f 208 m 204 m f 212 m f 209 m f 213 m f 210 m 211 m f 208 m 206 p m f
Carolus & Hòspes 650 p
Caroli Vtenhouii obitus 815 f
Casa pueri Iesu 223 m
Christiani hominis institutum, ad Galat. v. 229 f
Christi resurrectio 446 m
Christophori Thuani præsidis 737 m
Clio 493 m
Comparatio Poetæ & Cygni 201 f
Concordia 440 f
Confessio assidua 235
Confirmatio 234 f
Conradi Rittershusii manes 875 f
Consecratio mensæ 881 p
Consessus magnifici descriptio 29 m
Cornelius Scipio Africanus 201 m
Coronatio Annæ Reginæ Scotorum 28 p
Gor mutatum in effigiem Amatæ 828 m
Grateris Theobani apophthegma 589 p
Credo 229 f
Cupidinis responsio 345 m
Cupidinis cœcitas 732 m

D.

DAuidis Chytræi manes 794 m
Deitate nihil melius 432 p
Descriptio pacis inter Carolum Quintũ & Franciscum primum Galliarum Regem 471 f
Descriptio tẽpestatis, cum sponsa in Scotiam tenderet 14 f
Dialogus pacis sepultæ 1128 m

Dili-

Digitized by Google

Diligentia 441 f
Disce aliquid: doctrina seni solamen egeno 435 f
Discrimen sapiētis & stulti 576 f
Domini est salus 730 f
Dominici Baudii manes 879 m
Douza F. 189 f 192 p 188 f
Douza F. 191 p 190 m
Douza 413 p m
Duellum flammæ & aquæ 867 m

E.

Ecloga Narcissus, siue de Deorum amoribus 650 f
Ecloga Myrtilus 653 m
Edictum Caroli V. Imp. in castris ne meretrix plus quatuor numulis (marauedises Hispani vocant) exigeret 578 p
Effigies Petri Ianini 862 f
Effigies Henr. Smetii 856 f
Effigies Michaëlis Hospitalis 782 m
Effigies Iacobi Segurii Pardiliani 785 f
Effigies reginę Elisæ 696 m
Effigies Mauritii Nassouii 875 m
Effigies Caroli Vtenhouii 697 f
Elegia 97 m 112 p 105 f 109 m ad Ianum Vtenhouium, sponsum 121 f ad Ianum Lernutium 128 m 113 m 114 m 115 m ad Lipsium 127 m ad Victorem Giselinū 123 m 119 m 102 m ad Georg. Ratallerum 106 f 103 m 99 m 132 p 136 m 137 m 140 m 130 139 p m 138 m 135 f in obitum Neæræ 408 m in chartā cosmographicam Io. Guicciardini in carcere factam 412 m in elegiam Molsæ ante obitum 412 f in cladem Romæ ex Italico 411 f conqueritur de amore 410 p in calamitatem temporis 446 f 542 f 539 p 538 p 535 m 545 m 552 m in nuptias secundas Gasparis Coruini Schætti 561 m 568 m de pontificatu Clementis VII. 574 p in Ruffum Grammaticum 574 p in Anniam 574 m in Æmylianū 574 m in annum natalem Tibulli & Ouidii 574 f de Iouiano Pōtano 571 p de Hierony. Vida Cremonense 571 m in Cinnam Medicū 571 m ad Barbaram Hacham

Musicæ

Musicæ peritissimū 571 f ad quendam Gallum Iani secundi laudatorem 559 f 546 m 515 p ad vxorem quum in Hispaniis ægrotaret 550 m ad Car. V. Imp 558 f 547 f ad Didericum Douzā in prælium abeūtem 912 m ad Nic. Heinsium è Gallia reducem 897 m ad Petr. Hondium 900 p 909 p 901 f 928 f ad Iacob. Vischerum 920 m ad inuidum pro dominæ statura 916 m Libri conclusio 929 f de Musis 910 m ad Ianum Douzam 926 f ad Bohemum de patria celeberrima 918 p ad Iouē 914 f ad Ioan. Foresium 922 m de phallis, littoris Batauici 935 f 932 f ad Gasp. Vosbergium 960 m ad Ioseph. Scaligerum 948 m de obitu I. Douzæ 952 m 956 f ad Michaelem Mandevvyliū, medicum 942 m in amica; quæ senem riualem preferebat 934 f 930 m ad Reinerum Bontiū medicum 9?8 f ad Gerardū Tuningiū 947 m de quadam 75? m ad Hadrianū Manmackerū 954 m in amicam quæ falso alteri nupsisse nūtiabatur 965 m ad Daniel. Lindanum 981 m in Cupidinē Bruxellę, qui è fonte aquam iaculatur 984 m in fontem non procul Gerardemonto 990 m ad Io. Reigersbergiū 986 p ad Rutgersiū, Poëtas primos sapientiæ authores esse 974 f ad Petr. Cunęum Nonni Bachica editurum 965 f ad riualem 966 m ad Franc. Svvertium 971 m ad Appollonium Scottū 962 m 995 m ad Ieremiam Piersseneū 1003 f 994 m in nuptias Io. Borelii 999 m Iosepho Scaligero viro supra laudē 1022 m 1011 f 1014 f in defectum Lunæ, qui supremam Scaligeri noctem præcessit 1013 m 1012 m Iosepho Scaligero linguarū propè omnium perito, temporis emendatori, antiquæ Astrologiæ illustratori 1021 f 993 m in obitum Iustæ Vrientiæ 1001 m ad Musas Lugdunenses 1090 f ad Geniū Ideę

Lipsianę 1037 p in Thraseam 1037 m Iano Douzæ Venerum, & Cupidinum sacerdoti 1048 m Stephano, Francisco & Diderico Douzis 1032 m ad Manes 1032 f ad Isaacum Casaubonum 1035 m ad Academiæ Lugdunensis membra 1037 m de postremo Lipsii scripto 1034 m ad Iosephum Scaligerum, de Epicedio in Iustum Lipsium 1034 f in nuptias Hugonis Grotii 1054 m ad Sidera 1043 m Iano Douzæ libertatis vindici 1046 m ad Solem 1042 f Iano Douzæ victori 1047 m Iano Douzæ viro beatissimo votum pro felicitate ad manes eiusdem 1047 f in nuptias Ioannis Miliandri 1059 p ad Musas Corn. Rekenarii, apud quas D. H. Theocritum inchoauit & absoluit 1088 m in obitū Galliæ Postumii Sicambri vxoris 1088 f ad D. Baudium in obitum vxoris 1081 m in nuptias Hadr. Manmakeri 1064 m in nuptias Othonis Heumil Ioan. F. 1068 m ad Paul. Buzanualium pro Theocrito suo 1087 f

Emblema 23 f

Encomium Selestadii 279 m

Epicedium I. Lipsii 1030 p

Epicedium in acerbum funus Iani Douzæ filii patrem 306 f

Epigrammata in Artemidorum 45 m ad Ianum Vtenhouium 45 m de vxore & agro Arati 45 m in Bassam edentulam 45 f in Labeonem aleatorem 41 f de Neæra ad Flaccum 48 m ad Porciam 48 m ad Rodericum Falconium, Romanum 48 f ad Germanum Valentem Pimpontium 44 f ad Iacobum Douzam, cognatum, 52 m ad Guilielmum Altarium 52 m in Chlorin 61 p ad Hadr. Iunium, Medicum 61 m ad lectorem 61 f in Heliodorum 64 p ad Guilielmum Altarium 64 m in puellam 64 f de Flacco, ad Candidum 64 f in Cinnam 49 p

41 p ad Guilielmum Altarium Poetam 49 p in Burenum 49 f in Marianum 49 f in Calliodorum 56 p ad Porciam 56 m de Thaide 56 m in Ponticum de Sexto 56 m in Sabellum 56 f ad Lucium Frugi Pontanum 57 p de Laura 57 m ad Vernerum Dousam patruum 57 m de Hermete, ad Ponticum 57 f
ad Danielem Rogerium 57 f de Flacco 60 p
in ærearum notarum inuentionem 60 m
in Cinnam 60 m
in Ponticum Versificatorem 60 f ad Varnerum Dousam, patruum 60 f ad Marcum 53 m in Fabullam arrogantem 53 m in Sabellum potorem 53 f
ad Ianum Lernutium Charitæum 47 p ad Porciam 47 m ad Danielem Rogerium 47 m in Burenũ 46 p in Classicum 46 m in Delianam 46 f de Obero 46 f
in poemata Francisci Modii 41 m ad Ianum Lernutium Charitæum 47 p in Porciam 47 m ad Danielem Rogerium 47 m in Burenum 46 p
in Classicum 46 m
in Delianam 46 f
de Obero 46 f
in Gallam 54 p de Sabello potore 54 f in Cinnamum 54 f in Phœbum Delphicum 54 f
de Apro 50 p ad Cotales 50 m de Cinna 50 f
in duas pedissequas 58 m de Laura 58 m
ad Franciscum Monchæum Atrebatem 58 f
de Apro ad Olum 50 p
in Auitum 50 m in Cinnam 50 m de circumforaneo Pharmacopola 50 f ad Theodorum à Zulen, Equitem Auratum 63 m in Aprum 63 m
in Cęcilianum Vetulum 61 f ad Gerardum Falckenburgium 62 p in Æmilianum 62 p ad Hadrianum Iunium Medicum 62 m in Philandrum 62 m ad Porciam 62 f de Flacco 51 m in Cinnam, de Flacco 51 m in Charitillam 51 m in Bure-

num

num 51 f ad Victorem Giselinum 100 f ad Henricum Fredericum Nassauium 160 m in Actæonis statuam 165 m ad Iacobum I. N. Scheckium 169 m in Iani Gruteri speculorum & capillorũ libros 180 m ad Scæuolam Samarthanum V. C. 192 m in Domin. Baudii poëmata 185 f in nuptias Martini Pilii I.C. 181 m ad Tychonem Brahe 186 m ad Ios. Scaligerũ cum ei mitteret sua cœlestia 183 f ad Hent. Ranzouiũ de eius insignib. 167 m ad Iac. Aug. Thuanum 167 f in amores coniugales Petri Prachii 196 p ad Ianum Gruterum de ocellis eius 200 f de lusu Batauorũ in glacie 201 p de Iano secundo Hag. 201 m in comparationẽ Poetæ & Cygni 201 f ad hortum I. Lipsii 197 m in effigiem I. Lipsii 216 m ad Dom. Lampsoniũ 216 f in Florentis Christiani Andromachẽ 217 p in pomariũ horti Ranzouiani 217 m in Adr. Burchii syluam piorum amorũ 217 m in laudem Hieronymæ Columnæ 220 m in laudem Annæ Auiæ Iesu Christi 220 f de casa pueri Iesu 223 m ad Flor. Christianũ cum ei mitteret notas suas in Propertiũ 219 m in Britanniam Camdeni 219 f ad Iac. Lertium 218 p in Gedeonis Botzelarii albo 218 f in effigiem Iulii Cæs. Scaligeri 215 m in effigiem Iosephi Scaligeri 215 f ad Mercurium 198 m ad Christophori Plantini manes 202 p m in eiusdem effigiem ib. f in insignia Pauli Melissi quæ cygnum cum Liliis præferunt 199 f Bonauenturæ Vulcanio cum Agathiã vulgaret 194 m in nuptias Iodoci Memei 195 p sub persona Pueri Iesu præsidentis scholæ Coleticę 228 p m de laude Raphaëlis 240 m de omnis Angelis 241 m in laudem Michaëlis & Angelorum omnium in templo Michaëli sacro 235 f ad Virgines 243 m ad Guilielmum Copum Basiliensem,

sem. de senectutis incõmodis 250 f Philippo Cæsaris Maximiliani filio, feliciter in patriam redeunti gratulatorum sub persona patriæ 247 f ad Phœbum 336 p ad amicam ib m de mundi interitu 336 m ad Cupidinem 336 f ad frontes Musarũ ad Luciam 344 p ad hortũ Luciæ ad Cupidinem 345 m de Lucia 340 m de Leandro 340. m ad Luciam ib. in ineptum victorem 337 p de Helena ib de Ænea 337 m de Narcisso 337 m ad Amicam 337 ad Medeam 338 p ad Luciam 338 m de pictura Luciæ 339 m ad Iouem de Amore 433 f ad Iustum Rikium poetam 401 p Arnoldo Flemingo fratri 407 m Galli, à Thessala muliere 386 m margi à Gripo piscatore 391 p Ioanni, Ilingio 424 p Albo amicorum Iani Douzæ 424 m in symbolum Huberti Goltzii 428 m ad memoriam de Iusto Lipsio 419 m ad Gerardum Corselium I C de morte Lipsij 419 f ad Ianum Douzam 461 in ludo C. Pontanũ 468 m Carolo V. Imp Aug. 477 f de Nõno & Gerardo Falckenburgio 476 m de Epistolis perditis parodia 465 m in Caniculã Lipsij 470. m de Ioannis Sambuci Nonno 475 f ad Ioannẽ Flemingum 474 m Annæ Perennæ 47 m Benedicto Ariæmõtão Theologo 466 m ad Hub Golzium Antiquarium 495 m Mercurio ἐνοδίω καὶ ἡγεμόνω pro Huberto Goltzio 462 m pro Caroli V. ex Hispaniis per Britanniã in patriã reditu . aggratulatio 512 f de Dominici Baudij Poëmatis 528 f in Iani Gruteri Thesauros inscriptionum 529 f in Echo cœteraq; poemata Dousæ 534 m in Iusti Lipsij obitum 526 m in dactyliothecum Abraham Gorlæi 523 m Daniel Heinsio cũ Adamũ suũ offerret. 527 m in Turannium Crispum 5;6 p in postumum, cœnipetam 5;6 m

576 m in Gelliam 576 m ad Candidum 576 m in Neuolum 576 m in nuptias secundas Gasparis Coruini Schætti 561 m in Ponticum, decertorē 592 p ad Læliam 592 m ad Thelesinā 592 f in Sartorium 592 f de Hip. Andreasia Poetica insigni 573 p in Gelliā 573 p in Mullum 573 f in Cinnā Vulgo conceptum 573 f in Postumū 575 p in Aulum 575 m in Leuinā 575 m in Battum 575 m in Pyrrhum 575 m in Pollā 575 f in quendam cognomento Spongiam 575 f ad natalem Cādidæ 570 m in Iacob. Gasparum Danum 590 p in Leontem indoctum, cui vxor Sophia 579 p in meretriculam frondem sibi radendo depilantē 579 m in nuptias ducis cuiusdam strenui 579 f ad Nellum, qui versus se cacare iactabat 582 f in Sannazarii partum virginis 587 m in furē, qui crepidas Claudi surripuerat 578 p in P. cōpatrē 578 m in Nic. Brizardi metamorphosin amoris 578 m, ad candidam castissimam matronam 591 m ad Carolum V. de Michaël. Bruto 591 m in Ianelli Turriani Cremonensis Sphæram 591 m in Lodoici Guiccardini descriptionem Belgices 591 f ad Annam Susiam Vestalem, deformē quidem & ætate iā grandē sed piis carminib. latine conscriptis, celebrem 586 p ad Carol. V. Imp. Pium 586 m ad regem Philipp. in iis sacri ordinis comitiisq; Ganda hab. 586 f in Henricum vanum historicum 583 p in Fabullum podagricū 583 m in Numanum, hominē atheum 583 m in Cupidinis imaginē, in thermis positam 606 m in Argi fabellam pictam 606 m in picturam ius 606 m ad patientiæ imaginem 606 m in Herculem dormientē & à Pygmęis oppugnatum 606 f ad Candidam 596 p m f ad Cupidinem 598 f ad Martham Tympochrinam artis musicæ miraculum

culum 603 m in imaginem Herculis, ſub pondere Cupidinis labaſcētis 603 f in ridentem novum amorem 594 m ad Candidā 594 m de Flore puella Veronenſi 602 p ad Cynthiam Venetā 602 m ad Angelam Venetam 602 f ad Licoridem imitatio Anacreōtica 599 p de Dura expugnata à Carolo V. quo in Francia rumor erat, eū ad Argeriā periiſſe naufragio 599 m ad Anton. Rincam, de ſacræ artis ſeu Chryſopoeię myſteriorū veritate ænigmata ac teſtimonium 599 f in Ariſtotelem Latinum Romuli Amaſæi 580 m in Nyctilium de Rulio 580 f ad Carol. V Imp. ægrotantem 589 p de Iacob. Dano Verſificatore inepto 589 de Phillide 589 m ad Ioan. Chriſto. Caluetum Stellam 589 m de anu formoſa 588 f ad Olum 581 p ad Lydiā abſentem 592 f de Pontico 577 p de Clementis Pontif. Max. 577 m ad Philipp. Hiſp. Principē, quum Andouerpe pōpa triumphali exciperetur ſub effuſiſſima pluuia 584 f ad Amyntham Zelotypū imprecatio 585 m in ſtatuam Veneris atque Cupidinis in palatio patriarchæ Aquilegiēſis 609 p in imaginē Mercurii Pſychen in cœlum ſubuehentis 609 m in Caluariam humanā tumulo deſtinatam 609 m de reſtituto Lauræ ſepulchro ab Franciſ. primo 612 m ad Nicol. Mameranum 612 f in plagiarium 613 p ad Honoratum Ianium patriam repetentem 613 f Iuſto, vinitori 640 p Fauniæ meretriculæ 640 m Chriſtianæ cognomento formoſæ 640 m puerperæ & quatuor prolib. 640 f Gon. Goclenio, apud Louanienſes profeſſori 640 f Paretino 633 p Stellæ virgini 632 f Innominato 632 f Fauſtulo adultero 633 p iugulato ſimul ac naufrago 633 m Andreę Alciato 633 m Eraſ. Schetto 633 f

Baldassaro Castiliani & Hyppolytæ Andreasiæ 633 f Pyrrho nouo cōiugi 636 p Syllio, rabula pagano 636 m Gratiano Gelline præ Lucillæ amore mortuo 636 f Lucillæ pari morte cōsumtæ 637 m Monticolæ occiso 637 f Venerillæ 638 p Arioni, arithmetico 638 p duob. coniugibus Macliniæ sepultis 638 m Cęco nato 638 m Catharinæ Vytæ pro Ioan. Mapo Marito, pictore Caroli V. 627 f Matthęo Olaho Hungaro 635 m. Adulteræ, quæ Veneno se niteremit 635 f Rosæ, puellæ piæ 634 m Gillo puero submerso 634 f Elissæ Bladellę matri optimę 631 m Mercurino Gatinario, Caroli V. Cācellario 631 f in mortem Ioan. Secūdi 626 m puero mox à natiuitate mortuo 639 p Fusco & Probino, amicorum pari 639 m Perpetuo & Varo amicis 639 m Tubicini Cæsareo 639 f ad Romulum Amasæum 472 ad Venerem & Cupidinem de Ioanne Secundo, fratre 671 m ad Helium Eobanum Hessum 671 f ad Reginam Britanniæ 681 m ad Harmosynen 631 f ad August. Saratum Hispanū P. 573 m ad Scæuolam Sammarthanum 688 m 1033 m f ad Ianum Douzam cum ei Hesiodus D. H. offerretur 1091 m Leōhar. Voochdio 1091 p in Emblemata Horatiana Ottho. Venij 1094 m in dominici Baudij Poemata 1094 f in Rhethoricæ Aristoteleæ introductionem Vassij 1090 m in natalē Iosephi Scaligeri 1103 m in amores ab Ottho. Vanio delineatos 1095 m in Caroli Clusij Exoticorum libros 1107 f in inscriptiones Iani Gruteri 1134 f ad Franciscum Moschū 1139 f in Præludia Iusti Richii Poetæ 1140 f in demonstrationē Linealem Christoph. Dibuadii 1125 m ad And. Rey. 1126 m in Feuda Fataui-ca Cornelii Neostadii 1127 m in Paulo Helfricho iu

Digitized by Google

cho iuris cādidato 1129 m in logicas assertiones Polyandri 1130 p D. Nicolao Reusnero, comiti palatino 1132 p
Epistola Lyncei ad Hypermnestrem Ouidianæ respondens 170 f
Epistol ad Scævolam Sammarthanum 688 f ad Augustinum Saratum Hispanum P. 573 m ad Nicol. Brizardum 680 m
Epistola amatoria 413 m
Epithalamium in nuptias Iacobi Leerrii & Catharinæ Hautenæ 319 m
Epitaphium 1020 m f
Epitaphium filioli Nicolai Sepstii 1124 f
Epitaphium Margarethæ Honoræ 271 p
Epitaphium Henrici Episcopi Cameracensis 277 f
Epitaphium 1021 m
Epitaphiū Caroli V. 650 p
Epitaphiū Hutteni 878 f
Epitaphium Lucæ Fruterii 462 f
Epitaphium Mariæ Reginæ Vngariæ 406 f
Epitaphiū Vlri. Zasii 284 m
Epitaphium Odiliæ figendum in cœmiterio sub signo crucifixi 268 p
Error Mnemosynes 733 f
Eucharistię 232 p
Euerardi Pollionis obitus 1131 p
Euterpe. 493 f
Excors & exanimis 690 m
Expostulatio Iesu cum homine suaptæ culpa pereunte 225 m

F

Fabula Pori & Peniæ è quibus Amor natus est ex Platone 1007 m
Fabula roris 904 f
Fabula Siderum 907 f
Fama titulis anteferenda bona est 431 f
Fatum sinistrum 741 m
Faunus Haenstedæus 325 m
Felix infelix 745 m
Felix seruitium 594 m
Filius sub pictura Christi crucifixi Moysi & Serpentis respondet 270 p
Fortuna 442 m
Francisci Iunii obitus 1127 m
Francisci Noxi obitus 793 f
Freherus 190 f
Freherus 189 p 188 m 192 f 190 p
Friderici IV. Palat. nuptiæ 797

797 m

Friderici Taubmanni manes 878 f

Frugalitas victus 234 p

Fruterius 413 p m

Funus Annæ Cobelliæ 620 m

Funus de N. Banzo, Hisp. medico, Andouerpæ à meretrice per soporē iugulato 641 m Fortunio Affaytalo mathematico 641 f in obitū Ioannæ Moyssæ, coniugis Secundæ 648 m Iustinæ Virgini subita morte extinctæ 645 m Lodoico Hungariæ Regi 645 m Astrologo in rixa interemto. 645 f Petro Bruhezio, medico eximio 643 m Caroli ab Herlar Theodorici filio 643 f Rudol. Carbasio Campingio diuiti sed sordido 646 m Euerardo Nicolaio, præsidi Machliniensi fratri 646 f Ioa. Carolo Gistellæ domino 642 p Adolescenti Bruxellæ, nouo mortis genere defuncto 642 m Adriano Schorelio Bata. Poetæ 642 f Lodoico Vogelio Iurisconsulto 647 m Adriano Mario Geldriæ & Zutphaniæ cancellario fratri 647 m in tumulum proprium Alsinbergæ 650 m

Fuga malorum hominum 233 m

Fuga pœnali 233 p

Fuga temporis 339 f

G

Gabrielis angeli laudes 238 f

Gaudia præsentis nimium ac fallacia vitæ 431 m

Georgii Calamini obitus 814 f

Georgii Ludouici Hutteni manes 878 m

Georgii Rollenhagii obitus 836 p

Gradus infelicitatis in amandi 592 m

Grandia qui tentat maioraq; viribus audet 435 m

Gratulatorium Philippo Cæsaris Maximiliani filio, feliciter in patriam redeunti 247 f

Gratulatio Carolo V. quum anno 1540 Valentianas ingrederetur Hērico Delphino & Carolo Duce Aureliano regiis liberis comitantib. 661 m

Grillū

Digitized by Google

Grilli 397 p
Grudius 586 p
Gruterus 189 m 188 m
Gruterus 189 m 152 m
Gula 443 m
Gula 233 m

H.

HArmosyne 692 m
Henrici Smetii effigies 856 f
Henrici episc. Cameracensis epitaphium 277 f
Hodæporicum 471 m
Hugonis Donelli manes 784 m
Hutteni epitaphium 878 f
Hylas 996 p
Hymnus ad S. Christi crucem 458 f

I.

IAcobi Segurii Pardiliani effigies 785 f
Iacobi Zvvingeri manes 860 m
Iacobi Bongarsii obitus 871 f
Iani Douzæ manes 832 m
Iani Melleri Palmerii obitus 758 f
Iani Douzæ filii manes 808 m
Iani Douzæ obitus 952 m
I. Vtenhouius sponsus 121 f
Ieiunium 234 p
Imago patientiæ 606 m
Imago pueri Iesu 229 m
Imprecatio ad Amyntham Zelotypum 585 m
Infelicitatis gradus in amando 592 m
Insidia 764 p
Introitus reginæ in vrbem Edinburgum 37 p
Inuidia 444 m
Inuidia 233 m
Ioan. Metellanus Cancellarius Scotiæ 14 m
Ioan Geesdalii Aldenardensis Flandri in temporis calamitatem 446 f
Ioannis Caselii obitus 877 f
Ioannæ Westouiæ manes 874 p
Iocus dictus ad sepulcrum Equi Oribatis à Nicomacho equite 346 m
Iosephi Scaligeri natalis 1103 m
Ira 233 m
Iustæ Vrietiæ obit' 1001 m
Iusti Lipsii manes 861 m
Iusti Lipsii epicediū 1030 p
Iusti Lipsii obitus 526 m
Iuuentus fluxa 286 m
Ixion altes 831 p

L.

LÆtitia 446 m
Laus Raphaëlis 240 m

Digitized by Google

Laus Annæ auię Iesu Christi 220 f
Laudes Gabr. Angeli 238 f
Lex personatorum 579 m
Libellus dono missus 276 f
Linguæ custodia 234 m
Luc. Fruterii epitaph. 462 f
Lusus ad apiculas 1035 f
Lusus Batauorum in glacie 201 p
Luxuria 233 m

M.

Mala qui molitur sociis & sæpe redundant in caput 435 f
Manes Georgi Ludo. Hutteni 878 m
Manes Iusti Lipsii 861 m
Manes Fr. Taubmañi 78 f
Manes I. Dousæ patr. 832 m
Manes Dom. Baudii 879 m
Manes Phil. Marnixii 857 f
Manes Philip. Sidnæi 172 f idem Codro comparatur 171 m
Manes Ia. Zvvingeri 160 m
Manes Abrah. Ortelii 858 f
Manes Hug Donelli 784 m
Manes Steph. Pighii 780 f
Manes Scaligeri 856 m
Manes Per. Ronsardi 686 f
Manes Gul. Canteri 742 m
Manes C. Rittershus. 875 m
Manes Io. Westouiæ 874 p
Manus custodia 234 m
Margaretæ Honoræ epitaphium 271 p
Mariæ Helenæ Wacheræ obitus 856 p
Martyrium nobile, insontem ponere vitam 453 m
Matrimonium 234 m
Mauricii Nassouii effigies 877 m
Melpomene 494 p
Memẽto nouissima 721 m
Memnon alter 805 f
Mens conscia recti exhilarat 431 m
Mentis custodia 234 m
Mercurii querela 321 f
Michaëlis Hospitalis effigies 782 m
Miraculum 792 f
Miscellanea. Britannia loquitur 258 m duo Salma Abbati cuidã dono missa, â monialibus monasterii, vulgo dicti, Vallis virginum, in sex tintinnabula restituta quæ fulmine conflagrarant 272 m in tintinnabulũ Mariæ sacrum 272 m Tertiũ Baptistę sacrũ Quartum Petro 272 f ad Sebastian. Brant. Archigrammaticum Argentin. 280 ad Thom. Didymum aucuparium, Poëtam laureatum

tuum 280 f ad Andr. Ammonium Lucens. Regis Anglorum à libellis 281 m in Brunonem Amerbachiũ 284 m sub pictura vultus Christi 276 p in fronte Enchiridii 276 m in Aulicum quendã clero infestum ad Io. Sapidum 278 p Episcopo Traiectensi Dauid Notho Philippi Ducis Burgund. 271 m Iac. Batto ibid. in tergo codicis Battici 271 f in Annales Gaguini, & Eclogas Faustinas 263 f in filiam Bekæ. quod sonat vinũ lingua nostrate in picturã fabulę Gigantiæ 274 p in tabulã Penthei trucidati 274 m in picturã Europæ stupratę 274 f ad Luc. Paliurum Rubeaquens. Episc. Basiliensis Cancellarium 282 m in fugã Gallorum insequentibus Anglis apud Morinum 282 f in fronte libelli missi Episcopo Atrebatensi 275 p in fronte libelli de Imperatoria maiest. 275 m in fronte Odarum Guilielmi 275 in fronte libelli Buslid. missi 275 m in cœlum Tragœdiarum castigatorẽ 275 f ad Car. IX Sueciæ. Goth. Reg. 286 f Noctuæ à Flora Vidua 381 f Simii à Plautino Maronio seruo 373 m Asini Penocratis à Cipolo Monach. 360 f ad Hẽricum Ranzouam 692 f in pudentẽ 70 f ad Elis. Britanniæ reginã 700 p ad Ios. Scaligerũ 700 m capiti Dominæ 693 p ad Araneam 704 m ad Afrũ 704 m Elisæ Britanniæ 704 f ad Hug Donellum 689 m de Harmos. 689 f in Fabulam lucifugã 697 m ad Ia. Aug. Thuanum 702 p de Iacob. Cuiacio 991 m ad Phœnicen 991 m ad Ælin 694 m ad Rumold. Hogerbec. 694 m de ocellis Harmos. 699 m in pateram argẽteam Donello donatã 699 m de Harmosynæ capillo 698 p ad Cyperum 698 m Hieronymo Faleto 679 f ad Auger. Gisleniũ Busbequium 730 m ad Iac. V asium 715 m ad Harmosynam 715 f ad Claudium Puteanum V.C. 723 m ad Britanos 718 m

Digitized by Google

ad Noctem 718 f ad Lydum coruum 727 m
ad Somnum 726 m
in issam 719 m
in opera Francisci Duareni 719 m
in libros Ioannis Bodini de Republica 634 p
in Vacerram 734 m
ad Harmosynen 745 m
Hominibus curiosis 743 f ad Henricum Ranzauram V. N. 742 m
in Italiam Laurentii Schradæi 742 f
ad Camillam Morellam 746 m ad Ioannem Viuianum 746 f
ad Deos 731 p ad Harmosynen 731 f ad pictores 738 m ad Aulum de Chione 738 f Reginæ Britanniarum 739 p
Philippo Sidneo V. N. 739 m in Pium 739 f
ad obtrectatorem 739 f
ad Violas 744 m
ad Ianum Douzam patrem 736 m
ad Themin & Astræam 736 f ad Carolum Clusium 743 f
de Augusto Thuano 745 p ad Emericum Vicum 737 p
ad Phœnicen 737 f
in Ioann. Passeratii poemata 716 f ad Barnabam Brissonium Virum Clarissimum 729 f
ad Iacobum Bongarsium 721 m ad Petrum Fabrum Samorianum 728 p in Iusti Lipsii constantiam 728 m in Sabellum 728 f ad Ollum 717 p ad Harmosynam 717 f ad Brabantiam 725 f ad Elis. Britan. 725 f
ad Philip. Porteum 758 p
ad Harmosynam 758 m
de Hugone Donello 758 m de ocellis Cupidæ 737 f ad Piam 745 m
ad Harmosynen 745 m
ad Philippum Marnixium 741 f ad Alexandrum Magnum 740 m
ad Carolum Vtenhouium de Const. Liskirchio 753 m ad Danielem Rogertem 753 f
Stephano Vinando Pighio 760 f in effigiem Iulii Cæsaris Scaligeri 756 m Petro & Francisco Pithæis 765 m ad Francisc. Hotomannum 765 f
ad pictorem 738 f in Dominę picturam 751 m ad

Philo-

Philomelam, in natalem reginæ 751 m ad Elisam reginã 746 m ad Solem 755 m de Cupidine 755 m ad Amorem ad Simonem Steinium 707 m ad Reginam Angliæ 707 p ad Puerum 762 m ad Leandrum 799 p ad Elisam Britanniarum Reginam 799 f in hortum Laurentii Scholtzii Vratislauiæ 769 m ad Dauidem Chytræum 769 f in poematia Iani Douzæ filii 776 f in Chronicon Saxonicum Chytræi 777 m in poemata Stephani Paschasii 781 m ad Harmosynam 781 f in Caroli Clusii stirpium libros 780 p ad Iacobum Augustum Thuanum 773 f ad Eberhardum Weihium de Mauritii Landgrauii psalterio 800 f in effigiem Iacobi Segurii Pardiliani 785 f ad Cupidinem 788 m in effigiem Philippi Canaii de Fresnes 788 f in nuptias Friderici IV. Palatin. 797 m in pateras binas Guilielmo Laurenbergio donatas 796 m in Frontinum 789 m ad Laurentium Rhodomanum 771 f ad Carolum Vtenhouium 771 p in effigiem Michaelis Hospitalis 782 m in libellos Epsicionum Febrilium 782 f ad Hugonem Donellum 774 m in imagines deorum Ioan. Iacobi Boissardi 774 m in sepulcrũ Iacobi Cuiacii 783 p de capillo Harmosynes 783 m in tumulum Nicolai Gruchii 775 m ad Harmosynam 775 f ad Reginam Angliæ 787 m ad Elisam Britannam 790 m ad Cycnos 795 p contra Astrologos 795 m ad Paulum Melissum 786 f ad Carthaginenses 791 m Ioanni Christophoro Grynio Cancellario Palatino 852 m in Conradi Rittershusii feudalia 817 m de morte Hugonis Donelli 824 m de Lipsii obitu 824 m in hortum reginæ Angl. 824 f in Hugonis Grotii Tragœd. 825 m in Claudii

dii Puteani obitum 820 p ad Scæuolam Sammarthanum V. C. 820 m in poemata Maximil. Vrintii 829 p in Cynegetica Mich. Piccarti 821 m in psalterium Greg. Bersmanni 813 m in effigiem I. Lipsii 812 m de Regina Britanniæ 812 f ad Hip. à collib. 809 f in laureã Melioris Laubani 814 m ad Henr. Stephanũ 806 in Philen Friderici Morelli 806 f ad Amorem 811 m ad Vrsas 802 m ad Britanniam 802 f ad Antonium Manclerquium 815 m ad Reginam Angliæ 807 m ad Harmosynen 810 m ad Britanniã 830 m in Vmbrum pulchellũ 819 m in nuptias Eusonii cum Dousana 812 m in Dominicã custodem sculptorem 827 m ad Ioan. Posthium & Paul. Melissum 827 f ad Georg. Lud. Huttenum 818 m ad Scęuolam Scęuum 818 f in versionem Themistii Georgii Remi 823 m in filiam primogenitã Friderici IV. Elect. Palatin. 848 m ad Obitum 840 m ad Christianum Anhaltin. Principem 840 f ad Hippol. à collib. 841 m ad Pictorẽ 836 m in libros Freheri de fama ac gloria 852 p de insignibus P. Melissi 852 m de I. Boissisio Thumerio legato R. Ch. 860 m ad Æmil. Rosendaliũ 860 f Veneri ac Cupidini 853 p de capillis Amatæ 803 m de morte & Amore 846 p ad Lambert. Pithopæũ 846 f ad Crispinũ Passæum & Gabr. Rollenhagium 835 m in doctoratum Casp Dornauii 838 p de Reginæ Britanniæ cantu 843 m in nuptias Marq. Freheri cum Weiera 843 m ad Poetas Germanos super Georg. Ludou. Hutteno 834 f in Comitiuam Nicolai Reusneri 847 m de oculis Amatæ 847 f ad Charontem 842 m in Lucæ Stockelii librũ de lingua 835 m ad Solem 835 f in effigiem Petri Ianini 862 f ad Marcum Velserum 891 p in nuptias Martini Braschii Poetæ

Poëtæ 891 m in Gylippum 859 m ad Harmosynã 859 m ad Magistratus 863 m in Marq. Freherici historicos Germanicos 858 m ad Batauos, de Iosepho Scaligero 855 m Elisæ Britann. Principi 855 m in Comæ Harmosynes 855 f ad Ant. Mauclerquium 865 p in delicias Orbis Franc. Svvertii 865 f ad Harmosynam 872 m in sepulcrum Iac. Bongarsii 873 f ad Narcissum 868 m in sepulcrum Othonis Grynradii 877 f in Guil. Bartasium Poëtam 869 m in Buculam Mironis 869 f in D. Franciscum 881 m ac Georg. Lud. Huttenũ 857 p in Britanniã Guil. Camdeni 870 m in Cari Paschalii libros coronarum 865 m ad P. Bertiũ, P. Scriuerium, D. Heinsium, D Heremitam 879 f in nuptias Io. Bipontini administratoris Palatinatus 874 f ac Reginam Angliæ 871 m in laudem nominis Iesu 832 m Iosepho Musæ commendantur 893 f

Monstrum 740 f
Mortuº nõ mortuus 720 m
Morbus 235 m
Mors 235 m
Mors Zephyri 763 p
Mors & amor duo tela gerunt. 418 m

N.

Natalis Ios. Scalig. 1103 m
Naufragii metus 868 f
Nauigatio 342 p
Neæra ab Ioanne Secundo sculpta 612 m
Noctuæ à Flora Vidua 381 f
Nota bene 786 m
Numisinat. inscriptio 24 m
Nuptię Pauli Melissi 845 m
Nuptiæ Friderici IV. Palat. 797 m
Nuptiæ Scotorum Regis Iacobi VI. & Annæ Danor. Reg. Friderici II. filiæ 1 p

O.

Obitus Iustæ Vrientiæ 1011 m
Obitus Georgii Rollenhagii 836 p
Obitus Caroli V. Imp. 401 f
Obitus Lucii Ducatii Poëtæ 698 f
Obitº Had. Turnebi 421 m
Obitus Franc. Iunii 1127 m
Obitus Christoph. Thuani præsidis. 737 m

Obitus

Obitus Franc. Noæi 793 f
Obitus Iani Melleri Palmerii 7;8 f
Obitus G. Calauinii 814 f
Obitus Euerardi Pollionis 1131 p
Obitus Io. Caſelii 877 f
Obitus Car. Vtĕhouii 815 f
Obitus Iani Douſæ 952 m
Obitus Mariȩ Helenæ Wacheræ 856 p
Obitus Iac. Bongarſii 871 f
Obitus Guil. Aſſonleuilii Chriſtophori F. 891 p
Ode de laudibus Britanniȩ Regiſq; Henrici VII. ac regiorum librorũ 258 m
Ode amabæa in Vindelica M. Velſeri 188 m
Optat pectus è Cryſtallo 746 f
Opulentia 442 f
Oratio 233 f
Ordo 234 m
Oreſtilla & M. Plautius coniuges 590 f
Otium 443 m

P.

PAcis inter Car. V. & Frãciſc. I. Galliarum regem ad aquas mortuas deſcriptio 479 f
Pacis ſepultæ dialogus 1138 m
Pandora melior 783 f
Panegyricus in chronicum Euſebianum à Scaligero editum 1071 f
Parodia 1133 f
Parodia de epiſtolis perditis 465 m
Patientiæ imago 606 m
Patientia 445 f
Paupertas 445 m
Phaeton alter 690 f
Phaetō ac Deucaleon 688 p
Phaon Sappho 328 m
Philippi Canaii de Freſnes effigies 788 f
Philippus Sidnæus heros illuſtr. 173 m
Phil. Marnixii manes 857 f
Phœnix 718 m
Pigritia 233 m
Pœnitentia 232 p
Poetæ 493 m f 495 p
Poetæ & Cygni comparatio 201 f
Polyhymnia 490 f
Portia Bruto 59 m
Priapus 574 m
Problema Iocoſum 590 m
Prometheus alter 749 f
Propemticon in obitum Frederici Sandij 1078 m
Proſopopæia vmbræ 163 m
Pugna cum morte 761 f
Pugna naualis ad Caſſiteridas maris Atlantici Inſulas 1141 m

Quere-

Q.

QVerela Mercurij 321 f
Querela Odiliæ de filio superstite 269 m

R.

RAphaëlis laus 240 m
Responsio Cupidinis 345 m
Restitutio rei forte repertæ 234 m
Resurrectio Christi 446 m
Rex est qui nil formidat, qui est criminis expers 439 m
Rosarum fortuna 743 m
Rusticus & Pax 1138 m

S.

SApientis & stulti discrimen 576 f
Scaligeri manes 856 m
Selestadij Encomiũ 279 m
Seruitium felix 594 m
Sol retrogradus 756 f
Sors Amantum 826 m
Sortes ductiles 584 p
Sperandum 746 f
Statua Actæonis 165 m
Steph. Pighij manes 780 f
Studium pietatis 233 f
Sumptio corporis Christi in vita 235 m
Superato maiores 723 m
Superbia 233 m

T.

TEmpestas, cum sponsa in Scotiã tenderet 14 f
Temporis fuga 339 f
Terpsichore 494 m
Thalia 494 f
Threnus 1024 f
Threnus 1043 f 1042 m
Triumphus 213 m
Tumulus Hadriani Turnebi 700 f

V.

Venus relicta Cypro, Venetias immigrat 602 m
Vita extra amantem 763 f
Vlrici Zasij epitaph. 284 m
Vmbræ Prosopopæia 163 m
Vnctio 232 m
Votum 555 m
Votum 697 p
Votum 586 f
Vrania 494 m
Vxor pretiosa à solo domino non aliunde venit 438 f

Z.

Zephyri mors 763 p

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

278